Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Postilla super totam Bibliam

https://hdl.handle.net/1874/364655

Bibl. et. interpp.
Fol. n° 5

Epte pauli

7 [illegible]

~~D fol 57~~

Kast 108

pl. A. 6

547. Nicolaus de Lyra.
Postilla in universam bibliam
Rome. Sweinheim & Pannartz 1471. 1472

Ex legato Magri Martini Grundick legu doctoris
Canonici ecclie beate Marie Traiecten :—

In presenti uolumine continentur expositiones
Nicolai de Lyra librorum noui testamenti.

Pauli ad Romanos Epistole	folio	I
Eiusdem prime ad Corinthios	folio	XXXIII
Eiusdem secunde ad Corinthios	folio	LXVI
Eiusdem ad Galathas	folio	LXXXVI
Eiusdem ad Ephesios	folio	XCV
Eiusdem ad Philippenses	folio	CII
Eiusdem ad Colossenses	folio	CVII
Eiusdem ad Thessalonicenses prime	folio	CXII
Eiusdem ad Thessalonicenses secunde	folio	CXVII
Eiusdem prime ad Timotheum	folio	CXIX
Eiusdem secunde ad Timotheum	folio	CXXVI
Eiusdem ad Titum	folio	CXXX
Eiusdem ad Philemonem	folio	CXXXIII
Collatio super Epistolã ad Hebreos	folio	CXXXIIII
Eiusdem Epistole ad Hebreos	folio	CXXXVIII
Actuum Apostolorum	folio	CLXXVI
Canonice Iacobi Apostoli	folio	CCXIX
Canonice prime Petri Apostoli	folio	CCXXVII
Canonice secunde eiusdem	folio	CCXXXIIII
Prime Canonice Iohannis	folio	CCXXXIX
Secunde Canonice Iohannis	folio	CCXLVII
Tertie Canonice Iohannis	folio	CCXLVIII
Canonice Iude Apostoli	folio	CCXLIX
Apocalypsis beati Iohannis Apostoli	folio	CCLI

M°. d. G.

Ad Romanos.

Ecce descripsi eam tibi tripliciter Prouerbiorú. xxii. qđ uerbum de sapientie descp̃tione dicit̃ sapiẽtia Pauli Apostoli p̃ncipaliter consistit in cognitione domini nostri Iesu Xp̃i pro redemptione humani generis passi propter quod dixit prima Corinth. secũdo Non iudicaui me quid scire inter uos nisi tãtum Iesum Xpristũ & hunc crucifixum. Hanc autem sapiẽtiam descripsit tripliciter scilicet litteris Hebraicis Grecis & Latinis sicut p̃figuratũ fuerat in descriptiõe tituli crucis qui scriptus fuit Hebraice. Grece. & Latine. ut habet̃ Io. xix. per hoc enim ꝙ in tribus linguis principalibus facta fuit hec descriptio figuratũ fuit: fidẽ Xp̃i crucifixi per totum orbẽ fere generaliter publicandam. qđ potissime impletum fuit per doctrinã Pauli Apostoli & scripturam. propter qđ potuit dicere uerbum preassumptum: Ecce descripsi etc. In quo notantur quattuor cause huius Apostoli doctrine scilicet effectiua subiectiua finalis & formalis. Circa primũ sciendũ ꝙ licet Paulus Apostolus fuerit scriptor huius doctrine: qđ notatur: cũ dicitur: ecce descripsi: hoc tamẽ fuit ministerialiter. Xpristus autẽ principaliter. propter qđ dicit Gal. primo: Notum facio uobis fratres Euangelium qđ euangelizatũ est a me: quia non est secundum hominem neq; enim ego ab homine accepi istud: neq; didici: sed per reuelationẽ Iesu Xpristi. & ideo quia Xpristo reuelãte & dictante hanc doctrinã descripsit: conuenienter dicere potuit uerbum Baruch quod habetur Hiere. xxxvi. Ex ore suo loquebatur ad me q̃si legens in libro omnes sermones istos. & ego scribebã in uolumine atramẽto. Baruch qui interpretat̃ benedictus figura fuit Apostoli Pauli qui consecutus est misericordiam & benedictionẽ dei Hieremias uero qui interp̃tatur excelsus deo: Iesum Christum figurauit: quẽ deus pater exaltauit. & dedit illi nomẽ. qđ est sup̃ omne nomen. ut dicitur Phili. secundo & ideo bene potuit dicere Paulus Apostolus de Christo Ex ore suo loquebat̃ ad me: q̃si legens in libro id est distincte & aperte mihi reuelando & ego scribebam secundum eius reuelationem. in uolumine atramento. epistolas enim suas saltem aliquas manu propria scripsit unde in fine p̃me epistole Corin. dicit: Salutatio mea manu Pauli supple scripta est. Circa scđm sciendũ ꝙ sicut in prophetia naturali corpus mobile subiectum est sub ratione absoluta & in partialibus libris sub rationibus determinatis: ut corpus mobile ad situm in libro celi & mundi: & corpus mobile ad formam in libro de generatione & corruptione: sic deus sub ratiõe absoluta ẽ subiectũ in sacra scp̃tura. in partibus uero eius sub determinatis rationibus ut in ueteri testamento sub ratione creatoris & gubernatoris. Et in nouo sub ratiõe redẽptoris in generali. In epistolis uero Pauli sub ratiõe magis determinata scilicet sub ratione redemptoris per suam passionem. ideo dicit prima Corinth. primo predicamus Christum crucifixum Iudeis quidem scandalum. gentibus autem stulticiã. ipsis autem uocatis Iudeis atq; Grecis filium dei Christum uirtutem & dei sapientiam. Huius igitur sapientie scilicet doctrine Pauli causa subiectiua tangitur: cum dicit̃ eam de qua dicit̃ Act. xiii. Nos uobis annũciamus eã que ad patres nostros repromissio facta est. scilicet de Christo pro salute mundi passo. Circa tertium considerandum qđ causa finalis huius doctrine est utilitas totius ecclesie que notatur: cum dicitur: tibi id est ad utilitatem tuam. quia per hanc doctrinam intellectam & opere adimpletam habetur uita gratie in presenti & glorie in futuro: de quo potest accipi: qđ dicitur Prouerbiorum tertio p̃cepta mea cor tuum custodiat. longitudinem enim dierum et

ACADEMIA RHE[illegible]

N. 9. B.

annoſ uite & pacem apponent tibi. dicit enim annoſ uite quantum ad uitam gratie & longitudinem dierum quantum ad uitam glorie que eternitatem includit quantum a parte poſt. & pacem id eſt appetituſ quietem quia de ratione finiſ ultimi eſt ꝙ quietet totaliter appetitum. Circa quartum ſcilicet cauſam formalem ſciendum ꝙ duplex eſt forma doctrine ſcilicet forma tractandi & forma tractatuſ. forma tractādi eſt moduſ agendi qui triplex ē apud philoſophoſ ſcilicet definitiuuſ. diuiſiuuſ. ꝓbatiuuſ. & hoc triplici modo utitur aliquando Apoſtoluſ unde in epiſtola ad Hebreoſ fidem definiuit dicens fideſ eſt ſubſtantia ſperandarum rerum argumentū non apparentiū. Similiter prima Corin. xii. gratiam diuidit dicens: diuiſioneſ autem gratiarum ſunt idem autem ſpirituſ. & ſubdit: Alii quidem per ſpiritū datur ſermo ſapiētie alii ſermo ſcientie etc. ſimiliter prima Corin. xv. arguit ex Xpriſti reſurrectione futuram eſſe generalem reſurrectionem & hec formaliſ cauſa tangitur cum dicitur tripliciter: de quo poteſt accipi qđ dicit Eccleſiaſteſ q̄rto funiculuſ triplex difficile rūpitur. Forma tractatuſ eſt diuiſio doctrine. diuidit autē tota Pauli Apoſtoli doctrina in treſ parteſ ſecundū qđ tribuſ precipuiſ gentibuſ ſcribit primo Romaniſ qui precellebant aliaſ genteſ in potentia. Secundo Greciſ q precellebāt ſapientia. Tertio Hebreiſ qui p̄cellebant in diuine legiſ noticia. Romaniſ autem ſcripſit tantum unā epiſtolā que p̄mo exponet̄ ſicut & prima eſt reſpectu aliarum.

Capitulum primum.

Paluſ uocatuſ Apoſtoluſ. Hec epiſtola diuidit in treſ parteſ. ſ. in ſalutationem & narrationem: ibi primum gratiaſ ago & concluſionem. xvi. capitulo ibi ei aūt qui potenſ eſt prima autem adhuc diuiditur in treſ parteſ qa primo deſcribit ſalutāſ perſona. Secundo Eccleſia ſalutata ibi: omnibuſ qui Rome ſunt. Tertio bona optata ibi: Gratia uobiſ & pax. Prima adhuc in duaſ: quia primo ponitur perſone ſalutātiſ deſcriptio. ſecundo cuiuſdam dicti declaratio ibi: qđ ante promiſerat. pſona uero ſaluranſ primo deſcribitur ex nomine cum dicitur: Pauluſ. primo enim uocatuſ fuit Sauluſ Act. viii. ſed poſtea uocatuſ eſt Pauluſ a quodam notabili facto ſcilicet a cōuerſione Pauli Proconſuliſ Act. xiii. ſicut Iacob uocatuſ fuit Iſrael ex eo: qđ uidit dominum: uel potiuſ ex eo qđ locutuſ eſt cum angelo: ut dictum fuit pleniuſ Geñ. xxxi. & Simon uocatuſ eſt Petruſ ex confeſſione diuinitatiſ in Xpriſto Mat. xvi. ſecundo deſcribitur ex religione cū dicit: ſeruuſ Ieſu Xp̄i id eſt ueruſ Xp̄ianuſ. tertio ex offitii dignitate cum dicitur uocatuſ Apoſtoluſ. & quia Apoſtolatuſ eſt excellentior Eccleſie ſtatuſ ad quē nulluſ aſcēdit recte niſi a deo uocatuſ ideo bene dicit̄ uocatuſ Apoſtoluſ ſcilicet a deo ſecundum illud Hebre. v. capitulo nec quiſq̄ aſſumit ſibi honorem ſed qui uocatur a deo tanq̄ Aaron. Quarto ex modo uocationiſ ſue cū dicitur: ſegregatuſ in Euangelium dei: per uerbū enim ſpirituſ ſancti fuit ſegregatuſ a cetu Apoſtoloꝝ aliorumq; diſcipulorum ad predicandum per orbem Euangelium Xpriſti: & tunc uocatuſ fuit ad Apoſtolatum. priuſ tamen uocatuſ fuit ad fidē Act. nono. Quod ante promiſerat: Hic conſequenter declaratur duplex dictum & primo declaratur primum dictum. ſecundo ſecundum ibi per quem accepimuſ. Primū autē eſt quia dixerat: ſegregatuſ in Euangelium dei ideo declarat quale ſit iſtud Euāgeliū id eſt bonum nuntium a deo patribuſ ueteriſ teſtamēti promiſſum. & hoc eſt qđ dicit̄: qđ ante p̄miſerat ſcilicet deuſ pater per Prophetaſ ſuoſ in ſcripturiſ ſanctiſ ſicut patet Hieremie. xxxi: Ecce dieſ uenient dicit dñuſ: & feriam domui Iſrael & domui Iuda feduſ nouum non ſecundum pactum qđ pepigi cum patribuſ ueſtriſ in die in qua apprehendi manum eorum ut educerem eoſ de terra Egypti. ſed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael: & ſequitur: dabo legē meam in uiſceribuſ eorum. & in corde

eorum ſcribam eam. Xpriſtuſ enim legem nouam in Euangelio contentā nō tradidit ſcriptā ſed uerbo ſuo: & ſpiritu ſancto de celo miſſo impreſſit illā cordibuſ Apoſtolorū & aliorum diſcipulorum. ſed ipſi poſtera ſcripſerunt ad memoriam futurorum ut dicit̄ Iſa. xl. Conſolamini conſolamini populе meuſ dicit dominuſ deuſ ueſter. loquimini ad cor Hieruſalē. qa ſicut dictū eſt lex noua ſcripta fuit ſup hoīm corda. Scd̄o oſtēdit̄ quale ſit Euangelium iſtud ex ſubiecto: cum dicitur de filio ſuo qui eſt unuſ deuſ cū patre ab eterno & ueruſ homo ex tempore. Ideo ſubditur qui factuſ eſt ei ex ſemine Dauid ſecundū carnē non enim dei filiuſ uel ipſe Xpriſtuſ poteſt dici factuſ abſolute quia ſuppoſitum filii eſt eternum ſicut eſt ſuppoſitum patriſ. poteſt tamen dici factuſ cum hac determinatione factuſ homo ſecūdum carnem quia natura humana Xpriſti facta eſt. & eiuſ unio ad ſuppoſitum diuinum. & hoc in tempore. qui predeſtinatuſ ē filiuſ dei in uirtute id eſt in equalitate potentie cum deo patre. Ad cuiuſ intellectum ſciendum eſt q̄ predeſtinatio eſt eterna dei ordinatio de agēdiſ in tempore per gratiā eiuſ. eſt enim preparatio gratie in preſenti & glorie in futuro propter qd̄ importat anteceſſionem reſpectu predeſtinati. filiuſ autem in natura diuina eſt coeternuſ patri & ſic non poteſt dici predeſtinatuſ. ſed in natura humana poſterior eſt tempore que unita eſt deitati in tempore & hec unio facta eſt ex eterna dei preordinatione aliter enim menti eiuſ aliquid de nouo accederet: qd̄ eſt impoſſibile. & ex eiuſ mera gratia propter qd̄ cadit ſub predeſtinatiōe diuina. & ideo ſicut hec propoſitio homo factuſ eſt deuſ uel filiuſ dei eſt uera: ita & hec Xpriſtuſ ſecundum qd̄ homo predeſtinatuſ eſt eſſe filiuſ dei qui in natura diuina eq̄liſ eſt patri in potētia ſc̄m ſpiritū ſanctificatiōiſ hoc refertur ad illud qd̄ premittitur qui factuſ eſt ei ex ſemine Dauid ſecundū carnē ne forte aliquiſ crederet q̄ deſcēdiſſet de Dauid per uirtutem generatiuam: ſicut alii: qd̄ eſt falſum: quia de ipſo deſcendit tantum ſecundum corpulentam ſubſtantiam de uirgine aſſumptā: & uirtute actiua ſpirituſ ſancti formatā. que uirginē ſanctificauit & impregnauit Ex reſurrectiōe mortuorum hoc refertur ad illud qd̄ predicitur qui predeſtinatuſ eſt filiuſ dei in uirtute id eſt in equalitate potentie ut dictum eſt que apparuit in Xpriſto ex reſurrectione mortuorum ad quā requirit̄ potentia infinita per quam ſe & aliоſ mortuoſ ſuſcitauit. Ieſu Xpriſti domini noſtri id eſt a Ieſu X̄po domino noſtro ita qd̄ ponitur hic genitiuuſ pro ablatiuo. Per quem accepimuſ: Hic declarat ſecūdum dictum ſcilicet qualiter acceptuſ eſt ad Apoſtolatū ſcilicet p̄ ipſum Xpriſtum qui eſt mediator dei & hominum & ideo dona ſpiritus ſancti ueniunt ad homineſ per ipſum. dictum eſt autem ſupra q̄ hec uocatio fuit per ſpiritū ſanctum: exquo ſequitur q̄ mediante Xpriſto Apoſtolatuſ cōceſſuſ fuit Paulo: ideo dicit: per quem accepimuſ gratiā & Apoſtolatū. & iungit hec duo ſimul quia natura nō deficit in neceſſariuſ ſed cū forma ſubſtantiali dat proprietateſ: que ſunt neceſſarie in oīmbuſ operibuſ congruentibuſ Xpriſti forme & multo magiſ autor nature nō deficit in ne/ ceſſariuſ: propter qd̄ concedenſ dignitatē Apoſtolicā ſimul dat gratiā ad exequendū conuenienter officium pertinenſ ad illam dignitatē. ad obediendū fidei id eſt paratuſ ſum totaliter me exponere obſequio fidei. In oīmbuſ gentibuſ id eſt ut fideſ dilatetur in omnibuſ gentibuſ pro nomine eiuſ id eſt ad gloriam nominiſ Xpriſti in q̄buſ ſcilicet fidelibuſ eſtiſ & uoſ uocati ad fidem Ieſu Chriſti id eſt a Ieſu Chriſto a quo eſt hec uocatio. Omnibuſ hic exprimuntur perſone ſalutate cum dicitur: omnibuſ qui ſunt Rome: non generaliter: ſed fidelibuſ. ideo ſubditur: dilectiſ dei id eſt a deo. Vocatiſ ſanctiſ id eſt Chriſtianiſ: qui ſunt ſanctificati p̄ baptiſmū. gratia uobiſ: hic exp̄munt̄ optata bona que ſunt bona ſimpliciter. propter quod abſolute poſſunt optari aliuſ et

ſibi. & hic eſt gratia in p̄ſenti. ideo dicit: gratia uobiſ & gloria in futuro. ideo ſubdit: & pax. appetituſ enim hominiſ nō poteſt totaliter quietari niſi in gloria. a deo patre noſtro: qui eſt dator gratie & glorie. & domino noſtro Ieſu Xpriſto qui eſt unuſ deuſ cum ipſo & ſic dator glorie & gratie ſicut & ipſe. Primum quidem Hic conſequenter ponitur narratio in qua explicatur intentio Apoſtoli: que eſt commendare gratiam dei per quam Rome erant uocati ad fidem aliqui Iudei & aliqui gentileſ: oſtendendo ꝙ uterq; ad ſalutem indigebant gratia dei. quia ſcientia acquiſita non ſufficiebat gē/ tilibuſ ad ſalutem. nec obſeruatio legiſ Iudeiſ. qđ patet ex hoc qđ iſti & illi prolapſi fuerant in horribilia uitia propter qđ egebant Xpriſti gratia per quam ſaluarētur. & primo hoc oſtendit Apoſtoluſ Secūdo inſtruit eoſ in moribuſ capitulo. xii. Prima adhuc in duaſ quia primo aufert a Romaniſ credentibuſ diſcordie materiam. Scđo inducit eoſ ad caritatiſ concordiam capitulo quinto. Materia uero diſcordie erat: qa conuerſi de Iudaiſmo p̄ferebāt ſe gētilibuſ. ex Moſaice legiſ ſuſceptione. & ecōuerſo gentileſ Iudeiſ de ſcientie acquiſitione. propter qđ primo oſtendit eoſ ſimiliter egere gratia dei ſine aliqua prerogatiua ante conuerſionem ad Xpriſti fidem. Secūdo poſt conuerſionem. ſecunda incipit tertio capitulo ibi: quid agitur. primum autem oſtēdit per hoc ꝙ ante conuerſionem prolapſi ſunt in peccata uilia de quibuſ ipſoſ arguit: ſic procedendo: quia primo ſe oſtendit ex caritate moueri. Secundo reddit cauſā dicti ſui ibi: deſidero enim. Primum autem facit dupliciter: primo enim oſtendit ſe habere caritatem ad eoſ gratiaſ agendo de eorum inchoatione dicenſ: primum quidem id eſt principaliter gratiaſ ago deo meo cui bonum hominiſ principaliter eſt attribuendum. quia fideſ ueſtra annunciatur. ciuitaſ enim Romana tunc toti mundo dominabatur: propter qđ de omnibuſ partibuſ mundi ibi ueniebāt nuncii qui bonam conuerſationē fidelium Rome exiſtentium deferebāt in diuerſiſ partibuſ orbiſ qđ ad dilationē fidei faciebat. & ad dei gloriam quam Apoſtoluſ querebat. Teſtiſ enim Hic ſcđo oſtendit idem pro ipſiſ orando deuote dicenſ: teſtiſ enim eſt mihi deuſ frequenter enim orabat pro ipſiſ ſecrete propter quod de hoc teſtē non habebat niſi deū cui ſeruio in ſpiritu meo & non obſeruantiſ legalibuſ. quod ſine intermiſſione etc. non eſt per hoc intel/ ligendum ꝙ Apoſtoluſ pro ipſiſ oraret cōtinue. ſed qa quotienſcunq; orabat: de ipſiſ memoriā habebat. Obſecranſ deprecanſ per rē ſacram ut oratio ſit magiſ exaudibiliſ ſicut cum dicimuſ per crucem & paſſionem tuam libera noſ domine. ſi quo modo tandē aliquando proſperū iter habeam etc. & hec fuit forſitan una cauſa appellationiſ ſue ad Ceſarem Act. xxv. ut ſic uideret fideleſ Rome exiſtenteſ. Deſidero Hic conſe/ quenter reddit cauſam ſui dicti. ſ. quare deſiderabat uenire ad Romanoſ. & aſſignat ad hoc triplicem cauſam: prima eſt ad augmentationem ſui meriti & eorum per ſuam predicationem & hoc eſt quod dicit: deſidero enim uidere uoſ ut aliqd impartiar uobiſ gratie ſpiritaliſ id eſt ut per predicationē meam deuotioreſ efficiamini. & ſic in uobiſ augeatur gratia dei. Ad confirmandoſ uoſ in fide & boniſ operibuſ. i. ſimul conſolari in uobiſ etc. quaſi dicat per hoc habemuſ adinuicem conſolationem per fidem mihi & uobiſ cōmunem. & de dilatione ſui aduētuſ conſequenter ſe excuſat dicenſ: nolo enim uoſ ignorare etc. & patet littera ex dictiſ. Grecis ac Barbariſ hic aſſignatur ſecunda cauſa que eſt redditio debiti dicenſ Grecis ac Barbariſ id eſt hominibuſ ignote lingue cuiuſmodi ſunt omneſ preter Iudeoſ Grecoſ & Latinoſ. ſapientibuſ id ē inſtructiſ in lege & prophetia. & inſipiētibuſ id ē illitteratiſ hominibuſ. debitor ſum ad predicādum Euangelium eiſ ex offitio Apoſtolatuſ ita qđ in me promptum eſt ex parte animi licet habuerim & habeā impedimentum exequēdi. & uobiſ qui Rome eſtiſ euāgelizare

id est Euangelium p̄dicare. licet autem reddere debitum sit necessitatis: tñ Apostolus non peccauit in hoc qđ omnibus gentibus non predicauit: quia huius debiti redditio cadit sub precepto affirmatiuo qđ nó obligat ad semper sed opportunitate habita qđ Apostolus fecit. Non enim hic assignatur tertia causa ex honorabilitate officii dicēs: non enim erubesco Euangelium id est predicationem Euangelii quia hoc est bono/ rificum & sanctum ideo subditur: uirtus enim dei est id est Euangelium est uirtutis dei contentiuum. in salutem omni credenti quantum enim ad effectum proficit solis credentibus. Iudeo primum & Greco per hoc non est intelligendum qđ apud deū sit personarum acceptio: sed hoc dicitur quia Iudei per noticiam legis & Prophetarum & greci per cognitionem creaturarum que est quedam scala ad ascendendum ad deum per cognitionem & amorē ex hoc habebant quandā dispositionē pre ceteris gētibus ad suscipiendum Euangelii ueritatem: qđ continet iusticiam perfectam. propter qđ subditur: iusticia enim dei in eo reuelatur id est in Euangelio manifeste traditur ex fide in fidem id est ex fide informi procedendo ad fidem formatam licet enim sit idem habitus: tamen dicit̄ informis sine caritate existens & superueniente caritate format̄: quia per hoc actus eius efficit̄ meritorius uite beate & talis fides formata uiuificat & iustificat perfecte sicut scriptum est Abacuch tertio iustus autē etc. Reuelat̄. Post̄q̄ Apostolus affectum sue caritatis erga Romanos ostendit: hic cōsequenter uitia eorū arguit. Et diuidit̄ in duas partes quia primo arguit uitia gentilium. secundo Iudeorū secundo capitulo. Prima in duas quia primo arguit uitia eorum. secundo cuncludit intentum ibi. qui cum iusticiam dei. Prima adhuc in tres quia primo arguit eorū uitia contra deum: secundo in se ipsum ibi: propter qđ tradidit. tertio in proximum ibi: & sic non probauerunt. Prima in duas quia primo arguit eorū cecitatem. scđo peccatorū inde sequentium grauitatem ibi: & mutauerunt. Primum autem ostendit per hoc ꝙ Romani uigebāt ratione & idustria naturali: Vñ dicit Vegetius libro de Re militari ꝙ Romani acquisierūt dominium totius orbis nó multitudine populi nec fortitudine corporali sed sapientia Consulū & prudētia militari. p̄pter qđ ex cognitione naturali sibi data poterāt cognoscere unū solū uerū deū latria colendū. qđ si fecissent tanq̄ de bonis naturalibus deo grati dedisset eis cognitionē sui supnaturalē q̄tū necessariū ē ad salutē sicut patet de Cornelio Act. x. sicut enim corpore dispositio & organizato per naturam infundit̄ a deo anima: sic talis supnaturalis noticia homini dispositio ꝑ modū p̄dictū. & sicut deficiēte natura in organizatiōe p̄dicta nó infundit̄ aīma: sic homini indisposito noticia fidei denegat̄. sic autē fuit de Romanis qui de cognitione naturali deo ingrati supbierūt & ex cosequēti cecitatē incurrerūt. & grauia peccata p̄pter que puniēdi erāt ex iusticia diuina. & hoc ē qđ dicit̄: reuelat̄ enim id est certitudinaliter expectat̄ ira dei & eius iusticia & uindicta sup oēm impietatē cōtra deū. Est. n. pietas cultus deo exhibitus secundum Tullium. & per oppositum impietas importat dei con/ temptum. & iniusticiam hominum id est peccatum contra proximum cum quo iuste est uiuendum. eorum qui ueritatem dei in iniusticiam detinent. Veritas enim diuina quantum est in se parata est se manifestare sed malicia hominum impedit in eis hanc manifestationem. & sic quodammodo detinent eam. sicut impediens cursum aque dicit̄ eam detinere qđ declarat cōsequenter dicēs: qa quod notū est dei. i. de cōditionibus diuinis per rationem naturalē cognitis cuiusmodi sunt essentialia attributa ut sapiētia bonitas & similia: manifestum est in illis scilicet in hominibus Romanis. deus enim illis manifestauit & subditur modus manifestationis cum dicitur: inuisibilia enim ipsius id ē attributa dei essentialia que sunt nobis inuisibilia in p̄senti sicut & eius essentia eo ꝙ

non cognoſcunt cognitione intuitiua a creatura dei id eſt ab homine qui ſic nominat eo q̄ habet quādam ſimilitudinē cum omni creatura. habet enim eſſe cū nō uiuētibus. uiuere cum arboribus. ſentire cum animalibus. intelligere cum angelis. & quia omnis alia creatura ſenſibilis ꝓpter hominē facta eſt: ut diffuſe tractat Gregorius homelia xix. per ea que facta ſunt id eſt per creaturas intellecta conſpiciuntur ſicut cauſa p effectū. ſic Philoſophi cognouerūt deum. ſempiterna quoq; uirtus id eſt potentia que eſt de dictis attributis. & diuinitas. i. eſſentia diuina de qua p creaturas cognoſcit q̄d ē unica. ſimplex. & infinita. ita ut ſint inexcuſabiles de cōtemptu ipſius: ideo ſubditur: quia cum deum cognouiſſent ratione naturali modo predicto: non ſicut deum glorificauerunt: cogitantes q̄d improportionabiliter excedit cognitionem noſtram. & per conſequens ſuper omnia glorificandus. Aut gratias egerunt de cognitione naturali a deo ſibi data. ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis ſuperbientes de ipſa. & obſcuratū eſt inſipiens cor eorum iuſto dei iudicio propter ſuperbiam eorum. dicentes enim ſe eſſe ſapientes in temporalibus ſtulti facti ſunt in ſpiritalibus Et mutauerunt Hic cō/ ſequēter arguit peccati grauitatē ex cecitate ſequentē ſcilicet idolatriā que maximū peccatū eſt ex genere qa eſt cōtra primū preceptū prime tabule. & non ſolum unam idolatriam incurrerūt. ſed multiplicē. audierant enim q̄d tempore Nabuchodonoſor Regis Aſſyriorum ipſe incurrerat maliuolentiam & rebellionem ſubditorum eo q̄ oēs deos eorum exterminari iuſſerat per Olofernem Iudith primo propter quod ad dila/ tationem ſeu Imperii ſtatuerunt colere omnes deos diuerſarum gentium ut dicit Leo Papa in ſermōe ſanctorum Apoſtolorū Petri & Pauli q̄ ciuitas Romana cū oīmibus pene dominaretur gentibus: omnibus ſeruiebat erroribus. & hoc eſt q̄ dicitur hic: & mutauerūt gloriam incorruptibilis dei id eſt honorem ſoli deo debitū in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis. quia cultum latrie ſoli deo debitum exhibuerunt Ioui. Herculi. & pluribus aliis qui fuerant homines corruptibiles. Et uolucrum ſecundum q̄ dicitur Iſaie. xiii. q̄ aliqui adorabant talpas & ueſpertiliones & quadrupedū ſicut Egyptii q̄ colebant bouē. Et ſerpentiū ſicut Babylonii q̄ colebāt draconē Danielis. xiii. & iſtas idolatrias & multas alias receperant Romani ut dictum eſt. Propter q̄ hic conſequenter arguit peccata que fiunt in populum ſubiectū inter que luxuria maxime inquinat quia in corpus redundat & maxime uitium contra naturam q̄d eſt peſſimum: cuius ſunt tres ſpecies in generali prima eſt mollicies qua aliquis per tactus proprios polluit ſeipſum & hoc tangit cū dicit: propter quod id eſt propter peccatū idolatrie in curſum tradidit illos deus id eſt tradi permiſit in penam precedentis peccati in deſideria cordis ipſorum ad ſequendū totaliter propriā cōcupiſcentiā. in immūdiciā id eſt uſq; ad immundicias maximas ut contumelioſe afficiant corpora ſua in hoc enim ualde uilipenditur natura. qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium id eſt in idolum ipſum colendo ſicut deum: quaſi dicat propter idolatriam ceciderunt in talem immundiciam. & ſeruierunt creature in idolis potius q̄ creatori qui eſt benedictus in ſecula id eſt ab omnibus ſemper glorificandus amen. confirmatio dicti huius eſt. Scā ſpecies peccati contra naturam eſt ſodomia que tranſit in aliam perſonam in ſexu tū in debito. & hoc tangitur cum dicitur: propterea tradidit illos deus in paſſiones ig/ nominie id eſt ualde ignominioſas nam femine eorum mutauerūt naturalem uſum una alteram polluendo. ſimiliter autem & maſculi unus alterum polluendo. exarſerunt in deſideriis ſuis ex uehementi enim ardore luxurie talis uilitas procedit. & mercedē id ē punitionem quam oportuit id eſt decuit: in ſemetipſis recipiētes deo permittente iudicio ſuo iuſto. Tertia ſpecies peccati contra naturam eſt quando exercetur in ſpecie aliena

ſcilicet coitus cum beſtiis propter quod uocat̃ beſtialitas & eſt peſſimum & cõmuniter dicitur uitium innominabile propter quod Apoſtolus tacet de iſta ſpecie licet forſitan eam incurriſſent ſicut duas alias precedentes. Et ſicut conſequenter arguit peccata eorum in proximum. & primo peccata commiſſionis. ſecundo omiſſionis ibi: parẽtibus non obedientes. Circa primum tangit primo peccato operis dicẽs & ſicut nó ꝓbauerũt deum habere in noticiam id eſt non curauerunt de dei noticia: tradidit illos id eſt tradi permiſit in reprobum ſenſum id eſt in peruerſum iudiciũ optima iudicando que ſcd̃m ueritatem ſunt peſſima. & hoc fit ꝑ malũ habitũ acquiſitũ ſicut guſtus male diſpoſitus amara iudicat dulcia. & econuerſo. ut faciant ea que non conueniunt ſcilicet rationi recte qua homo debet uti. & que ſint illa primo explicat in generali dicens: repletos omni iniquitate propter auerſionem a deo que eſt in omni peccato. malicia propter conuerſionem indebitam ad creaturam. Secundo magis explicat in ſpeciali dicẽs fornicatione ſequendo concupiſcentiam carnis. auaricia ſequendo concupiſcentiã oculorũ nequicia quãtum ad ſuperbiam uite nequam enim dicitur a nequeo nequis. ſuperbus enim quia nequit attingere ratione ſibi indebita. aſſequi nititur ex ſuperbia. plenos inuidia que ſequitur ex ſuperbia eſt enim triſticia de bono alieno in quantũ eſtimat̃ proprii boni diminutiuum. homicidio contentione que ex inuidua oriunt̃ ſicut patet de Caym qui fratrem ſuum poſt uerba iniurioſa occidit. ut dictum fuit Gene. quarto dolo malignitate talia procurantes quando non audent facere manifeſte. Secundo tangit peccata oris dicẽs ſuſurrones qui occulte nituntr̃ per uerba ſua bonorũ amicitiã ſeparare. unde Eccleſiaſtici. xxviii. ſuſurro & bilinguis maledictus turbauit. n. pacẽ habentes. detractores occulte alicuius famam denigrantes. differunt enim ſuſurro & detractor fine qa unus intendit ſeparare amicitiã. alius denigrare famã. deo odibiles propter hec uitia. contumelioſos dicentes alius obprobria. ſuperbos falſo ſe de magnis tractantes. elatos alios ſupprimentes. inuentores malorum uerbis malis & exẽplis alios corrũpentes. Parentibus. Hic conſequenter exemplificat peccata omiſſionis cũ dicit̃ parentibus non obedientes ad qd̃ tamen tenentur parentibus carnalibus eo ꝙ habent ab eis eſſe. & nutrimentum. & parẽtibus ſpiritalibus eo ꝙ habent ab eis regimen & documentum. inſipientes eo ꝙ non recipiunt a parentibus documẽtum. & ex conſequẽti incõpoſitos in uictu habitu & geſtu. ſine fedre id eſt ſine fidelitate amicicie ad alios. ſine miſericordia ad pauperes & afflictos. Qui cũ iuſticiam dei hic Apoſtolus cõcludit intentum ex predictis. ex quo enim erant ſic culpabiles ſequitur ꝙ erant damnabiles niſi fuiſſent adiuti gratia dei: ideo dicit: qui cum iuſticiam dei id eſt deum eſſe iuſtum cognouiſſent hoc enim omnis intellectus & natura clamat: non intellexerunt ꝓpter cecitatẽ in eis creatã ex peccatis ut predictum eſt: quoniam qui talia agunt horribilia digni ſunt morte non ſolum temporali ſed eterna. nõ ſolum qui faciunt ea digni ſunt hac pena ſed etiam qui conſentiunt facientibus & iſti ſunt faciẽtes & preſtantes auxilium & illi qui tenentur corrigere & tacent. & hec correctio duplex eſt una fraterna ad quam omnes tenentur non tamen ad ſemper ſed tempore debito & loco & aliis circunſtãtiis debitis cõcurrentibus. Alia eſt correctio punitionis ad quã tenent̃ ſupiores ex officio ſuſcepto & hec correctio non ſolum eſt propter emendationẽ peccantis ſed magis propter bonum commune: propter quod non debet ſuperior ceſſare a tali correctione fraterna que tantum ordinatur ad emendationem fratris. ſed punire debet obſtinatum etiam morte ſi expediat pro bono rei publice. quoniam dictum eſt in hoc capitulo ꝙ ꝓpter peccatũ idolatrie tradidit deus gentiles in peccata luxurie uiliſſima & plura alia deteſtabilia propter hoc ad maiorem dictorum euidentiã: queritr̃ Vtrum

peccatum possit esse alterius peccati pena? & arguit primo ꝙ nō: quia pene iuste sunt & a deo ut patet per Augustinum libro. lxxxiii. questionum. peccatum autem non est iustū nec a deo ergo etc. Item pene sunt inducte ut p eas homines reducant ad bonū uirtutis ut patet per Philosophum. x. Ethicoꝝ: sed per peccatum non reducit homo ad bonum uirtutis sed magis ad oppositum: ergo etc. Contrarium uidetur in littera in penā enim idolatrie gētiliū inducta sunt alia peccata enormia. Respōsio de peccato possumus loqui dupliciter scilicet per se & per accidens p se uero consideratur peccatū secūdum ꝙ progredit a uoluntate sic enim habet rationem culpe: propter qđ si nullo modo est uoluntarium non est peccatū. & hoc modo unum peccatum non potest esse pena alterius quia de ratione pene est qđ fit contra uoluntatem. & sic manifestum est ꝙ peccatum per se loquendo non potest esse pena peccati. per accidens autem peccatū potest esse pena peccati tripliciter: primo quidem ex parte cause que remouet ꝓhibēs cause enim inclinātes ad peccatum sunt passiones inordinate temptatio diaboli. & alia huiusmodi que impediunt diuinū auxiliū qđ iuste subtrahuntur propter peccatū. & talis subtractio est huius peccati pena. & est a deo qui iuste retrahit auxilium suū ab ingrato. & sic peccatum sequens subtractionem diuini auxilii per accidēs dicitur pena peccati precedentis. & hoc modo loquitur Apostolus dicens. propter qđ tradidit eos deus in desideria cordis eorum etc. quia subtrahendo suum auxilium permittuntur peccatores uinci a passionibus suis & demonum temptationibus. Alio modo potest esse pena ex parte substantie actus peccati qui afflictionem inducit: & hoc siue sit actus interior ut patet in ira: & inuidia: que notabiliter affligunt ipsum iratū & inuidum: siue sit actus exterior sicut aliqui grauibus laboribus & dāmis opp̄munt aliquādo ut expleant actus peccati secundum illud sapi. v. lassati sumus in uia iniquitatis. Tertio modo ex parte effectus sequentis & his duobus modis ultimis unum peccatum nō solū est pena peccati precedentis sed etiam sui. Ad primū patet ꝙ procedit de peccato scđm se consideratō. Ad secundum dicendum ꝙ hec punitio qua aliqui permittuntur a deo in alia peccata ruere ad bonum uirtutis ordinatur: & quandoq; ad bonū peccantium scilicet cum post peccatum humiliores & cautiores resurgunt: semper autem ordinat ad bonum alioꝝ qui uidentes tales de peccato in peccatum sic ruere magis reformidāt peccare.

.II.

PRopter qđ Postq̄ Apostolus arguit uitia gentiliū hic cōsequenter arguit uitia Iudeorum. Et diuiditur in tres partes quia primo ostendit eos in culpa & pena gentilibus similes. Secundo quo ad aliquid peiores ibi: tu autem si Iudeus. Tertio quo ad aliquid meliores in p̄ncipio tertii capituli. Prima adhuc in duas quia primo circa propositum ostendit ueritatem. secundo remouet quorundam errorem ibi: existimas: Primum ostendit duplici ratione prima est quia apud gentiles idolatria reputabatur meritoria. & fornicatio licita. propter qđ talia publice agebant. Iudei uero per legē a deo specialiter sibi datā cognoscebant ambo esse ꝓhibita: ꝓpter qđ in manifesto a talibus abstinebant: ne secundum legem punirentur. in occulto tamen hic operabant. propter qđ in peccato erant gentilibus similes. & ideo ex fine precedentis capituli ubi dicit Apostolus qui talia agunt digni sunt morte concludit: propter qđ inexcusabilis es o homo id est tu Iudeus gētiliter uiuēs qui iudicas temerarie gētiles. & causa subdit in quo enim iudicas etc. & patet littera. Scimus enim Hic ponitur secunda ratio licet enim inter peccata manifesta & occulta sit distinctio quantum ad humanum iudicium per qđ tantum puniuntur manifesta tamen quātum ad diuinum iudicium non est in hoc distinctio: quia punit secreta sicut & manifesta eo ꝙ ei nihil est occultum primo

Regum. xvi. homo uidet ea que parent: deus autem intuetur cor. & ideo Iudei qui similia peccata faciebant in occulto: erant similiter puniendi sicut & gentiles facientes talia in manifesto. & sic habetur propositum scilicet ꝙ Iudei similes gentilibus erant. huius rationis ponit uirtutem dicens scimus enim ꝙ iudicium dei est secundum ueritatē id ē scd̄m eqtatē iusticie in eos qui talia agunt publice uel occulte. Existimans autem hic remouet circa dicta duplicem errorē. secundū remouet ibi: non est enim acceptio. Primus autē error est quia aliqui impunitatem attribuebāt sibi ex dilatiōe punitiōis diuine quasi essent oblita sua peccata. hoc remouet tanq̄ erroneū quia hoc proueniet ex dei patientia que concedit peccatoribus penitentie tempus ut sic si non peniteant: appareat eorum cōdemnatio magis iusta & similiter premiatio propter perseuerantiā in bono. hanc sententiā deducit Apostolus diffuse dicens existimas autem hoc erronee tamen o homo qui iudicas etc. id est o tu Iudee qui iudicas gentiles temerarie ut dictū est. quia tu effugies iudicium dei id est eius punitionē propter pene dilationem. q. d. non sic erit: sed magis contrarium: quia tu abuteris tempore misericordie tibi dato ad penitendum ideo subditur: an diuitias id est abundantiam bonitatis eius qua a malis non subtrahit bona nature & patientie qua differt illationem pene & longanimitatis qua diu expectat conuersionem hominum a malo culpe contemnis quasi dicat sic. in punitatem tibi arrogando ignoras quoniam benignitas dei te tolerans ad penitentiā te adducit quātum est in se quia instinctus suos ad bonū a malis nunq̄ penitus auferet q̄diu sunt in uia. sed ipsi repellunt eos & sic remanent in fecibus suis. ideo subdit: scd̄m autem duriciam tuam qua non cedis diuino instinctui durum enim in corporalibus dicitur: qd̄ non cedit tangentibus. ad similitudinem huius dicitur cor durum quod nō obedit instigāti ad bonum. thesaurizas tibi iram id est accumulas tibi penam in die ire id est ultionis extreme & reuelationis iusti iudicii dei. tunc enim reuelabuntur secreta cordis nostri. qui reddet unicuiq; secundum opera sua id ē bonis premia ideo subditur: iis quidem qui secundū patientiā boni operis id ē illis qui patientia dei usi sunt ad bene operandum gloriam & honorem. Recipient enim premiū pro uirtute in quo cōsistit ratio honoris quia secundum Philosophum honor premium est uirtutis. recipient enī hunc honorē corā multis id ē coram multitudine angelorū in quo ratio glorie cōsistit que ē manifestatio honoris unde gloria a claritate dicitur quasi quedam claria. C. tñ mutata in. G. & in corruptionem qa electi resurgent ad uitam immortalem. & beatā & quia malis per oppositū reddent tormēta: ideo subditur: iis autem qui ex cōtentiōe id ē peccatoribus obduratis quorum anima semper contēdit: ut dicitur. viii. Ethicorū quia synderesis seu dictamen rationis male remurmurat & sensualitas ad ip̄m reclinat. & sic est contentio inter partes anime: qui non acquiescūt ueritati. s. diuine pulsanti ad hostiū cordis per se ad bonū instigando & per suos predicatores monendo. credūt autem iniquitati cum diabolo iniquitatē suggerenti per se & ministros suos. ira & indignatio summi iudicis tribulatio in prolatione sententie Matt. xv. Ite maledicti in ignem eternum etc. in omnem animam hominis etc. id ē in omnem hominem malum. nominatur enim totum hoc compositū a parte digniori sicut Exo. primo oēs anime que egresse sunt de femore Iacob pro omnes homines Iudei primum & Greci isti. n. pre aliis gentibus habebant auxilium diuinum contra peccata Iudei per legem: Greci per sapientiam acquisitam. quia philosophia tunc uigebat in Grecia propter quod peccata istorum erant magis grauia & per cōsequens grauius punienda. gloria autem & honor etc. ex dictis patet hic littera. Non est enim Hic remouetur error secūdus & primo ponitur hec remotio secundo eiusdem dicti declaratio: secunda ibi cum enim

gentes: Error autem iste erat aliquorum Iudeorum impunitatem sibi arrogantium eo q̄ legem a deo receperant pre ceteris gentibus. secundum q̄ dicitur psal. c. xliii. non fecit taliter omni nationi. & iudicia sua non manifestauit eis. hoc ergo remouet dicēs non enim acceptio personarum apud deum dimittendo pre ceteris impunita peccata Iudeorum. quicunq; enim sine lege peccauerunt id est legem scriptam non habentes quales fuerunt gentiles sine lege id est scriptura peribunt. qa habuerūt legē naturalē bonum & malum ostendentem ut postea declarabitur. & quicunq; in lege peccauerūt id est legem Mosaicam habentes cuiusmodi fuerunt Iudei per legem iudicabunt id ē punientur inquantum transgressi sunt eam & subditur ratio non enim auditores legis iusti sunt apud deum. q. d. receptio legis nisi sequatur impletio operis non iustificat. & ideo de illa acceptione non debet quis sibi impunitatem arrogare. sed factores legis iustificabunt. quicunq; sint illi siue Iudei siue gētiles. Cum enim Hic declarat quoddā dictum scilicet q̄ gentiles habuerunt legem naturalem: ideo facientes contra dictamen illius legis merebant puniri & uuētes secundū ipsam premiari. propter qd obseruatio legis naturalis cum fide & cultu uniusdei ad qd etiam inducit ratio naturalis aliquo mō suffecit ad salutem gentilium usq; ad publicationem Euangelii. quia non tenebantur ad legem Moysi: dicit igitur cum enim gentes que legem non habent .s. Mosaicam naturaliter ea que legis sunt: faciunt id est ex naturali dictamine rationis eiusmodi legem non habentes scilicet Mosaicam ipsi sibi sunt lex id est ratio naturalis que est principalior pars hominis propter quod dicitur totus homo ut dictum est supra ipsa quidem est eis lex quia lex scripta diuina uel humana est a lege naturali diriuata quātum ad agibilia quia prima principia agibilium sunt impressa intellectui practico ex quibus diriuantur leges quasi conclusiones sicut intellectui speculatiuo impressa sunt prima principia speculabiliū ex quibus deriuantur scientie tanq̄ quedā ueritates concluse qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis quod declarat per effectū dicens testimonium reddente illis conscientia illorum que ex naturali dictamine ra/tionis recalcitrat malo & consentit bono. & inter se inuicem cogitationū accusantium aut destruentium. dicuntur autem cogitationes accusantes cogitationes male & defen/dentes bone que examinantur & declarantur coram naturali iudicatorio hominis sicut coram Iudice per prima principia operabilium naturaliter inserta sicut est illud hoc faciasalii qd tibi uis fieri. & licet hoc iudiciū fiat in presenti tamen multo clarius fiet in die iudicii. ideo sequitur: In die cum iudicabit deus etc. secundum Euangelium meum licet enim Euangelium sit solius Xpristi tanq̄ autoris tamen dicitur Euangeliū Apostoli tanq̄ eius p̄dicatoris per Iesum Xpristum. finale enim iudicium exercebitur per eum. Si autem Postq̄ Iudeos & gentiles ostendit in culpa & pena fuisse similes hic consequenter ostendit Iudeos in aliquo peiores. & hoc ex duobus ostēdit. secundū ponitur ibi: circuncisio. Primum autem est beneficium legis accepte per quam Iudei pre ceteris gentibus fuerunt a deo sublimati secundum q̄ dicitur Deute. iiii. Que est alia gens sic inclyta ut habeat cerimonias iustaq; iudicia & uniuersam legē etc. quāto autem status altior: tanto casus grauior. & ideo peccatū Iudeoꝝ grauius erat peccato gentilium in eodem genere peccati. dicitur igitur: si autem tu Iudeus cognominaris & dicit tu cognominaris quia primo nominati sunt Hebrei ab Heber in cuius familia remansit lingua Hebraica que prius oīmibus erat communis Gene. xi. erat autē terra labii uniusetc. postea nominati sunt Israelite a Iacob qui nominatus est Israel Gene. xxxii. & ultimo Iudei a tribu Iuda nobiliori. Et requiescis in lege nō uagando per uarios errores sicut gentiles & gloriaris in deo. i. in noticia uniusdei & nosti uolūtatem

etuſ id eſt precepta in lege expreſſa & probaſ utiliora id eſt ſciſ eligere meliora. p legē inſtructuſ que oſtendit omnia iſta. & non ſolum ad regimen proprium ſed etiā aliorꝝ ideo ſubditur: confidiſ teipſum preſumendo de tali inſtructione. ducem cecorum quo ad fidem. lumen eorum qui in tenebriſ ſunt. quātum ad moreſ. eruditorem inſipientiū quantum ad maioreſ. magiſtrum infantium quantum ad minoreſ. habentem formam ſcientie in ſpeculatiuiſ & ueritatiſ in lege in practicis. propter qđ concludenſ peccati grauitatem dicit: qui ergo alium doceſ: te ipſum non doceſ. & ſic peccaſ in te ipſum: qui predicaſ non furandum: furariſ. & ſic peccaſ in proximum per concupiſcentiam oculorꝝ. qui diciſ non mechandum mechariſ. & peccaſ in proximum per cōcupiſcentiā carniſ qui abominariſ idola Iudei enī poſt reditū captiuitatiſ Babylonice nō legunt idolatraſſe niſi aliqui pauci Machabeorum tempore & timore magiſ mortiſ q̄ amore idolatrie ſaltem pro maiori parte. tamen fuerunt hominеſ ualde cupidi ut teſtantur etiam Iudei & maxime circa tempora Xpriſti propter qđ aliqua deputata ad cultū diuinum ſacerdoteſ & miniſtri templi ſuiſ uſibuſ applicabant. ideo ſubditur: ſacrilegiū faciſ qđ eſt furtum rei ſacre. qui gloriariſ in lege a deo tibi data per p̄uaricationem legiſ domini inbonoraſ quātum eſt in te. & ad hoc inducit Apoſtoluſ ſcripturam ſicut ſcriptum eſt Eze. xxxvi. nomē enim dei per uoſ blaſphematur tota die. per hoc. n. q̄ Iudei coram gentibuſ dicebant ſe eſſe populū dei. peculiarē per legē ſibi diuinituſ datam & tranſgrediebanť eam male uiuendo ex hoc dabant occaſionem gentilibuſ blaſphemandi deum: qui ſibi elegerat talē populum: & ſic peccatum eorꝝ aggrauabať Secundo propter ſcandalum. ſciendum tñ q̄ ſcriptura allegata Eze. xxxvi. accepta eſt ſecundum tranſlationem. Ideo tranſlatio noſtra habet: ingreſſi ſunt ad genteſ & polluerunt nomen meum. & eſt eadem ſententia. Circunciſio Hic ponitur ſecundum ex quo Iudei erant deterioriſ conditionis per accidenſ tñ & primo oſtendit p̄poſitum. Secundo infert correlarium ibi non enim. Circa primum ſciendum q̄ circunciſio erat proteſtatio quedam ſeruande legiſ Gal. v. teſtificor omni homini circuncidenti ſe q̄ debitor ſit uniuerſe legiſ. igitur ſicut profeſſio alicuiuſ religioſe regule multum ualet profitenti ſi eam impleat opere & ſi non impleat magiſ eſt ſibi damnabiliſ: ſic circūciſio per accidenſ erat nociua Iudeiſ inquantum erant tranſgreſſoreſ legiſ & hoc eſt q̄ dicit circunciſio etc. & patet littera uſq; ibi circunciſio tua preputium facta eſt id ē facta ē abominabiliſ deo ſicut gentileſ preputium habenteſ erant Iudeiſ abominabileſ in tātū q̄ dedignabantur cum eiſ comedere & per oppoſitum concludit Apoſtoluſ q̄ gentileſ incircunciſi opera legiſ facienteſ ex rationiſ naturaliſ dictamine ut dictum eſt ſupra: erant deo accepti: & hoc eſt: qđ dicit: ſi igitur preputiū id ē gentiliſ incircunciſuſ legiſ iuſticiaſ cuſtodiatur q̄tum ad precepta moralia que ſunt de dictamine rationiſ Nōne preputium illiuſ in circunciſionem reputabitur id eſt tantum ſibi ualebit ſicut circun/ ciſio quaſi. d. ſic. Et iudicabit etc. hec littera eſt intricata & cōſtruatur ſic. & p̄putiū id eſt gentiliſ incircunciſuſ legē conſummanſ id eſt opera legiſ implenſ qđ ex natura eſt id eſt qđ fit in eo ex naturaliſ rationiſ iudicio: iudicabit te. i. condemnabilē oñdet: qui per litteram & circūciſionē preuaricator legiſ eſ id eſt factuſ eſ tranſgreſſor legiſ qui tamē habēſ eam in ſcripto & circunciſionē in corpore tuo. q. d. ſic te condēnabilē oſtendet. Non enim Hic ex dictiſ infert correlarium ſcilicet q̄ duplex eſt circunciſio una ſpiritaliſ que eſt preciſio culpe. Alia corporaliſ que eſt p̄ciſio pellicule coopientiſ membrum uirile. & prima melior eſt ſecunda: q̄to anima melior eſt corpore. & ſcđm hoc duplex eſt Iudeuſ unuſ ſpiritaliſ qui habet mentē circunciſam: aliuſ carnaliſ habēſ carnem circunciſam. & primuſ melior eſt ſicut & de circunciſione dictum eſt. & hoc ē

ꝙ dicitur: non enim qui in manifesto id est circuncisus carne que potuit hominibus apparere Iudeus est scilicet tantum. & similiter dicit de circúcisione carnis. neq; qui in manifesto etc. sed qui in abscódito Iudeus ẽ qui circuncisus mente est soli deo uisibilis est circuncisio cordis in spiritu scilicet sancto qui uitia rescindit cuius. s. circuncisionis spiritalis laus nó ex hominibus q̃ uidẽt solú exteriora sed ex deo ẽ qui uidet interiora.

QVid ergo ostenso in quo Iudei erant peioris .III.
conditionis q̃ alii hic consequenter ostenditur in quo erant melioris conditionis q̃ alii & diuiditur in duas partes quia primo ostenditur propositú. Secundo remouẽ quoddam obiectum ibi quid enim. Circa primum mouet questionẽ ex predictis dicẽs quid ergo amplius Iudeo est id est melius q̃ gentili & que utilitas circuncisionis a deo date patribus sanctis cuius opera sunt perfecta Deutero. xxxii. & respondet dicens multum per omnem modú. qđ ostendit consequenter dicens primú quidẽ quia credita sunt illis id est specialiter tradita eloquia dei in lege & Prophetis que in deum & ad susceptionem Xpristi disponunt ad Gal. iii. lex pedagogus noster fuit in Xpristo. & de Prophetis dicit Ra. Sa. Hebreus ꝙ non sunt locuti nisi ad dies Messie quod est intelligendum de principali intentione prout declaraui plenius in ueteri testamento. Ratio autem quare lex & ꝓphete data sunt singulariter populo Iudaico hec est qa Xpristus secundum carnem Iudeus erat nasciturus: propter qđ pre aliis populis decẽs erat ipsum pollere quadam speciali sanctitate ad quã inducũt lex & propbete. Quid enim Hic consequẽter remouetur quedam obiectio & primo fit propositum. Secúdo tollitur quoddam incidens erroneum ibi si autem. Circa primum dicit quid enĩ siqdem illorum nó crediderunt? q. d. non obstat predictis ꝙ plures Iudeoꝝ fuerũt increduli quia eoꝝ incredulitas non abstulit fidelitatem dei de implendo qđ ꝓmiserat patribus antiquis de datióe legis & aduẽtu Xpristi. & hoc est qđ dicitur: nunquid incredulitas eorum fidem dei id est fidelitatem euacuauit. absit. & subdit̃ ratio. est autẽ deus uerax implendo promissum in iis que promittuntur absolute cuiusmodi sunt predicta. si aũt aliquid promittat̃ a deo sub cõditione sicut prosperitas tẽporalis fuit promissa Iudeis si fideliter seruirent ei: non tollitur diuina ueritas per aduersitates eis immissas quãdo recesserunt a deo: quia nó stabãt cũ deo. omnis homo mẽdax. uoluntas enĩ humana mutabilis est & ideo potest esse mendax in promissis. non sic autem deus cuius uolũtas est immutabilis. & ad hoc inducit exemplum de ꝓmissione facta ipsi Dauid absolute de conseruatione regni sibi & posteris eius cuius impletio non fuit impedita ꝑ peccatú Dauid cum Bersabee. & hoc est qđ dicitur: sicut dictum est psal. l. quem fecit Dauid penitẽs de dicto peccato ut ibidem declaraui. ut iustificeris etc. ibi premittitur tibi soli peccaui & malú coram te feci & subintelligit̃ remitte mihi: ut iustificeris in sermóibus tuis id est ut ueritas sermonis tui appareat de conseruatione regni. & Xp̃o nascituro de me: sicut promisisti. & uincas cum iudicaris faciendo contrarium qđ de te iudicatur a multis. post enim adulterium Dauid cum Bersabee & occisionem Vrie multi dicebãt ꝙ propter hoc promissa dei facta Dauid erant retractata. qđ tamen non erat uerú. quia facta fuerant absolute. Si autem Hic circa predicta remouet errorẽ incidentẽ ex hoc enim ꝙ ex peccatis hominum apparet iustitia dei commendabilis: dixerunt aliqui ꝙ peccata per se faciunt ad gloriam dei. qđ Apostolus falsum ostendit ducẽdo ex hoc triplex inconueniens. primum est ꝙ deus esset iniquus inferendo penam pec/catoribus: cum secundum hoc peccata per se faciunt ad gloriam suam. & hoc est quod dicit: si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat id est commendabilem facit: quid dicemus inconueniẽs qđ sequitur: nunqd iniquus est deus qui infert iram? id est

penam peccatoribus. hic enim sequitur ad dictum eorum erroneum. ideo subdit scdm hominem dico id est secundum homines errantes dicto modo absit. s. deū esse iniquum. alioquin quomodo iudicabit mundū húc. q. d. nullo modo bene si enim esset iniqu is: non posset esse iudex bonus. nam eqtas est optima conditio Iudicis. Si enim hic infert secundū inconueniens: si enim peccata facerent ad gloriā dei: sequeretur ꝙ peccator non posset dici malus: quia nullus dicitur malus faciendo illud: qđ ad dei gloriam or/ dinatur. & hoc est qđ dicitur si enim ueritas dei id est eius iustitia in meo mendacio. i. per peccatum meum quia omne peccatū est quoddā mendacium: abundauit in gloriā ipsius id est declarauit iustitiam eius gloriosam quid adhuc ego? & loquitur Apostolus in persona peccatoris tanq̄ peccator iudicor. s. reus & condemnāduſ ꝓpter peccatum quasi. d. non esset hoc rationabile si illud dictum esset uerum & sic ex hoc incóueniēti concluditur esse falsum. Et sicut hic infert tertium inconueniens quia si peccata ꝓ se facerent ad gloriam dei essent frequentanda sicut & opera uirtutum: hoc autē incó/ ueniens infert implicādo dictum Pseudoapostolorum qui nitebant ueros Apostolos diffamare ut patet in pluribus locis noui testamēti. & ideo ex hoc ꝙ Paulus cómēdans gratiam dei dixit ubi abundauit delictum superat ūdauit & gratia infra. v. capitulo & ex consimilibus uerbis aliorum Xpristi discipulorum dicebant Pseudoapostoli qđ Paulus & alii Christi discipuli inducebant populos ad multiplicationem peccati ut sic per multiplicationem malorum uenirent bona. & hoc est qđ dicit: & sic sicut blasphe/ mamur a Pseudoapostolis & aiunt nos quidem differētie falso tamen faciamus mala: ut ueniant bona imponebant enim ueris Apostolis ꝙ predicabant multiplicationem peccatorum quorum condemnatio iusta est. quia falsum crimen Apostolis imponebāt ex hoc igitur ꝙ peccata non sunt frequentanda & ꝙ dicere ꝙ sint frequentanda: ē erroneum: concluditur falsitas illius dicti scilicet ꝙ peccata faciunt per se ad gloriam dei. Ad maiorem intellectum predictorum sciendum ꝙ peccatum siue malum culpe auertit a deo per se. & ideo non facit ad eius gloriam. sed deus cuius potestatis tāta est bonitas ꝙ de malis elicit bona: ut per Aug. patet in Enchiriđ. punitionem peccato- ꝝ per malum pene cuius est autor ordinat ad declarationē sue iustitie preter intentionē peccantis sicut preter intentionem Tyrannorum declarauit patientiam Martyrum. Quod igitē postq̄ Apostolus ostendit Iudeos & gentiles similiter indiguisse gratia dei ante conuersionem per hoc ꝙ uterq; sunt in uitia horribilia prolapsi: hic consequēter ostendit eos similiter eadem gratia indigere post cōuersionem per hoc ꝙ sine ipsa nó poterant consequi salutem: & ostendit hoc dupliciter: primo ex legis imperfectione ibi: nunc autem. Primum autem ostendit per scripturam. & ideo primo ipsam allegat. secundo ad propositū applicat ibi scimus. circa primū dicit cōtinuādo se ad p̄cedentia quid igitur dicemus nos Iudei de quibus erat Apostolus. precellimus eos? scilicet gētiles nequaq̄. & subdit causam dicens. causati enim sumus id est rationabiliter ostendimus Iudeos & Grecos omnes sub peccato esse ante conuersionem ut patet ex predictis. & idem sequitur post conuersionem. nisi assit gratia dei. quia fides informis non sufficit ad salutem sicut scriptum est psal. xiii. secúdum translationem. lxx. quia non ē iustus quisq̄ sine gratia dei loquendo de iustitia ꝑfecta que facit hominē dignū uita eterna potest tamē aliquis esse iustus iustitia politica per obseruantiā legis nature. & iustitia legali per obseruantiā legis Mosaice. non est intelligens rationē superne beatitudinis non est requirens deū per opera meritoria. ad hoc enim requiritē gratia. ideo subditē omnes declinauerūt a uia beatitudinis. simul inutiles facti sunt. deficiētes a cōsecutióe finis ultimi. sicut medicina dicitur inutilis que deficit ab introductióe sanitatis. nó est

qui faciat bonum non est usq; ad unum. quia nullus potest facere bonum meritorū
sine dei gratia. & quoniam ipsa subtracta cōmuniter homines labuntur in horribilia
peccata ideo subditur: sepulchrum patens est guttur eorum. ex sepulchro enim patēti
fetor exhalat sic tales proferunt uerba mala & fetida. quia ex abundantia cordis os
loquitur Mat. xii. linguis suis dolose agebant proximum decipiendo. uenenū aspidū
sub labiis eorum occulte detrahendo. quorum os maledictione deum blasphemando &
amaritudine plenum est alius mala persuadendo. ueloces pedes eorum ad effundēdum
sanguinem innocentem. contritio & infelicitas in uiis eorum quia finaliter conterent
& ad miseriam deducentur. & uiam pacis non cognouerunt. que ducit ad uitā beatā
ubi est pax perfecta. & subdit predictorum causam non est timor dei: qui retrahit a
malo ante oculos eorum propter qđ sine retinaculo currunt ad malum. Scimus Hic
scripturam allegatam applicat ad propositū dicēs: scimus quoniā quecunq; lex loqtur
iis qui sub lege sunt: loquitur. ex hoc dicunt aliqui expositores q; scriptura allegata
loquitur tantū de Iudeis qui sub lege Mosaica erant. sed scriptura immediate p̄cedēs
dissonat: ubi dicit̄: causati enī sumus Iudeos & Grecos omēs sub peccato esse. similiter
subsequens immediate ubi dicitur: ut omne os obstruatur: & fiat omnis mundus deo
ex quibus patet q; loquitur de Iudeis & gentilibus. nec obstat qđ dicitur: iis qui sub
lege sunt: loquitur. tum quia dicit̄ hic sub lege indefinite & sicut Iudei erant sub lege
Moysi: ita gentiles sub lege naturali. indefinita uero uim equipollet uniuersali. tum
quia non dicitur hic de iis qui sub lege sunt sed iis qui sub lege sunt. licet autem liber
psalmorum de quo accepta est scriptura preallegata datus sit Iudeis sicut & alii libri
ueteris testamēti: non tm̄ loqtur solum de Iudeis sed etiam de multis aliis gentilibus sicut
declaratum fuit ibi & per singulos libros ueteris testamenti. Sciendum igitur q; psalm.
xiii. de quo assumpta est scriptura predicta secundum sensum litteralem loquitur de
Nabuchodonosor Rege Babylonis & eius exercitu ut dictum fuit ibidem. tm̄ secūdū
sensum tropologicum conuenienter allegatur de omnibus peccatoribus generaliter. &
hoc modo allegat eam hic Apostolus sicut prima Corin. x. scripturam Exo. allegat
in sensu allegorico dicens petra autem erat Xpristus. certum est enim q; petra unde
fluxerūt aque in deserto nō erat Xp̄s historice. sed tm̄ allegorice. qa ip̄m significabat
dicit igit̄ Apostolus scimus aūt q; quecunq; lex scilicet Mosaica sub qua continet̄ liber
psalmor; accipiēdo legē generaliter pro oēmibus libris ueteris testamēti sicut frequēter
accipiunt Iudei iis qui sub lege sunt loquitur id est: Iudeis non tamen solum de illis sed
de gentilibus aliis ut dictum est. uel aliter: iis qui sub lege sunt loquitur indefinite. i.
gentilibus qui erant sub lege naturali & Iudeis qui erant sub lege Moysi. ut omne os
scilicet gentilis & Iudei obstruatur ita q; non habeat audaciam contra deum loquēdi.
& subditur: fiat omnis mundus subditus deo tanq̄ eius gratia indigens ad consequendū
salutem quia ex operibus legis Mosaice uel naturalis non iustificabitur oēis caro. i.
omnis homo coram illo id est ut sit acceptus deo pro beatitudine consequenda. per
legem enim cognitio peccati supplet̄. non tamen eius remissio. sed per gratiam dei.
Sed contra hoc uidetur q; in Leuitico frequenter dicitur in oblatione sacrificii pro
peccato orabit pro eo sacerdos & dimittetur ei: Ad quod dicendum q; uirtute illius
sacrificii secundum se non dimittebatur peccatum. secundū q; dicitur Hebre. decimo
Impossibile est sanguinem taurorum auferre peccata. sed inquātum istud sacrificium
erat quedam protestatio Xpristi passuri quam protestationē cognoscebant maiores
magis explicite minores uero implicite. & sic uirtute fidei Xpristi gratiam conferēte
eo q; eadem fides fuit antiquorum & modernorum remittebatur peccatum. & non

uirtute ſacrificii. & hoc ſatiſ oſtenditur ex modo loquendi cum dicitur orabit pro eo ſacerdoſ: & dimittetur ei quia ex fide & deuotione offerentium remittebatur peccatū. Nunc autem oſtenſo ꝙ conſecutio ſalutiſ non erat niſi per fidem Xpriſti: & hoc ex legiſ impfectione hic conſequenter idem oſtenditur ex fidei Xpriſti perfectione. & diuiditur in duaſ parteſ. quia hoc primo oſtenditur ratione. ſecūdo exemplo Abrahe capitulo quarto. prima in duaſ quia primo oſtenditur propoſitum. ſecundo infertur correlarium ibi: ubi eſt gloriatio. prima adhuc in duaſ. quia primo oſtendit̄ hominē iuſtificari per fidem Xpriſti. ſecundo ponit̄ moduſ iuſtificandi ibi. omneſ enim. Circa primum fit taliſ ratio illud proprie iuſtificat: qđ facit dignum uita eterna etiam ſine lege Moſaica ſic eſt de fide Xpriſti: quia gētilibuſ eam recipientibuſ dabatur in ſigno uiſibili ſpirituſ ſanctuſ ut patet Act. x. de Cornelio & aliiſ gētilibuſ cū eo exiſtētibuſ ergo etc. huiuſ rationiſ ponit minorem dicens nunc autem ſine lege iuſticia dei eſt id ē que facit deo acceptū. & uita eterna dignū. manifeſta eſt in gentilibuſ ſpiritū ſanctū recipientibuſ modo dicto: qui tamen legem Moyſi non ſeruabant. teſtificata a lege id eſt a libriſ Moyſi qui proprie dicuntur lex. apud Hebreoſ. & Geñ. xlix. dicit̄ de Xpriſto: non auferetur ſceptrum de Iuda & Dux de femore eiuſ donec ueniat qui mittenduſ eſt. In tranſlatione Chaldaica que apud Hebreoſ ē autentica habet̄ donec ueniat Meſſiaſ. & ipſe erit expectatio gentiū. quia indifferenter Iudeiſ & gentilibuſ dedit ſpiritum ſanctum. & Prophetiſ. Ioel. ii. ca. effundam de ſpiritu meo ſuper omnē carnē id eſt ſup omnē hominem Iudeum ſiue gentilem: ideo concludit. iuſticia autem dei id eſt faciens deo acceptum eſt per fidem Ieſu Chriſti ſuper oñeſ & in omneſ: qui credunt in eum. & dicitur ſuper oñeſ quantum ad Apoſtoloſ & aliоſ primo credētеſ. & in omneſ quantum ad aliоſ qui fidem receperunt & recipient per predicationem Apoſtolorum & ſuccedentium doctorum. non eſt diſtinctio inter Iudeoſ & gentileſ q̄tū ad iuſtificationem per Chriſti fidem. & loquit̄ Apoſtoluſ de fide formata caritate que iuſtificat. Omneſ enim Hic conſequenter oſtenditur moduſ huiuſmodi iuſtificationiſ per cauſam formalem efficientem & finalem & temporiſ congruētiam. premittitur tñ huiuſ iuſtificationiſ neceſſitaſ: cū dicitur: omneſ enim peccauerunt tam Iudei q̄ gētileſ. & egent gloria dei id eſt gratia ſua per quam apparet glorioſuſ & ſubditur huiuſ iuſtificationiſ moduſ cū dicitur: iuſtificati igit̄ gratiſ id eſt ſine meritiſ noſtriſ per gratiā ipſiuſ formaliter. & per redemptionem que eſt in Chriſto Ieſu id eſt per paſſionē eiuſ efficienter. meritorie tamen quam propoſuit deuſ qui eſt cauſa efficienſ noſtre iuſtificationiſ principaliter. ꝑ fidē noſ deo coniungentē. in ſanguine ipſiuſ ad oſtenſionem iuſticie ſue etc. ſcilicet finaliter. per hoc enim declarauit ſe iuſtum ꝙ peccatum Ade totam naturam humanam inficiens non reliquit impunitum. & ſuſtentationem dei. ſuſtentauit enim patreſ in lymbo ſine pena ſenſibili. ad oſtenſionē iuſticie eiuſ in hoc tempore ſcilicet gratie in quo oſtenditur ſua iuſticia que facit dignum uita eterna. ut ſit ipſe iuſtuſ. id eſt manifeſte appareat iuſtuſ & iuſtificanſ eū qui ē ex fide Ieſu Xp̄i id eſt quencunq; credentem in Chriſto. Vbi eſt ergo Hic infert quoddā correlariū ſecundo ſoluit obiectionem in contrarium ibi: legem ergo. declaratū eſt ꝙ iuſticia dei equaliter dabatur cōuerſiſ ad fidem Chriſti de iudaiſmo & gētilitate & ideo cōcludit Apoſtoluſ ꝙ Iudei non debebant gentileſ deſpicere gloriando inaniter de legiſ obſeruatione qđ tamen faciebant in primitiua Eccleſia: ſecundum ꝙ dicitur Act. vi. factum eſt murmur Grecorum aduerſuſ Hebreoſ eo ꝙ deſpicerentur in miniſterio quotidiano uidue eoꝝ ad hoc igit̄ reprimendum dicit Apoſtoluſ: Vbi eſt ergo gloria tua o Iudee qui inaniter gloriariſ de lege. excluſa eſt quantum ad cerimonialia que

tempore legis noue non sunt obseruanda. quia erant mere figuralia. aduenīente uero ueritate tempore Xpristi cessat figura. Iudicialia uero exclusa sunt inquantū habēt uim obligandi in lege illa. possunt tamen de nouo institui in lege noua quantū ad illa que regimini xpristianorum uidētur accōmoda. Moralia uero manent quia sunt de lege nature que est immutabilis. & subditur modus dicte exclusionis: cum queritur per quam legem facta est dicta exclusio. factorum id est per legem ueterem que in obseruantiis carnalibus existebat. q. d. non. sed per legem fidei id est per legem Euā/gelicam que spiritalis est. qđ confirmat dicens. an Iudeorum deus tantum. q. d. non. immo etiā deus gentiū. finis enim correspōdet principio. & ideo sicut Iudei & gētiles processerunt a deo sicut ab uno principio ita reducuntur ad ipsum sicut ad finem unū que reductio fit per mediatorem Xpristum Iesum ideo subditur: quoniā quidē unus est deus scilicet gentilium & Iudeorum qui iustificat circumcisionem id est Iudeos cir/cumcisos ex fide id est per fidem Xpristi & non per circumcisionem. & preputium id est gentiles preputium habentes per fidem scilicet eiusdem mediatoris Iesu Xpristi. Legē ergo Hic consequenter respondet Apostolus cuidam obiectioni quia per hec uerba & similia imponebant sibi Iudei q̄ destruebat legem Moysi per predicationem fidei Christi ut habet Act. xxi. hoc igitur remouet dicens. legem ergo scilicet Moysi des/truimus per fidem? id est per predicationē fidei Christi absit sed legem statuimus id ē confirmamus. quādo enim aliquid est uia & dispositio ad aliud ad qđ ordinatur: sicut ad finem: si cesset fine habito: non propter hoc dicitur destrui: sed magis statui. quia uirtualiter manet in alio meliori sicut ē de motu ad formā q̄ cessat forma introducta & uirtualiter manet in ipsa. lex autē uetus fuit quedā dispositio ad nouā & ordinata ad ipsam sicut quid imperfectum ad rem perfectiorem. unde dicit Hiere. xxi. Ecce dies uenīunt dicit dominus: & feriam domui Israel & domui Iuda fedus nouum non secundum pactum qđ pepigi cum patribus uestris etc. & subditur & ero eis in deum & ipsi erunt mihi in populum. & ideo lex uetus non destruitur sed magis statuitur q̄tum ad id in quo cessat simpliciter: cuiusmodi sunt cerimonialia. alia uero non sic cessant: ut dictum est. Ad maiorem dictorum & dicendorum intelligentiam querit hic Vtrū lex uetus suo tēpore iustificaret: Et arguit p̄mo q̄ sic: Leuit. xviii. dicit. Custodite leges meas atq; iudicia que faciens homo uiuet in eis. sed uita spiritalis hominis est per iusticiam. ergo etc. Item per circumcisionem tollebatur culpa originalis: sicut modo per baptismum. sed culpa non auferetur nisi per gratiā que iustificat simpliciter. Item oēs moderni doctores tenent q̄ in circumcisione dabat gratia: ergo etc. Contra Gal. vii. si data esset lex que posset iustificare: Christus gratis mortuus esset id est sine causa. sed hoc est inconueniens. ergo & illud. ex quo sequitur q̄ lex uetus non iustificaret. Responsio. Hic premittēde sunt quedam distinctiones. prima est de iustificatione que potest accipi dupliciter. uno modo proprie & sic iustificatio ē factio iusticie. alio mō magis large pro significatione iusticie sicut urina dicitur sana eo q̄ est sanitatis signi/ficatiua. secunda distinctio est de iusticia que potest accipi dupliciter: uno mō p̄fecte secundum qđ iustificatur homo apud deū. Alio modo imp̄fecte & sic iusticia ē uirtus politica. Tertia distinctio est de lege ueteri que distinguit secundum p̄cepta moralia iudicialia & cerimonialia. Si igitur loq̄mur de iusticia p̄fecta sic solus deus iustificat efficaciter per habitum gratie quem solus infundit psal. lxxxiii. gratiam & gloriam dabit dñus. ipsa uero gratia iustificat formaliter. Si uero accipiat iustificatio large sic tota lex uetus iustificabat qa gratiam iustificātem p̄ Christum dandā significabat. totus enim status illius legis fuit noue figuratiuus p̄ma Corin. x. oīa enim in figuris

contingebant illis. Si autem accipiatur iusticia imperfecta & lex uetus quantum ad moralia & etiam iudicialia sic iustificat effectiue inquantum per opera legis que iusta erant: acquirebat habitus iusticie & ille habitus acqsitus iustificat formaliter. Iusticia uero politica que non facit dignū uita eterna qa opa talis iusticie sūt simpliciter opa humana & per consequens ad consecutionē uite eterne improportionata que excedit facultatem hominis naturalem secundum illud Isa. lxiii. oculus non uidit etc. ꝓpter qđ oportet ꝙ talis proportio ueniat a deo per habitum ad hoc specialiter infusum. Sciendum tamen ꝙ moralia aliter iustificabāt politice q̄ iudicialia qa moralia p̄cepta erant de operibus uirtutum generaliter. & sic iustificabant iusticia pro omni uirtute accepta. Iudicialia uero erāt de contractibus iustis inter homines & sic iustificabant iusticia minus communi. Si uero accipiatur lex quantum ad cerimonialia pure que non continebant aliquid iustum secundum se sed tantum ex legis determinatione: sic lex nō iustificabat nisi executiue. & ꝓpter hoc de cerimonialibus dicit̄ a doctoribus qđ non iustificabant nisi inquantum fiebant ex obedientia facientium. Ad primum dicendum ꝙ pro tanto dicebat̄ p̄cepta legis custodiens uiuere: quia per hoc euadebat penam mortis corporalis que per legem transgressoribus inferebatur in casibus multis: ut patet ex decursu illius legis. Ad secūdum dicendum ꝙ licet in circuncisione daretur gratia hoc tamen non erat ex circuncisione sed ex fide Xpristi uenturi quam habuit Abraham cuius fidei signum fuit circuncisio sicut dicitur sequenti capitulo & signum accepit circuncisionis signaculum fidei iusticie quam fidem protestabatur se recipere suscipiens circuncisionem per se si erat adultus. & per alium si paruulus. eadem enim fides fuit antiquorum & modernorum sicut dictum est supra licet sit modo magis explicita. & hoc mō dicūt doctores gratiā fuisse datā in circūcisione. aliter autem datur modo in baptismo qui habet efficaciam a passione Xpristi iam completa in effectu. propter qđ non solum est signū gratie in eo date sed etiā causa efficiens instrumētalis. tum qa sacramēta noue legis efficiūt: qđ figurant. & sic patet ad questionē & argumēta.

QVid ergo dicemus? Ostenso per rationem .IIII.
ꝙ lex uetus nō sufficiebat ad salutē: Hic consequenter idem ostenditᵗ ꝑ exēplū Abrahe Patriarche. Circa qđ ostēditur primo quid consecutus sit per fidem Xpristi: secundo magnitudo sue fidei ibi qui contra spem. prima diuiditur in tres partes quia primo ostenditur ꝙ ex fide consecutus est gratiam iustificantem. secundo credentium paternitatem ibi: & signum. tertio hereditatis promissionem ibi: non enim per legem. primum autem ostenditᵗ dupliciter. primo per scripturam. secundo per resurrectionē ibi. ei autem. Circa primum dicitur quid ergo dicemus inuenisse apud deū. Abraham patrem nostrum secundum carnem. secundum enim carnem Apostolus descenderat ab Abraham sicut & ceteri Iudei. secundum animam enim que est per infusionem omnes immediate sunt a deo. & respōdet ad questionem dicens. Si enim Abraham ex opibus legis ueteris iustificatus est: habet gloriam sed non apud deum. quia talis iusticia est acquisita & politica. & sic reddit habentem honorabilem inter homines. sed non apud deum. qa nō facit eum eterna uita dignum: ut supra dictum est. & ad hoc probādum inducit scripturam dicens: quid enim scriptura dicit? de Abrahe iustificatione. credidit Abraham deo. & reputatum est illi ad iusticiam. ex fide igitur iustificatus est. & non ex opibus legis. hec autē scriptura habet̄ Gen̄. xv. Ei autem. Hic idem ostenditur per rationem. & diuiditur in duas partes quia primo ponitur ratio. secundo rationis declaratio ibi. sicut & Dauid. Ratio talis est: illud quod conceditur alicui sicut merces operanti non traditur ei per uiam gratie: ergo non propter legis opera. maior huius

rationis ponitur: cum dicitur: ei autem qui operatur merces non imputat̃ scd̃m gratiã sed secundum debitum. & subditur minor. Ei uero qui non operatur legis opera tamẽ credenti in eum qui iustificat impium q̃lis est gentilis ueniens ad fidem Xp̃i reputatur fides eius ad iusticiam. que facit dignum uita eterna secundum propositum gratie id ẽ secundum ordinem gratie. & non secundum ordinem debiti. & ex hoc subintelligitur conclusio sequens scilicet ꝙ dicta iusticia non est ex operibus legis. Sicut Dauid Hic cõsequẽter ponit̃ huius ratiõis declaratio. maior autẽ manifesta est. ideo declaratiõe non indiget. sed minor declaratur per scripturam. & primo scriptura allegatur. scd̃o ad propositum applicatur ibi. beatitudo ergo. Circa primum sciendum ꝙ beatitudo dupliciter accipitur: uno modo in re & sic habetur in prima. Alio modo in spe prout habetur in uia. & sic accipitur hic cũ dicitur: sicut & Dauid dicit beatitudinẽ hominis supple esse cui deus accepto fert iusticiam id est acceptat eum ad uitam beatam. sine operibus quia opera humana ad hoc sunt improportionata ut predictum est. & subdit̃ autoritas Dauid ad hoc psal. xxxi. beati quorum remisse sunt iniquitates etc. qd̃ nõ potest fieri per opera humana. qa homo nõ potest per se resurgere a peccato ad hoc enim ꝙ tollatur peccatum requiritur illustratio diuine gratie sicut lux corporalis ad amotionem tenebre. Beatitudo ergo. Hic consequẽter scriptura allegata ad ꝓpositũ applicatur per modum questionis cum dicitur: beatitudo ergo hec que habetur in spe in circuncisione tãtum manet id est datur ne tantũ Iudeis circuncisis. an etiã in p̃putio id est gentilibus incircuncisis. & respondet ad hanc dicens. dicimus enĩ qa reputata est Abrahe fides ad iusticiam sicut habetur Gene. xv. ut supra allegatum est. quomodo ergo reputata est? & respondet non in circuncisione sed in preputio. quia Abraham nondum circuncisus erat quando hoc dictum fuit de eo. hoc enim fuit dictũ ante na/tiuitatem Ismahelis Geñ. xv. & Abraham fuit circuncisus Ismaele iam. xiii. annorum existente ut patet Geñ. xvii. Et signum. Hic consequenter ostenditur ꝙ Abraham per fidem obtinuit credentium paternitatem. Circa qd̃ sciendum ꝙ simul Abraham habuit preceptum circuncisionis que fuit signum uel character sue fidei in se & in se/quentibus: unde sic definitur circuncisio qd̃ est signum distinguens Israel a gentibus. ex hoc enim formatur talis ratio.. Quandocunq; in aliquo duo concurrunt: unum ut signum tantum aliud ut res signata: principalior est ibi res signata q̃ signum qd̃ non est ibi nisi propter rem signatam ut patet de circulo pendente ante tabernam qd̃ nõ est ibi: nisi propter uinum uenale. Cum igit̃ in paternitate Abrahe respectu credẽtiũ circuncisio fuerit ibi sicut signum tantum. fides autem ut res signata: ergo per fidem obtinuit dictam paternitatem. & hoc est qd̃ dicitur. & signum accepit scilicet Abrahã circuncisionis in carne. signaculum iusticie fidei id est ut hec circuncisio esset signaculũ fidei latẽtis in mente que est in preputio id est que iusticia erat in Abraham ante cir/cuncisionem: ut sit pater omnium credentium per preputium id est omnium genti/lium ad fidem Xpristi uenientium absq; circuncisione: ut reputetur illis ad iusticiam sicut & Abrahe reputata fuit fides ad iusticiam ante q̃ circũcideretur. & sit pater cir/cuncisionis scilicet spiritalis que est recisio uitiorum. non iis tm̃ qui sunt ex circũcisiõe scilicet carnali cuiusmodi sunt Iudei. sed & iis qui sectantur eius uestigia fidei que est in preputio patris nostri Abrahe id est quam iusticiam per fidem habuit Abrahã ante circuncisionẽ. Non enim hic consequẽter ostenditur ꝙ per fidẽ obtinuit hereditatis promissionem. & non per opera legis utpote per circuncisionem & huiusmodi. & ad hoc inducitur duplex ratio. secunda ibi. lex enim. Ratio prima talis est quãdo aliqd promissum redditur alicui nõ habito respectu ad promissionẽ: sed ad opera sequẽtia:

promissio illa frustratur: & euacuat: qa non propter illā sed propter aliud ꝓmissum redditur. promissio uero hereditatis facta fuit Abrahe ante circuncisionem ut patet Geñ. xiii. ergo si reddita est ei propter circuncisionem uel opera sequentia: promissio dei fuit frustratoria. & fides Abrahe de tali promissione fuit euacuata. hoc autem inconueniens est. dicere de deo in quo non potest esse falsitas nec deceptio. ergo & illud unde sequitur scilicet q̄ promissio hereditatis sit impleta per legis opera & hoc est q̄ dicitur: non enim per legē promissio Abrahe supple facta est aut semini eius: ut heres esset mundi non enim solum facta est Abrahe & semini eius promissio de terra Iude sed etiam de toto mundo: qđ patet esse impletū in Xpristo descendente de Adā scd̄m carnem: qui dicit Mat. ultimo data est mihi omnis potestas in celo & in terra. sed per iusticiam fidei facta est dicta promissio. ideo concluditur. si enim qui ex lege id est ex operibus legis heredes sunt id est consequunt̄ hereditatē exinanita est fides q̄ Abrahā credidit deo. promittenti. abolita est promissio scilicet dei qa hereditas nō est reddita habito respectu ad promissionem sed ad aliud. hoc autem est inconueniens. ergo etc. lex enim Hic ponitur secunda ratio que talis est. promissio cū sit de bono non innitit̄ rei que est prouocatoria ire quia non habet firmitatem aliquā. cū frequenter ꝓpter iram promissio facta priuś detract̄. lex autē fuit prouocatiua ire diuine dupliciter, uno modo quia homines nituntur in uetitum: propter qđ ex inhibitione legis creuit libido peccandi. Alio modo quia lex dabat cognitionem peccandi clariorem q̄ ante: & ex hoc aggrauabatur peccatum: secundum dictum Saluatoris Lu. xii. seruus qui cognouit uoluntatem domini sui & non fecit: uapulabit multis plagis. ergo promissio diuina non innitebatur legi cum esset ire dei prouocatiua. & hoc est qđ dicitur. lex enim iram operat̄. id est prouocat modis dictis. ubi enim non est lex nec preuaricatio & hoc est uerum absolute de iis que erant indifferentia ante legem quia talia nō sunt mala nisi quia prohibita cuiusmodi erant cerimonialia saltem pro magna parte. de iis que habita sunt per legem eo q̄ erant scd̄m se mala: non est intelligendū simpliciter uerbum Apostoli sed secundum quid quia non erat tam grauis preuaricatio ante legē sicut & post: propter maiorem cognitionem que aggrauat peccatum. & propter prohibitionem que excidat libidinem in contrarium. istud tamen non prouenit ex lege secundum se que fuit sancta & bona sed ex humana malicia. ideo ex fide habuit firmitatem diuina promissio. omni semini scilicet Abrahe & quale sit illud semen subdit̄. non enim qui ex lege est solū id est ipsis Iudeis: sed et qui ex fide Abrahe. i. gētilibus in Christum credentibus fidem Abrahe imitantibus. qui est pater omnium nostrum in Christum credentium sicut scriptum est Geñ. xvii. quia patrem multarum gentiū posui te. & non solum Iudeorum. ante deum per iusticiam. unde dictum est Abrahe Geñ. xvii. ambula coram me. & esto perfectus. qui uiuificat mortuos id est gentiles uiuificans per gratiam qui mortui erant per idolatriam & uocat ea que non sunt id ē gentiles qui non erant alicuius reputationis coram Iudeis tanq̄ ea que sunt id est sicut Iudeos qui dicebantur apud deum reputati pre ceteris populis propter acceptionem diuine legis psal. c. xlvii. non fecit taliter oñi nationi etc. Qui contra spem: postq̄ ostendit Apostolus quanta Abraham per fidē obtinuit hic consequenter magnitudinē fidei sue ostendit. & diuiditur in duas quia primo declarat propositū. Secundo infert correlarium ibi: ideo. Circa primum sciendum q̄ quādo promissum fuit semē Abrahe de Sarra ipse iam erat. lxxxxix. annorum. & Sarra. lxxxx. Geñ. xvii. & cū hoc ipse erat debilis: & tamen credidit promissioni diuine & nō hesitauit: ideo dicitur: qui contra spem scilicet nature in spe diuine gratie credidit ut fieret pater multaꝝ gentiū.

fidem eius imitantiú scd'm q̄ dictú est ei Gen̄. xv. sic erit semē tuú sicut stelle celi etc. id ē in multitudine maxima sicut patet impletú in multitudine credentiú quoꝝ aliqui credút fide formata caritate & illi cōparanť stellis. alii uero fide informi & illi cōparanť arene maris. & nō infirmatus ē in fide cú tñ senes sint parue spei ut dicit Phūs scd'o Rhetorice. nec considerauit corpus suú iā mortuú id est ineptum ad generandú pre senectute. sed contra hoc uidetur qd' dicit Gen̄. xxv. q̄ Abraham postea duxit aliam uxorem nomine Cetburam que peperit ei plures filios. Ad qd' dicendum q̄ hec impotentia ad generandum intelligitur de Sarra que erat sterilis & nonagenaria. sed non de iuuencula que ad concipiendú est magis apta qa ex bona dispositione uirtutis passiue facilius fit conceptio etiam a debili agente. & emortuam uiduam Sarre. quia desierant muliebria in ea ut dicitur Gen̄. xviii. in repromissione etiā dei nō hesitauit diffidentia. contrarium uidetur quia Abraham dixit Gen̄. xvii. putasne centenario nascetur puer? q. d. non. Ad qd' dicendum q̄ illud uerbum non erat dubitationis sed admirationis de re tam insolita sicut Lu. primo. quomodo fiet istud: quoniam uirú nō cognosco? propter quod Abraham non fuit punitus sicut Zacharias pater Iohannis eo q̄ dubitauit de promissione dei Lu. primo. sed confortatus est fide dans glorią deo id est attribuens promissum diuine bonitati non suis meritis. plenissime sciens etc. etiā per rationē naturalē per quā cognouit omnia fore deo possibilia. Ideo hic concludit correlarium scilicet q̄ fides Abrahe non solum sibi ualuit: sed etiam nobis: qui sumus imitatores fidei ipsius. & hoc est: qd' dicitur: ideo reputatum est ei etc. Et subdit. nō autem scriptum est propter ipsum: sed etiam propter nos ex quo patet q̄ facta singularia patrum ponunt in sacra scriptura ut quedā uniuersalia nō per predicationē sed per exemplaritatem. hoc enim duplici modo dicitur uniuersale sicut sol dicit causa uniuersalis generabilium. cetera patent.

V.

IVstificati igitur superius Apostolus abstulit a Romanis & Iudeis credentibus discordie materiam ostendens q̄ nullam haberent adinuicem p̄excellentiam: hic consequenter inducit eos ad unitatis concordiam ostendendo q̄ uterq; iustificati eēnt per fidem. & gratiam. Xpristi eis communem Et diuiditur in duas partes. quia primo ostendit uirtutē fidei in credentiú iustificatione. Secundo eius perfectionē in ueteris legis cessatione capitulo. vii. Prima in duas quia primo ostendit propositum. secúdo remouet erroneum dictum ca. vi. Prima adhuc diuidit in tres partes: qa p̄mo oñdit uirtutem fidei in iustificatione credentium. secundo huius iustificationis motiuum ibi: ut quid enim. & tertio modum ibi propterea. Prima adhuc in duas quia p̄mo p̄positú ostendit ex consecutione boni. secundo ex tollerantia mali ibi: non solum autē. Circa primum considerandum q̄ iustificatio est motus ad iusticiam sicut albatio est motus ad albedinem. Et iste motus ad iusticiam potest dupliciter accipi uno modo per modum simplicis generationis absq; recessu a termino impietatis. sicut Adam fuit iustificatus in statu innocentie. alio modo per modum imitationis uel motus qui includit recessum a termino culpe sicut iustificat' homo a termino lapse nature & hoc modo accipitur hic iustificatio ueruntamē quia mutatio denominat' a termino ad quem: & nō a termino a quo: sicut dealbatio ab albedine ad quam terminatur & non a nigredine seu medio colore unde incipit: sic iustificatio nō denominatur a culpa uel impietate a q̄ incipit: sed ad quā terminat': ita q̄ magis dicitur iustificatio quā peccati remissio licet utrūq; includatur. Iste uero accessus ad gratiam est per deum sicut agens principale per humanitatem uero Xpristi sicut per agens instrumentale coniunctum. per sacramenta uero fidei sicut p̄ instrūm̄tū separatū sicut edificatio domus est ab artifice p̄ncipaliter

Io. An. Alerieñ Episcopi. S. D. n. Pape Bibliothecarii.
ad Xystum. IIII. summum Pontificem Epistola.

QOmmunis ac trita olim inter gentiles opinio fuit pater beatissime Xyste. IIII. Pontifex Maxime cetera diis deos ipsos duodecim etiam illos principes selectos & magnos appellatos uni necessitati continuo paruisse. Eam enim inter numina omnia absq; ꝓuocatione imperiosū exercuisse magistratū. Id ne inter christianos quoq; uere dici censeatur tua potissimū sapientia clementiaq; occurri potest. & ut digneris misericorditer occurere seruuli tue sanctitatis Conradus Suueynhem & Arnoldus Pannartz Impressores nostri ac utilissime huius fictorie artis primi in Italia opifices maximi in urbe operarii ante sanctissimos pedes tuos terram uestigiis tuis impressam deosculantes implorant: nanq; ego ipse creatura tua ceteras epistolas proprio: hanc illoꝝ nomine & decessoris antea & postmodū tuo numini diuino inscripsi. Vox quidem Impressoꝝ sub tanto iam cartharum fasce laborantium: & nisi tua liberalitas opitulet deficientū ista est pater beatissime: Nos de Germanis primi tanti commodi artem in Romanam Curiā tuā multo sudore & impensa decessoris tui tempestate deueximus. Nos opifices librarios ceteros ut idem auderent: exemplo nostro incitauimus. Nos reliquis propter impensaꝝ magnitudinem a tanto negotio uel omnino uel maxima ex parte quasi in salebra herentibus recētiore animo uiribusq; geminatis cū sūma difficultate restituimus. Iam tandem defecti neruis & sanguine diuinam opem tuam imploramus. Indicem si perlegeris Impressorum a nobis opeꝝ: miraberis tante maiestatis & apostolici culminis pater uel carthas huic librorū copie potuisse uel Linamenta sufficere. Et ut plegere ualeas usq; adeo curis pontificalibus districtus nihil aliud hec ad te epistola cōtinebit. Nam auditis nominibus tantorum autorum duntaxat facere non poteris: si bene tuā pietatem nouimus: quin statim nobis subuenias. nec ulla reꝝ qualiūcunq; occupatiōe difficultate ue ualebis deterreri. Impressi sunt nostro studio pater Beatissime libri qui in subiectis suo ordine tibi recensebuntur.

Donati pro puerulis ut inde principium dicendi sumamus: unde imprimendi initium sumpsimus: numero trecenti. CCC.

Lactantii firmiani Institutionū contra gentiles & reliquorum eius autoris opusculoꝝ uolumina octinginta uigintiquinq;. DCCC. XXv.

Epistolaꝝ familiarium Ciceronis uolumina qngenta quinq̄ginta. D. L.

Epistolaꝝ Ciceronis ad atticū uolumina ducēta septuagintaquīq;. CC. LXXV.

Speculi humane uite uolumina trecenta. CCC.

Diui Augustini de Ciuitate dei uolumina octingenta uigintiqnq;. DCCC. XXv.

Diui Hieronymi Epistolaꝝ & libelloꝝ uolumina mille centum. M. C.

M. Tul. Ciceronis de oratore cū ceteris uolumina qngenta qnq̄ginta. D. L.

M. Tul. Ciceronis opeꝝ omniū in philosophia uo. qngenta qnq̄ginta. D. L.

L. Apulei platonici cū Alcinoo uolumina ducēta septuagītaq̄nq;. CC. LXXV.

A. Gelii noctium atticaꝝ uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC. LXXV.

C. Cesaris commentariorum gallici & ciuilium bellorum uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC. LXXV.

Defensionis diui platonis uolumina trecenta. CCC.

P. Virgilii Maronis opeꝝ omniū uolumina qngenta quinq̄ginta. D. L.

T. Liuii patauini cum Epitomate omnium decadum uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC. LXXV.

Strabonis Geographi uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC.LXXV.
M. Annei Lucani uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC.LXXV.
C. Plynii. Veronensis de naturali historia uolumina trecenta. CCC.
C. Suetonii Tranquilli de duodecim Cesaribus uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC.LXXV.
Diui Leonis Pape sermonum uolumina ducenta septuagintaqnq;. CC.LXXV.
M. Fabii Quintiliani institutionum oratoriarum uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC.LXXV.
Continui. i. Cathene auree diui Thome Aquinatis uolumina quingenta quinquaginta. D.L.
Diui Cypriani Epistolaꝝ uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC.LXXV.
Biblie cum opusculo Aristee uolumina qngenta quinquaginta. D.L
Silii Italici cum. C. Calphurnio & Hesiodo uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC.LXXV.
Orationum. M. Tul. Ciceronis cum Inuectiuis omnibus in Antonium. Verrem. Catilinã et ceteros uolumina ducenta septuagintaquinq;. CC.LXXV.
P. Ouidii Nasonis Metamorphoseos & Elegiarum omnium uolumina quingenta quinquaginta. D.L.
Nicolai de Lyra uolumina Mille Centum. M.C.

Horum omnium uoluminũ summa ut tua pietas perspicit pater Beatissime nisi fallimur efficit codices duodecies mille quadringentos septuagintaquinq;: aceruũ qdem ingentẽ & nobis Impressoribus tuis ad ferendum qua parte restat: intolerabilem: propter eam quã in initio epistole posueramus necessitatem. nã ingens sũptus ad uictũ necessarius cessantibus emptoribus ferri amplius a nobis nequit. Et ementes non esse nullum est grauius testimonium q̃ ꝙ domus nostra satis magna plena est quinternionũ inanis reꝝ necessariarum. In te igitur clementissime pater qui es sapientissimus doctissimusq; spes nostra sita ẽ in te subueniẽdi nostre necessitati est copiaꝝ ne pereamus. Da nobis subsidiũ de excelso throno maiestatis tue. pati sumus pro clementie tuo arbitrio de nostra merce id est de impressis quiternionibus nostris tibi tot tradere: quot uolueris & qbus uolueris. Tua incredibilis mãsuetudo subueniat nobis de aliquo officio unde possimus nos & nostros alere. Impẽsa est facta in solius Nicolai de Lyra a nobis uoluminibus tanta ut amplius nihil nobis supersit ad uiuendum. Si uenderemus opera nostra non solum a tua pietate nihil peteremus: Sed ultro in presentium temporum articulo in quo te plurium egere non nescimus: ipsi nostra offerremus. faciemusq; quotiens tuo adiumẽto fortuna nobiscum usa esse uidebitur fronte sereniore. Interea pater sancte adiuuent nos miserationes tue: quia pauperes facti sumus nimis. Sis perpetuo sospes et felix pater Beatissime Rome. xx. Marcii. M.CCCC.LXXII. Pontificatus tui Clementissimi Anno Primo.

a manu eius sicut ab instrumento coniuncto. & a securi sicut ab instrumento separato. & hec tanguntur hic in iustificatione cum dicitur: Iustificati igit̃ ex fide sicut ex instrumento separato communi Iudeis & gentilibus. pacem habeamus id est concordiam quasi. d. unitas fidei & sacramentorum debet esse causa concordie fidelium ad deũ: qui est causa principalis nostre iustificationis per dominum nostrum Iesum Xpristũ qui secundum humanitatem est nostre iustificationis instrumentum coniunctum: p quem accessum habemus scilicet ad deum tanq̃ per mediatorem dei & hominum. & gratiam istam que iustificat formaliter in qua stamus in presenti: & quia est arra glorie: ideo subditur: ut gloriemur in spe filiorum dei: id est sanctorum qui modo speciali dicunt̃ filii dei: quia non solum sunt filii dei propter similitudinem nature que est in oĩbus hominibus: & similitudinem gratie que est in solis iustis: sed etiam propter similitudinẽ glorie que est assimilatio pfecta prima Io. tertio. Scimus quia cũ apparuerit similes erimus ei. Non solũ autẽ Hic consequenter ostendit Apostolus iustificationis effectũ quantum ad tolerantiam mali pene & quia nullus malum appetit nisi propter bonum coniunctum sicut potio amara ꝓpter sanitatem appetitur: ideo Apostolus oĩdit bona coniuncta malo pene si patientur tolerentur quam tolerantiam facit iustificatio que est per gratiam: ideo dicit: non solum autem scilicet gloriamur in adeptione boni sed etiam gloriamur in tribulationibus que sunt mala penalia: & subditur causa: scientes quia tribulatio patientiam operatur id est facit sicut artem citharizãdi facit frequẽs citharizatio patientia uero probationem id est purgationem peccatoꝝ. sicut quãdo macula peccati aufertur per cordis contritionem: sic reatus pene per tribulationem patienter toleratam probatio uero spem id est certam expectationem beatitudinis. qa remota culpa & pena patet liber accessus ad gloriam. spes autem non confundit id est tollit erubescentiam inquantum homo nó frustratur eo qđ expectabat quia caritas que est arra glorie diffusa est in cordibus nostris sicut liquor p̃ciosus in uasis ꝑ spiritũ sanctum qui caritatem infundit: qui datus est nobis non solum in dono suo sed etiam in seipso inquantum per caritatem habetur in nobis nouo modo. Vt quid enim hic consequenter tangitur Apostolus nostre iustificatiõis motiuum & primo hoc motiuũ excludit a nobis dicens: ut quid enim Xpristus cum infirmi adhuc essemus: scilicet infirmitate peccati: secundum tempus pro nobis mortuus est id est per tempus triũ dierꝝ qui fuerunt inter eius mortem & resurrectionem tamen ꝓpter synodochen quasi. d. mors Christi iustificans nos ex nostris meritis non processit: qđ probat consequenter dicens uix enim pro iusto quis moritur: id est opus hominis quantumcunq; iusti uix meretur ut pro eo quis uelit mori & multo minus peccator hoc potest mereri: ideo concludit qđ processit ex caritate dei. d. Commendat autem id est commendabilem ostendit suam caritatem deus in nobis per ipsum iustificatis. quoniam si cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est ex sua libera caritate multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius id est per passionem eius meritorie: & per gratiam formaliter salui erimus ab ira id est inferni pena per ipsum: quia maius est peccatorem iustificare: q̃ ipsum a pena liberare. & quia nó solum per mortẽ Christi sumus a pena liberati: sed etiam consequimur gloriam: ideo subdit: si enim cum inimici essemus per preuaricationem: reconciliati sumus deo patri nostro per mortẽ filii eius: multo magis reconciliati deo patri salui erimus in uita ipsius id est in uita Christi gloriosa. ad talem enim uitã resurrexit. & quia uite beate est in nobis quedam inchoatio per gratiam Christi mediatoris: ideo subditur: non solum autem salui erimus in futuro sed etiam gloriamur in deo etiam in presenti per dominum nostrum Iesum Christum

per quem nunc reconciliationem accepimus. & per consequens certā spem beatitudinis future. quoniam Apostolus facit hic argumentum a minori: ꝙ si iustificati sumus per mortem Xpristi multo magis sic iustificati salui erimus per cōsecutionem beatitudinis: & hoc patet secundum intentionem Apostoli: qđ maius est impium iustificare q̄ iustificatum glorificare. Cuius ratio est quia impius non potest mereri de condigno suam iustificationem: quia nō operatur nisi scd̄m uirtutem nature que est improportionata respectu doni gratie sed iustificatus per gratiā mereri potest de condigno uitā beatā secundum illud Apostoli secunda ad Timo. iiii. In reliquo reposita est mihi corona iusticie: quam reddet mihi dominus in die illa iustus iudex. non solum autem mihi sed & iis qui diligunt aduentum eius etc. illud autem meretur de cōdigno aliquis: quod ei secundum uiam iusticie est reddendum. ratio autē huius est: quia ualor opis meritorii non solum attenditur secundum ꝙ procedit ex libero arbitrio: quia sic non est meritorium uite beate secundum ꝙ dicit Apostolus Ro. viii. non sunt condigne passiōes huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. sed etiam attendit̄ scd̄m qđ procedit a spiritu sancto habitante in homine iustificante per gratiam & mouēte ipsum ad actum meritorium: quia spiritus sanctus se habet ad liberum arbitrium sicut sessor ad equum. & secundum hoc opus meritorium inquātum est a spiritu sancto qui est infiniti ualoris meretur de condigno bonum infinitum: qđ in beatitudine reddit̄ obiectiue. propterea: Hic consequenter ostendit iustificationis modum: & quoniam opposita iuxta se posita magis elucescūt: & medicina per comparationem ad morbum est disponenda: ideo donum Xpristi nos iustificās tractat Apostolus per cōparationē ad peccatum Ade cuius est medicina ei opposita. Et diuiditur in duas partes: qa p̄mo comparat utrunq; quantum ad differentiam. secundo quantum ad conuenientiā ibi: igitur sicut etc. prima adhuc in duas quia primo describit peccati Ade generalitatem: secundo doni Xpristi maioritatem ibi sed non sicut delictum: Prima adhuc in duas quia primo facit propositum. secundo remouet obiectionem in contrarium ibi: usq; ad legem. Circa primum dicit sicut per unum hominem scilicet Adam intrauit peccatū in hunc mundum: quia peccatum eius imputatur oīmbus ab eo descendentibus: scd̄m uim generatiuam: quia sic sunt membra eius propter qđ uocatur peccatū originale: & per peccatum mors in penam huius peccati: quanuis enim corpus Ade fuerit compositū ex contrariis & sit naturaliter corruptibile tamen per donū originalis iusticie sibi datum a deo in sua conditione poterat non mori: quia si ipsum seruasset: mortem non incurrisset: sed quia ipso peccante subtracta est originalis iusticia in penam sui peccati: per consequens incurrit necessitatem moriendi que licet considerato corpore humano in se esset naturalis: tamen considerato statu hominis in sua prima cōditione facta est sibi penalis. & ita in omnes homines mors pertransiit. quia qualis factus est per peccatum: tales descendunt ab eo per generationem. in quo scilicet Adam peccāte omnes peccauerūt qui futuri erant membra ipsius. Usq; ad legē. Hic remouet quādā obiectionem incontrarium quia posset aliquis dicere: ꝙ peccatum non fuit ante legē Moysi eo ꝙ peccatū sic definit̄ ꝙ est transgressio legis diuine. Nō potuit ergo esse transgressio ante legis dationem: ergo etc. sed hoc non ualet quia a principio fuit lex naturalis inserta mētibus humanis: ut ostēsum est supra ca. ii. ꝓpter qđ & eius transgressio fuit peccatū. tñ propter multiplicationē peccatoꝝ lex naturalis fuit offuscata in tm̄ ꝙ transgressionē illius legis nō reputabāt peccata. erant tñ scd̄m ueritatem qa erant contra recte rationis dictamen. & hoc est: qđ dicitur: usq; ad legem enim erat peccatum in mūdo id est toto tempore ante dationē legis Mosaice, nec ꝓpter legem

desiit esse. li usq; non facit hic exclusionem temporis futuri: sed solū excludit carentiā peccati ante legem datam: licet non reputaretur. Ideo subditur: peccatum autē non imputabatur: cum lex non esset id est non reputabatur propter offuscationem legis naturalis ideo una causa dandi legē Mosaicā assignatur a sanctis fuisse propter legis naturalis offuscationem. qđ autem peccatum fuerit ante dationem legis ostendit per eius penam que est mors ut dictum est: sed regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen tamen li usq; non excludit tempus futurum sed tantū carentiam mortis ante dationē legis: sicut dictum est de peccato. etiā in eos qui non peccauerunt: id est in paruulos qui non peccauerunt peccato actuali qui tamen sunt mortui in similitudinem prevaricationis Ade id est quia generati sunt similes ei scilicet destituti originali iustitia cum debito habendi eam. qui scilicet Adam est forma futuri id est figura Christi qui futurus erat tempore Adam. non autem tempore Apostoli. Sciendum autem qđ Adā non fuit figura Christi inquantum peccator sed inquantū principium hominū inesse nature: sicut & Christus principium est eorum inesse gratie: & quia formatus fuit de terra uirtute diuina sicut & corpus Christi uirtute spiritus sancti de uirgine Maria. Itē qa de latere eius formata ē Eua sicut de latere Xpi Ecclesia: ex qbus regeneramur inesse gratie sicut ex Adā & Eua generatū ē genus humanū inesse nature. Sed non sicut delictū. Hic cōsequēter ondit maioritatē doni Christi & hoc in duobus: ṗmo qa peccatū Ade fuit peccatū hominis puri: sed donū Christi ē donū hominis dei: & hoc ē q̄ dicit: sed non sicut delictum ita & donum ratione dicta: ideo cōcludit ultra: si enim unius delicto scilicet Ade: & accipiē hic si pro qa mortui sunt multi omnes eius posteri multo magis gratia dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi id est per gratiā singularis hominis deitati uniti in persona filii ex qua unione habet quandā efficaciā meriti infiniti in plures abundauit id ē magis excedit in bono q̄ peccatū Ade in malo. secundo ostenditur maioritas in effectu quia infectio nature per peccatum Ade ex uno eius peccato processit & unum solum peccatum in posteros transmisit. s. peccatū originale: qđ non potest multiplicari in una persona: sed donum Christi iustificat a multis peccatis scilicet a peccato originali & actuali qđ quidem actuale multiplicatur uarius modis in eodem homine. & hoc est qđ dicitur & non sicut per unum peccatum scilicet Ade iniusti facti sunt alii: ita & per donum scilicet Christi iusti constituti sunt multi: sed multo plenius. qđ probatur: cum subditur: nam iudicium quidem. i. sentētia in condemnationem scilicet aliorum: ex uno scilicet peccato Ade transiit in alios: & causans in singulis unicum peccatum: gratia autem Iesu Christi ex multis delictis in iustificationem habet effectum sicut dictum est. & quia gratia Christi non solum iustificat a multis delictis sed etiam inducit ad gloriam: ideo concludit ultra. Si enim in unius delicto scilicet Ade mors regnauit id ē potestatē habuit super posteros: multo magis abundantiā gratie & donatiōis & iustitie accipiētes a Iesu Christo in baptismo in uita scilicet beata regnabunt per unū Iesum Christum per quem habemus introitū ad celeste regnum. dicitur autem hic gratia baptismalis abundantia gratie quia tollit penam & culpam. & donationis: quia gratis datur & iustitie: quia facit dignum uita eterna. Igit̄ hic consequenter Apostolus ostendit cōuenientiā peccati & doni Christi & primo quantum ad peccatum Ade. secundo quantum ad peccatum superadditum in lege ibi lex autem primum autem ostēdit in duobus. primum est quia sicut p delictū Ade alii sunt condemnati sic per iustitiam Christi omnes sunt iustificati. & hoc est qđ dicitur: ergo etc. & patet ex dictis littera. nec ualet contra dicta si dicatur: q̄ nō oēs sunt iustificati per gratiā Christi: qa hoc non prouenit ex defectu gratie sed defectu

hominum eam repellentium. Scđm est quia sicut per inobedientiam Ade comedentis lignum uetitum posteri facti sunt iniusti: sic per obedientiam Xpristi in ligno crucis passi omnes sunt iustificati quantum ad sufficientiam. & hoc est q̄ dicitur sicut enim per inobedientiam unius etc. & patet ex dictis littera. Lex autem Hic consequenter ostenditur conuenientia doni Xpristi & peccati tempore legis superadditi. ad dationē enim legis secuta est multiplicatio preuaricationis ut dictum est supra: non tamen ex parte legis: sed ex hominum malicia que nititur in uetitum. & quia cognitio peccati que fit per legem aggrauat ipsum: & sicut sub lege abundauit delictum: ita ex lege abundat gratia inquantum Xpristus sub lege natus est: secundum q̄ dicit Apostolus Gal. quarto ac ubi uenit plenitudo temporis misit deus filium suū natum ex muliere factum sub lege etc. attulit nobis plenitudinem gratie & hoc est: q̄ dicitur: lex autem subintrauit post offuscationem legis naturalis ut abundaret delictum li ut tenet exe/ cutiue tantum per modum p̄dictum: & non causaliter. ubi autem abundauit delictū sub lege superabundat gratia per Christum sub lege factum. ideo dicitur Io. quarto quia salus ex Iudeis est. & sicut regnauit peccatum in morte id est potentiam habuit deiciēdi ad mortem eternam ita & gratia regnet per iusticiam potenter nos inducēdo in uitam eternam per Iesum Christum dei & hominum mediatorem. Ad maiorem intelligentiam dictorum de originali peccato hic breuiter aliqua sunt notanda. p̄mū est quid sit originale peccatum & quia priuatio cognoscitur per habitum: ideo primo uidendum est quid sit originalis iusticia cuius priuatio est originalis culpa. Est autem originalis iusticia quedā humane nature rectitudo p quā corpus erat anime subditū. & inferiores uires rationi: quādiu anima subdita esset suo creatori. hec aūt rectitudo non erat ex principiis nature humane cū corpus humanū sit naturaliter corruptibile sed a deo data in prima hominis conditione secundum q̄ dicitur Ecclesiastes septimo hoc scio qa a principio fecerit deus hominē rectū & qa iusticia est quedam rectitudo propter hoc talis rectitudo nature humane bene iusticia uocatur & originalis quia data est humane nature in sua prima origine. & quia per originē fuisset in posteros transfusa si ab Adam fuisset seruata. ipso uero peccante iuste fuit ab eo subtracta. & quia carentia pfectiōis que debet ineſſe: culpabilis est in homine cuiusmodi fuit dicta rectitudo seu originalis iusticia: ideo eius carentia cum debito eā habēdi dicit peccatū originale: ita q̄ debitum habendi est ibi formale. Secundum est qualiter peccatū Ade posteris imputatur. & satis faciliter uidetur q̄ eis imputatur ad penam. Filii enim fre/ quenter & iuste puniuntur pro peccatis parentum. sed difficilius est uidere qualiter imputatur eis ad culpam: de cuius ratione est q̄ sit uoluntaria aliter non esset culpa. non potest autē dici uolūtaria uoluntate posteriorum. propter qđ sciēdum q̄ Adam non solum consideratur ut singularis persona sed etiā ut totius humane nature prin/ cipium a quo alii descendunt tanq̄ a mouente per uim generatiuam. & efficiunt eius membra. & ideo sicut homicidium factum manu dicitur uoluntarium a uolūtate que est in mente: sic suo modo carentia originalis iusticie in posteris dicitur uolūtaria uo/ luntate Ade & quia non accepit eam solum pro se sed pro tota posteritate ideo oīes posteri per uim generatiuam ab eo descendentes in eo fuerunt obligati ad debitū ha/ bendi eam. cum igitur carentia originalis iusticie cū debito habendi eam sit culpabilis ut dictum est: ideo merito posteris imputat ad culpā. Tertium est qualiter cōtrahit: quia peccatum est solum in anima que nō est ex traduce: sed est a deo per creationē qui non peccat eā infundēdo nec etiā parentes generando. nec etiam possunt peccatū originale traducere ut uidetur: maxime quando sunt baptizati: quia nullus dat qđ

non habet alteri. propter qđ dicendum ꝙ generatio competit hominibus secundum esse qđ habent ab Adam: qđ est esse nature corrupte: non autem secũdum esse gratie quod habent per regenerationem baptismalem. generans autem inquantũ huiusmodi generat sibi simile. ideo Adam genauit sibi similes ineſſe nature destitute originali iustitia cum debito habendi eam. & eadem ratione omnes posteri generant sibi similes tamen cum tali defectu quia descendimus ab Adam scđm carnem. sicut liquor bonus inficitur ex corruptione uasis in quo ponitur. & sic peccatum originale prouenit ex carne causaliter. sed in anima est subiectiue & formaliter. sicut infirmitas est in cibo corrupto causaliter tãtum quia nõ est infirmitatis susceptiuus. in corpore uero cibato formaliter ẽ & subiectiue. ex dictis patet ꝙ obiectio de parẽtibus baptizatis nõ ualet quia sicut dictum est non generant secundum esse gratie & ut sunt membra Xpristi sed secundum esse nature corrupte in qua sunt membra Ade. Quartum est qualiter peccatum originale per gratiam baptismi tollitur. Circa qđ sciendum: ꝙ non est per hoc ꝙ rectitudo que fuit in Adam per baptismũ reddatur: quia baptizati rebellionẽ corporis ad animam & sensualitatis ad rationem in seipsis experiuntur. sed per hoc ꝙ per gratiam Christi tollitur debitum habendi dictã rectitudinem & sic carentia dicte rectitudinis non remanet ut est culpa: quam formaliter facit debitum habendi illam rectitudinem: ut dictum est supra sed remanet tãtum ut est pena & uirtutis exercẽde materia contra passiones sensualitatis fortiter pugnando. & infirmitates patienter tolerando in quibus adiuuat Christi gratia in presenti ad augmentum meriti electorum in resurrectióe uero finali reparabitur natura quia resurrectio illa erit ad uitam immortalem per Christũ. non immortalitate que fuit in statu innocẽtie q̃ homo poterat non mori sed ad immortalitatem glorie qua non poterit mori. sed cum Christo uiuet in eternum.

.VI.

QVid ergo dicemus Hic circa predicta Apostolus remouet erroneum dictum & primo remouet errorem. secundo dictum suum confirmat per rationem ibi. qui enim mortui. Circa primum sciẽdum ꝙ ex hoc ꝙ dixerat capitulo precedenti ibi abundauit delictum supabundat & gratia imponebant ei Pseudoapostoli ꝙ dicebat esse permanendum in peccatis sicut dictum est supra tertio capitulo. hoc autem remouet dicẽs. quid ergo dicemus? permanebimus in peccato ut gratia abundet? sicut Pseudoapostoli asserunt nos dicere. absit. quia peccatum ad gratiam per se non disponit. sed magis auertit. ꝙ autẽ abundãtia gratie sequitẽ post peccatum aliquando hoc ꝓuenit ex bonitate dei qui elicit bona ex malis non tamen hoc elicit semꝑ ad bonũ peccãtis sicut patet in damnatione malorum ex qua deus elicit augmentum glorie electorum. Qui enim hic probat dictum suum per rationem ostendens primo ꝙ in peccato non sit permanendum. secundo ꝙ uirtuose sit operandum. & he sunt due partes iustitie. s. declinare a malo & facere bonum. secũda pars incipit ibi liberati autem. prima adhuc in duas quia primo probat peccatum esse dimittendum. secũdo docet dimittendi modũ ibi non ergo regnet. Circa primũ ponit duas rationes connexas. ideo eas simul ponit & declarat. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ uita frequenter accipitur pro operatiõe uite: sicut intelligere & sentire dicunt uite. & ex hoc cõsequẽter uita alicuius dicitur operatio in qua principaliter occupatur. sicut potare dicitur uita ebriosi. & peccare uita peccatoris. & agere iuste uita uirtuosi hominis. Item generatio unius contrarii ẽ corruptio alterius & econuerso. Ex his format duas rationes ad dimittendum peccatũ totaliter nos mouentes prima est quia per baptismum mortui sumus peccato & sic de uita peccati nihil amplius debet in nobis apparere. & hoc est qđ dicit: qui enĩ mortui

ſumuſ peccato quomodo ad hoc uiuemuſ in illo opera peccati exercẽdo? quaſi diceret non decet. Conſequenter oſtendit noſ mortuoſ eſſe dicens an ignoratis? quaſi diceret non debetis ignorare quia quicunq; baptizati ſumuſ in Xp̃o Ieſu. id eſt in fide Xp̃i in morte ipſius baptizati ſumuſ id eſt per uirtutem mortis eius a qua baptiſmuſ habet efficaciã cõſepulti enĩ ſumuſ cũ illo per baptiſmũ id eſt aſſimilati Xp̃o ſepulto quia ſicut Xpriſtuſ fuit ſepultus in terra ſic baptizatuſ mergitur aqua. in mortem id eſt in ſimilitudinem mortis reſpectu uite peccatricis. ſecunda ratio eſt quia mori peccato eſt noue uite inchoatio in qua aſſimilamur Xpriſto reſurgenti & ideo ſicut Xpriſtuſ re/ ſurrexit ad uitam immortalẽ ita hic uita gratie non debet ampliuſ in nobis interrũpi per culpam. & hoc eſt qđ dicitur ut quomodo ſurrexit Xpriſtuſ a mortuis p gloriam patris id eſt per potentiam eius glorioſam ita & noſ in nouitate uite ambulemuſ ſine interruptione mortis culpe. ſi enim complantati etc. quaſi dicat per mortem Xpriſti ſumuſ euulſi de peccato tanq̃ de terra mala: & plantati in terra gratie bone cũ Xp̃o ſcientes quia uetuſ homo noſter id eſt cõuerſatio peccati ſimul crucifixuſ eſt: ut ultra non uiuat tali uita: ſicut nec Chriſtuſ uixit ultra paſſibili uita. ut deſtruatur corpuſ peccati id eſt congeries peccatorum: ſicut Mat. ſexto dicitur: ſi oculuſ tuuſ nequam fuerit: totum corpuſ tuum tenebroſum erit id eſt tota congeries operum tuorum ut ibidem dicit gloſa ut ultra non ſeruiamuſ peccato. noſ ei ſubiiciẽdo. qui enim mortuuſ eſt id eſt configuratuſ morti Chriſti per baptiſmũ iuſtificatuſ eſt a peccato quia bap/ tiſmuſ delet penam & culpam. ſi autem mortui ſumuſ cum Chriſto id eſt eius morti configurati: credimuſ quia ſimul etiã uiuemuſ cum eo uita gratie: quia corruptio uite ueteris eſt inchoatio noue scientes quia Chriſtuſ reſurgens a mortuis iam nõ moritur: quia ſurrexit ad uitam immortalem. morſ illi ultra non dominabitur: ſicut dominabit̃ damnatis morſ licet non morianť corpore. q̃ autẽ mortuuſ ẽ ſcilicet Chriſtuſ peccato id eſt pro peccato tollẽdo mortuuſ eſt ſemel unica enĩ morſ Chriſti ſufficit ad tollẽdum omnia peccata preterita. preſentia. & futura. qđ autem uiuit ſcilicet Chriſtuſ uiuit deo: id eſt uita diuina. inquantum enim deuſ uita diuina eſt ſibi naturaliſ. & inquãtũ homo eſt ſibi communicata. igitur ex predictis concludit: ita & uoſ exiſtimate uoſ mortuoſ quidem eſſe peccato per totalem dimiſſionem culpe. Viuentes autẽ deo id ẽ uita gratie in Chriſto Ieſu domino noſtro id eſt per Ieſum Chriſtum tanq̃ per medi/ atorem noſtrũ. Non ergo poſtq̃ noſ induxit ad dimittendũ peccatũ hic cõſequẽter docet dimittendi modum. & diuiditur in duas partes qa primo deſcribitur moduſ huiuſ dimiſſionis. ſecundo oſtẽditur nobis poſſibilis ibi. peccatum enim. Moduſ autẽ uitãdi peccatum eſt per repreſſionem fomitis: ideo dicit. non ergo regnet peccatũ in ueſtro mortali corpore: ita q̃ ad eius pulſum ſtatim moueamini ad opuſ perficiendum: ut obediatis concupiſcentiis eius. Ideo enim eſt ordo peruerſus quia appetitus ſenſitiuus debet obedire rationi. ſed neq; exhibeatis ueſtra mẽbra etc. id eſt adaptetis ea ad malũ ſicut enim p frequentẽ actum carpentandi fit quedã impreſſio artis in manu artificis aptans eam ad recte & ad faciliter percutiendum: ſic ex frequentatione operis mali fit quedam impreſſio in membris corporis aptans ea ad male operandum. & dicit inI/ quitatis propter peccata que ſunt contra deum. & peccato quãtum ad ea que ſunt ad proximum uel in ſeipſum. ſed exhibete uoſ deo id eſt aptate uoſ ad ſeruiendum ei & membra ueſtra arma iuſticie id eſt inſtrumenta ad iuſticie opera. per frequentationẽ enim boni operis fit impreſſio in membris corporis per quã reddunt̃ prõpte mobilia cuius opuſ bonum. Peccatum enim hic conſequenter oſtenditur dictuſ moduſ nobis poſſibilis & diuiditur in duas quia primo oſtenditur propoſitum. ſecundo ſoluitur

argumentum ad oppoſitum ibi: quid ergo? Circa primum ſciẽdum q̃ repreſſio fomitiſ eſt nobiſ poſſibiliſ quia per gratiam Chriſti poſſumuſ uitare omne peccatum mortale. carentibuſ autem gratia hac non ſic eſt poſſibile: quia licet non ſit neceſſariũ eoſ pec/care continue tamen nõ poſſunt diu uitare peccatum mortale cuiuſ ratio eſt: qa ſicut exiſtenteſ in gratia non poſſunt omnino uitare peccatum ueniale eo q̃ ſenſualitaſ in eiſ non eſt ſubdita totaliter rationi: ſic in carentibuſ gratia ratio nõ eſt ſubiecta deo: & ideo non poſſunt diu ſtare quin incidãt in peccatum mortale maxime in repẽtiniſ in quibuſ agit homo ſecundum habitum & finem preconceptum. gratia autem ſic deo coniungit & inclinationem fomitiſ diminuit: qđ habenſ eã poteſt uitare oñe peccatũ mortale. & hoc eſt q̃ dicitur: peccatum enim id eſt fomeſ inclinãſ ad peccatum uobiſ non dominabitur: ſicut dominatur carentibuſ gratia ratione dicta: ideo ſubditur. non enim ſub lege eſtiſ ſcilicet Moſaica que gratiam non conferebat. ſed ſub gratia ſcilicet Xpriſti cuiuſ ſacramẽta gratiam conferunt. Quid ergo hic remouetur quedã obiectio que poſſet fieri circa illud dictũ Apoſtoli: non ſumuſ ſub lege ſed ſub gratia. peccatũ enim eſt tranſgreſſio legiſ diuine. ſi igitur abſoluti ſumuſ a lege per cõſequẽſ ab eiuſ tranſgreſſione ut uideretur alicui & ſic habemuſ libertatem agendi cõtra legẽ. hoc eſt qđ dicitur: quid ergo peccabimuſ? agendo libere contra legem. quoniam non ſumuſ ſub lege etc. & reſpondet dicenſ abſit quaſi. d. non ualet obiectio: quia tẽpore noue legiſ manent precepta moralia eo q̃ ſunt de dictamine recte rationiſ. propter qđ non ſumuſ abſoluti ab eorum obligatione. ideo ſubditur an neſciti quaſi diceret ſcire debetiſ. cui exhibetiſ uoſ ſeruoſ ad obediendum ad eiuſ nutum ſerui eſtiſ eiuſ. hoc eſt per ſe notum: ſiue peccati ad mortem id eſt cuiuſ ſeruituſ ducit ad mortem gehẽne ſiue obeditionis preceptiſ diuiniſ ad iuſticiam hic optinendã & in futuro uitã eternã: ideo ſubdit. gratiaſ autẽ deo q̃ fuiſtiſ peccati ſerui: ſed modo nõ eſtiſ. gratie et agẽde ſunt: nõ de peccati commiſſione: ſed de eiuſ dimiſſione. Obediſtiſ enim etc. Hic ponit tria ex quibuſ laudabiliſ reddit obediẽtia. primũ eſt q̃ ſit prompta cũ dicit obediſtiſ: & non dicit obedieriſ. ſecundum q̃ ſit uoluntaria: ideo ſubditur ex corde. per cor enĩ qđ mouet alia membra: intelligit uoluntaſ: que mouet aliaſ uireſ ad operationeſ ſuaſ. Tertium q̃ ſit diſcreta: ideo ſubditur. in eam formam doctrine ſcilicet catholice per Chriſtũ & Apoſtoloſ predicate. Liberati poſtq̃ induxit Apoſtoluſ ad peccatũ dimit/tendum hic conſequenter inducit ad uirtuoſe agendum. & hoc ex duobuſ ſcilicet ex operiſ facultate & eiuſ utilitate. ſecundum ponitur ibi cum enim. Circa primum dicit continuanſ ſe ad precedentia liberati autem a peccato per eiuſ dimiſſionem: ſerui facti eſtiſ iuſticie id eſt obligati ad iuſticie operationem humanum dico quaſi diceret hoc eſt facile & conſonum rationi per conſuetudinem enim taliſ operatio delectabiliſ redditur ut patet ad ſenſum & habetur ſecundo Ethicoꝝ. ideo concludit ſicut enim exhibuiſtiſ ueſtra membra id eſt ea feciſtiſ habilia ex conſuetudine mala ſeruire immundicie id ẽ ad ſeruiendum peccatiſ carnalibuſ & iniquitati id ẽ ad mali ueſtri conſummationem ſecundum illud Apo. xxii. qui in ſordibuſ eſt: ſordeſcat adhuc. ita nunc id ẽ tempore gratie exhibete membra ueſtra ad bonam conſuetudinẽ habitãteſ ea. ſeruire iuſticie quaſi diceret iſtud eſt leue quia non pluſ laboriſ requiritur in ſeruitute dei que ducit ad gloriam: q̃m in ſeruitute diaboli que ducit ad gehennam. in ſanctitatem id eſt ad ſanctitatiſ conſummationem ſecundum illud Apo. xxii. ſanctuſ ſanctificetur adhuc. Cum enim: Hic ad idem inducit ex uirtuoſi operiſ utilitate. & hoc per comparationẽ ad damnũ qđ eſt in opere peccati. d. cũ enim ſerui eſſetiſ peccati: liberi fuiſtiſ iuſticie id eſt ſpoliati a bono iuſticie qđ damnum ẽ maximum. ideo ſubdit: quẽ ergo fructũ

id est quam utilitatem habuistis tunc in quibus nunc erubescitis post penitentā quasi diceret nullam utilitatem habuistis. sed damnum maximum. ideo sequitur: nam finis illorum scilicet peccato seruientium mors est scilicet gehenne & per oppositū cōcludit utilitatem uite uirtuose. d. nunc uero liberi a peccato per eius dimissionem serui autē facti deo per iusticie operationem habetis fructum uestrum qui duplex est. s. gratie in presenti ideo dicitur in sanctitatem. & gloria in futuro ideo subditur. finem uero etc. sed quia deus punit citra condignum ideo subditur: stipendia enim peccati mors est. & premiat ultra condignum ita ꝙ gratia cōcurrit cum iusticia ideo subditur gratia autem dei etc. in Xpristo Iesu domino nostro id est per Iesum Xpristum mediatorē nostrum. .VII.

AN ignoratis etc. postq̄ Apostolus ostendit uirtutem fidei Xpristi in peccatorum dimissione: Hic consequenter idem ostendit in legis cessatione. Et diuiditur in duas partes qa primo ostēdit propositum. secundo concludit ꝙ in Xpristo sit firmiter permanendum capitulo octauo. Prima adhuc in duas: quia primo ostēdit legis cessationem. secundo circa hoc remouet legis errorem ibi. quid ergo dicemus? prima adhuc in duas quia primo probat propositum: secundo declarat quoddam suppositum ibi: cum enim essemus. Circa primum sciendum ꝙ lex Mosaica fuit imperfecta respectu legis noue quia illius populi fuit quasi status puerilis Gal. iii. lex pedagogus noster fuit in Xpristo. adueniente uero statu uirili cessat puerilis: ita adueniente lege noua que est perfectionis: cessauit uetus quantum ad cerimonialia & iudicialia: dicit igitur: an ignoratis fratres? quasi. d. non. cuius causam subdit: scientibus enim legem loquor de Romanis enim credentibus aliqui erant conuersi de Iudaismo & illi sciebant legem Mosaicam. aliqui de gentilibus: & illi sciebant legem ciuilem quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuit id est scitis ꝙ lex Mosaica uel ciuilis habet uirtutem coercendi quanto tēpore manet in suo robore. & ideo ipsa cessante sicut lex Mosaica cessauit adueniente lege noua non est amplius obligatio: & ad hoc inducitur exēplū de muliere que est sub lege uiri que obligatio cessat per mortē uiri unde si resurgeret non teneretur eū recipere nisi de cōcedentia & cum hoc superueniente nouo consensu & idem iudicium est de uiro resurgēte respectu uxoris. quia in hoc ad partia iudicantē & hoc est ꝙ dicitur: nam que sub uiro est mulier etc. & patet littera ex dictis usq; ibi iraq; ubi concludit propositum applicans ad hoc dictum exemplum dicēs itaq; & uos fratres mei ex eodē patre & matre geniti. s. ex Xp̄o & Ecclesia mortificati estis legi. s. Mosaice per corpus Xpristi id est per incorporationem cum Xpristo facti membra ipsius per baptismum qui est generatio noue uite & spiritalis. & per cōsequēs est corruptio uite ueteris & legalis. & generatio unius est corruptio alterius. ut sitis alterius id est Xpristi qui surrexit ex mortuis incipiendo nouam uitam. ut fructificetis deo opera noue uite faciendo. Cum enim essemus: Hic consequenter probat quoddā suppositum scilicet ꝙ debeant fructificare deo cuius ratio est: quia fructus sapit naturā terre in qua plantatur arbor. cōuersi uero ad fidem Xpristi per baptismum euellunt a mala terra & plantantur in bona scilicet in Christo ut dictū est supra capitulo. vi. ergo debent fructificare Christo & hoc est: qđ dicit: cum enim essemus in carne id ē carnaliter uiuentes ante cōuersionē passiones peccatorū ꝙ id est concupiscentie carnales que bene dicuntur passiones carnales quia abiciunt nos a substantia nostra spoliādo nos gratuitis & uulnerando in naturalibus. que per legē erant: in quantū cōcupiscētie per legem erant occasionaliter excitate ut dicetur infra eodem capitulo. operabātur in membris nostris inducendo illa ad perpetrationem mali: ut oculum ad impudice

aſpiciendum & manum ad immunde tangendum & ſic de aliſ membriſ ut fructificarẽt
morti id eſt opera morte digna facerent. quia tum plantati eramuſ in mala terra. núc
autẽ id eſt tempore gratie & noue legiſ ſoluti ſumuſ a lege mortiſ id eſt a lege Moſaica
que dicit̃ hic lex mortiſ quia mortem inferebat corporalem tranſgreſſoribuſ in caſibuſ
multiſ ut patet ex decurſu illiuſ legiſ: & quia legalia in paſſione Xp̃i fuerũt mortua
in qua detinebamur obligati uſq; ad tempuſ Chriſti per quẽ ab eiuſ obligatiõe ſumuſ
liberati: propter quod ſubditur: ita ut ſeruiamuſ in nouitate ſpiritus: id eſt ſecundum
regulam noue legiſ & non in uetuſtate littere id eſt ſecundum regulam legiſ uete/
riſ que eſt ſcripta: & hoc eſt intelligendum quantum ad ea in quibuſ lex uetuſ eſt per
nouam euacuata de quibuſ pleniuſ dictum eſt ſupra. lex autem noua bene hic dicitur
nouitaſ ſpiritus quia non fuit ſcripta per Chriſtum ſed impreſſa cordibuſ Apoſtolo⁊
per ſpiritum ſanctum reuocantem corda & linguaſ eorum Act. ſecundo. De hac aũt
nouitate noue legiſ & uetuſtate ueteriſ legiſ & in ſcriptione utriuſq; dicit̃ Hieremie
triceſimoprimo. Ecce dieſ ueniũt dicit dominuſ: & feriam domui Iſrael & domui Iuda
feduſ nouum non ſecundum pactum quod pepigi cum patribuſ ueſtriſ etc. Et ſubdit̃:
dabo legem meam in uiſceribuſ eorum: & in corde eo⁊ ſcribam eam: & non in tabulis
lapideis uel in cartis. per hoc autem ꝙ dicit dominuſ feduſ nouum ueterauit priuſ qđ
fuit datum antiquiſ patribuſ prout deducitur Hebre. octauo. Quid ergo uidemuſ?
Hic conſequenter remouet errorem occaſione peccatorum incidentem. ex hoc enim
ꝙ Apoſtoluſ legem ueterem uocauit legem mortiſ: poſſet aliquiſ credere ꝙ illa lex
fuiſſet mala: ſicut credidit Manicheuſ dicens ꝙ a diabolo fuit data. & ideo hunc er/
rorem remouet Apoſtoluſ & oſtendit primo ꝙ non fuit mala. Secundo ꝙ fuit bona
ibi: lex quidem facta. & tertio de lege fomitiſ agit occaſione habita ibi: uideo aliam
legem. Prima adhuc in duaſ quia primo oſtendit ꝙ lex non eſt per ſe cauſa mali.
Secundo ꝙ eſt eiuſ aliqualiter occaſio ex parte noſtri ibi: occaſione autem. Circa
primum dicit: Quid ergo dicemuſ: lex peccatũ eſt? id eſt ſequitur ne ex dictis ueſtriſ
ꝙ lex ſit cauſa peccati? abſit id eſt non ſequitur hoc. qđ probat. Ad cuiuſ intellectũ
ſciendum ꝙ peccatum non uitatur niſi inquantum cognoſcitur eſſe malum. ſecundum
enim ꝙ dicit Dionyſiuſ nulluſ intendens malum operatur: ſed bonum. igitur illud per
quod peccatum cognoſcitur eſſe malum: non eſt per ſe cauſa peccãdi ſed magiſ per ſe
cauſa uitandi peccatum. lex autem uetuſ eſt huiuſmodi: quia ante eiuſ dationem ex
conſuetudine peccandi lex naturaliſ in cordibuſ hominum ſic erat obfuſcata: ꝙ multa
reputabat licita: que tamẽ erant per ſe mala & maxime circa actuſ interioreſ anime.
propter quod data fuit lex ad cognitionem clariorem taliũ illi populo de quo Xp̃ſ
erat naſciturus. propter quod erat & pre ceteriſ inſtruenduſ: quia debebat uigere ſpe/
ciali ſanctitate. lex igitur non eſt cauſa peccati per ſe. huiuſ deductioniſ Apoſtoluſ
ponit uirtutem ſcilicet ꝙ lex dat peccati cognitionem dicẽſ. ſed peccatum nó cognoui
eſſe malum ſaltem in multiſ propter obfuſcationẽ legiſ naturaliſ. & loquit̃ Apoſtoluſ
in perſona generiſ humani ſic obfuſcati niſi per legem que fuit data ad quandam legiſ
naturaliſ renouationem. & ponit exemplum de actu interiori peccati dicens nam cõ/
cupiſcentiam neſciebam ſupple eſſe peccatum licet hoc exprimatur in aliquibuſ libriſ:
non tamen eſt de textu nec eſt in libriſ correctiſ: ſed quia ſubintelligẽdum eſt: aliqui
doctoreſ poſuerunt illud in gloſa interlineari que poſtea per ignorantiam ſcriptorum
inſerta eſt textui: niſi lex diceret non concupiſceſ: prohibens actũ interiorẽ reſpectu
mali Exodi uiceſimo. Occaſione autem Hic conſequenter oſtendit ꝙ lex aliq̃liter

fuit occasio peccati ex parte nostra uno modo ab ſteriori qa homo appetit libertatē & frequenter in hoc decipitur credens esse libertatem agere quicquid uult sine freno legis qđ tñ est destructio libertatis secundum Philosophum & ideo homo nititur in uetitum: propter quod per legem concupiscentiam prohibentem concupiscentia fuit in contrarium excitata. Alio modo ab exteriori. demon enim per temptatiōes magis nititur deicere homines qui sunt in statu sāctiori. populus autē Israel per susceptionē legis in statu sanctiori fuit positus Deuteronomii quarto que est alia gens sic inclyta ut habeat cerimonias iustaq; iudicia & uniuersam legem etc. propter quod post legem datam demon magis conabatur in eo concupiscentiam excitare. & hoc est qđ dicitur: Occasione autem accepta duobus dictis modis peccatum. i. concupiscentia que dicitur peccatū: eo ꝙ est causa peccati: eo modo quo sol dicitur caliduſ: quia est causa caloris. per mandatum id est per legem que frequenter mandatum dicitur: eo ꝙ continet dei mandata. operatum est in me omnem concupiscentiam id est augmentauit in me incē/ tiuum peccandi. nam peccatum id est concupiscentia occasione accepta per mandatū modis dictis seduxit me trahendo me ad consensum peccati mortalis. & per illud occidit me inducendo in opus. Itaq; lex. postq̄ Apostolus ostendit legem nō fuisse malam: Hic consequenter ostendit eam esse bonam: & primo facit propositum. Secundo re/ mouet obiectionem in contrarium ibi quod ergo. Circa primū dicit: itaq; lex sancta: qđ statim declarat quia intentio legis est homines facere bonos decimo Ethicorum. lex uetus est huiusmodi: quia ordinauit homines ad deum per precepta cerimonialia: ideo subditur. & mandatum sanctum: illud enim sanctum dicitur: quod ad dei cultum ordinatur. Item ordinabat iuste ad proximum per precepta iudicialia: propter quod subditur: & iustum. Item ordinabat hominem ad se ipsum per moralia precepta de quibus subditur & bonū. Quod ergo? Hic consequenter remouet quandā obiectionē in contrarium. & secundo confirmat suum propositum ibi: scimus autem. Circa primū primo facit obiectionem: posset enim aliquis dicere: licet lex sit bona secundum se & absolute: tamen est mala etiā per se homini lapso in quo est carnis ad spiritū rebellio que per legem excitatur: ut dictum est: sicut unum licet sit absolute bonum: tamen malum est febricitāti: & hoc est qđ dicitur: qđ ergo bonum est in se: scilicet lex mihi factum est mors? Consequenter hoc remouet dicens absit. non enim est simile de uino quia unum per se & directe augmentat calorem febrilem & sic est malum febricitāti. lex autem per se non est excitatiua concupiscentie sed magis repressiua propter qđ talis excitatio prouenit ex hominis malicia & demonis nequicia ut dictum est: propter quod lex ex hoc non potest dici mala sicut aliquando ex bono actu alicuius alius ex sua malicia scandalizatur. nec ex hoc operans bonum uel eius actus peiorantur nisi faceret intentione aliū scandalizādi. & tunc actus eius ex tali intentione esset malus. dicit igitur absit scilicet legem esse malam per se homini lapso. sed peccatum id est cō/ cupiscētia ut appareat peccatum id est ut appareat mala per bonum id est per legē: quia opposita iuxta se posita magis eluceſcunt. operatum est mihi mortem id est ipsa concupiscētia ex malicia hominis & nequicia demonis duxit me ad peccatum mortale. ut fiat supra modum peccans peccatum id est ipsa concupiscentia excitata inducens ad peccatum per mandatum id est per legem occasionaliter tamen solum ita ꝙ cum dicitur hic ut fiat etc. li ut non tenetur hic causaliter: quia lex per se non excitat cō/ cupiscentiam. sed consecutiue tantum quia ad dationem legis secuta est concupiscētie excitatio per maliciam hominis & nequiciam demonis. Scimus enim Hic consequēter

Apoſtoluſ confirmat ſuum propoſitum per teſtimoniū legiſ naturaliſ & hoc dupliciter primo in maliſ. ſecundo in boniſ ibi: inuenio igitur. Ad euidentiam huiuſſciendum ꝙ lex ſcripta diuina uel humana eſt quedam determinatio legiſ naturaliſ: & ideo ſi eſt legi naturali conſona bona eſt ſicut concluſio que principiſ p̄miſ concordat: & minor propoſitio que accipitur ſub maiori bene accipitur. Item aduertendum ꝙ in homine eſt duplex parſ ſcilicet ratio & ſenſualitaſ que aliquando nominantur ſpirituſ & caro & homo interior & exterior per rationē uero homo eſt homo per quam diſtinguitur a brutiſ ſeptimo Metaphiſice animalia imaginatiōibuſ & memoriſ uiuūt. homo uero ratione & intellectu. propter quod illud quod agit homo uel uult ſecundum dictamē rationiſ recte illud dicitur proprie agere uel uelle: quia illud agit inquantum homo illud autem quod agit uel uult ſequenſ impulſum ſenſualitatiſ: non dicit̄ proprie agere uel uelle quia non conuenit ei ſecundum ꝙ homo: ſed prout cōuenit cum brutiſ. Iſtiſ igitur ſuppoſitiſ fit taliſ ratio illa lex eſt bona que prohibet ſequi concupiſcentiam carnalem ſeu ſenſualitatem. quia in hoc cōſona eſt legi naturali. lex autem Moſaica eſt huiuſmodi. d. non concupiſceſ: ut dictum eſt ſupra ergo etc. hanc autem ſentētiam ponit Apoſtoluſ intricate & diffuſe dicēſ ſcimuſ enī ꝙ lex ſpiritaliſ eſt: id eſt ordināſ hominem ad ſequendum inſtinctum ſpirituſ uel rationiſ. Ego autem carnaliſ ſum id ē ſequenſ carniſ ſeu ſenſualitatiſ impulſum. & loquitur Apoſtoluſ ut ſupra dictum eſt: in perſona generiſ humani lapſi in quo ſunt plureſ ſequenteſ impulſum ſenſualitatiſ q̄ rationiſ. Venundatuſ ſum peccato ſcilicet primorum parentum per quoſ genuſ humanum incurrit rebellionem carniſ ad ſpiritum: ideo ſubditur: quod enim operor ſenſualitatem ſequenſ: non intelligo id eſt intuſ non lego conſonanſ dictamini legiſ naturaliſ ſed magiſ contrarianſ. non enim ꝙ uolo bonum ſecundum rationiſ dictamē hoc ago impedituſ ſenſualitatiſ impulſu. ſed quod odi malum ſecundum rationem hoc facio tractuſ per ſenſualitatem. ſi autem quod uolo ſecundum rationem illud facio tractuſ per ſenſualitatem conſentio legi quoniam bona eſt quia prohibet illud: quod odibile eſt ſecundum dictamen rationiſ recte nunc autem iam non ego operor illud quia non operor illud ſecundum ꝙ homo: ſed ſecundum ꝙ brutum: ut dictum ē ſupra ſed ꝙ habitat in me peccatum id eſt cōcupiſcentia que dicitur peccatum modo ſupradicto quia impellit ad hoc operandum. ſcio enim per experientiam rebellionis carniſ ad ſpiritum: quia non habitat in me id eſt in carne mea bonum: id eſt inclinatio ad bonum: ſed magiſ ad oppoſitum & dicit in carne mea ſcilicet corruptibili & corrupta per peccatum Ade quia taliſ inclinatio mala non fuit in carne humana pro ſtatu innocentie uel aliter in carne mea quaſi diceret in aliqua parte mei quia in ratione nō eſt inclinatio ad malum ſed ad bonum. ratio enim ad optima deprecatur: ideo ſubdit̄: nam uelle ſcilicet bonum adiacet mihi ſecundum rationem. perficere autem bonū non inuenio. propter ſenſualitatem impedientem. non enim ꝙ uolo etc. exponatur ut priuſ. quia repetitio eſt eiuſdem ad maiorem aſſertionem. Inuenio. Hic conſequenter oſtendit idem per teſtimonium legiſ naturaliſ in boniſ cui concordat lex precipiendo illa que uult homo & agit ſequendo dictamen recte rationiſ ut deū colere. & parētes honorare. etc. huiuſmodi. & hoc eſt quod dicit: Inuenio igitur legem ſcilicet conſonā mihi uolenti facere bonum ſecundum legiſ naturaliſ dictamen. quoniam mihi malum adiacet: quia magiſ promptuſ eſt homo ad perficiendum malum in opere q̄ bonum propter corruptionem nature. condelector enim legi dei id eſt ei concordo ſecundum interiorem hominē id eſt naturale rationiſ dictamen quia ratio dicit̄ homo interior

& ſenſualitaſ exterior. Video hic habita occaſiõe ex dictiſ de lege naturali & diuina determinat de lege fomitiſ cuiuſ primo maliciam oſtendit. ſecundo ab ea liberari petit ibi: infelix ego homo. Circa primum oſtendit eiuſ maliciam per hoc ꝙ non eſt legi naturali conſona ſed magiſ contraria & ideo non dicitur lex niſi per modum tranſlationiſ. nam bonũ ad mala trãſferrimuſ. ſicut dicitur bonuſ latro quinto Metaphiſice & hoc modo legeſ Tyrannorum legeſ dicuntur. & ſic eſt de lege fomitiſ de qua dicit: uideo autem aliam legem in membriſ meiſ id eſt inclinationem que ducit membra tanq̃ ligata ad malum & ſic dicitur lex a ligando. repugnantem legi mentiſ mee id eſt legi naturali que eſt impreſſa menti. & captiuãtem me in legem peccati per conſuetudinẽ peccandi que tenet hominem in peccato ſicut captiuum in carcere. Infelix. Hic conſequenter petit liberari dicenſ: in perſona generiſ humani infelix ego homo per corruptionẽ nature qſ me liberabit de corpore mortiſ huiuſ nõ dicit de corpore abſolute quia faciet ad beatitudinẽ anime: que non erit pfecte beata donec fuerit ſuo corpori re unita. ſed dicit de corpore mortiſ huiuſ quia ſancti reſurgent in corpore immortali & reſpondet Apoſtoluſ gratia autem dei per Ieſum etc. quia in preſenti liberat a lege fomitiſ inquãtum eſt culpa. Vnde & in renatiſ per baptiſmum primi motuſ ideo ſunt culpa ſed ſolũ pena & exercende uirtutiſ materia. in futuro uero etiã liberabit a lege fomitiſ: inquantũ eſt pena quando reformabit corpuſ humilitatiſ noſtre configuratũ corpori claritatiſ ſue Philippenſiſ quarto. Ex predictiſ igitur concludit ego ipſe in uita preſenti mentiſ ſeruio legi dei id eſt ſecũdum inclinationem rationiſ carne autem id eſt ſequendo carniſ inclinationem legi peccati. .VIII.

NIhil ergo Poſtq̃ oſtendit Apoſtoluſ ceſſationem legiſ perfectam per Xpriſtum Hic conſequenter oſtendit ꝙ Xpriſto ſit totaliter adherendum. Secundo ne uideatur Iudeoſ tanq̃ exoſoſ relinquere oſtendit erga boſ ſuum affectum capitulo nono. Prima in duaſ quia primo oſtendit huiuſ adheſioniſ fructum uel utilitatem. Secũdo modum eiuſ ſeu firmitatem ibi: quiſ ergo noſ ſeparabit. Prima adhuc in duaſ: quia primo oſtendit fructum huiuſ quantum ad euaſionem mali. Secundo ad conſecutionem boni ibi: quicunq; enim ſpiritu dei agũtur. Prima adhuc in duaſ: quia p̃mo ponit intentũ: ſecundo declarat ipſum ibi: nam quid eſt impoſſibile. Circa primũ dicit Nihil ergo nũc damnationiſ id eſt nulla damnatiõiſ cauſa eſt in iiſ que in Ieſu Xp̃o ſunt per fidem caritate formatam: qui non ſecundũ carnem ambulant id eſt operanẽ ſed magiſ ſecundum ſpiritum quãtum ad opera ex fide ſequentia. quia fideſ ſine operibuſ mortua eſt. Iac. ſcd̃o capitulo nullus enim damnatur niſi pro peccato originali uel mortali uel pro pena per Adam incurſa per quẽ modum ſancti patreſ deſcẽd bãt ad lymbum quanuiſ eſſent mundati & liberati ab originali peccato & actuali. fideſ autem Xpriſti liberat ab originali & actuali inquãtum in baptiſmo qui eſt ſacramtũ fidei communicatẽ totaliter uirtuſ paſſioniſ Xpriſti que abſtulit impedimentũ nature ideo dicit: lex enim ſpirituſ uite in Xp̃o Ieſu lex enim Euãgelica dicitur lex ſpirituſ quia impreſſa fuit cordibuſ Apoſtolorum per ſpiritum ſanctum: & lex uite quia uiuificat per gratiam quam conferunt ſacramenta noue legiſ. liberauit me a lege peccati id eſt ab obligatione pro peccato actuali & mortali & mortiſ: quia tollit omnẽ penã debitam propter quod ſancti nunc moriẽtes ſtatim euolant ad gloriam. Nam ꝙ impoſſibile. Hic conſequenter declarat dictum ſuum: ſcilicet qualiter lex Xp̃i liberat. Et diuiditur in duaſ parteſ. quia primo declaratur moduſ huiuſ liberationiſ. ſecundo ponitur diſtinctio ambulantium ſecundum ſpiritum & ſecundum impetum carniſ ibi:

qui enim. Circa primum considerandum qđ secundum quodcunq; tempus nullus saluatur nisi per Christum Act.iiii. nec enim aliud nomẽ est sub celo datũ hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. ista autẽ salus potest dupliciter hominibus applicari uno modo per fidem & sic per Xpristum saluabantur patres ueteris testamẽti scilicet per fidem Xpristi uenturi aliquid enim anteq̃ sit in effectu bene mouet scđm actum anime sicut finis mouet agentem. credere uero est actus anime. Alio modo applicaẽ per sacramenta hominibus adhibita: que sunt nostre sanctificationis instrumenta se/parata tamen sicut enim edificationis materialis artifex est causa efficiens principalis. Manus eius instrumentalis coniuncta: securis uero separata: Sic in sanctificatione per gratiam deitas est causa efficiens principalis humanitas Xpristi sicut instrumẽtum coniunctũ sacramenta uero noue legis sicut instrumenta separata recipientia ad hoc uirtutẽ a deo mediante humanitate Xpristi. sicut securis agit in edificatione per mo/tionem artificis mediante manu que est instrumentum coniunctum. talis autem uirtus seu actio non fuit in sacramentis ueteris legis que non poterant habere uirtutẽ talem ab humanitate Christi futura. qa causa effectiua non est posterior suo effectu & hoc est qđ dicitur: nam qđ impossibile erat legi id est sacramentis legalibus efficacia dicta carẽtibus: in quo infirmabatur scilicet lex uetus: quia in hoc erat imperfecta: ꝓpter qđ sacramenta illius egena dicuntur: & infirma Gal. quarto per carnem. quia mun/dabant corporaliter tantum tollendo quasdam irregularitates prohibentes ingressum templi contingentes ex tactu mortui & huiusmodi. ꝓpter qđ dicuntur iusticie carnis Hebre. septimo. deus filium suum mittens in similitudinẽ carnis peccati quia assumpsit carnem passibilem: non tamen peccatricem. & de peccato id est de seipso facto hostia pro peccato sic enim dicitur Osee quarto peccata populi mei comedẽt. qa sacerdotes hostias pro peccato comedebãt. damnauit peccatum id est deleuit per suam passionẽ. in carne id est in homine secundum illud psal. lxxvi. recordatus est: quia caro sunt. ut iustificatio legis id est promissa in lege que gratiam iustificantem promittebat. sed non conferebat: impleretur in nobis renatis per baptismum gratiam conferentem per uirtutem a Christo diriuatam ut dictum est. qui non secundum carnem sed secundum spiritum ambulamus: per bona opera: quia fides sine operibus non sufficit ad salutem cum sit mortua. Qui enim Hic consequenter ponit distinctio inter ambulantes scđm carnem & secundum spiritum. & diuiditur in tres partes: qa primo ponit hic distinctio secundo unius partis imitatio ibi: uos autem. tertio infertur conclusio ibi: ergo fratres etc. Circa primum primo ponitur distinctio quantũ ad iudicium cum dicitur: qui enim secundũ carnem sunt scilicet ambulantes: que carnis sunt: sapiunt id est carnalia bona iudicant meliora spiritalibus bonis erronee tñ sicut lingua febricitantis infecta colera amara ea que sunt dulcia iudicat amara. q̃lis enim est unusquisq; talis finis sibi uidet secundo Ethicorum. Qui uero secundum spiritum supple ambulãt: que sunt spiritus sentiunt: carnalibus spiritalia bona ꝓponentes. sicut lingua bene disposita bene iudicat de saporibus. Secundo ponitur distinctio in eos quantum ad effectum cum dicitur: nam prudentia carnis quia quis bona carnalia caute scit inquirere: & persequi? mors est id est mortem efficit culpe & gebenne. & aliquãdo nature quia carnaliter uiuẽtes frequenter citius alios moriuntur. prudentia autem spiritus: qua quis spiritalia bona discrete querit & prosequitur? uita & pax id est meretur uitam gratie in presenti & pacem glorie in futuro ibi enim ꝑfecta pax habet: eo q̃ appetitus totaliter q̃etatur quoniã sapientia carnis inimica est deo rebellãs eius mandatis ideo subditur: legi enim

dei non est subiecta. & per consequens ipi deo. nec enim potest. propter quod dicit Saluator Mat. sexto nemo potest duobus dominis seruire scilicet contrarijs. sicut ē in proposito. Vos autem hic consequenter ponit unius partis imitatio scilicet ambulātiū secundum spiritum cum dicitur: uos autem in carne non estis id est esse debetis. sed in spiritu. qa renati estis per baptismū ex aq̄ & spiritu sancto Io. q̄rto. si tamē spiritus dei habitat in uobis perseuerando in gratia per baptismum accepta: qđ dicitur ad excludendum eos qui post baptismum ad uomitum reuertuntur: de quibus subditur. siqs autem spiritum Xpristi non habet: qui cecidit a gratia. hic non est eius scilicet mēbrū merito: licet aliquando sit numero. si autem in uobis Xpristus est per gratiam: corpus quidem mortuum est per peccatum id est moriendi necessitati subiectum: ꝓpter Ade peccatum quasi diceret hic mortalitas non impedit habitationem Xpristi in uobis per gratiam. quia licet reparatio humane nature per Xpristum facta sit sufficienter q̄tū ad corpus & animam: tamen ordinate uobis datur quia sicut Xpristus habuit primo corpus passibile & post resurrexit ad uitā immortalē: ita & fideles qui sunt eius mēbra sibi conformantur per gratiam iustificantē animā. sed adhuc habent corpus passibile sed in consummatione finali induet immortalitatem ex redundantia glorie anime ad corpus & hoc est qđ dicitur: spiritus autem uiuit propter iustificationem per gratiam in presenti. quod si spiritus eius id est dei patris qui suscitauit Iesum Xp̄m a mortuis habitat in nobis per gratie perseuerantiā qui suscitauit Iesum etc. id est similiter suscitabit nos ad uitam immortalem. Ergo fratres Hic consequenter concludit intentum scilicet ꝙ fideles debent obedire spiritui. & non carni. & hoc est qđ dicit. ergo fratres etc. & patet ex dictis littera usq; ibi: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis appetitum sensitiuum per rationem uiriliter restringendo: uiuetis uita gratie & postea glorie. Quicunq; enim Postq̄ Apostolus ostendit fructus adhesionis ad Xpristum q̄tum ad euasionē mali hic consequenter oñdit idem quātum ad consecutionem boni & diuiditur in duas partes: quia primo declarat huius boni magnitudinem. secundo eius certitudinem ibi quid ergo dicemus? prima adhuc in duas quia primo ostendit magnitudinem huius boni quantum ad habitum: secūdo quantum ad actum meritorium ibi. similiter autem Prima in duas: quia primo declarat propositum in habitu gratie scđo in habitu glorie ibi: si autem filii: Circa primum sciendum ꝙ sicut deus per influxum generalem mouet creaturas ad perfectiones suas naturales: sic per influxum specialem mouet creaturam rationalem ad bonum supernaturale. & talis influxus a doctoribus uocatur instinctus diuinus. & est prima preparatio ex parte dei ad habitum gratie consequendum. hunc autem instinctum qui est quedam motio diuina: aliqui sequunt & sic recipiūt gratiam. alii autem repellunt ipsum & sic habitum gratie nō cōsequunt quantum igitur ad recipientes dicit quicunq; enim spiritu dei aguntur. motionē dictā sequendo & in hoc reguntur meliori principio q̄m sit humana ratio secundum ꝙ dicit Philosophus in simili de bene fortunato. capitulo de bona fortuna. Hi filii dei sunt id est habitum gratie consequuntur. per quem sunt filii adoptiui & bene dicitur qcūq; spiritu dei agūtur etc. quia diuinus instinctus nulli deficit in uita presenti & ideo qui habitum gratie non cōsequitur sibi merito imputatur: quia consensus dicto instinctui est ultima dispositio ad gratiam habitualem que facit dei filiationem: ideo subditur. non enim accepistis spiritum iterum in timore sicut in ueteri lege que fuit lex timoris. sed accepistis spiritum adoptionis filiorum per habitum gratie in quo clamamus id est dn̄m inuocare possumus: abba pater duo sunt nomina idē significātia. unū Hebraicū

alterum Latinum: ad designãdum duplicem dei paternitatem. una est cõmunis bonis & malis qua pater est omnium per creationem. alia specialis qua pater est iustoꝝ per gratie adoptionem. de qua adhuc subditur: ipse scilicet spiritus sanctus qui est tertia in trinitate persona testimoniũ reddit spiritui nostro qđ filii dei sumus. licet enĩ nullus sciat uia humana se esse filium dei per gratie adoptionem tamen potest hoc scire per spiritus sãcti reuelationẽ & hoc modo sciebat Apostolus de seipso & alii qbus similiter facta est reuelatio secundum ꝙ dicitur prima Corin. secũdo non accepimus spiritum huius mundi sed spiritũ qui ex deo est ut sciamus que a deo donata sunt nobis. potest etiam hoc aliter exponi: quia spiritus sanctus signis & miraculis reddit testimonium de ueritate Catholice fidei per quam efficimur dei filii adoptiui. Si autem filii Hic consequenter ostendit ꝙ per adhesionem ad Christum habitum glorie consequamur sub conditione tamen & ideo primo hoc ostendit. Secundo ad illã conditionẽ inducit ibi existimo. Circa primum dicit si autẽ filii scilicet adoptiui sumus per gratie habitũ & heredes per consequẽs erimus per habitũ glorie hereditas enim stabilitatẽ importat similiter & habitus maxime glorie. tenet autem dicta cõsequẽtia quia filio adoptiuo debetur aliqua pars hereditatis paterne. hec autẽ hereditas est ipsa deitas que est beatitudo obiectiue que non diuiditur per partes sed tota habetur a quolibet beato. nõ tamen totaliter quia unus est alio beatior & hoc modo filius diuiditur. Coheredes aũt Christi qui est naturalis filius dei & sic pertingemus ad gloriã anime & corporis sicut ipse. si autem compatimur tolerando passiones uite presentis sicut & ipse ideo subditur. ut & glorificemur: sicut dicit Luc. ult oportuit pati Christum & ita intrare in gloriã suam. Existimo hic consequenter inducit nos ad hanc conditionẽ primo ratione. scđo exemplo ibi: scimus enim. Ratio autem consistit in hoc ꝙ premium incomparabiliter excedit meritum nostrum in tolerantia passionũ propter quod patienter sunt merito tolerande & hoc est: qđ dicit: existimo enim qđ non sunt cõdigne id est eq̃les passiões huius temporis etc. Sciendum tamen ꝙ passiones iste dupliciter possunt considerari: uno modo ut acceptantur a libero arbitrio. & sic loquitur hic Apostolus. Alio modo prout spiritus mouens liberum arbitrium est huius acceptionis principium. & sic est ibi meritum de condigno: quia principium meriti est eiusdem bonitatis cum premio. Nã expectatio creature. i. hominis qui dicitur oĩs creatura: Marci ultimo p̃dicate Euangeliũ omni creature id est omni homini quia conuenit cum angelis per intelligere: cum animalibus per sentire: per uegetari cũ plantis. & per esse cũ inanimatis: ut dicit Greg. Omel. xix. & sic per similitudinẽ est oĩs creatura. reuelationẽ filiorũ dei expectat in beatitudine celesti ubi deus clare uidetur: expectat per patientiam. uanitati enim id est passibilitati morti & incinerationi creatura id est humana natura subiecta est non uolẽs id est per peccatũ Ade qđ nõ est uoluntariũ in nobis propria uoluntate: sed propter eum qui subiecit eam id est propter deum patienter sustinet. in spe scilicet resurrectionis future. qa & ipsa creatura id est humana natura liberabit a seruitute corruptiõis etc. qñ in resurrectiõe ex anime gloria fiet corpus immortale. Scimus enim hic consequenter inducit ad tolerantiam passionũ exemplo duplici p̃mũ est creaturaꝝ irrationabiliũ que sunt in cõtinua transmutatione quousq; tota natura corporalis melioretur cũ homine. & per cõsequẽs debemus similiter passiones tolerare patienter: ideo dicit. Scimus enim ꝙ omnis creatura ingemiscit & parturit. & hoc metaphorice intelligitur transmutationis narratio: sicut per oppositum per risum prati eius floritio. Secundũ exemplũ est ipsorum Apostoloꝝ qui plenius ceteris credẽtibus receperunt spiritũ sanctum & tamen patienter tolerabant aduersa & dilationẽ glorie

in spe resurrectionis future & hoc est: quod dicit: nó solum autē illa. s. irrationabilis creatura ingemiscit: & parturit: sed etiam nosipsi Apostoli primiciaſ spiritus habentes id est spiritum sanctum in maiori plenitudine. & ipsi intra nos gemimus existentes in tribulationibus adoptionem filiorum dei expectantes id est premium qđ reseruatur filiis adoptiuis expectantes patienter redemptionem corporis nostri: quia tunc fiet corpus immortale & sic redimetur a corruptione. spe enim salui facti sumus & non re q̄diu sumus in hac uita qđ probat dicens spes aút que uidetur non est spes. q.d. exquo nó uidemus deú clare: sumus in dei expectatione. Similiter aút postq̄ ostendit bonum qđ consequuntur quantum ad habitú adherentes ipsi Xpristo hic cósequenter idem ostendit quantum ad actum meritorium. & primo in actu intellectus. secundo in actu affectus ibi scimus enim. Circa primú sciendú ꝙ oratio est expressio desiderii. & ideo est actus intellectus presuppositio tamen actu uoluntatis. & ꝙa incerte sunt ꝓuidētie nostre Sapi. ix. frequenter desideramus & petimus: qđ tamen nó expedit nobis. unde etiam Paulus petiit amotionem stimuli: secúda Corin. xii. qđ tamen non expediebat sibi: propter quod non fuit exauditus. adherentes autem Xpristo dirigunt in petēdis a deo. & hoc est ꝙ dicitur: similiter autem id est cum precedētibus bonis que habemus Xpristo adherendo habemus etiam ea que sequuntur. spiritus adiuuat infirmitatem nostram nos dirigendo si adhereamus Xpristo: quia qui adheret deo unus spiritus est nam quid oremus sicut oportet? id est sicut expediens est ad salutem: nescimus propria uirtute sed frequenter in hoc deficimus sed hunc defectum supplet spiritus sanctus. ideo subditur: sed ipse spiritus postulat pro nobis id est postulare nos facit sicut Gen̄. xxii. dixit Abrahe nunc cognoui ꝙ timeas dominum id est alios cognoscere feci: qui autem scrutatur corda scilicet deus pater scit quid desideret id est desiderare faciat. nā una est sciētia patris & filii & spiritus sancti. Alio modo exponitur ista pars de spiritu angelico nobis dato ad custodiā qui dirigit nos in orando & in alios bonis actibus & sic exponit̄ littera ista. similiter autē & spiritus angelicus adiuuat infirmitatē nostrā nos dirigendo quantum est ex se quia sollicitus est de nostra salute. nam quid oremus sicut oportet ad salutem nescimus propter intellectus nostri perplexitatē. sed ipse spiritus postulat pro nobis preces nostras offerendo deo Thob. xii. qñ orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos etc. sequitur ego obtuli orationem tuam dño. gemitibus inenarrabilibus per hoc designatur desiderió angelorꝫ de salute hominum ꝙ ē inenarrabile a nobis eo ꝙ non est nobis cognoscibile perfecte. qui autem scrutatur corda. s. deus: scit quid desideret spiritus: quia mens angelica est sibi totaliter manifesta. quia scd̄m deum id est sancte & ordinate pro sanctis postulat. Scimus autem hic consequēter ostendit bonum adherentium Xp̄o in actu uoluntatis qui est diligere per quem alia bona dirigūtur in deum. & sic dicit. Scimus qm̄ diligentibus deum dilectione caritatiua & perseueranter: omnia cooperantur in bonum iis qui secundū propositum id est predestinationem: uocati sunt sancti in presenti per gratiam sanctificantem. istis enī etiā peccata in bonum proueniunt: quia fortiores & cautiores resurgunt. & etiā in gloria ad bonum eorum facit peccatorum memoria sicut cicatrices uulnerum ad gloriā militis qui finaliter in bello triumphauit. eis uero qui diligunt deum secundū p̄sentē iusticiā tantú peccata non sic cedunt ad bonum eorum: ideo subditur nam quos presciuit: & predestinauit. & non alios conformes fieri imagini filii eius. quia filiatio adoptiua dei est quedā similitudo filiatiōis naturalis diuine ut ipse sit p̄mogenitus in multis fratribus id ē fidelibus quia non confunditur eos uocare fratres Hebre. scd̄o. Sciendú autem ꝙ cum dicitur hic quos presciuit: & predestinauit: prescientia non accipitur hic prout

opponitur predestinationi: sicut damnandi dicuntur prescīti. sed accipitur prout est preambulum ad predestinationem. electi enim a deo precognoscuntur ab eo quia nō elegit ignorans & a casu tamen non est ibi precessio nisi rationis tantum. sed quia ad predestinationē eternā sequūtur alia bona que p̄destinatus in tempore cōferunt ideo subditur: quos autē p̄destinauit: hos & uocauit ad fidē ad se liberū arbitriū trahendo. & quos uocauit: hos & iustificauit: per gratiam. quos autem iustificauit: illos & magnificauit per gloriam. quia gratia est arra glorie. Quid ergo dicemus? postq̄ ostendit magnitudinē boni adherentiū Xp̄o hic consequenter ostendit huius boni certitudinē quia non potest ab electis remoueri per uiolentiā: ideo dicitur: quis contra nos? quasi dicat nullus. qa nullus potest resistere potestati diuine. & q̄ sit pro electis cōsequēter ostendit dicens: proprio filio suo naturali non pepercit etc. ex maxima dilectione ad electos. quomodo non etc. argumentum est a minori. Item predictum bonum non potest tolli ab electis per accusationem ideo subditur. quis accusabit aduersus electos dei? in iudicio finali. q. d. nullus. & causa subditur: deus est qui iustificat sententiādo pro electis. ideo pars aduersa demonū non audebit mutare nec etiā per modum condemnationis. ideo subditur. quis est qui cōdemnet? q. d. nullus. & subditur ratio Xp̄s Iesus qui mortuus etc. sequit̄ interpellat pro nobis apud patrem ostendendo latus & uulnera. & sic tollitur omnis cōdemnationis causa. Quis ergo? postq̄ Apostolus oñdit q̄ Xpristo sit adherendum hic consequenter ostendit huius adherentie modum qui debet esse firmus. quam firmitatem ostendit dupliciter primo ex parte corporis secūdo ex parte anime ibi: certus sum. Ex parte uero corporis apparet firmitas adhesiōis q̄m quis pro nulla passione illata corpori separat̄ a Christo? & ponit hic Apostolus. vii. passiones quarum maxima est mors: quia est ultimū terribilium in uita presenti scd̄m Philosophum. ideo ponitur ultimo cum dicitur an gladius? Alie sunt dispositiones ad mortem alique tamē propinque & alie magis remote inter propinquas est p̄babilitas mortis imminentis que dupliciter accipitur: uno modo inquantum est in re & quantū ad hoc dicitur: an periculum? Alio modo in q̄tum est in apprehensione anime: & q̄tum ad hoc dicitur an angustia. dicit̄ enim quis angustiari q̄n est in arto positus. passiones uero magis remote & dispositiones ad mortem contingunt propter subtractionē necessarii ad uitam scilicet alim̄ti & tegumenti & quantum ad hec duo dicitur: an fames an nuditas uel contingunt propter illationem nocumenti: quod quidem nocumentum dupliciter consideratur: uno modo ut est ab hoste & q̄tum ad hoc dicitur an p̄secutio. Alio modo inquantū recipitur in corpore patientis & sic dicitur tribulatio. Apostolus autem in scribendo nō curauit multum de tali ordine artificiali sed dimisit hoc expositoribus qd̄ autem talia paterentur sancti ostendit inducens ad hoc autoritatē psal. xliii. qa propter te mortificamur id est ad mortē per afflictiones & torm̄ta ducimur sicut patet in Martyribus. Estimati sumus sicut oues occisionis quaz occisio reputatur utilis pro lana & carnibus habendis sic Tyranni bona Martyrum rapiebant: & tum obsequium se prestare deo reputabant Io. xvi. Certus sum: Hic consequenter oñdit firmitas ex parte anime in hoc qd̄ non est separabilis a Christo per aliquid illatū sibi cuiusmodi est deceptio que aliquando prouenit ex parte illius qui decipitur: eo q̄ est in passione positus sicut timens ad modicum strepitum credit irruere hostes. maxime uero passiones sunt timor mortis & amor uite & q̄tum ad ista dicitur: certus sum enim q̄ neq; mors. i. timor mortis neq; uita. i. amor uite aliq̄n uero contingit deceptio ex parte decipientis eo q̄ multum creditur eius dictis & hoc remouet dicens neq; angeli qui sunt de infimo ordine prime hierarchie. neq; principatus qui sunt de tertio ordine

eiusdē hierarchie & sub istis intelliguntur archangeli quasi princeps angeli ab archos qđ est princeps neq; uirtutes angeli sunt de secundo ordine medie hierarchie & sub illis intelliguntē potestates qui sunt de infimo ordine eiusdem hierarchie istos autē angelos exprimit Apostolus qa sunt de qnq; ordinibus quoꝝ officia sonāt in ministeriū circa nos. angeli uero de q̄ttuor ordinibus superioribus sunt assistētes deo. q. d. Apostolus quanuis angelis qui mittūtur in ministerium: sit multum credendum tamē nó possent separare a caritate Xp̄i per aliquam deceptionē. non est autem per hoc intelligendū ꝙ angeli sancti uelint nos decipere sed ꝙ si uellent non possent. aliqua enim ꝓpositio conditionalis uera est: cuius tamen utraq; pars falsa est & impossibilis sicut ista si homo uolat habet alas: & sic est in proposito & per talem modum dicit Apostolus Gal. ꝓmo licet nos aut āgelos de celo euāgelizet nobis p̄terq̄ qđ euāgelizamus nobis: anathema sit. neq; instantia id ē quecunq; presentia non poterunt nos separare a caritate Xp̄i de preteritis non facit mentionem: quia non faciūt in hoc difficultatē. aliquādo uero contingit deceptio per demonem: quia aliquando decipit potestate de qua dicitur Iob xli. non est potestas sup terram que competur ei quam excludit dicens neq; fortitudo aliquando uero mendositate promittendo maiora q̄ possit facere: sicut Xp̄o homini Mat. iiii. hec tibi dabo omnia si cadens adoraueris me. qđ excluditur cum dicit: neq; altitudo a demone ꝓmissa. aliqñ uero malicia occulta qđ excludit ibi neq; ꝓfundum scilicet malicie demonis: & ut omnia generaliter excludat: subdit nec creatura alia poterit etc. & loquitur hic Apostolus de predestinatis & quantum ad separationē finalē quia licet peccent aliqñ tñ semp in caritate Christi moriunt. .IX.

VEritatem dico postq̄ Apostolus ostendit cessationem legis factam per Christum & ꝙ ei totaliter ē adherendū ne per hoc uideat Iudeos relinquere tanq̄ exosos ideo consequenter hic ostendit erga eos suū affectum. & hoc tripliciter. ꝓmo dolēdo de eorum obstinatione. scđo orando pro eorum conuersione. x. ca. tertio cōpescēdo gentiles ab eorum insultatione ca. ii. Prima in duas. quia primo ostendit suū affectū secundo remouet incidens dubium ibi: non autem. Circa primum dicit ueritatem dico in Christo Iesu. & est modus iurandi ad assertionem sui dicti exquo patet ꝙ iurare nó est peccatū uiris pfectis ex causa rationabili. sicut erat in proposito: qa Iudei de facili non credebant sibi. in conscientia mea bene ordinata quoniā tristicia est mihi magna quantum ad mentem. & continuus dolor ex anima redūdans ad carnem & supplendū est pro Iudeorum infidelitate qđ declarat dicens. optabam enim ego ipse anathema esse a Christo id est separatum ab eo qđ dupliciter potest intelligi uno modo referēdo ad tempus in quo persequebat Christum in membris suis Act. viii. & hoc est ex zelo Iudaice legis. & sic optabat esse separatum a Christo. alio modo referendo ad tēpus post suam conuersionem in quo predicabat fidem Catholicam. & tunc aliqñ optauit separari a Christo p dilationē glorie sue ad tempus: ut intēderet cōuersioni Iudeoꝝ ad fidem Christi. unde dicit Phil. primo desiderium habens dissolui & esse cū Christo: permanere in carne necessarium est propter uos. pro fratribus meis scilicet cōuertēdis qui sunt cognati mei secūdum carnem. Fuit enim Apostolus natione Iudeus de Tribu Beniamin: ut ipse met dicit infra. ii. & Phil. iii. quorum acceptio est filioꝝ qa populus ille dictus est specialiter filius dei Exo. iiii. filius meus p̄mogenitus Israel. & gloria qa ei apparitiones diuine facte sunt. & testamentum q̄tum ad mandata dei data populo per Moysen. & legis latio quantum ad precepta decalogi a deo data populo Exodi xx. & obsequium diuini cultus. & promissa Propbetarum de Xp̄o. quorum patres ex quibus est Christus ut patet Mat. primo secundū carnem hoc dicitur ad ostendendum

ꝙ in Xpristo non solum est humana natura secundū quā descēdit a patribus ueteris testamenti: sed etiam diuina: secundum quam procedit a patre. ideo subditur: qui est super omnia benedictus deus. exquo manifeste patet error Arii dicentis Xpristū esse puram creaturam. Non autem Hic circa predicta remouet dubium. ex hoc enim ꝙ dixit promissa de Xpristo facta Iudeis qui tamen nō receperunt eum: posset aliquis credere frustratum promissum diuinum. ideo hoc remouet per duplex exemplū. scām ponitur ibi non solum. Circa primum dicit: non autem supple sequitur: qđ excideret uerbum diuinum ab impletione ex infidelitate Iudeoꝝ. quia aliqui eoꝝ ut Apostoli & plures alii receperunt fidem Christi in quibus promissum dei est impletum. nō enim omnis qui ex Israel id est a Iacob alio nomine dicto Israel Gene. xxxii. descendunt supple hi sunt Israelite per imitationem fidei eius: qđ declarat in filiis Abrahe qui nō omnes dicti sunt eius semen. sed illi tantum qui descenderunt per Isaac. & hoc est qđ dicitur. neq; qui semen sunt Abrahe secundum testimonium scripture omnes filii quia filii Abrahe de Agar & de Cethura non sunt dicti eius semen. qđ ostendit ꝑ scripturā Gen̄. xxi. sed in Isaac uocabitur tibi semen. de alius autem filiis subditur: non qui filii carnis id est uirtute naturali geniti cuius modi fuerunt Ismael & filii Cethure hi filii dei id est ad eius cultum electi. sed qui filii sunt promissionis scilicet diuine. estimantur in semine scilicet Abrahe. & qui sint illi: ostendit per scripturam dicens: promissionis enim uerbum hoc est qđ subditur secūdum hoc tempus id est anno reuoluto. uentam & erit Sarre filius Gen̄. xviii. allegatur autem hec autoritas & alie sequentes secúdū translationem. lxx. que tempore Apostoli erant multum autentica. dicitur autem hic Isaac promissionis filius quia uirtute diuina naturam iuuante fuit genitus. qa pater erat centenarius. & mater sterilis & nonagenaria. igitur compromissio facta Abrahe Gen̄. xv. ꝙ semen suum esset futurum sicut stelle anteq̄ aliquem haberet filium: ut ibidem dicitur: & cum hec promissio non fuit adimpleta in om̄ibus eius filiis sed solum in Isaac ut dictū est: nec dicitur frustrata: sicut nec ꝓmissio ꝑ Prophetas de Christo frustrata est q̄uis non omnes Iudei ipsum receperint per fidem: sed tantum aliqui ad hoc electi. Non solum autem Hic inducitur aliud exemplū ad propositum & diuidit̄ in duas partes: quia primo ponitur exemplum. secundo remouetur ad hoc dubiū ibi: quid ergo dicemus? Est autem exemplum hoc de filius Isaac qui licet esset promissionis filius ut dictum est: & per eum implenda promissio diuina de semine Abrahe tamē nō fuit impleta in duobus filiis suis Esau & Iacob. sed in Iacob tantū & tamē dicit̄ fuisse firma & ueraciter impleta. & eadē ratione ꝓmissio de Christo licet non fuerit impleta in omnibus Iudeis sed in aliquibus ad hoc specialiter electis: dicit igitur: non solū autē illa scilicet Sarra habuit filium ex adiutorio gratie sed etiam Rebecca secundum qđ dicitur Gene. xv. deprecatusq; est Isaac dominum pro uxore sua eo ꝙ esset sterilis. qui exaudiuit eum & dedit conceptum Rebecce. ex uno concubitu habens geminos filios hoc nō est de textu. sed subintelligit̄ ꝓpter quod fuit positū per modū glose & postea insertum textui per scriptores. cum enim nondum nati fuissent scilicet Esau & Iacob secundum electionem id est p̄destinationē dei liberam. propositum dei maneret id est promissio dei firma esset: & impleretur non ex operibus quia nódum nati erant sed ex uocante scilicet ex deo cuius electio precedit omnia ista. dictum est ei scilicet Rebecce Gene. xxv. qa maior scilicet Esau seruiet minori. hoc fuit impletū tēpore Dauid descendente de Iacob & Idumeam fecit sibi tributariam secundo Reg. octauo & quia illa reprobatio Esau & electio Iacob fuit signum reprobationis & electionis ad gloriam: ideo subditur: sicut scriptum est Malachie primo Iacob dilexi etc. Circa

primam partem istam per hoc qđ dicitur hic cum nihil boni egissent aut mali: tollitur error Origenis qui dixit: ꝙ merita precedētia in alia uita istam precedente sūt causa predestinationis & reprobationis diuine. quia sic Iacob & Esau aliquid boni & mali egissent: qđ hic simpliciter excludit. Item ante uitā huius mundi non fuit alia aliter non incepisset mundus simpliciter sicut dicitur in principio Gene. Item si fuisset talis uita merita tamen creature ibi facta non potuissent esse causa predestinationis que est actus uoluntatis diuine qa temporale non potest esse causa eterni. hoc igit̄ repulso tanq̄ erroneo: Alii dixerunt ꝙ prescientia meritorum que eterna est: est causa predestinationis qua deus uult dare gloriam alicui: sicut Rex dat militi equum eo ꝙ scit eum bene usurum. sed hoc non ualet: quia merita ut prescita sunt ordinata ad gloriā sicut ad finem propter ea que sunt ad finem & econuerso. & ideo merita ut prescita a deo siue prescientia meritorum non potest esse ratio predestinationis. sed procedit ex mera liberalitate diuina ex qua aliquis eligit̄ ad gloriam. & ex hoc cōsequēter ꝓuidet sibi dare gratiam per quam possit mereri. nec ualet exemplum de Rege & milite quia bonus usus equi non est a Rege causaliter: sicut meritū est a deo principaliter. Quid ergo hic ex dictis mouet dubiū. s. utrum ex hoc ꝙ duobus fratribus omnino eq̄libus ipse deus dicatur iniustus unum reprobando alium eligendo? & hoc est: ꝙ dicitur. qd ergo dicemus: nunquid iniquitas apud deum? reprobando Esau Iacob electo? absit. hic soluit hanc dubitationem. & diuiditur in duas partes: qa primo dubitatio soluit̄. secundo in contrarium obiicitur ibi. dicis itaq;. prima adhuc in duas secundū duplicē modum soluendi ibi: dicit enim scriptura. Circa primum sciendum ꝙ in illo qđ alicui datur ex mera gratia iniusticia locum non habet: si non detur alteri. quia gratia p̄t fieri uni & non alteri. sine iniusticia. & hoc manifeste dicit Saluator Matth. xx. de cultoribus uinee amice non facio tibi iniuriam. tolle qđ tuum est etc. & hāc sententiā declarat hic Apostolus per autoritatem scripture Exo. xxxiii. dicēs Moysi enī dicit miserebor dando gratiam in tempore cuius misereor in eterna predestinatione. & misericordiam prestabo dando gloriam in effectu. cuius misereor. concedendo sibi nunc gratiā finalem. licet enim in effectibus diuine p̄destinationis prius sit causa posterioris per modū disponētis: & posterius prioris per modum finis: sicut infusio gratie ē ꝓpter meritum sicut propter finem: & opus meritorium propter gloriam: & gratia ē p̄ncipiū operis meritorii & opus meritorium facit gloria dignum: tamen totius predestinatiōis non est alia causa nisi uoluntas diuina. ideo concludit Apostolus igitur non ē uolētis neq; currentis scilicet hominis quantum ad affectum uel effectum facere bonū meritorium: qđ excedit hominis facultatem. sed miserantis est dei qui sua mera liberalitate eternaliter eligit ad gloriam & temporaliter electis dat gratiam. Dicit enim hic consequenter idem ostendit ex malorum punitione. Circa quod sciendum ꝙ reprobatio aliquando accipitur large & sic dicit simplicē negationem ad gloriam. & sic nō habet causam in re: nec in dei prescientia: sicut nec electio seu p̄destinatio ei opposita. Alio modo accipitur proprie: & sic est ordinatio alicuius ad penam. que non est iusta: nec a deo uolita nisi propter culpam. & ideo reprobationem sic dictam qua deus aliquos reprobat: precedit in deo secūdum rationem tantum prescientia peccatorum. sic igit̄ non electi a deo in peccatum ruunt: non propter dei defectum cum non deficiāt eis instinctus diuini ad bonum: ut dictum est supra. sed per defectum liberi arbitrii non recipientis illos instinctus: & sic eis iuste gratia denegatur. & sic ulterius in peccatis indurantur ex malicia sua per se. sed per accidens tantū a deo: quia remouet ꝓhibēs subtrahendo gratiam que nata est cor humanum mollificare. retrahit tamen eā iuste

ut dictum est: & sic indurati ordinantur ad penam. & sic patet q̄ in punitione malorū nulla est iniusticia apud deum. ad hanc sententiam inducit Apostolus scripturam. d. dicit enim scriptura Pharaoni Exo. ix. loquens in persona dei quia in hoc ipsum. i. per flagella super te & populum tuū miraculose inducta excitaui te quia nata erāt te ad penitentiam inducere sed quia illis abusus est Pharao cor suum indurando: ideo non ualuerunt ei. fuerunt tñ ad gloriam dei annunciādam per orbem: sicut uidemus adimpletum. & hoc est qđ dicitur: ut ostendam in te uirtutē meā. per facta mirabilia & ut annuncietur etc. concludit igit̄ ergo cuius uult miseretur. dando ei gratiā finalē. & gloriam. & hoc conuenit ei per se. & quem uult indurat hoc tātum conuenit ei per accidens. & iuste ut predictum est. Dicit itaq; soluta dubitatione Hic arguit in con/ trarium. & primo argumentum ponitur. secundo soluitur ibi: o homo. Argumentum tale est: exquo ex uoluntate dei dependet induratio peccatoris: & uocatio iusti: uide/ retur alicui q̄ iusticia & peccatū nō essent imputāda homini ad meritū uel demeritū quia uoluntas dei nō potest superari: & hoc est qđ dicit̄: dicis itaq; mihi id est arguis ex dictis meis cōtra me: quid adhuc queritur de premio iustorū & punitione iniustorū uoluntati enim eius quis resistit? q. d. nullus. & sic totum uidetur deo imputandum. & per consequens iniusticia peccatorū uel irrationabilitas in punitione eorum. O homo Hic soluitur argumentum. & secundo declaratur quoddam dictum ibi sicut in Osee prima in duas secundum duplicem solutionem secunda ibi an nō habent: primo igitur soluit ostendēdo argumentum irrationabile ex parte hominis arguentis. qui enī arguit factū alicuius: debet illud intelligere: aliter arguit irrationabiliter. sed minimū opus dei non potest homo ad plenum intelligere: utpote de folio arboris quare sit tante quantitatis & talis figure & sic de aliis conditionibus & multo minus potest intelligere maxīa opa dei de q̄bus sunt electio & reprobatio ergo etc. & hoc ē q̄ dicit̄: o homo tu qui es qui respondeas deo? facta eius arguendo. nunquid dicit figmentum etc? q. d. non. quia non intelligit modum nec rationem sue factionis. & sic est in proposito. an non habet hic ponitur secunda solutio: per quam ostenditur argumentum nō ualere: quia non concludit dei uoluntatem irrationabilem esse uel iniustam. uult enim deus primo & per se suam gloriam que sicut manifestatur per uiam misericordie in electis qui uocantur ad gloriam: ita per uiam iusticie in reprobis qui reseruantur ad penā. sicut gloria regis terreni non solum relucet in palacio ubi honorantur milites: sed etiā in patibulo ubi puniunt̄ malefactores. sicut ergo uolūtas diuina rationabiliter eligit aliquos ad beatitudinem in quibus maxime relucet sua misericordia: & aliquos dimittit non eligendo qui in seipsis ruunt in peccatum. & finaliter obdurantur: & sic iuste a deo puniuntur quorum punitio cedit ad gloriam dei & electorum. & ad hāc sentētiā inducit exemplū Apostolus de figulo qui rationabiliter ex eadē massa format quedā uasa ad officia honorabilia: & quedā ad cōtemptibilia. d. an non habet potestatē etc. q. d. immo. & multo fortius deus in natura humana que habet plus a deo a quo p̄ cre/ ationem est: q̄ lutū a figulo qđ non est creatū ab ipso sed ipsum in ope suo supponit ideo subditur: qđ si deus uolens ostendere iram id est uindictam iusticie sue & notam facere potentiam suam in peccatorum punitione sustinuit in multa patientia uasa ire id est peccatores: qui dicuntur uasa ire: quia cōtinent dei offensas: sustinet autē eos deus patienter: quia non statim infert penam: sed expectat eorum penitentiam: qua tamen expectatione finaliter abuntur: & sic iusti puniuntur: ideo subditur: apta in interitum: & quia ut dictum est: cedit ad dei gloriam & electorum: ideo subditur: ut ostenderet diuitias glorie sue id est abundantiā eius in uasa misericordie. i. electos

quos & uocauit primo ad fidem. postea ad gloriam. non solum ex Iudeis sed etiam ex gentilibus. quia fides Xpristi predicata est omnibus nationibus. Sicut in Osee. Hic consequenter declarat ultimo dictum. s. ꝙ ex Iudeis & gentilibus uocati sunt electi. plures tamen ex gentibus. & diuiditur in duas partes quia primo declarat Apostolus hanc uocationem. secúdo assignat huius rationem ibi quis ergo? primum aút declarat per scripturam dicens: sicut in Osee dicit primo capitulo. uocabo nó plebem meam. i. gentilitatem: que primo dicta est non plebs diuina: eo ꝙ non habuit legẽ & ꝓphetas sicut habuit plebs Iudaica. plebem meam propter conuersionem eius deuotam ad fidẽ Catholicam. & nó dilectam meam id est gentilitatem prius idolatrie deditam que deo est odiosa: dilectam meam per latrie susceptionem. & non misericordiam consecutam tempore ueteris testamenti. misericordiam consecutam tempore noui testamenti: & ad idem facit: qđ subditur & erit etc. & patet littera que loquitur de uocatione gentium: qua plurimi sunt uocati. Consequenter inducitur autoritas Isaie decimo capitulo loquentis de uocatiõe Iudeoꝝ: quia pauci sunt uocati. ideo subditur. si fuerit numerus filiorum Israel tanq̃ arena maris in magno numero ualde. reliquie salue fient ex eo id est pauci cõparatiue. sicut patet in Apostolis & aliis credentibus ex Iudeis. Sciendú tamen ꝙ Isaias loquitur de filiis Israel euadentibus manum Regis Assyriorum regno Israel sub Osee captiuato: qui postea uenerunt ad regnum Iude tempore Sedechie uere conuersi ad deum audito miraculo de percussione exercitus Sennacherib. sed qa illa conuersio paucorum fuit figura conuersionis Apostolorum & aliorum paucorum de Iudeis in aduẽtu Christi: ideo hic allegatur ab Apostolo sicut supra dictum est de electione Iacob & reprobatione Esau temporali que fuit signum eterne: & subditur de uocatione Iudeorum & gentium ad fidem Christi uerbum enim consummãs scilicet Euangeliú ꝙ est legis perfectiuú & abbreuians qa rescindit legalia: que nó seruant in lege noua in equitate. quia retinet moralia precepta equitatem iuris naturalis cõtinentia. ad istud uerbum Euangelicum uocati sunt communiter Iudei & gentiles. sed quia pauci comparatiue de Iudeis crediderunt: ut dictú est: ideo ad hoc iterú inducit autoritas Isaie p̃mo nisi dominus Sabaoth id est exercituũ per qđ angeli designant reliquisset nobis semen id est aliquos uocatos ad fidẽ de Iudeis: q̃si Sodoma fuissemus etc. id est totaliter a ueritate subuersi. quid ergo hic consequenter Apostolus reddit causam quare plures sunt uocati de gentibus. qđ tamen uidetur mirabile. eo ꝙ erant idolatre. & hoc est: ꝙ dicit. quid ergo dicemus? pre admiratione huius ꝙ gentes que non sectabantur iusticiam eo ꝙ colebant idola apprehenderunt id est consecute sunt iusticiam per celerem conuersionem ad fidem Xpristi uidentes per Apostolos alios discipulos in nomíe ipsius miracula fieri: sicut patet in Actibus Apostoloꝝ in pluribus locis Iusticiam aút que ex fide est. que facit dignum uita eterna. que dicit hic iusticia ex fide ad distinctionẽ iusticie que fit ex opibus legis Mosaice que hoc nó faciebat: sicut dictum est supra quarto capitulo: si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est: habet gloriam. sed non apud deum. Israel enim sectando legem iusticie per cultú uniuus dei in legẽ iusticie nó puenit id est in lege fidei Catholice que iustificat iusticia infusa facientem dignum uita eterna. quare? supple contingit hoc. quia non ex fide scilicet Christi querebant iustificari sine qua tamen nunq̃ fuit salus. sed q̃si ex opibus scilicet legis Mosaice querebant iustificari. qđ tamen non poterant facere opera illa sed fides ut declaratum est supra tertio capitulo. & ex hoc repulerunt Christum. ideo subditur offenderunt enim id est causam ruine acceperunt: in lapidem offensionis id est in Christum qui sic nominatus est in scriptura Isaie. xxviii. ecce pono in Sion

lapidem offensionis etc. & sicut probatum fuit Isaie uicesimooctauo. hec autoritas ad litteram intelligitur de Xpristo in quem offenderunt principes Iudeorum primo blasphemantes eius humanitatem dicendo ecce homo uorax & potator uini etc. Luc. septimo & hoc dicebant ex inuidia. Secundo dicendo blasphemias contra eius diuinitatem Mat. uicesimosecúdo In Beelzebub principe demoniorum eicit demonia sic enim opera diuinitatis demonibus attribuebant. & omnis qui credit in eum per fidē caritate formatam non confundetur finaliter. sed magis honorabitur in gloria. hec autoritas & alie allegantur ab Apostolo secúdum translationem. lxx. in translatióe uero nostra Isaie uicesimooctauo sic habetur: q̄ crediderit: nō festinet. qđ dupliciter potest intelligi ut dictum fuit ibi uno modo referendo ad tempus Isaie ut sit sensus qui crediderit mee prophetie: non festinet: credens q̄ Xpristus sit statim uenturus. quia inter Isaiam & aduentum Xpristi primum fuit longum tempus. Alio modo referendo ad tempus Xpristi loquentis de aduentu suo ad iudicium. & sic est sensus qui crediderit Christo predicanti: non festinet credens q̄ cito sit uenturus ad iudicium. & secundum utrunq; modum credens & non festinans non reportat confusionem. & ideo. lxx. transtulerunt hoc modo. quia non semp transtulerunt uerbum ex uerbo. sed aliquando sensum ex sensu. .X.

FRatres uoluntas etc. Hic consequēter Apostolus ostendit affectum suum erga Iudeos orando pro salute eoꝝ. & diuidit in duas partes: qa p̄mo ponit oratiōis sue modum. Scđo motiuú ibi testimonium. Circa primum dicit: fratres uolútas qdem cordis mei quasi dicat oro pro ipsis nō solum ore sed etiam corde. & obsecratio ad deú id est deprecatio eius per rem sacram. & hic modus orandi est magis efficax ad impetrandum: quia innititur merito rei sacre que interponitur: ut cū dicitur: p passionē tuam libera nos domine. & huiusmodi. & sic orabat Paulus pro Iudeis. ideo subditur. fit pro illis: scilicet a me in salutem: id est ut conuertantur. & salutem consequantur. Testimonium: Hic consequenter ponit orationis sue motiuum. & diuiditur in duas partes quia primo dictum motiuum ponitur. Secúdo dictum suum declarat ibi: finis enim. motiuum autem Apostoli erat quia Iudei persequendo fidem Christi habebant zelum dei indiscretum tamen. & talibus est compatiendum: unde & Apostolus q̄ p̄mo persecutus est Ecclesiam ex tali zelo dicit de seipso prima Timo. primo. misericordiā consecutus sum: quia ignorans feci. dicit igitur testimonium enim perhibeo illis: quia fuerat socius eorum in facto quid emulationem id est zelum quidem dei habent: sed non secundum scientiam. qđ declarat dicens: ignorantes enim dei iusticiam: que facit dignum uita eterna: et habetur ex fide Christi formata. ista tamen ignorantia non excusat: quia iuris est. & suā querentes statuere: qđ exponunt aliqui de sacerdotibus & legis peritis: qui irritum faciebant mandatum dei propter traditiones suas. Matt. xv. sed hoc non uidetur uerum: quia immediate premittitur: q̄ ex zelo mouebātur dei: licet indiscrete irritātes uero dei mandata propter traditiones suas nō mouebant zelo dei: sed ex zelo sui scilicet propter questū uel gloriam temporalem: ut oñditur ibidem. & ideo cum dicitur: & suam querētes statuere: intelligit de iusticia ex opibus legis que dicitur hic sua: tum quia illa lex fuerat eis data: tum quia legalia iam erant mortua. & sic non erant amplius ipsius dei. sed Iudeorum ea tenaciter defendentium. Iusticie dei non sunt subiecti id est iusticie que habetur per fidem Christi: cui repugnabant contradicendo. Finis enim Hic consequenter Apostolus declarat intentum. scilicet q̄ iusticia faciens dignum uita eterna non erat ex lege. sed ex fide Christi. & diuiditur in tres partes. quia primo ostendit huius fidei utilitatem. secundo facilitatem

ibi. sed quid dicit. tertio ex hoc arguit non credentiū infidelitatem ibi. quomō ergo. Circa primum sciendum q̄ perfectio nō consistit in dispositione materie: sed in intro/ ductione forme ad quam dispositio finaliter ordinatur ut patet in naturalibus. & in artificialibus. lex autem uetus ordinabat ad Xpristum sicut imperfectum ad pfectū ut dicit Apostolus Gal. tertio. lex pedadogus noster fuit in Christo. & Rabbi Salo. Hebreus & alii plures doctores dicunt q̄ uniuersi Prophete non sunt locuti nisi ad dies Messie id est propter Christi tempus finaliter. & ideo iusticia que facit dignum uita eterna nō erat in lege que fuit imperfecta. sed est ex fide Christi cui perfectio debetur. & hoc est q̄ dicitur: finis enī legis Mosaice supple Christus est. quia ad ip̄m ordinabatur ut dictum est. ad iusticiam iusticia infusa omni credenti. unde & patres ueteris testam̄ti non fuerunt iustificati ex operibus legis sed ex fide Christi ut dictū est supra capitulo tertio. & quarto. & Act. xv. dicitur per gratiā domini nostri Iesu Christi credimus saluari: sicut & illi scilicet patres ueteris testam̄ti. & ad hāc sentētiam inducitur scriptura. Moyses enim scripsit Leuitici decimooctauo quoniam iusticiam que ex lege est: qui fecerit homo uiuet in ea. quia per impletionem operum legis eua/ debatur mors corporalis que transgressoribus inferebatur in casibus multis. sed non iustificabat spiritaliter ut dictum est supra capitulo tertio que autem ex fide iusticia est id est de iusticia que per fidem Christi habetur: dicit sic Moyses Deuteronomii uicesimo. ne dixeris in corde tuo quis ascendet in celum? negatiue accipitur id est Christum deducere scilicet de superioribus ad inferiora: q̄d est negare ascēdisse Christū ad celestia. aut q̄s descendet in abyssum? negatiue. similiter hoc est Christū a mortuis reuocare: q̄d est negare Christum descendisse ad lymbum ad animas patrum inde li/ berandas. sic exponit glosa passum istū quā sequuntur expositores nostri cōmuniter sed quia expositio ista non uidetur concordare in aliquo cum sententia Deutorono. tricesimo: unde accipitur scriptura hec: nec etiā cum littera sequenti. ut patet intuēti: ideo aliter potest exponi tamen sine preiudicio sic: ne dicas in corde tuo quis ascēdet in celum? negatiue id est Christum deducere id est dicere q̄ nundum uenit in mundū adductus per inobedientiam patris aut quis descendet in abyssum? similiter negatiue id est Christū a mortuis reuocare id est dicere q̄ nō fuit mortuus. nec per cōsequens resurrexerit a mortuis uitam immortalem inchoando. utrunq; enim dicebant Iudei tempore Apostoli. & adhuc dicunt negando ip̄m uenisse. & per consequens a mortuis resurrexisse. hec autem expositio cōsonat littere sequenti cum dicit̄: quia si cōfitearis in ore tuo dominum Iesum uenisse: tanq̄ Christum p̄missum in lege. & in corde tuo credideris: q̄ deus suscitauit illum a mortuis saluus eris. similiter consonat sententie Deuteronomii tricesimo. unde scriptura hec accipitur: ne dixeris in corde tuo etc. hoc enim dicitur ibi ut patet manifeste ad excludendum excusationem que posset fieri de Mosaice legis obseruatione. & ut ibi dicitur: non oportet ascendere in celum uel mare transfretare ut inde apportetur. & sic seruetur. quia iā erat data illi populo & scp̄ta digito dei quantum ad precepta decalogi. & propter Moysen quantū ad alia. p̄pter q̄d ibidem subditur iuxta te est sermo in ore tuo etc. Deuteronomiū uero figura fuit noue legis: ut dicit Hieronymus ad Paulinum. propter q̄d scriptura allegata figu/ratiue dicitur hic de noua lege. ad cuius obseruationem tenentur omnes: & maxime Iudei: quibus specialiter Christus promissus fuit. & personaliter predicauit. & sic cum dicitur hic ne dixeris in corde tuo: tollitur excusatio de noue legis obseruantia: que per Christum iam est data. & per spiritum sanctum in cordibus credentium descripta ideo subditur. prope est uerbum etc. & per Christum resurgentem uita spiritalis &

immortalis inchoata. que lex facere non poterat. Sed quid dicit: Hic consequenter ostenditur iusticie que est per fidem Christi facilitas cū dicitur: sed quid dicit scp̄tura de ista iusticia prope est uerbum in ore tuo & corde hoc est non exigitur nisi credere & confiteri scilicet in casu mortis in quo tollitur facultas operandi. hoc est uerbū fidei scilicet Christi qđ predicamus: quia si confitearis in ore tuo dominū Iesum esse uerū Saluatorē nostrū: & in corde tuo crediderīs q̄ deus suscitauit illū a mortuis ad uitā immortalem: saluus eris salute eterna. Incredulitate enim istorum duorum articulorū fidei includitur & intelligitur credulitas aliorum. & adducitur scripture testimonium: cum dicitur: omnis qui credit in eum: non confundetur. Isaie uicesimooctauo. quod ad litteram intelligitur de Xpristo ut dictum est in fine capituli precedentis. non est enim distinctio Iudei & Greci quantum ad iusticiam que est per fidem Xpristi. nam idem dominus omnium scilicet Iudeorum & gentilium ut dictum est supra tertio ca/pitulo. diues in omnes etc. id est potens omnes exaudire. & ad hoc inducit̄ autoritas Ioelis secundo: cū dicitur oīes enim etc. Quomodo ergo Hic consequenter arguit̄ infidelitas non credentium. & primo generaliter omnium. secundo specialiter Iudeoꝝ ibi sed dico: Circa primum arguitur infidelitas omnium per hoc: q̄ fides Catholica publica fuit per orbē a tempore Apostoloꝝ quia immediate predixerat Apostolus. oīis quicunq; inuocauerit nomen domini: saluus erit. ideo cōtinuādo sententiā dicit: quomodo ergo inuocabunt in quem non credunt? quasi dicat nullo modo. qa oratio presupponit fidem orantis. aut quomodo credent ei: quem non audierunt? quoniam fides presupponit auditum a deo per reuelationem. uel ab homine per predicationē. ideo subditur quomodo audient sine predicante? actus uero predicandi presupponit autoritatem officii. ideo subditur: quomodo uero predicabunt: nisi mittantur a deo sicut Prophete. uel ab eius locum tenente sicut predicatores alii. & ad hoc inducitur scriptura Isa. lii. quam speciosi pedes etc. qđ intelligitur de predicatoribus Euāgelii ut dictum fuit ibidem. ideo subditur: sed non omnes obediunt Euāgelio: p̄dicationē eius recipiēdo. de quo inducitur autoritas Isaie. liii. ubi ad litteram loquitur de Xp̄o ut ibi fuit declaratum. domine quis credit auditui nostro. quia Isaias & alii Prophete audierunt a deo mysteriū Xpristi. qđ crediderūt pauci de Iudeis specialiter. cōcludit igitur Apostolus ergo fides ex auditu etc. & patet ex dictis sententia. sed dico non audierunt? id est habēt ne excusationē sue infidelitatis propter defectū publicatiōis quasi dicat non. ad qđ inducit autoritatem psal. xviii. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. & in fines orbis terre uerba eorū. a tempore enim Apostolorum publicatum fuit Euangelium per orbem uniuersum. sicut plenius ostendi scribendo super psalmum decimumoctauum. Potest tamen hic breuiter repeti. Apostoli nanq; ad publicandum Euangelium per orbem exierunt ex Hierusalem que est in medio climate terre habitabilis. & uiuēte beato Petro Apostolo fuit predicatum Euāgeliū procedendo uersus occidentē usq; ad mare oceanum ubi est terminus terre habitabilis secundum astrologos. sanctus enim Seuerianus in ciuitate Senonensi que tunc erat metropolis Francie edificauit Ecclesiam in honore sancti Petri quem audierat tam passum. sed cognito postea q̄ adhuc uiuebat: nominauit Ecclesiam illam beati Petri uiui. in qua plures ego fui. & alii qui cū sancto Seueriano uenerunt in Franciam in aliis locis predicauerunt usq; ad oceanum. & eadem ratione Euangeliū fuit publicatū ad orientem meridiem & aquilonem respectu Hierusalem: quia Xp̄i discipuli exierūt circunquaq; ad predicandum. Sed dico Hic consequenter arguit specialiter incredu/litatem Iudeorum quia Xpristum predicantem audierunt: & mirabilia eius uiderunt:

unde dicit Nicodemus in lege peritus Iob. tertio. scimus quia a deo uenisti magister. nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. & hoc est q̄ dicitur: sed dico nunquid Israel non cognouit? quasi dicat immo cognouit magis q̄m alii sed illa cognitio fuit in legis peritis excecata ex inuidia contra X̄m eo q̄ cepit predicare contra uitia eorum & sic quantum potuerunt auerterunt populum ab ipso. ex quo secuta est populi excecatio: & gentilium illuminatio: ad quos conuertendos transierunt Apostoli relictis Iudeis Actuū tertiodecimo. uobis oportebat p̄mū loqui uerbū dei: sed q̄a repulistis illud: & indignos uos iudicatis eterne uite: ecce cōuertimur ad gentes. & hoc p̄dixit Moyses Deuteronomii tricesimosecundo. ego ad emulationē id est ad inuidiam uos adducam id est adduci permittam: contra X̄m ex deceptione diaboli. in non gentē id est dimittendo uos in incredulitate loco illius gentis que apud uos erat nullius reputationis. Iudei enim non reputabant gentiles esse gentes. sed uocabant eos canes ut dictum fuit super illud Exodi uicesimosecundo. Sed proiicietis ea canibus. in iram uos mittam id est in punitionem per uindictam meam. quod per Romanos fuit impletum occidendo & captiuando populum Iudaicum. inducit autē ad hoc autoritas Isaie sexagesimoquinto de illuminatione gētium cū dicitur. inuētus sum a non querentibus me id est a gentilibus idolis seruientibus qui predicationem Apostolorum receperunt deuote: & sic fuerunt illuminati. & subditur de Iudeorum excecatione. ad Israel autem dicit in persona domini tota die expandi manus meas conferendo beneficia toto tempore legis Mosaice. ad populū nō credentē Prophetis primo. & postea Christo. & contradicentē mihi primo repellendo uerba Prophetarū meorum & eos occidendo. & postea meip̄m in p̄sona propria. .XI.

DIco ego: Hic consequenter ostendit Apostolus affectum suum erga Iudeos compescendo gentiles ab eorum insultatione. per hoc enim causabatur discordia ex parte gentium: quia incredulitatem Iudaicam etiā conuersis de Iudaismo improperabant. q̄d reprimit Apostolus primo rationibus sumptis ex casu Iudeorum. secūdo ex conuersione gentium ibi: q̄ si aliqui ex ramis. tertio ex ratione diuinorū iudiciorū ibi: nolo autem uos ignorare. Circa primum ponit tres rationes. prima est: quia casus Iudeorum non est uniuersalis. secundo quia non est inutilis ibi: dico ergo. tertio quia non est reparabilis ibi: uobis enim dico. Prima adhuc in duas. quia primo declarat propositum. & secundo concludit intentum ibi. quid ergo? primum autem declarat exemplo duplici & primum est sui ipsius. dicit igitur. nūquid deus repulit generaliter populum suum? scilicet Iudaicum qui dicebatur populus peculiaris dei. absit. nam & ego Israelita sum. qui tamen sum uocatus non solum ad fidem Christi. sed etiam ad eius Apostolatum. ideo concludit. non repulit deus plebem suam quam presciuit id est predestinauit de Iudeis ut patet in Paulo & alius Apostolis. Secundum exemplum est de Helia qui credebat totum populum ad Idolatriam conuersum & omnes alios Prophetas occisos. & tamen non erat ita. & hoc est q̄ dicitur: an nescitis quid dicit scriptura in Helia? quasi dicat scire debetis quemadmodum interpellat deū aduersum Israel non zelo uindicte sed amore iusticie quarto Regū decimonono domine Prophetas tuos occiderunt. ut non remaneant cultores dei. altaria tua suffoderunt. ut nō inueniatur locus colendi. & ego relictus sum solus. sic enim credebat: quia spiritus prophetie non semper tangit corda Prophetarū. nec de omnibus. unde dicit Heliseus quarto Regū quarto de Sunamite: anima eius in amaritudine est: & dominus celauit a me. & querunt animam meam: ut nihil remaneat de cultu diuino. Sed quid dicit illi diuinum responsum? ad repellendum eius dictum. reliqui mihi id est cōseruaui septem

milia uirorum colentium dominum. & ideo non eſt ſoluſ. conſequenter applicatur ad propoſitū ſic ergo & in hoc tempore ſcilicet legiſ noue reliquie ſecundum electionem gratie dei ſalue facte ſunt id eſt aliqui de Iudeiſ ad hoc ſpecialiter electi ex gratia dei ſalui facti ſunt p fidem Xpriſti. ſicut patet de Apoſtoliſ & de aliiſ primiſ credentibuſ qui fuerunt fere omneſ de Iudeiſ. Si autem gratia ſalui facti ſunt dicto modo iā non ex operibuſ ſcilicet legiſ que hoc facere non poterant: ut ſupra dictum eſt. alioquin gratia non eſt gratia. quia qđ redditur ex operibuſ: debitum eſt: & non gratia. Quid ergo? Hic concluditur intentum ſcilicet q̄ caſuſ Iudeorum non eſt generaliſ dicens quid ergo ſupple ſequitur ex dictiſ qđ querebat Iſrael id eſt maior parſ populi hoc non eſt conſecutuſ. ſcilicet iuſticiam per Xpriſti fidem. cuiuſ aduentum expectabant Iudei. electio autem conſecuta eſt id eſt Apoſtoli & alii ad hoc electi ceteri uero excecati ſunt manēteſ in infidelitate ſicut ſcriptum eſt Iſaie ſexto dedit illiſ deuſ ſpiritū compunctionis id eſt inuidie pungentiſ corda eorum ex odio Xpriſti & ſuoꝝ fideliū exquo ſecuta eſt eorum excecatio & obduratio ideo ſubdit̄: oculoſ ut non uideat etc. & Dauid dicit de eodem pſalmo decimooctauo fiat menſa eorum id eſt ſacra ſcriptura in qua nutriti fuerūt Iudei. coram ipſiſ in laqueū. ex odio enim Xpriſti moti fuerūt legiſ periti ad deprauandum ſcripturaſ de Xpriſto loquenteſ: ſicut plenius oſtenditur in pluribuſ locis ueteriſ teſtamenti. & ſic ipſi & ſequaceſ eoꝝ erroribuſ ſunt illaqueati & in captionem per Titum & Veſpaſianum. & in ſcandalum quia nobileſ eoꝝ ducti fuerunt ad tormenta ad infamandū populum de rebellione & infidelitate erga Romanoſ. & in retributionem illiſ. hec enim in uindictam mortiſ Xpriſti cōtigerunt eiſ Luc. decimonono & quia ex predictiſ ſecuta eſt excecatio Iudeorum & obduratio ideo ſubditur: obſcurentur oculi eoꝝ quantum ad excecationē intellectuſ. & dorſum eorum id eſt uoluntaſ ſic nominata eo q̄ debet ſupportare omnia. ſemper incurua. quia per obdurationem efficitur tortuoſa. Dico ergo. Hic conſequenter oſtenditur q̄ caſuſ Iudeoꝝ non fuit inutiliſ. ex hoc enim occaſionaliter factum eſt q̄ Apoſtoli relinquenteſ Iudeam tranſierunt ad conuertendum gentileſ per orbem Actuum. xv. ſicut iam allegatum eſt ſupra & hoc eſt: q̄ dicitur: nunquid ſic offenderunt ſcilicet Iudei: ut caderent? ſcilicet tantum. & nulla ſequeretur utilitaſ? abſit. quia ſecundum q̄ dicit Auguſtinuſ in Enchiridion deuſ adeo eſt omnipotenſ & bonuſ qđ non permitteret mala fieri: niſi ex eiſ eliceret maiora bona. ideo ſubditur: ſed eorum delictum ſaluſ eſt gentibuſ. occaſionaliter modo predicto. ut illoſ emulentur id eſt imitentur. Iudei enim qui modo conuertunt̄ & multo magiſ circa finem mundi detecta falſitate Antixpriſti in hoc imitantur: & imitabūtur gentileſ priuſ conuerſoſ ad fidem Chriſti. q̄ ſi delictum eorum ſcilicet Iudeorum diuitie ſunt mūdi: occaſionaliter modo dicto: & diminutio eorum id eſt pauci uiri ſimpliceſ & illitterati & quaſi nulliuſ reputatiōiſ qualeſ fuerunt Apoſtoli: diuitie ſunt gentium quia fundauerūt Eccleſiaſ inter gēteſ quanto magiſ plenitudo eorum ſupple erit magnum bonum in finali conuerſione ipſorum. Vobiſ enim: Hic conſequenter reprimit inſultationem gentium per hoc qđ caſuſ Iudeorum non eſt irreparabiliſ: qđ oſtenditur exemplo duplici ſcilicet Patriarcharum & Apoſtolorum qui fuerunt Iudei propter quod Apoſtoluſ dicit ſe laboraturum ad conuerſionem eoꝝ dicēſ: uobiſ enim dico gentibuſ ne inſultetiſ Iudeoſ quādiu ego quidem ſum Apoſtoluſ gentium Gal. ſecundo capitulo creditum eſt mihi Euangelium preputii ſicut & Petro circūciſioniſ. miniſteriū in eū ſacrificabo addēdo ultra debitū ſcilicet laborando pro conuerſione Iudeoꝝ cum tamen ex officio teneat

ſolis gẽtibus predicare. ſi quo modo ad emulandum id eſt ad imitãdum me prouocem carnem meam id eſt Iudeos de quibus carnaliter deſcendit ut dicit in principio huius capituli. & ſaluos faciam aliquos ex illis. ſciebat enim Apoſtolus ꝙ nundum erat tẽpus conuerſionis eorum ad plenum. & qđ iſtud ſit utile & bonum oſtendit dicens ſi enim amiſſio eorum per infidelitatem reconciliatio eſt mundi occaſionaliter: ut dictum eſt que aſſumptio eorꝫ ad fidem: niſi uita ex mortuis. quia Iudei ſciẽtes ſcripturas cõuerſi ad fidẽ magis poterant ꝓficere q̃ alii ut patet de Paulo & Apollo & pluribus aliis. & ad hoc inducit exemplum de Apoſtolis dicens ꝙ ſi delibatio eſt ſancta id eſt Apoſtoli qui fuerunt quaſi quedam delibatio de maſſa Iudaica & ſi radix ſancta id eſt Patriarche qui fuerunt quaſi radices plebis Iudaice per hoc intendit Apoſtolus oſtendere ꝙ Iudei ſunt habiles ad bonum. & quantum ad hoc tenet ſimilitudo & ſic eorũ caſus non ẽ irreparabilis. Quod ſi aliqui Hic cõſequenter Apoſtolus reprimit gentiles ab inſultatione Iudeorum ratione ſumpta ex conuerſione gentium: & primo facit propoſitum. ſecundo remouet obiectionem incontrariũ ibi: dicit ergo. ratio autẽ cõſiſtit in hoc: ꝙ licet multitudo Iudeorum ceciderit per infidelitatem: tamen per aliquos eorꝫ ſtantes in fide ſcilicet Apoſtolos & alios diſcipulos gentiles conuerſi ſunt. & inſerti arbori procedenti per fidem in imitatione Patriarcharum: & hoc eſt: qđ dicitur: ꝙ ſi aliqui qui ex ramis id eſt ex Iudeis procedentibus ſecũdum carnem ex Patriarchis qui fuerunt radix arboris fracti ſunt ꝑ infidelitatem: tu autẽ cum oleaſter eſſes id eſt oliua ſilueſtris ad bonum fructum inhabilis ꝙa gentiles non habebant legem & Prophetas: nec etiã cultum dei: ſed erant idolatrie dediti: inſertus es in illis id eſt in ramis ſtantibus: qui ſunt Apoſtoli & alii fideles Iudei. & ſotius radicis id ẽ fidei Patriarcharꝫ pinguedinis oliue id eſt Xpristi doctrine & gratie: noli gloriari aduerſus ramos id eſt Iudeos per infidelitatem fractos ꝙ ſi gloriaris hec ſupple eſt inaniter. ideo ſubditur. non tu radicẽ portas etc. quia gentiles bonum ſue conuerſionis habuerunt ex Iudeis & non econuerſo. Dicis ergo Hic conſequẽter remouet obiectionem. & ſcđo infert concluſionem ibi: uide ergo. Circa primum ponit obiectionem primo dicẽs dicis ergo id eſt tu gentilis inſertus dicto modo argues ſic: fracti ſunt rami ut ego inſerar: & ſic poſſum gloriari contra ramos fractos licet non contra radicem. conſequenter hoc remouet dicens bene propter incredulitatem etc. bene dicis ſi tu dicis eos eſſe fractos propter ſuam infidelitatem. non autem propter tuam inſertionem. niſi occaſionaliter tantum. & non per ſe. tu autem fide ſtas. que non eſt a te. ſed eſt donum dei. propter qđ non debes inde ſuperbire ſed humiliari. Ideo ſubditur: noli altum ſapere. ſed time. & ſubditur ratio ſi enim deus naturalibus ramis id eſt Iudeis ſuꝑbientibus non pepercit: eos grauiter puniendo. forte nec tibi parcet ſi ſuperbieris. nec dicitur hic forte ut eſt nota dubii: ſed uertibilitatis liberi arbitrii. Vide Hic ex dictis cõcludit ꝙ gentilis conuerſus habet materiam ex predictis conſiderandi in ſe diuinã bonitatem per quã ſtat in fide. & gratia Xpristi. & ſeueritatem iuſticie eius in Iudeis excedentibus a fide Christi. & hoc eſt: qđ dicit: uide ergo etc. & patet littera ex dictis uſq; ibi. ſed & illi ſi nõ permãſerint in incredulitate inſerentur. quia ramus naturalis habet maiorem aptitudinem ut inſeratur ceteris paribus q̃ extraneus a radice. cetera patent ex dictis. Nolo autem Hic Apoſtolus reprimit gentiles ab inſultatione Iudeorum ratiõe ſũpta ex conſideratione diuinorum iudiciorum. & diuiditur in tres partes quia primo oñdit Iudeorum preſentem excecationem. Secundo declarat utriuſq; cauſam ibi. ſecundum Euãgelium. Tertio ex dictis concludit diuine ſapientie profunditatẽ ibi. o altitudo.

Circa primum dicit: nolo autē uoſ ignorare fratreſ: id eſt uoſ gentileſ cōuerſi ad fidē Xpriſti. & ſic per fidem facti fratreſ mei myſterium hoc id eſt ſecretum diuinum: ut non uobiſ ipſiſ ſapienteſ ſitiſ id eſt ſecundū eſtimationē ueſtrā. & hoc dicit Apoſtoluſ ad reprimendum eorum preſumptionem. & quid ſit illud ſecretum oſtendit: dicenſ quia cecitaſ ex parte & non ex toto contingit in Iſrael. quia Apoſtoli & credenteſ primi de Iudeiſ fuerunt ualde illuminati: donec plenitudo gentium intraret: fidem Chriſti recipiendo. ſciendum tamen q̄ iſtud donec non tenetur hic cauſaliter ſed tantum cō/ ſecutiue. & occaſionaliter. quia Iudeiſ excecatiſ Apoſtoli tranſierunt ad genteſ con/ uertendaſ. & ſic omniſ Iſrael ſaluuſ fieret in fine mundi detecta falſitate Antixpriſti quia tunc Iudei conſtāter mortem ſuſcipient pro fide Xpriſti. ſicut ſcriptum eſt Iſa. lii. uenitiſ ex Sion. ibi enim fuit primo fideſ predicata & inde ad om̄eſ alioſ deriuata de preterito: & diriuanda de futuro: ſicut dixi plenius Iſaie quinquageſimonono & hic illiſ a me teſtamentum id eſt fideſ Catholica in nouo teſtamento publicata & in Iudeiſ protunc complenda cum abſtulero peccata eorum per fidem iuſtificantem. Secundum Euangelium. Hic conſequenter oſtendit utriuſq; cauſam & primo excecationiſ cuiuſ ponitur duplex cauſa: una eſt repulſio doctrine Xpriſti que tangitur: cum dicitur: ſecundum Euangelium quidem inimici. alia eſt inuidia de gratia gētibuſ data: que tangitur ibi propter noſ. conſequenter ponit cauſam illuminationiſ future: cum dicitur: ſecundum electionem autem propter patreſ id eſt propter merita patrū aliqui ſunt nunc ad fidē electi. & plureſ eligentur in fine mūdi. ad q̄d inducit rationē dicenſ ſine penitentia enim id eſt ſine mutabilitate. qa apud deū non eſt tranſmutatio Iacobi p̄mo capitulo. ſunt dona & uocatio dei id ē promiſſio facta patribuſ de doniſ eorum ſemini fiendiſ. & ideo implebuntur tempore ſuo. & conſequēter inducit ad hoc congruentiam. quia ſicut genteſ ante aduentum X̄pi fuerunt ſub peccato idolatrie ita q̄ poſt aduentum eiuſ Iudei dimiſſi ſunt ſub infidelitatiſ peccato pro maiori parte & ſic in iſtiſ & in illiſ oſtēditur humana fragilitaſ in eorum peccatiſ. & diuina bonitaſ in beneficio uocationiſ. Iudei enim nunc dimiſſi finaliter uocabuntur: ut dictum eſt. & hoc eſt q̄d dicitur. ſicut enim alteri etc. & patet littera ex dictiſ. O altitudo Hic ultimo concluditur ex predictiſ profunditaſ diuine ſapientie in ſuiſ iudiciiſ & hoc du/ pliciter: quia primo concluditur hoc ex rei eminentia. Secūdo ex humana deficiētia ibi. quiſ enim. Circa primum dicit o altitudo diuitiarum ſapientie & ſcientie dei id eſt profunditaſ utriuſq; ſicut dicit Io. quarto puteuſ alteriuſ eſt id eſt profūduſ & dicit. ſapientie quantum ad diuina. & ſcientie quantum ad fienda circa homineſ quorum rationeſ non poſſunt a nobiſ attingi. ideo ſubditur: q̄ incomprehenſibilia etc. quia capacitatem nature intellectualiſ ſunt exceſſiua. Quiſ enim Hic conſequenter oñdit̄ idem ex ueſtre cognitioniſ deficientia cū dicitur: quiſ enim cognouit ſenſum domini? etc. quaſi dicat nulluſ. quia oculuſ noſter ſe habet ad diuina ſicut oculuſ noctue ad lucem ſoliſ ſecundo Metaphiſice aut quiſ prior dedit illi etc. quaſi dicat nulluſ. quia hoc eſt impoſſibile. quia omnem uirtutem non ſolum operandi ſed etiam cogitandi & eſſendi ab ipſo habemuſ. q̄d declarat conſequenter dicenſ quoniam ab ipſo quantum ad potentiam productiuam: que patri appropriatur. & per ipſum q̄tum ad ſapientiā exemplarem que appropriatur filio. & in ipſo ſicut in fine conſeruande per bonitatē que ſpiritui ſancto appropriatur. ideo ſubditur: ipſi gloria in ſecula amen. aliqui libri habent interpoſitaſ duaſ dictioneſ honor & ſeculoꝝ. ſed non eſt de textu nec habent̄ in libriſ correctiſ.

.XII.

OBsecro uos Postq̃ Apostolus Romanos ad concordiam reduxit: hic consequẽter in moribus eos instruit. & diuiditur in duas partes. quia primo facit hoc uerbo predicationis. Secundo exemplo imitationis commemorando quasdam personas eis imitabiles capitulo sextodecimo prima in duas quia primo instruit omnes communiter Secundo existentes in aliquibus statibus specialiter capitulo. xiii. Prima adhuc in duas. quia primo instruit omnes communiter in ys que ad deum secundo in ys que ad proximum ibi. sicut enim in uno. Prima adhuc in duas quia instruit omnes cómuniter in ordine ad deú ex parte corporis. secundo ex parte anime. ibi & nolite cõformari. Circa primum dicit obsecro uos etc. secundum q̃ dicit Seneca generosus est hominis animus. & facilius ducitur: quam trahitur. propter quod Apostolus magis utitur obsecrationis uerbo q̃ precepti. per misericordiam dei peccata relaxãtem. ut exhibeatis corpora uestra etc. hic per ordinem tangit Apostolus septem conditiones que macerationem carnis faciunt deo acceptam. prima est q̃ sit uoluntaria. qđ notatur: cum dicitur: ut exhibeatis. secunda q̃ sit in carne propria: ideo dicit: corpora uestra & nó aliena: contra illos qui saluari credunt per penitentiam aliorum. tertia q̃ sit concupiscentie mortificatiua: ideo dicit: hostiam. aliter enim esset uana. sicut medicina que non curat morbum. quarta q̃ sit bonorum operum productiua: ideo dicit uiuentem. uiuens enim dicitur qđ habet in se principium sui motus. quinta q̃ sit continua sicut uitia carnis continue pullulãt. ideo dicit sanctam id est firmam. sanctum enim in una significatione idem est q̃ firmum. sexta q̃ sit bene ordinata scilicet ad dei gloriam & non ad propriam laudem. ideo dicit deo placẽtem. septima q̃ sit discreta ideo dicitur rationabile obsequium uestrum. qđ fit quando caro sic maceratur q̃ natura seruatur & uitia excluduntur. sicut enim potest ibi esse defectus scilicet quando caro lasciue permittitur: ita & superabundantia scilicet quando corpus redditur ineptũ ad debita opera & officia exequenda. unde dicit Hieronymus de rapina holocaustum offert: qui austeritate nimia corpus suum immoderate affligit. Aduertendũ tñ q̃ nó oñia opera conueniunt omnibus. & ideo aliqua abstinentia laudabilis est in uno: que tamẽ non laudabis esset in altero. Si enim coniugatus tantam faciat abstinentiam: qđ non possit reddere debitum uxori tempore competenti: non est laudabilis. in religioso tñ qui non habet hoc debitũ reddere: laudabilis esset. & similiter aliqua abstinentia laudabilis est in iuuenibus: in quibus uiget concupiscentia carnalis: que in senibus non sic esset laudabilis: quia nõ sic in eis uiget carnalis concupiscentia. sed posset esse alicuius boni impeditiua & de similibus simile iudicium habeatur. Et nolite Hic consequenter instruit omnes communiter quo ad animam. & primo quantum ad affectum. secũdo quantum ad intellectum ibi: dico enim. Circa primum sciendum q̃ amor transformat amantem in amatum: ut dicit Augustinus. si terram diligis: terra es. si aurum diligis: aurum es. & si deum diligis: deus es scilicet participatiue. secundum illud psal. lxxxi. ego dixi dii estis. & filii excelsi omnes. ideo dicit: & nolite conformari huic seculo id ẽ delectabilibus huius mundi. sed reformamini. Imago enim dei ad quam sumus formati deformatur in nobis per peccatũ. sed per dei gloriã reformatur. In nouitate sensus uestri. sicut enim per peccatum obfuscatur cognitio sic per gratiam renouatur. & qa habens affectum bene ordinatum recte iudicat: ideo subditur: ut probetis id ẽ experti possitis per spiritum sanctum habitantem in uobis: que sit uoluntas dei bona quantum ad bona nature ipsa dãdo. & bene placens quantum ad bona gratie. & pfecta q̃tum ad dona glorie. Potest etiam aliter exponi hoc sic. que sit uolũtas dei bona quãtum

ad incipientes. & beneplacēs: q̄tum ad proficientes. & perfecta q̄tum ad peruenientes. Dico enim Hic consequenter instruit omnes communiter quantum ad intellectum: ut scilicet de pertinentibus ad fidem non inquirant curiose. d. dico enim per gratiam que data est mihi id est per officium apostolatus iniunctum mihi. precipio omnibus qui sunt inter uos cuiuscunq; conditionis aut status: non plus sapere: q̄ oportet. quia qui perscrutator est maiestatis: opprimetur a gloria Prouer. xxv. & unicuiq; sicut diuisit deus mensuram fidei. non enim est in hoc eadem mensura omnibus quia illi qui habent fidem predicare & contra infideles defendere: debent circa pertinentia ad fidē profundius inquirere & studere. Sicut enim Hic cōsequēter instruit omnes in ordine ad proximum. & primo in promotione boni. secundo in cuitatione mali ibi: non alta sapientes. prima adhuc in duas: quia primo facit propositum in bono speciali: secundo in communi ibi: dilectio sine simulatiōe. Circa primum sciendum q̄ aliqua bona dantē aliquibus specialiter prima Corin. xii. alii quidem per spiritum datur sermo sapientie: alii sermo scientie etc. dantur tamen pro communi utilitate sicut in corpore humano oculus uidet pro toto corpore & pes ambulat. & sic de aliis. & hoc est: qđ dicit: Sicut in uno corpore etc. & patet ex dictis littera usq; ibi singuli autem alter alterius mēbra id est cōmunicantes alius dona data uobis: sicut membra corporis ad inuicē cōmunicāt officia sua modo dicto. & consequenter magis applicat in speciali. d. siue prophetiam quantum ad noticiam occultorum pertinentium ad salutem: ideo subdit: scđm rationē fidei: que dirigit in salutem. siue ministerium in administratione sacramentorum: qđ pertinet ad sacerdotes. siue qui docet: qđ pertinet ad lectores. qui hortatur: quantū ad predicatores. in exhortando scilicet non tantum uerbo sed etiam facto qui tribuit habens abundantiam facultatum in simplicitate id est propter deum debet tribuere. qui preest in spiritalibus uel temporalibus qđ pertinet ad Prelatos & Principes in sollicitudine de adimplendo regimine sibi commisso. qui miseretur miseriam alterius releuādo qđ ptinet ad potentes in hilaritate supple hoc faciat. contra illos qui austeritatem in uultu & uerbis ostendunt miseris anteq̄ eos releuent in aliquo. Dilectio hic consequenter Apostolus instruit omnes de communicatione bonorum cōmunium. Et diuiditur in tres partes quia primo instruit de communicatione in affectu. secundo in effectu ibi. bonore. tertio in signo ibi: benedicite. Circa primum sciendum q̄ amor est desiderium boni alterius. qđ debet esse cōmuniter in omnibus. & amor iste p̄mo debet esse uerus. quia secundū Philosophū. viii. Ethi. illi qui falsificāt amicitiā sunt magis digni morte: q̄ illi qui falsificant pecuniam. ideo dicit: dilectio sine simulatione. scđo debet esse discretus: & sic ametur natura ut uitium odio habeatur: ideo dicit: odientes malum. tertio debet esse amor firmus ita q̄ nō sit amor puerilis: ideo dicit: adherētes bono. adherentia enim firmitatē importat. quarto debet esse cōmunis absq; acceptiōe ideo dicit: caritatē fraternitatis etc. Honore Hic consequenter instruit de cōmunicatione bonoq̄ in effectu. & primo quantum ad bonū reuerentie. d. honore inuicem p̄uenientes qlibet enim deficit in aliquo bono qđ ē in altero. & sic potest eū cōsiderare ut meliorē se. & sic honorando preuenire. scđo instruit q̄tum ad bonum obsequii. d. sollicitudine nō pigri. p̄stando humanitatē proximis in effectu. Spiritu feruētes. ut hoc fiat ex bono affectu. domino seruientes. ut hoc fiat p̄cipue propter deum & sic ei exhibeāt obsequiū & per consequens ab eo expectāt p̄miū: ideo subdit. spe gaudētes & qa spes mercedis habēde facit patiēter sustinere: ideo subdit: in tribulatiōe patiētes & qm̄ hec per orationē impetrant: & seruātur: ideo subdit orationi instantes. secūdo instruit Apostolus de cōmunicatiōe bn̄ficii & p̄mo ad simul cōmorātes. d. necessitatibus

sanctoꝝ cómunicantes. secúdo ad peregrinos transeuntes. d. hospitalitatem sectãtes. Benedicite hic Apostolus instruit de cómunicatione bonoꝝ in signo. principale uero signum inter homines est locutio que indicat mentis conceptum. & quantum ad hoc dicit: benedicite persequentibus uos. & multo magis benefacientibus uobis. Signũ aũt seculariũ ẽ gestus exterior & maxime faciei in q̃ parte magis relucet dispositio animi & sic dicit gaudere cũ gaudẽtibus etc. idipsum inuicem sentientes. aliter esset mẽdaciũ qđ est falsa significatio in uoce. uel alio signo qđ tenet uicem uocis. Nó alta postq̃ Apostolus instruxit de cómunicatione boni: hic cósequẽter instruit de uitatióe mali. & hoc dupliciter: primo ut malum alteri nó inferatur. scđo ut illatũ ab altero equa/nimiter toleretur. ibi: non uosmetipsos. Circa primum aduertendũ ꝙ ꝑmo nocum̃tum infert proximo uestra supbia que est principiũ omnis peccati. ideo hoc ꝓhibet dicẽs: non alta sapientes proximũ conculcãdo. sed humilibus consentiẽtes. cum eis humiliter conuersando. secúdo nocumentũ infert astutia nostra proximo malum machinãdo: qđ prohibet. d. nolite esse prudentes etc. & accipit̃ hic prudentia similitudinarie quia uera prudentia non est nisi in bonis: sed astutia est in malis que prudentia dicitur eo ꝙ caute scit querere uiã nocendi nã bonũ ad mala transferimus sicut cũ dicimus prudẽs uel bonus latro. v. Metaphisice & sic dicit̃ prudẽtia ĩ ꝓposito. tertio nocẽt ꝓximis mala nostra manifesta ipsos scandalizando qđ prohibet dicens prouidentes bona etc. q̃rto nocumentũ infert ꝑsecutio aꝑta qđ prohibet dicẽs quod ex uobis est: cũ om̃ibus hominibus pacẽ habentes non uosmetipsos Hic cósequenter instruit de malo illato ut patienter toleret̃. d. non uosmetipsos defendẽtes. & ad hoc inducit scripturam Deut. xxxii. mihi uindictã etc. ubi translatio nostra habet: mea est ultio etc. & non solum instruit ut malũ illatũ ab aduersariis toleret̃: sed etiã ut bonum eis impendat̃. d. sed si esurierit inimicus etc. Et subdit̃ ratio: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius id est occasiones accendendi ignem dilectionis in eo erga te: si tñ in malicia sua nó perseuerauerit. noli uinci a malo id est incidere in odiũ eius. sed uince in bono malum. s. tẽptationis impellentis te ad eius odiũ. Sciendũ autẽ ꝙ illa que dicuntur hic non uosmetipsos etc. nó sunt ꝑcepta sed cósilia. nisi in casu. s. si ex defensione uideret̃ probabiliter magnũ malũ insurgere quod esset contra honorẽ dei. Sciendũ etiã ꝙ in aliquo casu non expedit sic sustinere. s. qñ ꝑ hoc dat̃ malis audacia malefaciẽdi. unde dicit Gregorius in Moralibus: quidam cũ temporalia a nobis rapiunt: sunt tolerandi. quidam uero seruata caritate prohibendi. non solum cura ne nostra subtrahant̃: sed ne rapientes non sua seipsos perdant.

.XIII.

OMnis anima Postq̃ Apostolus de moribus instruxit Romanos generaliter: hic consequenter idem facit specialiter. & primo instruit minores. secundo maiores capitulo. xiiii. Prima diuidit̃ in tres: quia primo oñdit ꝙ minores debent maioribus subiectionẽ. secúdo subuentionẽ ibi: ideoq; necessitati. tertio dilectionem ibi: nemini quicq̃. primũ probat tripliciter primũ ex diuina ordinatione cui bonum est obedire & malum resistere: ex ordinatione uero diuina est ꝙ superiores regant inferiores. & inferiores eis obediant sicut patet in natura corporali in elementis que reguntur ex influentia corporis celestis. unde dicit Philosophus primo Meterorum ꝙ tota regio elementaris contiguatur lationi astroꝝ ut om̃is eius uirtus gubernetur inde. similiter hoc patet in natura spiritali quia angeli interiores illuminant̃: & regunt̃ ꝑ supiores & ita debet esse in hominibus & hoc est ꝙ dicit: omnis anima id est om̃is homo totum a digniori parte denominando. potestatibus sublimioribus subdita sit. Prelatis in spi/ritalibus. & Principibus terrenis in temporalibus. & subdit̃ ratio non est enĩ potestas

niſi a deo conceſſa. & ordinata. cetera patent ex dictiſ uſq; ibi: qui autem ſibi reſiſtũt damnationem requirunt eternam. unde dicit ſaluator Luc. x. ca. qui uoſ ſpernit: me ſpernit. & aliqñ etiã temporalẽ: quia puniuntur in corpore uel rebuſ. ſecũdo probat propoſitum ex officiiſ ſuperiorum per que reprimuntur mala in q̃tum ex punitione malorum alii terrentur. & ſic a maliſ arcentur. & hoc eſt q̃ dicitur: nam Principeſ nõ ſunt timori boni operiſ id eſt ratione boni operiſ qa ſicut per eoꝝ officia reprimũtur mali: ita promouentur boni. intentio enim eoꝝ debet eſſe ut ſubiecti oſ faciant bonoſ cetera patent ex dictiſ uſq; ibi nõ enĩ ſine cauſa gladiũ portat. poteſtaſ enĩ ſeculariſ portat gladiũ materialẽ. poteſtaſ eccleſie ſpiritalẽ. & ſubditur cauſa. dei enĩ miniſter eſt uindex in iram. id eſt punitionẽ ei qui malũ agit. Ideoq; Hic conſequenter oñdit q̃ inferioreſ debent ſuperioribuſ ſubuẽtionem ad neceſſaria ſcdm ſtatuſ ſui cõditionẽ qa nemo militat ſuiſ ſtipẽdiiſ. & hoc eſt q̃ dicit ideoq; neceſſitati. ſ. ſuperioꝝ p̃curãde ſubditi eſtote ſoluendo ratam ueſtram debitã. non ſolum propter iram id ẽ punitionẽ uitandã. ſed etiã propter conſcientiã. qa quilibet tenet reddere debitum. & explicat magiſ in ſpeciali. d. ideo enim & tributa preſtatiſ ad hoc principaliter ſunt inſtituta. miniſtri enim dei ſunt. quia ſunt executoreſ ſue iuſticie in hoc ipſum ſeruienteſ. ſ. deo & etiam hominibuſ rem publicam cõſeruanteſ. ideo concludit. reddite ergo omnibuſ debita. cui tributũ. ſ. Principibuſ eſt enim tributum q̃d redditur pro tota patria. cui uectigal pro uectione rerũ cuiuſmodi ſunt pedagia & hoc ſoluitur a ſingulari pſona: quia non omneſ habent talia ſoluere que reddenda ſunt pedagrariuſ qui communiter hec accipiũt ad firmã. cui timorẽ. ſ. dominiſ. cui honorem. ſ. uirtuoſiſ. & in dignitate exiſtẽtibuſ: qui ſunt cuſtodeſ uirtutiſ etc. Nemini Hic cõſequẽter oñdit q̃ inferioreſ debent ſuperioribuſ dilectionem. & primo oſtendit propoſitũ. ſecundo q̃ tẽpore noue legiſ hoc debitũ eſt maxime reddendũ. ibi & hoc ſcienteſ. Circa primum dicit nemini quicq̃ debeatiſ: niſi ut inuicẽ diligatiſ: hic enim habet ſpeciale hoc debitũ q̃ q̃tũcunq; reddatur de preterito uel preſenti adhuc debetur reddendũ in futuro. qui enĩ diligit proximũ: legem impleuit omnia enim mandata decalogi ordinantur ad actũ diligẽdi quia precepta prime tabule ordinant ad diligendũ deum. & precepta ſecunde tabule ad diligendum proximum. per primum enim q̃d eſt honora patrem tuum etc. p̃cipit reddendi debitum omni proximo. per alia que ſunt negatiua precipit cauere ab eiuſ nocumento. ideo ſubditur: dilectio proximi malum nõ operatur id eſt cauet inferre malum proximo. & ſic concluditur plenitudo ergo legiſ id eſt plenaria eiuſ obſeruatio eſt dilectio: qua diligitur deuſ ſuper oñia & proximuſ ſicut ipſe met diligenſ. Et hoc ſcientes Hic conſequenter oſtendit: q̃ hoc debitum eſt maxime reddendum tempore noue legiſ: que eſt lex amoriſ: ſicut uetuſ lex fuit lex timoriſ. ideo dicit: & hoc ſciẽteſ tempuſ id eſt conditionem temporiſ noue legiſ quia hora eſt iam noſ de ſomno ſurgere id eſt de ocio ad opera caritatiſ: quia ſicut dicit Gregoriuſ operatur magna ſi eſt. ſi autẽ tenuit operari: amor non eſt. nunc autem id eſt tempore gratie propior ẽ noſtra ſaluſ quia per Xpriſtum ianua ſalutiſ eſt aperta: que tempore legiſ erat clauſa: ideo ſubditur: q̃ cum credidimuſ ſcilicet priuſ quia ante Xpriſti aduentum ſciebant patreſ ſe deſcenſuroſ ad inferni lymbũ: unde dicit Iacob Patriarcha Gene. uiceſimoſeptimo deſcẽdam ad filium meum lugenſ in infernum. & ſanctuſ Iob. xvii. in profundiſſimũ inferni deſcendent omnia mea. nox preceſſit id eſt obſcuritaſ ueteriſ legiſ. dieſ autem apropinq̃uit. i. claritaſ ueritatiſ reuelate in noua lege. abiiciamuſ ergo opa tenebraꝝ id eſt peccata: que dicũtur tenebraꝝ opera: eo q̃ in tenebriſ fiunt Iob tertio qui male agit: odit lucem. & quia obtenebrant animam: ſecundũ q̃ dicit Philoſophuſ Ethicoꝝ

ignorat omnis malus & qa ducunt ad tenebras exteriores scilicet gehēne. & induamur arma lucis. i. uirtutis que dicunt arma lucis: qa cōtra peccati tenebras muniūt. & quia in luce fiunt Io. tertio qui facit ueritatem: uenit ad lucem. & quia illuminant animā & finaliter inducunt ad uitam eternam: ideo subditur: sic ut in die scilicet iudicii honeste ambulemus id est ad gloriā: nō in comessatiōibus & ebrietatibus uitando peccata gule. non in cubilibus & impudicitiis uitando peccata luxurie non in contentione & emulatione quantū ad peccata spiritalia que sunt grauioris culpe. sed induimini dñm Iesum Xpristum imitando sanctitatē conuersationis sue. & carnis curam ne feceritis in desideriis scilicet superfluis: ita ꝙ per hoc non excluditur necessitas sed tantum superfluitas. XIIII.

INfirmum autem Postq̄ Apostolus ostendit qualiter minores habere se debeant ad maiores: hic instruit maiores ut bene se habeant ad minores: & primo in euitatione mali. secundo in opatione boni capitulo. xv. prima in duas qa primo hortat superiores ne inferiores contēnant. secūdo ne eos scandalizent: ibi nunc ergo amplius prima adhuc in duas: quia primo ponit intentum. secundo inducit rationes ad hoc psuadendū ibi tu qui es. Circa primū dicit infirmū autem in fide id est de nouo cōuersū & de lege Catholica minus sufficienter instructum assumite uos maiores id est ad uos sumite: eum instruendo dulciter. & caritatiue. non in disceptionibus cogitationū id est non iudicantes male de ipsis donec appareat manifeste alius enim credit se manducare cōmia licite. & iste est: qui ē instructus in noua lege. qui scit cerimonialia mortificata in Xpi passione & sic licite comedit cibaria prohibita in ueteri lege. qui aūt infirmus est id est conuersus de Iudaismo & non pfecte instructus de isto: & sic dubitat adhuc an hoc sibi liceat: olus manducet: propter scrupulum sue conscientie: quia certus est: ꝙ olera manducare fuit licitum omni tempore. Circa qd̄ sciendum ꝙ legalia maxime quantū ad cerimonialia obseruanda fuerunt usq; ad passionem Xpristi. unde & Xpi ea obseruauit. & imminente sua passione agnū paschalem cum discipulis suis comedit. post publicationem uero Euāgelii obseruatio eorum est mortifera: quia hoc est significare ꝙ ueritas per ipsa significata nundum per Xpristū est impleta. tēpore uero intermedio scilicet a passione Xpristi usq; ad publicationem Euangelii licitum fuit obseruare ea: maxime conuersis de Iudaismo: dum tñ nō ponerent ibi fidem credēdo firmiter ꝙ sine tali obseruatione fides Xpristi non sufficeret ad salutem. & hoc modo leguntur Apostoli in Actibus Apostolorum ea obseruasse. secundum ꝙ declarat Augustinus in epistola ad Hieronymum diffuse & secundum istum intellectum subditur Is qui māducat cibaria lege prohibita instructus ꝙ ista sunt sibi licita non māducantē non spernat. reputans eum rudem & stolidum. & melancolicum & qui non manducat abstinendo ex conscientia dubia manducantem non iudicet tanquā mandati domini transgressorem. deus enim illum id est de nouo conuersum & adhuc infirmū: assūpsit scilicet ad fidē suā potens illum perficere & solidare propter quod non est contēnēdus Tu qui es Hic consequenter additur quadruplex ratio ad propositum persuadēdum p̄ma accipit ex pte illius q iudicat tāq̄ stolidus. nullus enī iudicari debet nisi ab eo: q est dominus eius: qui est solus deus in proposito. & hoc est quod dicitur: tu qui es: qui iudicas alienum seruum? quasi dicat ad te nō spectat de latentibus in corde cuiusmodi sunt ista: & ideo tale iudicium est usurpatum: qd̄ ad solum deum pertinet: qui corda intuetur: ideo subditur. domino suo stat: aut cadit. id est ad eum pertinet iudicare de casu eius. & statione. stabit autem per dei gratiam. potens est enim statuere illum id ē perficere & confirmare. Nam alius Hic ponit secunda ratio que accipitur ex parte

rei de qua fit iudicium. scilicet de cerimonialium obseruatióe que tunc erat indifferẽs conuersis de Iudaismo modo supradicto. & ideo de talibus non debet aliquis iudicare transgressor uel stolidus faciendo uel dimittendo. & quia utrunq; poterat fieri: ut p̃ dictum est tamen ex causa rationabili & hoc est quod dicitur: nam alius iudicat inter diem & diem. id est ita instructus est in fide Catholica q̃ scit discernere tempus in quo cerimonialia non obligant ab illo in quo obligant. alius iudicat omnem diem id est q̃ similiter obligant tempore post passionem sicut & ante. & sic dicit abstinẽdum a cibis lege uetitis. unusquisq; in suo sensu abũdet. id est in hoc dimittatur proprie cõsciẽtie usq; ad publicationem Euangelii peractam. qui sapit diem modo predicto: domino sapit id est ad honorem diuinum: quia utrunq; potest bene fieri ex causa rationabili: ideo subditur: & qui manducat scienꝫ hoc sibi esse licitum domino manducat: cuius ratio subditur: gratias enim agit deo de liberatione sua ab onere legis. & de concessióe sui uictus. & qui non manducat. id est abstinet a lege prohibitis ex conscientia dubia uel ut infirmum non scandalizet ut habetur infra: domino non manducat id est bene abstinet. & gratias agit deo. qui sibi dedit gratiam abstinendi. Nemo enim Hic ponit̃ tertia ratio que accipitur ex parte eius ad quem ptinet uere de talibus iudicare scilicet Xpristi qui est dominus uite & mortis & per consequens Iudex. & hoc est qđ dicit̃: nemo enim uestrum sibi uiuit id est ad propriam gloriam: quia tota uita hominis est ad Christi gloriam ordinanda. & nemo sibi morit̃ id est non debet morti se exponere pro laude propria. sed pro gloria Christi mors est patienter toleranda. ideo sequitur: siue enim uiuimus etc. & patet ex dictis littera usq; ibi: in hoc enim Christus mortuus est id est ex morte sua hoc consecutus est scilicet potestatem super omnem creaturam Mat. ultimo. data est mihi omnis potestas in celo & in terra & per consequens iudiciariam habet potestatem. ideo non est ab alio usurpanda. Tu autem: Hic ponitur quarta ratio: que accipit̃ ex parte eius qui iudicat temere. quia nullus nostrũ habet officium iudicandi actiue: sed tãtum passiue. & hoc est qđ dicitur. tu autẽ qui iudicas fratrem tuum id est tu qui abstines a cibis lege prohibitis: quare iudicas illum qui nõ abstinet: transgressorẽ? aut tu qui non abstines quare spernis fratrem tuum reputãdo eum stolidum eo q̃ abstinet: ut supra dictum est. omnes enim stabimus ante tribunal Christi scilicet iudicandi ab eo & ad hoc inducit scripturam que habetur Isaie .xlv. uiuo ego dicit dominus: q̃m mihi flectetur omne genu tanq̃ iudicio meo propter qđ concludit̃ itaq; unusquisq; uestrum per se rationem reddet deo in finali iudicio ꝓpter qđ nullus iudicare debet temere de alio. Contra p̃dicta uidet̃ esse dictum Saluatoris Io. tertio omnis qui credit in eum non iudicatur. ergo soli infideles stabunt ante tribunal Christi iudicandi passiue. Ad quod dicendum quod ibi accipitur iudicium condemnationis quo soli mali iudicabuntur: qui dicuntur infideles. uel quia nõ habuerũt fidem: uel quia si habuerunt in morte mortificata fuit ex carentia caritatis & gratie. hic autem accipitur iudicium retributionis. per quem modum omnes generaliter iudicabuntur mali ad penam iusti uero ad gloriam. Non ergo amplius Postq̃ instruxit superiores qualiter se habeant ad inferiores monendo ne ipsos contemnant: hic consequẽter idem facit monendo ne eos scandalizent. Et diuidit̃ in duas partes quia p̃mo prohibet eos a scandalizatione. secundo ad oppositum monet eos de inferiorum edificatione ibi: itaq;. Ad maiorem intelligentiam dicendorum hic uidẽdum est breuiter que sint dimittenda propter scandalum pusillorum. Et arguitur primo q̃ bona spiritalia sint dimittenda. dicit enim Augustinus in libro contra epistolam Permeniani q̃

ubi periculum ſciſmatiſ timetur: a punitione peccatorum ceſſandum eſt. ſed punitio taliſ eſt bonum ſpiritale: qa eſt actuſ iuſticie etc. per hoc arguitur ꝙ bona tẽporalia ſunt dimittenda: quia minora bona ſunt q̃ ſpiritalia. Contrarium arguitur qa beatuſ Thomaſ Cantuarienſiſ repetiuit reſ Eccleſie cum ſcandalo Regiſ Anglie & ex hoc arguitur ꝙ ſpiritalia bona non ſint dimittenda: cum ſint corporalibuſ meliora. Reſponſio queſtio iſta non eſt de ſcandalo actiuo qđ eſt dictum uel factum minuſ rectũ prebens alteri occaſionem ruine. illud autem qđ deficit a debita rectitudine: non eſt agendum. & ideo nihil agendum eſt cum ſcandalo actiuo. ſed queſtio intelligitur de ſcandalo paſſiuo ſcilicet quid ſit dimittendum: ne aliuſ inde ſcandalizetur. Circa qđ ſciendũ ꝙ quedã ſunt bona ſpiritalia quedam uero temporalia. Spiritalia uero quedã ſunt de neceſſitate ſalutiſ que ſine mortali peccato pretermitti non poſſunt nulluſ aũt debet peccare mortaliter ut peccatum alteriuſ impediat: quia ſecundum ordinem caritatiſ magiſ debet diligere propriam ſalutem: q̃ alienam. propter qđ talia non ſunt dimittẽda ad uitãdum alteriuſ ſcandalum. Alia uero ſunt bona ſpiritalia que nõ ſunt neceſſaria ad ſalutem ut dare elemoſinam extra caſum neceſſitatiſ. & in talibuſ diſtinguendum eſt de ſcandalo: quia ſi oriatur ex malicia: ſicut cũ aliqui uolunt impedire bona ſpiritalia: ſuſcitant ad hoc ſcandala: & tale ſcandalum eſt contemnendum ſicut docet dominuſ Mat. quintodecimo de ſcandalo Phariſeorum. ſi autem oriatur ex infirmitate uel ignorantia uocatur ſcandalũ puſillorum propter quod huiuſmodi bona ſunt occultanda. uel interdum differenda quouſq; reddita ratione huiuſmodi ſcãdalũ ceſſat. ſi autem poſt redditam huiuſmodi rationem ſcandalum duret: iam uidetur ex malicia procedere: & ſic propter ipſum nõ ſunt huiuſmodi ſpiritalia opera dimittẽda. Circa uero temporalia bona diſtinguendũ eſt. quia ſi nõ ſint noſtra: ſed pro aliuſ ad conſeruandum nobiſ commiſſa: ſicut bona Eccleſie committuntur Prelatiſ: quibuſ conſeruatio talium incumbit ex neceſſitate ſalutiſ. ſicut & conſeruatio depoſitorum. & ideo non ſunt propter ſcandalum dimittenda. ſicut nec alia: que ſunt de neceſſitate ſalutiſ. ſi uero ſunt noſtra: ſic dimittenda ſunt: propter ſcandalum uitandum: ſi oriaẽ ex infirmitate uel ignorantia quouſq; per admonitionem rationabilem ceſſet ſcãdalũ quod ſi per hoc non ceſſet: tunc iam procedit ex malicia: & ſic eſt contemnendum: maxime ſi per hoc aliuſ detur audacia malefaciendi: ut dictum eſt ſupra. Ad primum patet reſponſio quia correctio ordinatur ad emendationem. & ideo ſi propter ipſam probabiliter appareat maiuſ malum conſurgere: ẽ dimittenda quouſq; periculũ illud tranſierit. ad aliud patet ex dictiſ in queſtione. Non ergo ampliuſ Hic Apoſtoluſ mouet ſuperioreſ ad euitandum ſcandalum puſillorum. Et diuiditur in duaſ: qa ꝑmo facit propoſitum: ſecundo remouet dubium: ibi non eſt regnum dei. Circa primum ſciendum ꝙ contra caritatem ſupernam uidetur eſſe ꝙ aliquiſ non dimittat ad tempuſ de iſ que poteſt licite dimittere ad uitandum ſcandalum ſimplicium qui opinãtur illa illicita quouſq; ſuper hoc plenius informentur. de talibuſ autem erat eſuſ ciborũ lege probibitorum a tempore paſſioniſ Xpriſti uſq; ad publicationem factam Euangelii ut dictum eſt ſupra: & ſecundũ hoc dicit Apoſtoluſ non ergo ampliuſ inuicẽ uidemuſ id eſt ſuperioreſ nõ iudicent minoreſ ſtolidoſ: ſi abſtineant a talibuſ cibiſ nec minoreſ iudicent tranſgreſſoreſ illoſ: qui utuntur talibuſ. ſed hic iudicate magiſ ſupplefiendũ. ne ponatiſ offendiculum fratribuſ infirmiſ uel ignorantibuſ. ſcio & confido in domino Ieſu quia nihil cõmune. & nulluſ cibuſ immũduſ per ipſum: quia omnia bona creauit Gene. primo uidit dominuſ cuncta que fecerat: & erant ualde bona. qđ autem poſt

legem aliqui cibi prohibiti sunt: & sic facti illiciti: hoc fuit ad tempus ad designandum aliud implendum per Christum. a qua prohibitióe absoluit Christus Actuum decimo capitulo qđ deus purificauit tu ne commune dixeris. nisi ei qui existimat qđ cómune esse illi commune est id est in mundum quia facit conscientiã de tali comestione. sicut leuare festucam de terra contra conscientiam peccatú est durante tali conscientia: ideo subditur. si enim propter cibum scilicet tuum frater tuus cótristatur id est in fide infirmatẽ: ex hoc dubitãs de ueritate fidei Catholice ut habeẽ infra uel de te scãdalizatẽ estimans te transgressorẽ iam secundú caritatem non ambulas: spernendo eius scãdalú noli cibo tuo perdere illum dãdo ei occasionem ruine p̃ponendo modicã delectationẽ eius saluti. non ergo blasphemetur bonum nostrum id est fama nostra ut non demus occasionem simplicibus reputandi nos transgressores. Non est regnum dei Hic consequenter remouet dubium: quia posset aliquis credere q̃ abstinere a cibis per Xpristú sanctificatis esset ei damnabile: ideo dicit Apostolus q̃ nihil deperit ei: qui abstinet ex causa rationabili cuiusmodi est uitatio scandali fratrum. ideo dicit: non est regnú dei esca & potus id est in comedendo dicta cibaria uel abstinendo. sed iusticia per fidem formatam que peccata remittit. & pax quãtum ad quietem passionum mentem perturbantium. & gaudium in spiritu sancto quantum ad expectationem premiorú qui enim in hoc seruit Christo interius in mente placet deo id est hoc sufficit ad salutem. Itaq; Hic consequenter Apostolus monet superiores ut edificent inferiores pacifice & sancte cum eis conuersando. d. itaq; que pacis sunt sectemur etc. noli propter escam destruere opus dei id est fidem infirmi que est donum dei. omnia quidẽ scilicet cibaria munda sunt: ut predictum est. sed malum est homini qui per offendiculum manducat scandalizando infirmum. propter qđ abstinere sic est meritoriú: ideo subditur: bonú est non manducare etc. in quo frater tuus offenditur scilicet quando infirmus contra conscientiam comedit ex fortetate alterius. aut scandalizatẽ quãdo comedentẽ iudicat transgressorem. aut infirmatur dubitãdo de ueritate fidei Catholice ex hoc qđ uidet maiores sic comedere qđ credit illicitum. tu fidem habes. penes temetipsum habe id est sufficit tibi ad salutem fides interior qua tenes omnia per Christum purificata. & non oportet q̃ ostendas exterius cum scandalo alterius. beatus qui non iudicat semetip̃m id est dãnabilẽ reddit in eo qđ probat id ẽ scit esse sibi licitum. tñ dimittit ex caritate fraterna propter scandalum uitandum. qui autem discernit talem cibum nõ esse licitú si manducauerit damnatus est: quia non ex fide id est conscientia facit hoc sed cótra conscientiam. & omne tale est peccatum sicut leuare festucam credenti esse peccatum mortale.

.XV.

DEbemus autem Post q̃ Apostolus ostendit qualiter maiores se debent habere ad minores in euitatione mali: Hic consequenter idem ostẽdit in p̃motione boni: circa quod primo ponit suam instructionem. secundo suam excusationem. ibi certus sum: prima in duas: quia primo hortatur maiores ut infirmos sustineant. secundo ut eos ad bonum promoueant. ibi: propter quod suscipite. prima adhuc in duas: qa p̃mo premittit instructionem. secundo subdit orationem ibi: deus autem patientie. prima adhuc in duas: quia primo ponit instructionẽ suã. secundo ex dictis cõcludit quãdã conclusionem ibi: quecunq; scripta. primum autem persuadet dupliciter. primo ratiõe dicens debemus autem nos firmiores imbecillitates inferiorú sustinere sicut in corpore naturali membra firmiora ut nerui & ossa sustinẽt alia debiliora. & nõ placere nobis id est propriam uoluntatem querere: sed magis bonú cõmune. ideo subdit: unusquisq;

uestrum suo proximo placeat in bonum ad edificationem. in malis autē non debemus querere proximis placere. Secundo inducit ad hoc exemplum Xpristi dicens. & enī Xpristus sibi non placuit id est propriam uoluntatem non quesiuit Io. sexto descēdi de celo non ut faciam uoluntatem meam etc. sed sicut scriptum est: psal. lxviii. improperia improperantium tibi ceciderunt super me. uerba sunt Xpristi loquentis ad patrem qui ut faceret uoluntatem patris improperia sustinuit Iudeorum dicentium sibi Samaritanus es tu. & demonium habes Io. octauo & ipsi in cruce pendenti uach qui destruis templum dei etc. Mat. uicesimoseptimo & hec improperia redundabāt in deum patrem: ideo sic dicit Xpristus improperia improperantium tibi ceciderunt sup me. per illa enim improperia intendebant Iudei Xpristum cōfundere. Quecunq; hic ex predictis infert quādam conclusionem scilicet q̄ ea que sunt in scriptura sacra po/ tissime de Xp̄o sunt ad nostram utilitatem. cuius actio nostra est instructio. & ponit ibi quadruplex utilitas nobis proueniens ex scriptura. prima est claritas intelligentie que notatur: cum dicitur: quecunq; scripta sunt: ad nostram doctrinam scripta sunt. secunda est soliditas tolerantie ibi: ut per patientiā. tertia est suauitas interne leticie ibi: & consolationem scripturarum. quarta est securitas obtinende glorie ibi: spem ha/ beamus. est enim spes certa expectatio future beatitudinis ex gratia & meritis pro/ ueniens. Deus autem Hic consequenter adiungit suam orationem ad predictorum completionem dicēs: deus autem patientie & solatii id est dator patientie in aduersis & consolatiōis post tribulationem Thob. tertio post lachrymationem & fletum gaudiū & exultationem infundis. det uobis idipsum sapere: id est idem mecum desiderantes mutuum profectum. secundum Iesum Xpristum id est secundum doctrinam ipsius: ut unanimes quantum ad idemtitatem credulitatis uno ore quantum ad idemtitatem confessionis quia sicut dictum est supra decimo corde creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem. honorificetis deum etc. quantum ad unitatem operis qa fides sine operibus mortua est. Propter qđ Hic consequenter monet superiores ut infe/ riores ad bonum promoueāt. Circa quod primo proponit suam exhortationem: scđo subiungit suam orationē ibi: deus autem spei. Circa primum dicit propter qđ suscipite inuicem procurando caritatiue alterius bonum. sicut & Xpristus suscepit nos in curam accipiendo humanitatem nostram communem omnibus scilicet Iudeis & gentilibus. membra uero debent conformari capiti & ideo quilibet Xpristianus debet procurare bonum fratris sui. licet autem Xpristus acceperit humanitatem Iudeis & gentilibus communem: tamen aliquo modo diuersimode deprocurauit Iudeorum & gentilium salutem. quia Iudeis predicauit in persona propria & quodammodo ex debito. & hoc est quod dicit. dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis. predicando Iudeis circumcisis non sic autem gentilibus. ideo dicit Mat. xv. non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel propter ueritatem dei ad confirmādas p̄missiōes patrum. licet enim salus Iudeorum & gētilium sit per uiam gratie simpliciter: tamen quantum ad Iudeos est ibi ratio debiti aliqualiter inquantum ad ueritatem dei ptinet implere promissa patribus Iudeorum facta in lege & Propheris que data fuerūt solis Iudeis psal. c. lvii. non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis. & sic salus gentium magis est per uiā misericordie qa licet lex & Prophete loquātur de eorum uocatione ad fidem Christi tamen lex non fuit data patribus eorum nec prophetie: ut dictum est: propter quod subditur: gentes autem super misericordia diuinitus eis concessa adorare deum: sicut debent uerbis & factis sicut scriptū est: psal.

xvii. propterea confitebor tibi in gentibus id est faciam confiteri ab illis credẽtibus. & sunt uerba filii ad patrem de uocatione gentium. accipiendo tamen mystice in q̃tú Dauid cuius est hoc uerbú: ut ibidem dictum fuit: fuit figura Xpristi. & pfectius fuit impletú in Christo q̃ in Dauid. alie uero autoritates hic allegate de uocatióe gentiú ad fidem Christi secúdum litteralẽ sensum simpliciter intelliguntur. & iterum dicit Isa. xxxv. letamini gentes etc. ubi translatio nostra habet letabitur deserta & in uia etc. & iterum psal. c. xvi. laudate dominum oẽs gentes etc. scilicet de uocatione uestra. & rursum Isa. secundo erit radix Iesse id est Christus secundum carnem exiens de Iesse qui exurget a mortuis regere gentes. tunc enim data est ei potestas in celo & in terra Mat. ultimo. in eum gentes sperabunt quia uocate ad fidem habent spem consequẽdi per ipsum uitam eternam. Deus autem Hic ponit suam orationem ad dictorum có/pletionem dicens: deus spei id est dator spei: repleat uos omni gaudio spirituali. & pace per quietem passionum que turbant animũ in credendo. hoc dicit: quia fides formata ista facit. ut abundetis in spe per cumulum meritorum. & uirtute spiritus sancti cuius sunt principaliter opera meritoria. quia se habẽt ad liberum arbitrium sicut sessor ad equum. Certus sum Hic Apostolus ponit suam excusationem & primo de hoc q̃ Ro/manis scripsit secundo de hoc q̃ eos adhuc corporaliter non uisitauit ibi: propter qd̃. Circa primú excludit primo falsam causam quá posset aliquis opinari de sua scp̃tura scilicet q̃ reputaret eos illitteratos & simplices. & sic sua scriptura necessario indigẽtes. qd̃ remouet dicens. certus sum autem fratres & egoipse de uobis quoniam & ipsi pleni estis dilectione & hoc sciebat per beneficentiam que est eius effectus. replet omni scientie pertinente ad salutem ut possitis alterutrum monere id est non solum propriã uitam regere sed etiam aliorum. Audatius Hic consequenter exprimit ueram causam sue scripture scilicet debitum officii sui quia erat Apostolus gentiú. & diuidit̃ in duas quia primo ostendit huius officium. secundo eius effectum. ibi: habeo. Circa primum dicit audatius scripsi uobis experte id est breuiter & succincte tanq̃ in memoriã uos reducens de iis que scitis in habitu & uobis non aliquod ignotú docens propterea dixit supra septimo sciẽtibus enim legem loquor. propter gratiam que data est mihi scilicet apostolatus in gentibus. sanctificans Euangelium dei id est sanctum ostendens & p̃/dicans: ut fiat oblatio gentium accepta id est oblatio qua offeruntur gentes per fidem Christi sic accepta deo patri in spiritu sancto id est per gratiam spiritus sancti & non per legales obseruantias. Habeo igitur Hic consequenter ostendit efficaciam officii sibi impositi primo quia sua predicatio erat ex autoritate Christi & hoc est: qd̃ dicit̃ Habeo igit̃ gloriam in Christo Iesu id est autoritatem officii a Christo habeo ad deú id est ordinatam ad honorem diuinum. secundo quia executio sui officii nõ solú erat per uerba sicut predicatio Pseudoapostolorú sed etiam per miracula uirtute Christi facta ad confirmationem p̃dicationis Apostoli: ideo dicit. non enim audeo loqui etc. sicut faciebant Pseudoapostoli a Christo non missi. in uerbo & factis quia a Christo habeo uerbum predicationis & factum miraculosum uerbi confirmatiuú ideo subdit̃: et pro id est in uirtute signorum quãtum ad miracula minora. & prodigiorum q̃tum ad maiora. Consequenter ostendit efficaciam sue predicationis in effectu. & primo extensiue dicens ita ut ab Hierusalem per circuitum usq; ad Illyricum. locus est in fine gretie unde nominatur illyricum mare. & secundo intẽsiue quia predicauit: ubi alii non predicauerant. & sic fuerat ibi maior labor: quia materia non erat disposita per predicationem aliorú & hoc est qd̃ dicit. sic autẽ predicaui etc. & patet ex dictis littera. Consequenter adducit ad propositum autoritatem Isa. lii. quibus annunciatú

non est de eo uidebunt scilicet gētiles. quia per predicationem fuerunt illuminati per fidem Xpristi qui de Xpristo nō audierant per Prophetas sicut Iudei nec per alios Apostolos sicut alii gentiles quibus p̄dicauerant scilicet Mattheus Egyptiis p̄dicauit. & aliis gentibus pluribus iam ante predicauerant. propter quod hic consequenter excusat se Apostolus de hoc ꝙ Romanos corporaliter adhuc nō uisitauit: p̄mo declarās sui aduentus impedimentum. secundo amoto impedimento promittit suum aduentum ibi nunc uero: tertio ad hec complenda petit orationis suffragium: ibi obsecro igitur. Circa primum dicit propter quod impediebar plurimum uenire ad uos quia plurimo tempore fuit Apostolus occupatus in predicando gentibus in partibus Grecie que pro magna parte erant seducte a Prophetis falsis ante predicationem Apostoli uel post sicut patebit infra domino concedente in aliis epistolis. Nunc uero Hic consequenter promittit suum aduentū dicens: nunc uero ulterius locum non habens in his regiōibus id est necessitatem ibi manendi amplius quia licet non omnes essent conuersi tamen ꝑ ciuitates & loca erant per Apostolum Episcopi & presbyteri ordinati qui ad conuertendum residuos & instruendum conuersos sufficiebāt absq; presentia Apostoli ꝓpter quod festinabat ad alia loca in quibus maior necessitas incumbebat. cupiditatē autem habens ueniendi ad uos etc. quia ciuitas Romana totius orbis erat capitanea. cum in Hispaniā proficisci cepero sicut enim predicauerat in oriēte ita desiderabat hoc facere in occidente: ubi est Hispania spero qđ preteriens uideam uos: per hoc innuit ꝙ non intendebat ibi diu morari: eo ꝙ Petrus Apostolus cum suis discipulis erat Rome: & sic predicatio Pauli non erat ibi sic necessaria sicut in Hispania. & a uobis deducat illuc. tunc enim Hispania erat Romanis subiecta ut patet primo Machabeorum octauo si uobis primū expte fruitus fuero etc. id est delectatus de conuersione & fide uestra etc. & sic accipitur hic frui large. nunc autem id est anteq̄ uadam Romam ꝓficiscar Hierusalem ministrare sanctis. conuersi enim ad fidem manentes Hierusalem ut eēnt perfectionis exemplar ceteris abrenunciauerunt omnibus terrenis: ut patet Actuum quarto ut liberius orationi uacarent & predicationi: propter qđ uocantur hic sancti & Apostoli fuerunt hic solliciti & alii conuersi qui non sic abrenunciabant suis bonis terrenis: sustentarent eos suis elemosynis. & hoc negotium Petrus & Iohannes commendauerant Paulo: ut patet Gala. secundo. & ipse sollicite fecit: ut patet hic. probauerunt id est approbauerunt & consenserunt Macedonia & Achaia id est cōuersi de terris istis. & per hoc intelligūtur conuersi de aliis locis. collationem facere aliquā id est donationē de bonis suis in pauperes sanctorum & debitores sunt scilicet ut hoc faciāt eis. nam si spiritalium eoꝝ participes facte sunt gentes: qa predicatio Euāgelii exiuit a Hierusalem ut dictum est supra: debent & in carnalibus id est & necessariis ad uitam corporalem ministrare eis. sicut enim prelatis debetur sumptus ex debito necessitatis: eo ꝙ sunt predicatores ex officio: ita aliis qui faciunt hoc ex gratia debent̄ debito honestatis. hic igitur cum consummauero etc. assignando eis elemosynam per me missam proficiscar per uos in Hispaniam. ita enim proponebat facere. Scio autē quando ueniam ad uos. in abundātia benedictionis Xpristi ueniam id est abundātia bonorum spiritalium sicut Gene. xxx. dicit Iacob ad Labam: benedixit tibi deus ad introitum meum de multiplicatione bonorum temporalium. & magis proprie bn̄dictio dicitur hic de multiplicatione bonorum spiritalium. Circa partē istā duo sunt notāda primū est sollicitudo Apostoli circa Ecclesiā dei. quia publicato Euangelio in ꝑtibus orientis festinabat Hierusalē ad ministrandum uite necessaria sanctis & inde celeriter Romam transiens ad predicandum uerbum dei in partibus occidentis ex quo uestra

negligentia ostenditur ualde reprehensibilis. secundum est quia ex dictis uidetur ꝙ Paulus in Hispania predicauit: cuius cõtrarium uidetur dicere decretum distinctiõe secunda capitulo quis nesciat scilicet ꝙ de Apostolis solus Petrus docuit in his puntis Italia. Gallia. Hispania. Africa & Sicilia. propter qđ dicunt aliq ꝙ Paulus p̃dicare disposuit in Hispania suppositia dei uoluntate sicut dicitur hic: propter quod uerum dixit: licet ibi non fuerit impedimento superueniente. Alii uero dicũt ꝙ in Hispania predicauit. & hoc dicit Isidorus in libro de ortu & obitu sanctoꝝ & idem uidet dicere Hieronymus in libro Illustrium uirorum ꝙ Paulus in prima satisfactiõe a Nerone dimissus in occidentis partibus predicauit. Ad decretum autem respondent aliqui: ꝙ nõ negat simpliciter Paulum in Hispania & in alijs dictis prouintijs predicasse. sed dicit ꝙ hoc non legitur. Sed contra hoc uidetur ꝙ dicitur Actuum ultimo Paulum biẽnio Rome fuisse: & ibidem disputasse & docuisse que tam est in Italia. de q̃ loquit̃ decretũ sicut & de Hispania. propter quod aliter potest dici ꝙ intentio decreti est ꝙ nullus predicauit uel Ecclesias instituit in dictis prouintijs nisi Petrus uel alii de ordinatione & missione ipsius. & hoc modo Paulus in Italia & Hispania p̃dicauit. Obsecro Hic consequenter Apostolus petit orationum suffragia ut impleantur predicta qa eundo Hierusalem ab insidijs Iudeorum imminebãt sibi in uia & in termino multa pericula sicut habuit per reuelationẽ. ut patuit ex euentu Actuũ uicesimo. ideo dicit: obsecro igitur uos fratres per dominum etc. & patet littera usq; ibi. & obsequii mei oblatio. i. elemosyna per obsequium meum a gentibus oblata accepta fiat scilicet deo ad gloriã. & sanctis pauperibus ad eorum indigentiam releuãdam. ut ueniam ad uos in gaudio officio dicto peracto. & refrigerer uobiscum per recreationem spiritalium bonorum post multas tribulationes illatas mihi. deus autem pacis confirmatio est predictorum.

Commendo autem uobis Postq̃ .XVI.

Apostolus instruxit Romanos in moribus uerbo predicationis hic consequenter idem facit exemplo imitationis proponens eis quasdam personas imitabiles. Et diuidit̃ in duas partes quia primo proponit exempla ad imitãdum. secundo ad perseuerandũ ibi. salutat uos: Prima in duas: primo proponit imitanda secundo uitãda ut opposita iuxta se posita magis elucescant. secunda ibi rogo autem uos. Prima adhuc in duas: quia primo nominat personas familiares sibi: secundo communes ibi: salutate Apellen Prima in tres quia primo nominat personas familiares ratione officii: secundo ratiõe meriti ibi: salutate Ephenetum. tertio ratione consortii ibi. salutate Ampliatũ. prima adhuc in duas: quia primo salutat personas sibi familiares ratione officii sibi & alijs facti communiter. secundo sibi specialiter ibi salutate Priscam. Circa primum dicit: Commendo id est commendabilem scribo Pheben sororem nostram scilicet religione Christianitatis: nõ cognatione carnis. que est in ministerio Ecclesie que est Chencris. est autẽ Chencris portus maris prope Corinthum ubi ista Phebe Ecclesiã edificauerat & ibi dei ministros de suis sumptibus sustentauit. ut eã suscipiatis: erat enim profectura ad curiam Imperatoris pro suis negotijs eo ꝙ illa prouintia erat subiecta Romanis. & per eam scripsit epistolam hanc Apostolus ut hic innuit glosa. Hieronymus tamen dicit ꝙ Apostolus misit eam per Timotheum. Ad quod concordandum potest dici ꝙ Timotheus fuit in societate huius domine. & sic ambo fuerunt in legatione. uel quia Apostolus scripturam suam duplicauit propter pericula maris. & unam misit p Phebẽ & per Timotheum aliam. digne sanctis id est ut decet sanctos. & assistatis ei etc. quia inter conuersos ad fidem Rome erant aliqui de familia Imperatoris. unde Philippẽ.

ultimo dicitur: salutant uos qui sunt de Cesaris domo. & enim ipsa astitit adiuuando & ministrando mihi & aliis beneficia. Salutate Hic consequenter nominat personas imitabiles. & sibi familiares ratione beneficii sibi specialiter impensi. d. salutate Priscā & Aquilam. erat autem ista Prisca uxor Aquile Iudei cui preponit eam Apostolus qa prius credidit. & ordo gratie p̄ponendus est ordini nature. uel quia erat magis famosa Adiutores meos in Christo Iesu. hoc habetur Actuum. xviii. ubi hec mulier nominat Priscilla idem enim nomen est Prisca & Priscilla sicut Iohanna & Iohāneta. dicitur enim Actuum decimooctauo q̄ Paulus mansit cum eis in Corintho cum fuissent ex/ pulsi de Roma per Claudium Imperatorē & cum eodem Paulo inde recesserūt mota seditione contra Paulū a Iudeis qui pro anima mea id est pro uita mea seruanda suas ceruices suppposuerunt exponendo se periculo mortis nec hoc fuit contra ordinem ca/ ritatis quia sciebant uitam Pauli magis necessariam Ecclesie propter quod eam sue proprie preponebant ex magna caritate. quibus non solus gratias ago etc. qa fecerūt hoc pro communi utilitate Ecclesie & domesticam eoz̄ ecclesiam id est cōgregationē fidelium in domo eorum. Salutate Ephenetum hic consequenter exprimit personas sibi familiares ratione meriti & primo ratione fidei qualis fuit ipse Ephenetus de quo subditur: qui est primitiuus Asie id est primo regnaturus in Christo & sic fuit exēplar aliorum ad credēdum. & quia homo litteratus erat: iuerat Romam ad alios instruēdū Secundo ratione meriti in operatione ibi: salutate Mariam erat enim cuius Romana laborans ad pacem communem conuersorum ad fidem: ideo subditur: que multum la/ borauit pro uobis: unde & ipsa dissensionem orientem inter eos eo qđ Iudei p̄ferebāt se gentibus & econuerso ut dictum est supra capitulo primo denūciauit Apostolo tāq̄ ei qui posset prodesse & uellet. Tertio ratione meriti in predicatione dicens. salutate Andronicū & Iuliam cognatos & conceptiuos meos. erant enim Iudei natiōe & forte de tribu Apostoli & multas tribulationes sustinuerant sicut ipse pro nomine Xpristi. qui sunt nobiles in Apostolis erant enim de septuaginta Xpristi discipulis ideo subdit: qui & ante me fuerunt in Xpristo quia prius uocati ab eo. Salutate Ampliatum Hic consequenter nominat p̄sonas sibi familiares ratione consortii. & nominat hic tres sed non exprimit ubi associauerunt eū & patet littera. Salutate Apellen Hic cōsequēter proponit exempla personarum minus principalium & primo quantum ad exempla in fide. secundo in bona operatione ibi salutate Tryphenam. tertio quantum ad ex/ empla concordie ibi salutate Ansitricum. Circa primum ponit quattuor exempla de fide primum est pro ea uiriliter pugnādo dicens salutate Apellen probum in Christo id est probatum in fide Xpristi per tolerantiam tribulationum. secundum est fideles aggregando dicens: salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. fecerat enim ille domū ad fideles pauperes aggregandum & in ista salutatione principaliter intelligit̄ tanq̄ principalis in domo. tertium est in fide proficiēdo dicens: salutate Herodionem cog/ natum meum natione & religione. quartum est congregatos in fide solidando dicens: salutate illos qui sunt ex Narcisi domo iste Narcisus fuit quidam presbyter discurrēs per ciuitates & loca cōfirmādo credētes in fide & fideles pauperes recipiebat hospitio & sic salutat eos cum ipso uel ut hic dicit glosa tunc erat absens pro confirmatione fi/ delium. propter quod Apostolus non nominat ipsum sed illos de sua domo. Salutate Tryphenam Hic consequenter ponit exempla opatiōis bone & primo in administra/ tione bonorum corporalium & nominat hic tres matronas que talia exercebant. erat enim consuetudo apud matronas deuotas hoc facere: ut patet in Actibus Apostolorū.

& in legendis pluriú sanctoꝝ. ueruntamen qa tertia aliaſ duaſ in hoc opere p̄cellebat ideo dicitur de ipſa. Salutate Hic ponit exempla bone operationiſ & primo in admi/niſtratione bonorum ſpiritalium dicens ſalutate Rufum qui erat ſacerdoſ promptuſ ad diuina miniſtranda. & matrem eiuſ carnalē & meā ſpiritalem. Salutate Anſitricú Hic ponit exempla concordie nominans pluresſ ſimul habitantes & concordes caritate ad aliorum imitationem & eadem ratione ſalutat ſequentes dicēs Salutate Philologú etc. Conſequenter oſtendit qualiter ſe debeant habere ad aliaſ fideles perſonaſ quaſ non nominauerat dicens Salutate inuicem in oſculo ſancto iſte moſ erat in recipiēdo fideles in primitiua Eccleſia in ſignum concordie & caritatiſ. & bene dicit in oſculo ſancto ad excludendum oſculum adulatorium quo Abſalon oſculabatur populum ſecundo Regum quintodecimo. Et oſculum ſimulatorium quo Ioab oſculatuſ fuit Amaſam ſecūdo Regum uiceſimo. Et oſculum proditorium quo Iudaſ oſculatuſ fuit dominum Matth. uiceſimoſexto. Et oſculum impudicum Prouerbiorum ſeptimo de muliere adultera. apprehenſumq; deoſculatur iuuenem etc. Rogo autem uoſ: Poſtq̄ Apoſtoluſ propoſuit imitanda: Hic conſequenter ponit euitāda: & diuiditur in duaſ: quia primo ponit ſuam exhortationem. ſecundo ſubiungit ſuam orationem ibi: deuſ autem pacis: prima adhuc in duaſ: quia primo ponit exhortationem ratione ſumpta ex parte deuitationiſ. Secundo ex parte deuitantium ibi. ueſtra autem obedientia. Circa primum dicit rogo autem uoſ fratres ut obſeruetis eoſ diligentiuſ conſiderando & euitando. qui diſſenſiones id eſt declinationes a rectitudine fidei & offendicula pre/bendo aliis occaſionem ruine. hec autem faciebant Pſeudoapoſtoli quoſ Apoſtoluſ monet euitari. & conſequenter oſtendit qualiter poſſint cognoſci: quia malum non euitatur niſi cognitum. & hoc oſtendit ex tribuſ: ſcilicet ex fine: quia predicant: & docent propter bonú utile: & delectabile: ideo dicit. huiuſmodi enim Xpriſto domino noſtro non ſeruiunt. ſed ſuo uentri. Secundo ex modo loquendi quia uitia maiorum palpant: & eis adulantur: ideo ſubditur: & per dulces ſermones & benedictioneſ. tertio ex eis quibuſ loquitur: ideo ſubdit̄: ſeducunt corda innocentium: quia ſimpliceſ primo decipiunt qui talibuſ faciliuſ acquieſcunt. & dicuntur hic innocentes non a puritate conſcientie: ſed a defectu induſtrie ſicut Prouerbiorum quartodecimo. innocēs credit omni uerbo. Veſtra autem Hic conſequēter hortatur eoſ ratione ſumpta ex ptibuſ ipſorum quia Romani dominabantur toti mundo & iam bona exempla eorum defe/rebantur ad oēs parteſ orbis per nuncioſ inde Romā uenientes. propter qđ fideles Rome manentes magis debebant declinare doctrinam & conſortia maloꝝ: ut bonum exemplum darēt aliis per mundū. ideo dicit: ueſtra enim obedientia in fide Euāgelii in omnem locū diuulgata eſt modo dicto. gaudeo igitur in uobis eo q̄ bonitaſ ueſtra redundat in aliaſ parteſ orbis. ſed uolo uoſ ſapienteſ eſſe in bono ſcilicet cognoſcendo & operando. & ſimpliceſ in malo ſcilicet operando. non tamen cognoſcendo: quia cognitio mali ut euitetur: non ſolum eſt bona: ſed etiam neceſſaria ad ſalutem. Deuſ autem Hic conſequenter adiungit auxilium ſue orationis & primo in euitandis malis dicens: deuſ aūt pacis ſcilicet autor & conſeruator. conuertet Sathan id ē aduerſariū noſtre ſalutis. & ſecundo in bonis cōſequendis: ideo ſubdit. gratia domini etc. Salutat ſupra poſuit Apoſtoluſ exempla ad imitandum in bono: hic conſequenter ponit ex/empla ad perſeuerandum in bono eorum incepto oſtendens q̄ multi ualēteſ de eorum bono gaudebant. propter quod magis perſeuerare debebant. dicit igitur Salutat uoſ Timotheuſ Epheſiorum Epiſcopuſ. unde prima ad Timotheum primo: ſicut rogaui

re ſic remaneres Epheſi gloſa ad ordinandam Eccleſiam adiutor meus in predicatióe Euangelii. & Lucas q fuit comes Apoſtoli in diuiduis ut dicit Hieronymus. & patet in Actibus Apoſtolorum. & Iaſon & Soſipater cognati mei id eſt natione Iudei de quibus habet in Actibus. Saluto uos ego Tercius non ē hic tercius nomē numerale ſed ꝓſonale notarii Pauli de cuius licentia iſte poſuit nomen ſuum in ſalutatione. Sa/ lutat uos Gaius cui Iohannes ſcribit epiſtolam qui predicatores Euāgelii recipiebat. & ideo Paulus quando ibat illuc ad ipſum declinabat. & uniuerſa Eccleſia regimini Gai ſubiecta. Salutat uos Eraſtus Archarius ciuitatis id eſt p̄ncepſ eius & ſic dictus ab archos quod eſt princeps uel aliter & forte melius arcanus dicitur quia fuit cuſtos arce publice ubi ſcripta & acta ciuitatis reponebant uel uectigalia. & Quartus frater non ſanguine ſed fidei religione. & eſt hic quartus nomen ꝓſonale gratia domini etc. Et autem Hec eſt ultima parſ epiſtole ſcilicet eius concluſio que diuiſa fuit contra Prohemium & narrationem a principio in qua concludit Apoſtolus epiſtolam ſuam in diuinarum gratiarum actione. & hoc concludit ex duobus: ſcilicet quia uocatio ad fidem eſt per ip̄m & eius confirmatio & ex hoc q̄ myſterium Chriſti noſtri tēporibus reuelauit: qđ ab antiquis temporibus fuit deſideratum: & ante tempora ſoli deo cog/ nitum. dicit igitur: et qui potens eſt nos confirmare ſcilicet deo uni & trino ſit ſupple honor & gloria: quia hic accipitur ex fine huius partis. & iterum conſtruetur cum ſe/ quentibus aliis iuxta Euangelium meum ſcilicet per predicationem quod tamen eſt Chriſti ut autoris: ideo ſubditur et pro id eſt id eſt per predicationē Ieſu Chriſti que predicatio autor eſt Euangelii ſecundum reuelationem myſterii id eſt ſacri ſecreti re/ demptoris noſtri qđ in Euangelio reſeratum eſt. propter quod ſeptuaginta interp̄es ubi Iſa. ix. habet tranſlatio noſtra & uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius deus fortis pater futuri ſeculi princeps pacis ſic tranſtulerūt: & uocabitur nomen eius magni conſilii angelus temporibus eternis tacitis hominibus deo tamen cogniti. dicitur autem eternis temporibus quia eternitas qua menſuratur cognitio diuina non appre/ henditur a nobis niſi per comparationem ad tempus infinitum: qđ nunc patefactum eſt ſcilicet tempore legis noue per ſcripturas Prophetarum Apoſtolis reſecatas Luc. ultimo. aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas ſecundum preceptum eterni dei id eſt ſecundum ordinationem eius qua eternaliter diſpoſuit fienda in tempore ad obe/ ditionem fidei in cunctis gentibus id ē ut cūcte gentes obediāt fidei cogniti ſoli ſapiēti deo hoc refertur ad illud qđ predicitur: temporibus eternis tacitis per Ieſum Chriſtum qui eſt mediator noſter ad reducendum nos in deum. cui ſcilicet Chriſto honor qui ē reuerentia in teſtimoniū uirtutis exhibita. in Chriſto enī homine ſunt oīes uirtutes & charismata. & gloria que eſt honor exhibitus alicui coram multis. honor autem exhibetur Chriſto homini coram ſanctis & angelis. in ſecula ſeculorum Amen id eſt eternaliter. cuius eterne glorie nos participes faciat: qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.

Incipit epistola prima ad Corinthios

PAulus uocatus Apostolus Hic incipit scd̄a pars epistolaꝝ Pauli Apostoli in qua incipit scribere Grece. In p̄cedenti enī epistola scripserat Romanis latine & diuiditur in duas. quia p̄mo scribit aliquibus Ecclesiis. Scd̄o spiritalibus personis. scd̄a pars incipit in prima epistola ad Timoth. Prima diuiditur in sex partes scd̄m numerum Ecclesiarum que patebit prosequendo dn̄o cōcedente Circa primum considerandum ꝙ Apostolus in epistola precedēti cōmendauerat gratiam dei per quam Iudei & gētiles in una sūt Ecclesia cōiuncti. & per quā debent caritate adinuicem colligari. gratia uero confertur in Ecclesie sacramentis & ideo per epistolā ad Romanos in qua fit sermo de Xp̄i gratia cōuenienter ponuntur epistole ad Corinthios in quibus Apostolus eos instruit de ipsis sacramētis. Et diuidit̄ in duas ꝑtes scd̄m duas epistolas. In prima Apostolus instruit Chorinthios de Ecclesie sacramētis. In scd̄a de sanctoꝝ ministris. In hac aūt epistola prima p̄mittit Apostolus saluationē. scd̄o prosequit̄ suā intentionem ibi: gratias ago. In salutatiōe uero tria ponit: primū est persone salutantes dicens Paulus uocatus Apostolus. Ratio uero huius nomīs & modus uocationis sue ad apostolatū ponunt̄ supra ca. primo ad Romanos per uoluntatem dei scilicet per uoluntatem beneplaciti. mali uero prelati sunt per eius uoluntatem signi que dicitur promissio in q̄tum a deo permittuntur in tali officio. & Sosthenes frater. hunc autem ponit Apostolus secum in salutione qa detulerat ad eum defectus Corinthiorū tanq̄ ad eū qui prodesse poterat & uolebat ne Corinthii crederent ipsum Sosthenem hoc fecisse non ex caritate sed ex alia causa. ideo Apostolus posuit ipsum in salutatiōe Corinthiorū tanq̄ optantē salutē eoꝝ: ut ꝑ hoc ostenderet ꝙ Sosthenes caritate fraterna motus detulerat ad ipsū defectus Corinthiorū. scd̄o pōit Apostolus ꝑsonas salutatas. d. Ecclesie dei. i. cōgregatiōi fideliū que est Corinthi quantum ad fideles in ciuitate habitātes. uocatis sanctis qa ꝑ gratiā uocationis diuine uenerant ad sanctitatē cū omnibus q inuocāt nomē dn̄i etc. q̄tum ad fideles habitantes non solū in ciuitate sed etiā in tota diocesi: ideo subdit̄ in omni loco ipsorum. i. subiecto interdictioni Episcopi & aliorū illius Ecclesie ministrorū. & uestro per hoc enim ꝙ subiciebant̄ Episcopo ciuitatis nō erant exēpti a potestate Apostoli. Tertio ponit bona salutaria & optata. d. gratia uobis in presenti & pax. i. gloria ī futuro ī q̄ pax ꝑficit̄: qa appetitus ibi ꝑficit̄ siue qetat̄ ueruntn̄ qa hec bona sūt a deo solo sicut autore ideo subdit̄ a deo patre uestro qa pater ē oīm ꝑ creationē sed fideliū tantū per gratie adoptionē. & domino Iesu Xp̄o qui est mediator noster salutis Gratias ago Hic consequēter Apostolus prosequitur suā intentionē seu tractatū epistolarē in quo Apostolus primo gratias agit de bonis Corinthiorū ut libētius accipiant eius correctionē: scd̄o procedit ad eorū instructionē ibi: obsecro autē uos. Circa primum dicit gratias ago deo meo: licet enim deus sit deus omniū cū dicit̄ deus specialiter bonorū per fidē & deuotionē semper. i. in omnibus horis mihi adorandum congruis & deputatis. ꝑ uobis sicut pro filiis carissimis. in gratia dei que data ē uobis id est per gratiam uobis datam in Xp̄o Iesu. i. a plenitudine gratie eius scd̄m ꝙ dicit̄ Io. primo de plenitudine eius omnes accepimus: quia in omnibus scilicet pertinētibus ad salutem diuites facti estis. i. abundantes in illo id ē per illum in omni uerbo quia qui linguis omnibus loquebat̄. tunc enim baptizatus per impositionem manuū Apostolorum dabat̄ donū linguarū: ut patet in Actibus Apostolorū in pluribus locis uel

dicit omni uerbo ꝙa abundabãt in uerbis doctrine. sed ꝙa uerbũ nõ ꝓfert ordinate nisi procedat ex habitu scientie: ideo subdit & omni scientia id ẽ itelligentia scriptu/rarum ad salutem pertinentium. hoc tamen intelligendũ ẽ de maioribus illius Ecclesie ad quorũ officiũ spectat docere. sicut testimonium Xp̃i. i. scd̃m concordiam ad eius Euangelium qd̃ supple confirmatũ est in uobis id ẽ firmiter radicatum. aliter nõ eẽt sciẽtia recta si a Xp̃i testimonio discordaret. ita ut nihil in uobis desit in ulla gratia & in hoc ostendit gratie perfectiõem expectãtibus reuelationem domini nostri Iesu Xp̃i in die iudicii: ꝙa reuelatio bonos faciet beatos in re sed expectatio huius reue/latiõis faciet eos beatos in spe Isa. xxx. beati omnes qui expectant eum. & ideo de hac expectatione Corinthiorum Apostolus gratias agit deo & ꝙ illa expectatio non sit uana: sed ex auxilio dei firma subdit qui confirmabit uos usq; ed finem sine crimine. id est sine peccato mortali: quia peccatum nõ põt etiam a perfectis omnino uitari. in die aduẽtus domini nostri Iesu Xp̃i hoc dicit: ꝙa q sine crimine in die mortis inuenitẽ in die Iudicii sine crimine presentabitur. & predicta cõfirmat per fidelitatẽ dei dicẽs: fidelis deus ꝑ quẽ uocati estis. s. ad fidem & sic non deficient uobis in auxiliando ut permaneatis ad gloriam. Sed põt hic queri quomodo Apostolus de Corinthiis dicat tanta preconia cũ statim postea subdat: ꝙ inter eos erant scismata. Ad qd̃ dicendũ ꝙ illa scismata nõ erant omnibus cõmunia. sed erant ibi multi boni & litterati ac ca/ritate coniuncti in quibus uerificabat uerbum Apostoli: Vnde dicitur infra ꝙ aliq Corinthiorum dicebant: ego sum Xp̃i. & isti non faciebant contentionem propter Baptistas quia totam efficaciam baptismi Xp̃o attribuebant. Obsecro hic cõsequẽ/ter Apostolus incipit eos instruere: & diuiditur in duas quia primo instruit eos de sa/cramentis: scd̃o de quibusdam aliis. xvi. ca. Circa primum sciendum ꝙ in sacramentis tria sunt. scilicet ipsum sacramentum & res signata & contenta que est gratia & ipsa res signata non contenta que est resurrectionis gloria. & ideo primo agit de sacra/mentis Scd̃o de gratis capitulo decimoquinto. Prima adhuc in tres quia primo agit de pertinentibus ad sacramentum baptismi. & cum hoc de modo docendi. & quod scri/bitur Marci ultimo docete omnes baptizantes eos etc. Scd̃o agit de sacramento ma/trimonii. v. cap. tertio de sacramento Eucharistie. viii. ca. Circa primum sciendum ꝙ inter Chorinthios erat dissensio ꝓpter Baptistas & doctores quia baptizari ab uno Apostolo preferebant se baptizatis ab alio quasi baptismus haberet efficaciã a místro aliqui etiam doctrinam Philosophorum uerbis ornatam reputabant magis efficacem doctrina Apostolorũ talibus carente. & ideo circa hec duo facit Apostolus quia p̃mo remouet cõtentionem. scd̃o contẽtionis causam ca. iii. prima in tres quia p̃mo p̃ponit suã admonitionem. scd̃o apit suam intentionẽ: ibi significatũ est. tertio admonitionis rationẽ ibi: diuisus est Christus. Circa primum admonet eos gratiose ut eius monitio magis recipiatur. admonet enim eos humiliter dicens obsecro: & nõ precipio & etiam caritatiue. d. fratres qd̃ est nomen amoris. & etiam reuerenter dicens per nomẽ dñi nostri Iesu Christi. & etiã utiliter quia admonet eos de unitate & concordia seruãda inter eos & uita pariter & doctrina: ut id ipsum dicatis omnes etc. ita ꝙ in uerbis & factis ue stris non appareat aliqua discordia. sitis autem perfecti in eodem sensu de egendis & de eadem scientie contẽplandis Significatũ est Hic cõsequẽter Apostolus aparit sue monitionis intentionẽ. ad hoc enim monuerat eos de caritate & concordia ut conuenientius argueret discordiam ipsorum auditam: ideo dicit: significatum est mihi de uobis frat res mei caritatiue eos alloquitur: ut eius correctio melius recipiatur ab iis q sũt Cloes scd̃m aliquos nomẽ est Matrone deuote in cuius domo plures fideles

manebant. scd̄m alios nomē est loci ꝓpe Corīthū ubi habitabant fideles de cōtentiōe Corinthiorū dolētes. & si primo modo uel secundo Sosthenes erat in illa societate a q̄ fuit missus ex bono zelo hoc denunciare Apostolo. quia cōtentiones sunt intra uos. Consequēter exponit modū contentiōis dicens: hoc autem dico. i. uobis refero: quia unusquisq; uestrū dixit ego quidē sū pauli etc. quilibet. n. se nominabat ab illo a quo baptizatus erat: quasi baptismus unius eēt maioris efficacie q̄ alterius: cū tamē omnes deberent se nomīare a Xp̄o qui solus interius baptizat scd̄m ꝙ dicit̄. Io. primo. sup quem uideris spiritum sanctum descendentē & manētem super eum hic ē q baptizat in spiritu sancto. & ideo baptismus non habet efficaciam a ministris. sed a solo Xp̄o propter quod ad euitandū errorem Corinthiorum fuit introductū in Grecia cuius quedam pars ē Achaia in qua est Corīthus ut baptizaretur in hac forma: baptize/tur. T. seruus Iesu Xp̄i. sed cessante errore Ecclesia commuīter baptizauit sub hac forma ego baptizo te etc. in qua melius exprimitur forma baptismi a Xp̄o Marci ultimo. docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris etc. quia in forma Ec/clesie Romane exprimit̄ ꝑsona baptizantis ministerialiter cum dicit̄ ego baptizo ut uidentur uerba Xp̄i sonare. Diuisus est Xp̄us Hic consequenter Apostolus ponit rationem sue monitiōis. s. ꝙ dissensiones nō debēt esse inter eos & primo ostēdit hoc in baptismo. scd̄o in doctrine uerbo ibi: nō in sapientia uerbi prima adhuc in duas: quia primo ponit sue monitionis rationē. scd̄o excludit a se suspitiōem ibi gratias ago. Circa primū dicit: diuisus est Xp̄us quasi diceret uidet̄ sequi ex uerbis uestris q ma/iorem efficaciam baptismo unius q̄m baptismo alterius attribuitis quia solus Christus baptizat interius ut dictum est. & ideo si baptismatibus pluriū uarias uirtutes attri/buitis sequit̄ ꝙ Christus sit diuisus aliter operādo in baptismatibus a diuersis mīstratis. Et ad maiorē huius intelligētiā sciēdū ꝙ Christus in baptismo duplicē habet uirtutē propriam una est diuina in qua cum patre & spiritu sācto mundat interius a peccato & hec potestas nulli creature cōmunicari potuit: sicut nec deitas. Alia competit ei: scd̄m naturam humanam que dicitur potestas excellentie in sacramentis: & cōsistit in quattuor primū est ꝙ solus Christus instituit sacramēta. scd̄m est ꝙ effectū sacramēti qui est character: potuit confrre sine sacramento: si autem de gratia qui est effectus loquimur: datur a solo deo principaliter. a Christo uero homine ministerialiter tm̄. tamen pricipalius ceteris ministris quia ē instrumentū dietatis coniunctū. Tertium ē ꝙ uirtus passionis eius operat̄ in baptismo & aliis sacramentis. Quartū est ꝙ ad inuo/cationem eius sacramenta conferunt̄. hanc aūt potestatem excellentie maxīe q̄tum ad ultimū potuit ministris conferre. s. ꝙ in eorum nominibus conferretur baptisma. sed tamen communicare uoluit: ne scisma fieret in Ecclesia scilicet ꝙ tot baptismata crederentur: quot ministri: propter qd̄ subdit nunquid Paulus crucifixus ē ꝑ uobis? quasi diceret non. quia baptismus non habet efficatiam a passione alicuius sancti nisi solius Christi propter qd̄ eius efficatia non debet alteri attribui. aut in nomīe Pauli Baptizati estis? q. d: non. sed tantum in nomine Christi: quia de Christo dicit̄ Actuū quarto. nec enim aliud nomen ē sub celo datū hominibus in quo oporteat uos saluos fieri. Sed contra hoc uidetur esse: quod dicitur Math. ultimo: docete omnes gentes baptizantes in nomine patris & filii & spiritus sancti: & sic nō erant omnes baptizādi in nomine solius Christi sed in nomīe totius trinitatis. Ad quod dicendū ꝙ in p̄mitiua Ecclesia nomen Christi odiosum erat multis procurantibus hoc Iudeis in sua malicia obstinatis. propter qd̄ ut nomen Christi amabile & uenerabile redderet̄: Apostoli baptizabant in nomine Christi ut Actuum. viii. & hoc fecerunt speciali ordinatiōe

spiritus sācti uerūtamen in nomine Xp̄i tota trinitas intelligitur quia Christus idem est ꝙ unctus: & sic intelligitur pater ungens & spiritus sanctus qui est ipsa unctio. Postq̄ autem nomen Xp̄i factum est magnum & celebre in gentibus Ecclesia utitur forma a Xp̄o instituta baptizando in nomine patris & filii & spiritus sancti. tamen illi qui sic baptizantur: etiam in nomine Xp̄i baptizantur. quod nomen in nomine filii intelligit̄. igitur quia Xp̄i nomen & eius passio & non alterius conferūt efficaciā baptismo: qui hanc efficaciam aliis tribuunt: ipsum diuidūt. Gratias ago hic cōsequē/ter Apostolus excludit a se suspitionem ne forte crederent aliqui hanc diuisionē ex ipso habuisse occasionem dicēs gratias ago deo meo ꝙ neminem baptizaui nisi Crispū etc. paucos enim baptizauerat & illos signanter nominat: quia de illis non erant: qui hanc diuisionem faciebāt. baptizaui autem & Stephene domū. id est eius familiam. Ceterum aūt etc. hoc adiungit ne forte aliquis alius cum istis fuisset ab eo baptizatus de quo non aduerteret: eo ꝙ memoria hominum labilis est. & sic falsitas eius uerbis imponeretur a falsis Apostolis. consequenter assignat causam: quare paucus baptza/uit dicens non enim misit me Xp̄us baptizare sed euangelizare. Sed cōtra hoc uidet̄ esse ꝙ dicitur Math. ultimo Euntes in mundum uniuersum docete omnes gētes bap/tizantes eos etc. & sic Apostoli missi fuerāt a Xp̄o ad baptizandum sicut & docendum Ad quod dicendum ꝙ licet Christus miserit ad utrūq; Apostolos tamen principaliter ad docēdum. & ideo per se ipsos predicabant. per ministros aūt inferiores ut frequē/tius baptizabant. cuius ratio est: quia uirtus seu sapientia baptizantis nihil operatur in baptismo. propter quod nō refert per maiorem ministrum uel minorem baptizari uirtus autem & sapientia predicantis multum ualde conferunt in predicatione. & ideo Apostoli qui maiores erant: circa predicationem se magis occupabant exēplo Christi: qui per se ipsum docebat. & per suos discipulos baptizabat: ut habetur Io. quarto. Non in sapientia hic consequenter reprobat contentionē Corinthiorum ex parte doctrine quia aliqui eorum doctrinam Pseudoapostolorum ornatam uerbis & rati/onibus humane sapientie preferebant doctrine Apostolorum Christi qui non erat in foliis uerborum sed in uirtute spiritus sancti. propter quod Apostolus ostēdit post modum illum non esse conuenientem doctrine Christi sicut declarat se non fuisse usū tali modo docendi capitulo. scd̄o. Circa primum primo ponit intentum dicens non in sapiētia etc. & continuatur cum precedēti littera qua dixerat: non misit me Christus baptizare sed euangelizare id est Euangelium predicare. non in sapientia uerbi id ē in sapientia mundana que uerbis ornatis & rationibus sumptis ex apparentibus scd̄m sensum innititur. illa autem que sunt fidei excedunt humanam rationem & sensum & ideo ille modus docendi non est conueniens fidei doctrine. Sed contra hoc uidetur eē ꝙ multi doctores Catholici ut Augustinus & alii in doctrina fidei usi sunt rationibus humanis & uerbis ornatis. Ad quod dicendum ꝙ aliud est docere in doctrina uerbi & uti sapientia uerbi in iis que sunt fidei. quia docere in sapientia uerbi est quādo acci/pitur humana sapientia pro principali ratione doctrine ut solum quis approbet: qd̄ sapientia mundana continet. & hoc est fidei corruptiuum. uti autem sapientia uerbi est suppositis fundamentis fidei si qua uera in dictis Philosophorum fidei accōmoda reperiantur in obsequium fidei assumere. & hoc est bonum & meritorium unde dicit Augustinus libro secūdo de doctrina Christiana siqua uerba nostre fidei accommoda Philosophi dixerunt: non solum formidanda nonsu nt: sed etiam ab eis tanq̄ iniustis possessoribus in nostrum usum uendicanda. Vt non euacuetur: Hic cōsequenter ma/nifestat propositum & primo ex parte doctrine: scd̄o ex parte docentiū ibi: uidete.

prima in duaſ quia primo ponit ſuam probatiõem: & ſcđo probationiſ maſfeſtationẽ ibi: quoniam Iudei. Circa primum ſciendũ q̃ idem moduſ nõ conuenit omni doctrine ut dicitur ſecũdo Methaphiſice & primo Ethicorũ. moduſ enim procedendi per demonſtrationeſ non competit Rhetorice ſed Geometrie. & econuerſo p̃cedere perſuadendo non cõpetit Geometrie ſed Rethorice ut ibidem dicitur. Et ſimiliter ſi aliqſ in natura intellectuali utpote angelica demonſtrationibuſ geometricis uellet uti: incõuenienter p̃cederet: qa non ſunt applicabileſ niſi materie corporali. Ex hiſ format̃ taliſ ratio. ille moduſ docendi non eſt conueniens alicui doctrine: per quem deſtruit̃ id quod eſt in eo principale. in doctrina fidei eſt ſaluſ per fidem Xp̃i crucifixi: ꝓpter quod dicit infra ſecundo capitulo. non iudicaui me aliquid ſcire inter uoſ: niſi tantũ Ieſum: & hunc crucifixum. inimici uero principaliter ſapientie uerbi eſt deſtruere ſalutem factam per crucẽ Chriſti: ut dicetur ſtatim. & hoc eſt quod dicit Apoſtoluſ non in ſapientia uerbi miſit me Chriſtuſ Euangelizare ut non euacuetur crux Xp̃i. id eſt fideſ paſſioniſ eiuſ quia continet aliqua: que uidentur humane ſapientie ip̃oſſibilia: ut q̃ deuſ moriatur: & conſimilia & aliqua uidentur huic ſapientie contraria: ut q̃ aliquiſ mortem & confuſionem non refugiat. ſed ad hoc magiſ uolũtarie ſe offerat. & conſimilia. propter quod ſapientibuſ mundi ſtulta uidetur doctrina fidei. propter quod ſubditur: uerbũ enim crucis id eſt predicatio paſſioniſ Chriſti pereuntibuſ quidẽ id eſt in fidelibuſ ſcđm mundanam ſapientiam tantũ ſentientibuſ: Stulticia eſt rationibuſ dictis. Iiſ autem qui ſalui fiunt. id eſt fidelibuſ uirtuſ dei eſt. quia per crucem aduerſariuſ eorum diaboluſ deuictuſ eſt. & quia experiũtur in ſe uirtutem Chriſti in uoluptatem carnalium repreſſione & ſic impleta eſt ſcriptura Iſa. xxix. Perdam id eſt deſtruam ſapientiam ſapientium etc. id eſt ſtultam oſtendam ſcientiam humanituſ inuentam ad ueritatem Euangelii comparatam. & dicit ſapientiam q̃tũ ad cognitionẽ de ſpeculabilibuſ. & prudentiam q̃tum ad notitiam de agibilibuſ. propter quod ad apoſtolatũ nõ uocauit Philoſophoſ ſed ſimpliceſ ne p̃fectuſ fidei Chriſtiae aſſcriberet̃ humane ſapientie ſed diuine. ideo ſubditur: ubi ſapiẽſ? qui alta ſpeculabilia ſcrutatur. quod referẽ ad gentileſ ſapientie mundane innitenteſ. ubi ſcriba? id eſt p̃ituſ in lege quod refertur ad doctoreſ Iudeorum. ubi inquiſitor huiuſ ſeculi? id eſt proſperitatũ huiuſ mundi: quod refertur ad utroſq; quaſi diceret nulluſ taliſ aut raruſ eſt in uocatione fidelium Xp̃i. hec autem ſcriptura ab illo loco ubi ſapienſ etc. accepta eſt de Iſa. xxxiii. capitulo ſcđm tranſlationẽ. lxx. ubi licet ſint alia uerba q̃ in tranſlatiõe noſtra tamen eſt eadem ſententia ut patet intuenti excepto tertio ubi dicitur hic ubi inquiſitor huiuſ ſeculi? pro quo in tranſlatione noſtra ponitur hic doctor paruulorũ eadem tamen eſt ſententia: quia paruuli ſolent inſtrui. de iſ que pertinent ad moralẽ uitam ſtatuſ preſentiſ. ideo ſubditur nõne deuſ fecit ſtultam ſapientiam huiuſ mundi quaſi diceret ſic quia demonſtrauit eam ſtultam faciendo quod impoſſibile iudicabat & quia de ſapientibuſ huiuſ mundi nulloſ aut paucoſ elegit in principio p̃ p̃dicatiõe Euangelii cuiuſ ratio aſſignatur: cum dicitur: nam quia in dei ſapientia id ẽ ex cognitiõe creaturarũ que ſunt quoddam dei ſpeculum: non cognouit munduſ. i. ſapiẽteſ mundi: per ſapientiam. ſ. mundanam deum in cuiuſ cognitionem ducit ſpeculũ creaturarum ſcđm quod dicitur. Ro. primo qui cum cognouiſſent eum: non glorificauerũt: aut gratiaſ egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibuſ ſuiſ: & obſcuratum eſt inſipiẽſ cor eorum: etc. ideo placuit deo per ſtulticiam predicationiſ ſaluoſ facere credenteſ id eſt per alium modum q̃ per ſapientiam philoſophicam ſcilicet per predicationem crucis quod philoſophi ſtulticiã reputabant. propter defectum intellectuſ eorũ multo

enim rationabiliuſ eſt credere alicui propoſitioni propoſite per ſuſcitationem mortui uel aliquod huiuſmodi de quo certum eſt q̄ nō poteſt fieri niſi a deo: qui non poteſt eſſe teſtiſ uel confirmator falſitatiſ: q̄m cuicunq; cōcluſioni humana ratione probate In hoc enim egit ſicut doctor ingenioſuſ: qui uidenſ diſcipuloſ nō capere ueritatē ab eo propoſitam per unam uiā procedit per aliam. Quoniā & iudei: Hic cōſequenter Apoſtoluſ manifeſtat ſuam probationem: ſcilicet q̄ innixi ſapientie uerbi nō cōuenit doctrine fidei: qa euacuat ſalutē per crucem Chriſti dicenſ: quoniam & Iudei ſigna petunt: lex enim Iudeorum data fuit in terrore diuine poteſtatiſ. Exo. xx. & ideo a quocunq; afferente doctrinam aliquam petebant ſigna diuine uirtutiſ ad eiuſ pro/ bationē. Et Greci ſapientiam querunt: erant enim imbuti ſcientiſ philoſophicaſ que per rationeſ procedunt. & ideo nihil recipere uolebant: niſi ratione demonſtratiua probaretur. Noſ autem ſcilicet X̄piani predicamuſ X̄pm crucifixum. ē aūt X̄puſ nomē ſuppoſiti duplicem naturam habentiſ diuinam ab eterno: & humanā ex tēpore propter quod illud quod eſt proprium cuilibet nature de iſto ſuppoſito dicitur uere: ita q̄ eſt ibi communicatio ideomatum. ſicut enim hec eſt uera de X̄po q̄ hic homo creauit ſtellaſ: ita iſta deuſ crucifixuſ eſt. Iudeiſ quidem ſcādalum. i. occaſionē ruine. non ex natura rei predicate ſed ex Iudeorū cecitate qui X̄pm expectabāt. & adhuc expectant uenturum in maxima poteſtate. & ideo conſideranteſ infirmitatē carniſ aſſumpte acceperunt occaſionem ruine negāteſ ipſum & manenteſ in ſua infidelitate. & tamen prophete declarauerunt eiſ utrūq; ſcilicet poteſtatem & infirmitatem X̄pi uenturi Zach. ix. exulta ſatiſ filia Sion iubila filia Hieruſalē ecce Rex tuuſ uenit tibi iuſtuſ & Saluator: & ipſe pauper: per hoc enī q̄ dicitur Rex iuſtuſ & Saluator oſtenditur eiuſ poteſtaſ. per hoc autem qđ ſubditur & ipſe pauper oſtenditur eiuſ aſſūpta infirmitaſ. ſed etiam multe alie prophetie que ſequuntur de aduentu X̄pi cū poteſtate magna & alie de eiuſ aduentu in infirmitate & paſſibilitate. & p̄me ut patet in pluribuſ: referuntur ad aduentum X̄pi ad iudicium. ſcđe uero ad aduentū eiuſ in carnem. Veruntamen etiam in iſto aduentu primo uenit in poteſtate miraculorum quibuſ declarata fuit eiuſ diuinitaſ ſicut per paſſibilitatem carniſ eiuſ humanitaſ & ſic eorum ſcandulum non fuit datum ſed acceptū. Sciendū tamen q̄ hanc ruinā Iudeorū ex conſideratione infirmitatiſ X̄pi preceſſit in eiſ odium & inuidia contra Chriſtum eo q̄ publice predicauit contra uitia eorum. & ſic cognitio quam habebant de X̄po per impletionem prophetiarum fuit in eiſ obſcurata & tunc ceperūt ſcripturaſ puerſe interpretari ut dicitur infra. ſecundo. cap. & plenius dictum fuit Math. uicēſimoq̄rto gentibuſ autem ſtulticiam. ſtultum enim uidebatur eiſ dicere deum mortuū fuiſſe qa neſciebant utranq; naturam in uno ſuppoſito conſiderare. quam Chriſtiani credūt. & cōfitenē tanq̄ ueritatem operibuſ diuinis teſtificatam. & a ueriſ Prophetiſ ꝓnunciatā in quibuſ non poteſt eſſe falſitaſ: ideo ſubditur: ipſiſ autem uocatiſ ſcilicet ad fidem X̄pi Iudeiſ atq; Greciſ id eſt Iudeiſ & gentilibuſ indifferenter Chriſtū dei uirtutem ſupple eſſe predicamuſ. & dei ſapientiam. maxima enī dei uirtuſ & eiuſ ſapiēcia appnt in Chriſti crucifixiōe. nam hoc modo conuenientiſſime facta eſt humani generiſ re/ demptio. ut ille qui erat debitor: ſatiſfaceret ratione hūanitatiſ aſſumpte. & q̄ poterat ratione deitatiſ adiūcte: ideo ſubditur: quia q̄ ſtultum eſt dei id eſt dici de deo ſc̄m errorem gentilium: ut dictum eſt: ſapientiuſ eſt hominibuſ id eſt continet maiorem ſpientiam q̄ ab hominibuſ poſſit capi ad plenum. & quod infirmum eſt dei id eſt quod uidetur infirmitatem attribuere deitati ut q̄ deuſ paſſuſ ſit: & mortuuſ fortiuſ eſt hominibuſ id eſt continet maximam uirtutem: quia deitaſ nihil paſſa ē. ſed hūanitaſ

tantum cuius meritū ratiōe deitatis cui adiūcta est: efficaciam habuit ad redimendū genus humanum: qđ tota natura hūana nō poterat facere. Videte Hic cōsequēter ostendit q̄ modus docendi per sapientiam uerbi non cōuenit fidei Catholice ratiōe sumpta ex parte docentiū. modus enim docēdi debet cōfirmari scientie docētis primi uero peccatores utpote Apostoli & alii Xp̄i discipuli pro maiori parte carebāt hac sapientia ergo etc. qa primis debent ceteri cōfirmari. huius igitē rationis primo ponit mīorem. scđo defectus mūdane sapientie in dictis doctoribus suppletionē ibi ex ipō Circa primū dicit Videte enim uocationem uestrā fratres id est diligēter cōsiderate modū uocationis uestre. quia non multi uocantiū uos per suam predicationē sapiētes id est philosophici & litteris exercitati qa pro maiori parte erant illitterati & simplices unde de Petro & Iohāne dicit Actuum quarto. uidentes autē Petri cōstantiā & Iobānis compto q̄ homines essēt sine litteris & ideote admirabantur etc. nō multi potentes sed paupes uictū proprius manibus lucrantes. non multi nobiles sed rustici & de plebe humili. dicit aūt non multi quia aliq̄ de sapientibus litteratis & nobilibus & potentibus a principio crediderunt. & fidem predicauerunt sicut Nicodemus Gamaliel Paulus & Manaen Herodis tetbrace collactāeus sicut enim pro maiori parte primi credentes fuerūt simplices & illitterati & impotētes ne fides humane attribueret industrie uel potētie sicut aliqui licet pauci cōparatiue fuerunt litterati & nobiles ne fides attribueretur ignorantie & ruditati. sicut est de lege Mahometi quam nullus sapiens & litteratus a principio recepit. sed tantū homines rudes & carnales qbus proposuit carnalia quibus homines assentiunt de facili. & fretus multitudine taliū coegit ceteros ad receptionem sue legis dicens se missum a deo in armorum potentia. & non in miraculis. sed que stulta sunt mundi elegit deus id ē homines illitteratos & simplices qui reputabantur ideote ut dictum est de Petro & Iohanne: ut confundat sapientes id est ostēdat eos confusibiles abscondendo ab eis propter suā superbiam celestiā mysteria: que simplicibus reuelauit. & infirma mūdi elegit deus id est homines impotentes scđm mundum ut confundat fortia id est fortes huius mundi: ostendendo q̄ propter suam fortitudinem non consequenter salutem & ignobilia mundi etc. id est homines de plebe humili & ea que nō sunt id est homines nullius reputationis: ut ea que sunt. s. reputationis magne in hoc mundo destrueret. id est ad humilitatem reduceret: sicut patet de Cōstantino Imperatore qui beato Siluestro Xp̄i uicario officiū stratoris exhibuit. ut nō gloriet̄ omnis caro. i. nullus homo eleuetur per superbiā in cōspectu eius. sed magis humilietur propter quod modus docendi in humilitate conueniens est fidei doctrine. Ex ipso autem hic cōsequenter ne predicatores Euangelii uilipenderentur ut abiecti ostendit unde defectus sapientie mūdane & potentie supplebantur in ipsis scilicet ex uirtute dei cuius instrumenta erant Apostoli: & ideo totū distribuēdum est sibi sicut principali agenti & est tante potentie q̄ omnem defectum potest supplere & hoc est qđ dicit̄ ex ipso autem. i. ex uirtute ipsius dei: uos estis in Christo Iesu. i. facti mēbra Christi per fidem & caritatē q̄ factus est sapientia uobis potens supplere omnē ignorantiā. & iusticia cōtra ipotentiā. & scificatio & redēptio cōtra ignobilitatem quia per gratiam sanctificantem cōiungimur deo ubi est maxima nobilitas. & p redēptionē Christi liberamur a seruitute peccati: que ē maxima utilitas ut quēadmodū scriptū est Hieremie. ix. capitulo qui gloriatur in dño glorieť & non in potentia uel sapientia carnali uel humana quia per talia nō est hoīm uocatio ad fidem & salutem. sed per dei gloriam ut dictum est: etc. .II.

ET ego ostenso qui sit modus conueniens doctrine fidei. Hic cōsequēter ostēdit

se illo modo uti. & diuiditur in tres partes. quia primo ostēdit se non fuisse usū apud Corinthios aliqua excellētia seculari. scdo ostēdit apud quos utebat hoc mō docēdi ibi: sapientiā loquimur. Circa primū dicit: & ego cū uenissem ad uos fratres id est ad predicandū uobis fidē Catholicam: ueni nō in sublimitate sermōis utēdo uerbis rhetoricis aut sapientie utēdo rationibus philosophicis & subditur causa non enī iudicaui me scire aliquid etc. i. nō ostendi me scire nisi grossa & plana que pertinēt ad salutem per crucem Xpi factam. Cōsequenter ostendit se nō fuisse usum excellentia potētie dicēs & ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apd uos & dicit in infirmitate q̄tū ad sufficiētiā tribulationū. & timore q̄tū ad mētis cōcussionē ꝓpter maiora mala imminentia & tremore q̄tum ad redundantiā interioris concussionis ad carnem. Consequēter ostēdit se nō fuisse usū excellētia eloquētie dicēs: & sermo meus docēdo aliquos in secreto & p̄dicādo. docendo in publico nō in persuasibilibus hūane sapiētie uerbis. i. rhetorice loquēdo sed in ostēsione spiritus quia recipientes predicationē eius accipiebant a deo spiritum sanctū in signo uisibili sicut de predicatione Petri dicitur Actuū. x. adhuc loquēte Petro uerba hec cecidit spiritus sanctus sup omnes q audiebant uerbū etc. & qa spiritus sāctus in Apostolo loquebatur & uirtutis qa miracula fiebant uirture diuina ad cōfirmādam Apostoli doctrinā & etiā quia uirtuose uiuēdo dabat exempla uirtutis ut fides nostra nō sit in sapientia hominū. i. ut non innitatur sapientie humane que est ruinosū fundamentū sed in uirtute dei que ē fūdamentum stabile & firmū. Sapiētiā autē hic consequēter ostēdit Apostolus apud quos utebat sapiētie excellētia. & diuidit in duas ptes: qa p̄mo ꝓpositū ostēdit. scdo qualis sit hec sapiētia: dicit ibi sapientiā uero. Circa p̄mū dicit: sapientiā aūt loqmur īter pfectos. Circa qd sciendū q̄ pfectio homis attenditur in eo qd ē perfectū in ipso. s. in ītellectu & uoluntate & circa excellentissimū obiectū: qd ē ipse deus & ideo perfectus est ille qui mentem habet eleuatā super corporalia ad intelligendū diuina. & amandum. & talibus proponenda sunt ardua fidei Catholice. & sic faciebat Apostolus. Sapientiā uero hic consequenter ostendit qualis sit hec sapientia: ostēdens primo qd ē infidelibus occultata. scdo qd est fidelibus manifestata ibi: uobis autem. Circa primum dicit sapientiā uero huius seculi. i. inter perfectos non loqmur sapientiā mundanā hūanis rationibus principaliter innitētem. neq; Principū huius seculi id ē potentū a quibus ortū & auctoritatē habet sapientia legū uel principes hic dicūtur sacerdotes & scribe Iudeorū q frequenter nominant principes eorū in Euangelio & Actibus Apostolorum eo q̄ populus p eos gubernabat. & spiētia istorum fuit & adhuc reputat inter Iudeos scripturas Prophatarum de Xpō aliter ītērptari. & huic scde expositiōi magis cōsonat littera sequēs: ut uidebit: q destruūtur: i. destruent de ꝓpīquo: qa cito post Romāi Hierusalem & sacerdotes Iudeorū destruxerūt ex ordinatiōe diuina in uindictam mortis Xpi unde dicit hic Apostolus hoc ꝓphetādo predixisse. per hoc aūt qd dicit hic: qui destruunt excludi uidet q̄ ab aliqbus dicit. s. q̄ principes huius seculi dicunt demones quia sunt immortales: nisi eorū destructio dicat hic sue potestatis ablatio qa ablata ē in parte per mortē Xpi: & magis auferetur in iudicio finali. sed loqmur dei sapientiā. i. predicamus eius filium qui ē uirtus & sapientia patris. In mysterio absconditam. i. in secreto incarnatiōis: qa nūc uidemus tantū in enigmate & per speculū quam predestinauit deus. i. ordinauit ab eterno in gloriam nostrā quam conseqmur per Xpm dei sapientiā. & quia in ipso est obiectiue gloria nostra qa beati reficiunt interius aspectu sue deitatis. & exterius in aspectu sue humanitatis sicut dicit Augustinus super Iohannē. quā nemo principū. i. pitorum in lege Iudeorū cognouit: eo q̄

pauci eorū respectiue cognouerūt: sicut dicitur nemo ē in foro: quādo pauci sūt ibi respectu multitudis que solet cōuenire. de ꝑncipibus. n. Iudeorū plures crediderūt licet pauci cōpatiue respectu nō credētiū. sicut patet de Nicodemo q credidit. Io. iii. & .xii. dicit̄ de ꝑncipibus multi crediderūt in eū. si enim cognouissēt nunq̄ dominum glorie crucifixissent. contrariū aūt huius uidet̄ Math. xxi. sup illud agricole autem uidentes filiū dixerūt intra se hic ē heres: uenite occidamus eū: ubi dicit Hieronymus manifeste dñs ꝓbat his uerbis Iudeoꝝ prīcipes nō p ignorantiā sed p inuidiā dei filiū crucifixisse. de hoc plenius dixi sup. xxi. ca. Mat. Et breuiter pōt repeti cōclusio. s. q̄ pīti Iudeorū qui principes hic dicunt̄: cognouerūt Iesū Nazarenū esse Messiam in lege & Prophetis ꝓmissum: quia uiderūt prophetias de ipso impletas q̄tū ad tēpus & locum & alias circūstantias sed quia cepit predicare contra eorū uitia publice cognitio illa per odium & inuidiam contra Xp̄m insurgentē fuit eis obscurata. & ceperūt prophetias aliter interpretari. & sic dicitur hic si cognouissent dominum glorie: non crucifixissent. non enim cognouerunt tempore crucifixionis licet. ante cognouissent & scd̄m hoc intelligitur dictum Hieronymi allegatum. per hoc autem quod dicitur de principibus q̄ dominum crucifixerunt: uidetur q̄ non dicuntur hic principes potentes huius seculi dantes leges gentibus quia non crucifixerunt Christum nisi hoc referatur ad Pilatum quod non uidetur rationabiliter dici: quia non fecit hoc nisi mpulsus a principibus Iudeorum. nec erat Imperator qui leges condere posset. ad ꝓbandum autem ignorantiam dictam allegat scripturam Isa. sexagesimoquarto. q̄ oculus non uidit etc. id est sapientia predicta in mysterio abscondita nō fuit cognita cognitiōe sensitiua que potissime habetur per usum & auditum: nec etiam cognitiōe intellectiua naturali uia quia excedit fedetatem intellectus: propter quod subditur: nec in cor hominis ascendit scilicet propria uirtute per reuelationem tamē cognoscit̄ ut consequenter dicetur que preparauit deus iis qui diligunt illum quia radix merēdi est dilectio caritatiua. & ideo diligentibus preparauit deus filium suum benedicens in uia per fidem & caritatem. & in patria per claram uisionem & perfectā fruitionem Nobis autem hic consequenter ostendit q̄ dicta sapientia est in fidelibus manifesta dicens uobis autem reuelauit per spiritum sanctum qui docet omnem ueritatem. Io. decimosexto & q̄ sit efficax ad hoc probat per hoc: quod subditur: spiritus enim omnia scrutatur etc. profunda dei id est intima quod declaratur per simile: cū dicit̄: quis enim scit hominum etc? eo enim q̄ spiritus hominis est sibi consubstantialis cognoscit omnia eius intima & nullus alius nisi ipse deus qui est intimior hominum q̄m spiritus proprius. sic spiritus dei qui est consubstantialis sibi: cognoscit omnia intima dei & per consequens potest ea reuelare scd̄m q̄ uult: & expedit Ecclesie: quod fecit principaliter Apostolis ideo subditur: Nos autem nō spiritum huius mūdi accepimus id est noticiam mundanam & amorem quibus impellit̄ homo ad querendū & amandū temporalia spiritus enim impulsum quendam importat uitalem progredientē a corde ad exteriora membra. propter quod noticia & amor impellentes ad aliqd agendum spiritus similitudinarie nominantur. sed spiritū qui ex deo est id est amorē inflāmantē ad diuina: ut sciamus que a deo sunt donata uobis. scilicet gratias gratis datas ut philosophia & scripturarum intelligentia & cetera huiusmodi: de quibus agit̄ infra. xii. capitulo. & cognoscuntur ab habente quia dant̄ ad utilitatem Ecclesie potest etiam dici q̄ Apostolus loquitur de bonis future glorie que donata sūt nobis. sed nō adhuc in re. Que loquimur hic consequenter reddit rationem quare talia loquebatur inter

perfectoſ tantum: quia illiſ tradenda ſunt documenta qui poſſunt ea capere:& non aliſ:quia hoc eſſet fruſtra. ideo dicit que & loquimur non indoctiſ humane ſapiẽtie uerbiſ ſcilicet Rhetoricis aut philoſophicis.ſed in doctrina ſpiritus id ẽ ſicut ſpiritus ſanctus non inſtruit ad loquẽdum ſpiritalibuſ:ſcilicet hominibuſ ſpiritalia operãteſ id ẽ tradenteſ eiſ ſpiritalia documenta eo ꝙ poſſunt ea capere.animal homo q̃ ſcilicet habet intellectum & affectum depreſſoſ ad ſenſibilia:non percipit ea que ſũt ſpiritus dei id eſt ſpiritalia bona. ſicut lingua febricitantiſ infecta colera amara non percipit dulcia:ſed magiſ iudicat illa eſſe amara:ideo ſubditur:ſtulticia enim eſt illi cum tamẽ ſc̃m ueritatem ſit ibi maxima ſapientia.& ſubditur cauſa taliſ falſi iudicii:cũ ſubdit: quia ſpiritaliter examinatur id eſt uere cognoſcitur ſcilicet donum ſpirituale iudicium enim de ſuperiori per id quod eſt inferius non habetur:ſed magiſ econuerſo ideo ſubditur:ſpiritaliſ autem iudicat omnia ſcilicet bene:prout ſunt iure quia qualiſ unuq̃q; eſt:taliſ finiſ ſibi uidetur:propter quod iudicium uerũ accipiendũ eſt ſc̃m ꝙ iudicat bene diſpoſitus.ſicut iudicium uerum de ſaporibuſ accipiendum eſt per reſpectum ad guſtum ſanum.& non ad infectum:ut dictũ eſt de lingua febricitantiſ.ſpiritaliſ aũt homo habet intellectum illuſtratum & affectum ordinatum ideo optime de ſpiritalibuſ iudicat. non autem animaliſ qui habet intellectum & affectum recuruatoſ ad ſenſibilia.ideo ſubditur de ſpiritali & ipſe a nemine iudicatur id eſt a nullo homĩe animali q̃d̃ probat conſequẽter autoritate ſcripture Iſa.quadrageſimo q̃ſ enĩ cognouit ſenſum domini etc. quaſi diceret nulluſ niſi ipſe: & ideo illi qui non habent ſpiritum dei non poſſunt de diuiniſ iudicare:quia oportet illa cognoſci de quibuſ fit iudicium ſpiritaleſ autem uiri qui habent ſpiritum dei ipſoſ illuſtrantem de diuiniſ hic poſſunt: qualeſ fuerunt Apoſtoli.ideo ſubditur:Noſ autem ſenſum Chriſti habemuſ.

ET ego fratreſ etc. Poſtq̃ Apoſtoluſ remouit Corinthiorum .III.
contentionem:Hic conſequẽter remouet contententionis cauſam. que erat ex hoc:ꝙ aliquibuſ miniſtriſ Eccleſie nimiſ attribuebant.& aliquoſ nimiſ condẽnabãt. primo argo mouet primũ ſc̃o ſecundum. ca.iiii. prima in duaſ quia primo oſtendit dãnum quod ex tali attributione patiebantur. ſc̃o remouet illam attributionem ibi: quid igitur eſt apollo?Circa primum oſtendit ꝙ ex tali attributione habebãt contẽtioneſ inter ſe.& ſic adhuc animaleſ aut carnaleſ erant. ꝓpter quod doctrinã ꝑfectã fidei capere nõ poterant. & ſic impediebantur a conſecutione magni boni:ideo dicit Et ego fratreſ nõ potui uobiſ loqui ut ſpiritalibuſ propter predictam cauſam.ſed q̃ſi carnalibuſ tanq̃m paruuliſ in Chriſto etc.id eſt uobiſ annunciaui minora fidei ſc̃m ueſtram capacitatem.non eſcam id eſt perfectam doctrinam nondum enĩ poteratiſ eam capere quaſi diceret non ſubtraxi uobiſ banc doctrinam ex inuidia ſed ex ueſtra impotentia.ſed nec nunc quidem poteſtiſ quãdiu in tali carnalitate manetiſ.quod.n. ca. precedenti uocauit animalitatem: hic uocat carnalitatem & ꝙ adhuc ſint taleſ: oſtendit dicenſ: cum enim inter uoſſit zeluſ id eſt inuidia & contentio orienſ ex ipſa: nonne carnaleſ eſtiſ? quaſi dicat patet ꝙ ſic:quia talia non ſunt niſi inter carnaleſ q̃ de boniſ corporalibuſ contendunt:eo ꝙ a pluribuſ integre haberi non poſſunt ſed ex diuiſiõe diminuitẽ parſ uniuſcuiuſq; & ſic oritẽ contentio qa qlibet uult facere ptẽ ſuã meliorem: ſpiritalia uero bona a pluribuſ poſſunt perfecte poſſideri immo perfectiuſ q̃ ab uno propter quod inter uiroſ ſpiritaleſ q̃ talia bona querunt:non eſt zeluſ nec cõtentio.& ſc̃m hominẽ ambulatuſ?quaſi diceret ſic.moduſ enĩ intelligẽdi connaturaliſ homini eſt per conuerſionem ad phantaſmata. & uolendi ꝑ conuerſionẽ

ad appetitum ſenſitiuum & ideo ſcd̄m hominem ambulare eſt ambulare per modū animalitatiſ niſi ſpirituſ hominiſ a deo ſurſum eleuetur: quod fit in ſpiritalibuſ uiriſ. Quid igitur: hic conſequenter remouet attributionem ex qua dictum damnū incurrebant. & diuiditur in treſ parteſ. quia primo oſtendit quid miniſtriſ Eccleſie cōuenit ſcd̄m ueritatem. Scd̄o excludit errorē ibi nemo. Tertio infert concluſionem ibi: itaq; nemo. prima adhuc in duaſ: quia primo oſtendit actionem miniſtrorum. Scd̄o mercedem eorum ibi: unuſquiſq; aūt Circa primum dicit: Quid igitur Apollo quid uero Pauluſ? & per hoc intelliguntur alii Eccleſie miniſtri. & reſpondet ad queſtionem propoſitam dicenſ miniſtri eiuſ cui credidiſtiſ: id eſt Chriſti. quaſi diceret ipſi nō ſunt principaleſ doctoreſ fidei uel operatoreſ baptiſmi ſed ſolum Chriſti miniſtri in q̄tum miniſterialiter operantur exteriuſ. Chriſtuſ autem docet & baptizat interiuſ. ꝓpter qd̄ talia non ſunt miniſtriſ attribuenda. & unicuiq; ſicut dominuſ dedit quaſi diceret adhuc tale miniſterium non eſt in eiſ ex uirtute ꝓpria ſed ſolum ex dei gratia. quod autem operatur ſolum exteriuſ: probat conſequēter dicenſ ego plantaui annūciādo uobiſ primo ea que ſunt fidei. Apollo rigauit poſt me uoſ docendo quaſi diceret ego & ipſe nihil egimuſ ad ſalutem & fidem ueſtram interiuſ operando. ſed ſoluſ deuſ illuminando uoſ per fidem & mundando per gratiam. & ſanctificādo noſ aūt ſolūmodo egimuſ exteriuſ miniſtrando. ſicut plantator arboriſ & rigator non facit eiuſ radicationem uel incrementum. ſed uirtuſ nature propter quod concludit: itaq; qui plātat non eſt aliquid: neq; qui rigat: ſcilicet operando interiuſ. ſed ſoluſ deuſ. qui rigat aūt & qui plantat: unum ſunt ſcilicet in conditione nature & miniſterii operatiōe. ꝓpter quod unuſ non eſt preferenduſ & alter condemnenduſ. Vnuſquiſq; Hic cōſequenter oſtendit mercedem miniſtrorum ne forte crederet aliquiſ ipſoſ non eſſe remuneradoſ eo ꝙ dixerat: itaq; neq; qui plantat aliquid eſt: neq; q rigat. & diuiditur in treſ parteſ: quia primo declarat miniſtrorum mercedem. ſcd̄o eorum uarietatē ibi: ſcd̄m gratiam dei. tertio infert quandam concluſionem ibi: neſciti. Circa primum dicit: unuſquiſq; autem miniſtrorum Eccleſie propriam mercedem recipiat ſcd̄m laborem ſuum. quia non omneſ equaliter laborant extēſiue. nec intenſiue. dei enim adiutoreſ ſumuſ. etc. quaſi diceret licet non agamuſ interiuſ uoſ illuminando uel iuſtificando tñ agimuſ aliquid ad hoc exteriuſ miniſterium adhibendo: quod nō caret premio ſcd̄m gratiam hic conſequenter ponit miniſtrantium uarietatem dicenſ ſcd̄m gratiam que data eſt mihi. & non propria uirtute: ut ſapienſ architectuſ id eſt principaliſ inter miniſtroſ quod nō dicit ad iactantiam ſed ad dei gloriam ꝓpter quod premiſit ſcd̄m gratiam dei etc. Fundamenta poſui prima initia fidei uobiſ annunciando. aliuſ autem ſuper edificat id eſt alii doctoreſ poſt me uoſ docenteſ docuerunt ſequentia unuſqſq; autem uideat id ē diligenter attendat: quomodo ſuper edificet id eſt qualiter doceat ut eiuſ doctrina non diſcrepet a fundamento. ſed magiſ ei conueniat. & quid ſit hoc fundamentum ſubdit: fundamentū enim aliud etc. id eſt ſoluſ Chriſtuſ uel fideſ ipſius eſt fundamentū. Sed contra hoc uidetur. Apo. xxi. ubi dicitur ꝙ duodecī Apoſtoli ſunt. xii. fundamenta ciuitatiſ dei per quam intelligitur Eccleſia. Ad quod dicendū ꝙ fundamentum poteſt dupliciter accipi: uno modo proprie. ſcilicet illud quod habet firmitatem & ſtabilitatem ex ſe & ſic ſoluſ Chriſtuſ eſt fundamentum Eccleſie Alio modo improprie & large ſcilicet illud quod adheret primo fūdamento tā poſito ſicut ſunt lapideſ primarii fundamento inherenteſ & ſic Apoſtoli dicuntur Eccleſie fūdamenta quia primituſ adheſerūt Chriſto ſiquiſ autem ſuper edificat ſupra fūdamentū

hoc aurum & argentum: & lapideſ precioſoſ per hoc intelligitur ſana doctrina fundamento recepto fidei appoſita. per aurum doctrina circa amorm diuinum. per argentum doctrina pertineſ ad contemplationem ſpiritalium creaturarum per quam aſcenditur ad dei cognitionem per lapideſ precioſoſ doctrina pertinenſ ad aliaſ uir/tuteſ animam ornanteſ. lingna. fenum. ſtipulam. dixerunt aliqui q̄ per hoc intelligit̄ falſa doctrina combuſtione digna. ſicut ſubditur poſtea. ſed hec non uidet̄ intentio Apoſtoli: quia primo dicit iſta fundamento fidei ſuperaddi. falſa uero doctrina non ſuperadditur: ſed magiſ per eam fundamentū hoc deſtruitur: ſc̄do quia ſubdit q̄ licet tale opuſ aſſerit: operanſ tamen finaliter ſaluuſ erit. quod non poteſt dici de docto/ribuſ falſam doctrinam habentibuſ. & ideo dicendum q̄ per iſta intellgitur doctrina uera curioſa tamen & uana ſeu cupiditate queſtuſ deprauata non in ſe ſed ex parte docentiſ. & taliſ doctrina ſtat cum fundamento: doctor tamen meretur puniri pena purgatorii. & ſic finaliter ſaluari. & de utraq; doctrina ſubditur: uniuſcuiuſq; opuſ ſcilicet doctoriſ boni & curioſi: manifeſtum erit in die iudicii: qui accipit̄ hic pro die mortiſ: quia qualiſ unuſquiſq; in die mortiſ inuenitur: ſcilicet in ſtatu ſaluandorū uel damnandorum: taliſ in die iudicii preſentabitur. ideo ſubditur: dieſ enim domini decla/rabit. uenit enim dominuſ ad iudicium cuilibet in particulari in die mortiſ ſue. quia in igne reuelabitur ſcilicet purgatorii. qui eſt idem cū igne inferni. ſc̄m enim q̄ dicit Gregoriuſ ſicut in eodem igne aurum rutilat & palea fumat: ſic idem ignis purgat electoſ & damnat reproboſ. ſed reprobiſ ē ad ſemp electiſ tantū ad tēpuſ ideo ſubdit̄: & uniuſcuiuſq; opuſ ſcilicet doctoriſ utiliſ & inutiliſ Eccleſie: quale ſit: ignis probabit id eſt manifeſtabit. ſi cuiuſ opuſ manſerit: ſup quod edificauit id eſt ſi edificauit doc/trinam bonam ſanam & ſtabilem: mercedem accipiet euolando ad patrē ſi cuiuſ opuſ aſſerit: eo q̄ ē doctrina curioſa uel dicto mō dānata detrimentū patiet̄ qa ad tēpuſ pena ſēſuſ & pena dāni puniet̄. tñ finaliter ſaluabit̄. Aliq uero exponūt hāc ſuper/edificationē de opibuſ ſupadditiſ fundamento fidei formate & in eodē homīe q ſuper iſtud fundamentū in ſe acceptū ſuperedificat facienſ opera bona p aurum argentum lapideſ precioſoſ ſignificata: euolat ad gloriam. ſi aūt ſupedificat peccata uenialia p lignū fenū ſtipulā ſignificata eo q̄ nō deſtruūt fundamentū ſed ſtāt cū eo ipe puniet̄ in purgatorio & finaliter ſaluabitur. ſed hec expoſitio ſc̄m litterā precedentē & ſe/quentē magiſ dicit̄ moraliſ q̄ litteraliſ Neſciti hic ex predictiſ infert concluſionē. ſ. q̄ corrūpenſ fideleſ p falſā doctrinā mereb̄ dānari: & magiſ q̄ ille q uiolat templum materiale q̄to ſpiritalia corporalibuſ preferunt̄. dicit igit̄ neſciti. q. d. ſcire debetiſ: qa templū dei eſtiſ ſpiritale. & ſpirituſ dei habitat in uobiſ per gratiā. ſiq aūt templū dei uiolauerit p falſā doctrinā fundamentū dei ſubuertēdo: diſpdet illū deuſ eterna/liter dānādo. Nemo oſtēſo qd cōueniat miſtriſ Eccleſie ſc̄m ueritatē hic cōſeqnter remouet cōtrarium errorē. d. nemo ſe ſeducat. ſic ē in Greco & in libriſ correctiſ. Co/rinthii. n. ſemetipoſ ſeducebāt attribuēdo miſtriſ Eccleſie: qd̄ ē ꝓpriū Xp̄i: ut dictū ē ſupra. ꝓpter qd̄ Apoſtoluſ hoc ꝓhibet. d: nemo ſe ſeducat mō dicto: ſiquiſ uidetur inter uoſ ſapiēſ eē aſſerēſ contrariū huiuſ doctrine per aliquā rationē appntē ſtultuſ fiat. i. illā eſtimationē deponat. & iſ que ſūt fidei būiliter ſe ſupponat: ut ſit ſapienſ ſapientia que de ſurſū ē: ūde dicit̄ Prouer. xxx. locutuſ eſt uir cū quo deuſ erat: & q deo ſecum cōmorāte cōfortatuſ ait ſtultiſſimuſ ſū uirorū etc. & ſubdit̄ ratio de abiec/tione mundane ſapientie cum dicit̄: ſapientia enī huiuſ mundi ſtulticia ē apud deum. maximū. n. principiū erroriſ ē uelle metiri diuina & illa que totaliter tranſcendunt

intellectum hnmanū per rationem humanā. ſimile ē. n. ac ſi noctua uellet iudicare de lumíe ſoliſ facultatem ſui uiſuſ totaliter tranſcendēte· & ad hoc inducit̄ ſcriptura Iob. v. cōprehendā ſapienteſ in aſtutia eorū. ꝑ hoc. n. cōprehenduntˉ: ꝙ ſapientia eorū falſa oſtendit̄: & ſimiliter autoritaſ pſal. lxxxiii. dñſ nouit cogitatiōeſ ſapientū qm̄ uane ſūt applicate ad diuina que ipſaſ tranſcendunt. Itaq; nemo hic Apoſtoluſ cōclu/dit concluſionē pricipaliter intentā. ſ. ꝙ nō ſit gloriādū de míſtriſ Eccleſie illo modo quo gloriabantˉ Corinthii. ſ. de ſolo Xp̄o. ideo dicit: Itaq; nemo gloriet̄ in homíbuſ diuina miniſtrātibuſ & ſubdit̄ ratio: omía. n. ueſtra ſūt ſiue Pauluſ etc. & nomíat mi/niſtroſ maioreſ etc. per hoc ítelligēſ multo fortiuſ mioreſ. & omneſ ſūt míſtri eccleſie & ꝑ cōſequēſ quodāmō ſubiecti fideliū cōmunitati in q̄tū ſūt miſſi a Xp̄o ꝑ ſalute fideliū de ſubiectiſ aūt nō ē gloriandū ſed de ſuperioribuſ. ſiue múduſ. i. creature que deſeruiūt homíbuſ ad neceſſitatē huiuſ uite & ad inſtructionē anime in q̄tū ex ipſiſ accipit̄ cognitio de creatore. ſiue uita. ſ. p̄ſenſ que deſeruit homí in q̄tū ordinat̄ ut in ea homo mereat̄. ſiue morſ que ſimiliter ei ſeruit: ſi patiēter tolleret̄ ſiue pñtia id ē dona & uirtuteſ qbuſ in pñti iuuamur ad beatitudiniſ cōſecutionē ſiue futura. i. bona eterna que ſperamuſ & ſic oía creata ad fideleſ ordinantˉ ꝓpter gloriā eoꝝ ūde Ro. viii. diligētibuſ deū omía coopantˉ in bonū iſ qui ſc̄m ꝓpoſitū uocati ſūt ſācti uoſ aūt Xp̄i qa fideleſ interiuſ ordinantˉ ad Xp̄m ſicut exercituſ ad ducē & membra ad caput ꝓpter q̄d de ipſo ſolo debēt fideleſ gloriari & nō de míſtriſ iferioribuſ. xp̄ſ aūt dei. i. ſicut Xp̄uſ glorificat̄ de patre Sapiēn. ii. gloriatur ſe patrē habere deū & Iob. viii. ego honorifico patrē & uoſ inhonoraſtiſ me etc. .IIII.

SIc uoſ exiſtimet homo etc. Poſt̄q̄m Apoſtoluſ rep̄hendit Corinthioſ de hoc ꝙ aliqbuſ míſtriſ nimiſ attribuebant: hic cōſequēter arguit eoſ de hoc ꝙ aliquoſ nimiſ contēnebant. Illi. n. Corinthii q gloriabātur de míſtriſ ꝓphetia imbutiſ minuſ debito reputabat alioſ míſtroſ talibuſ non utēteſ in docēdo. & diuidit̄ in duaſ ꝑteſ qa ꝑmo eoſ redarguit. ſc̄do correctiōi eoꝝ inſiſtit: ibi: nō ut confundam uoſ Circa ꝑmū ſciendū ꝙ p̄ſumptuoſe & temere eoſ iudicabāt. & ideo ꝑmo arguit iudicii temeritatē ſc̄do preſūptionē ibi. hoc aūt fratreſ Circa primū ſciendū ꝙ fideleſ míſtri Eccleſie ſūt: qui diuina míſtrāt: & docent ꝓpter dei gloriā. infideleſ aūt q hoc faciūt propter lucrū tēporale: ſeu ꝓpriā laudē. taliſ aūt ítētio ad ſecreta cordiſ ꝑtinet: quoꝝ iudiciū ē ipſius dei ꝓpriū ſc̄m illud ꝑmo. Regū. xvi. homo uidet ea que patēt: deuſ autem intuet̄ cor. ꝓpter q̄d preſūptuoſū ē homini de talibuſ iudiare. & maxie circa míſtroſ Eccleſie q nō ſūt cōtēnendi. ſed magiſ reuerēdi: ideo dicit Apoſtoluſ: ſic uoſ exiſtimet homo ut miniſtroſ Xp̄i etc. q. d. hic míſtri Eccleſie nō ſunt principaleſ oparii: tamen deo coopantˉ in q̄tū míſtrant populo ſacramēta & doctrinā. ideo ſubdit̄: & diſpenſa/toreſ míſteriorū dei. ꝓpter q̄d ſūt mediū inter deū & populū. ſicut diſpēſator domuſ hic iā querit̄ inter diſpenſatoreſ ut fideleſ qſ inueniatur. q. d. inter uoſ ē diſſenſio & contentio de fedelitate míſtrorum. q. d. aliquoſ cōtemnitiſ tanq̄ infideleſ: ſed qa uiri ſancti tale iudiciū humanū ꝑ nihilo cōputāt: pro q̄to eoſ tangit: licet doleāt ꝑ q̄nto malū Eccleſie inde ꝓuenit: ideo ſubdit Apoſtoluſ: mihi aūt ꝑ minimo eſt: ut a uobiſ iudicer. i. ab hoíbuſ q iudicant in tēpore p̄ſenti. ſed neq; meipſo iudico. licet. n. homo ſe iudicare debeat iudicio diſcuſſioniſ ꝓprie conſcientie ſicut dicet̄ infra. ii. ca. ſi noſ/metipſoſ diiudicaremuſ nō utiq; iudicaremur. tñ nō debet ſe iudicare iudicio abſolu/tioniſ a culpa innocentē ſe treputādo omíno: quia dicitur. Eccle. ix. neſcit homo utrū odio uel amore dignuſ ſit: ideo ſubditur: ſed neq; meipſum iudico hoc modo & multo

minuſ debet homo iudicare de ſecretiſ cordiſ alteriuſ: qa hoc ē ꝓpriū dei ꝓpter quod
ſubdit. q aūt me iudicat: dñs ē. & quoniā eiuſ iudiciū in quo maſſeſtabunt omia: erit
in fine mūdi. ideo ſubdit itaq; nolite āte tēpuſ iudicare etc. q. d. hoc ē temerariū. Hoc
aūt fratreſ Hic cōſequēter arguit Apoſtoluſ Corinthioꝝ p̄ſumptionē qua miniſtroſ
aliquoſ Eccleſie contēnebant. & diuidit in duaſ ptes: qa ꝑmo arguit hāc elationem.
ſcō declarat dicti contēptuſ cauſā: ibi. puto. n. Circa primū ſciendū q̄ contētio erat
inter Corithioſ maxie ꝓpter Pſeudoapoſtoloſ in ſapiētia uerbi docenteſ: qa a pluri/
buſ p̄ferebant. & ueri Apoſtoli contēnebant. ueruntñ Apoſtoluſ ſcribēſ Corinthiſ:
eorū nomina nō expreſſit ſupra primo ca. ſed nomē ſuū & Apollo ne uideretur ex
inuidia cōtra aliōſ loq & hāc ueritatē hic apit dicēſ. Hoc aūt fratreſ trāſſiguraui in
me & Apollo ꝓpter uoſ. i. ꝓpter inſtructionē ueſtrā: ut in uobiſ diſcatiſ: ne ſupra q̄
ſcriptū ē ſupra in hac epiſtola unuſ aduerſuſ aliū ſferat cōtēcioſe ꝑ alio. i. ꝑ quocūq;
miſtro Eccleſie nimiſ ei attribuēdo: uel alterū contēnendo. quiſ. n. te diſcernit. i. facit
te eleuari ſup aliōſ per ſuperbiā. & ſi dicat hoc ē per aliquā gratiā ſpecialē ſciētie uel
facūdie hoc excludit. d. qd habeſ qd̄ nō accepiſti? q. d. nihil qa totū ē a deo. ideo cō/
cludit qd ergo gloriariſ: q. nō accepiſ? q. d. nō ē occaſio ſupbiendi. ſed magiſ būiliādi
unde dicit Grego. homel. xxxi. tāto eē būlior atq; ad ſeruiēdū deo ꝓmptior quiſq;
debet ex munere: q̄to obligatiōe ſe eē cōſpicit in reddēda ratiōe. ideo ſubdit iā ſatu/
rati eſtiſ. i. repleti doctrina fidei ironice loq̄t: ut oñdat preſūptionē eoꝝ deriſibilem.
iā diuiteſ facti eſtiſ in chariſmatibuſ ſpiritalibuſ. ſine uobiſ regnatiſ. i. in ſtatu ꝓfecti/
oniſ eſtiſ ſcd̄m eſtiationē ueſtrā. & utinā regnetiſ ſcd̄m ueritatem: hoc aūt dicit: ut
oñdat ſe caritatiue eoſ arguere. Puto. n. hic aūt aſſignat cauſā quare cōtemnebātur
Apoſtoli ueri. ſ. ꝓpter miſeriaſ quaſ ſuſtinebāt in p̄ſti de boniſ tēpalibuſ nō curanteſ:
ideo dicit puto. n. i. putare me cogitiſ hāc eē ueſtrā exiſtiationē. q̄ deuſ noſ Apoſto/
loſ nouiſſimoſ. i. abiectoſ oñdit tanq̄ morti deſtinatoſ. i. morte dignoſ ſcd̄m hominū
iudiciū. ideo ſubdit: ſpectaculū facti ſumuſ: qa ad uidendū occaſionē & ꝓſecutionem
fideliū in p̄mitiua Eccleſia cōueniebant multi tñ diuerſimode moti: qa mūdani hoſteſ
ueniebāt ad contēnendū eoſ. & perſequēdū: ideo dicit: mūdo. āgeli. etiā aliqñ appebāt
ad eoſ cōſolandū & roborandū: ideo dicit: & āgeliſ. & alique p̄ſone deuote cōueniebāt
ad cōpatiendū & exemplū pacientie accipiendū: de quibuſ ſubdit: & homíbuſ. & qa
ꝑ talibuſ Apoſtoli ueri cōtemnebant: ut dictum ē: ideo ſubdit Apoſtoluſ. noſ ſtulti
ꝓpter X̄m etc. ſcd̄m reputationē ueſtrā & infideliū uſq; in hanc horā. i. cōtinue.
a tpe receptiōiſ fidei Catholice uſq; ad p̄ſens tpuſ & eſurimuſ etc. ueritatē. n. p̄dicāteſ
& uitia arguēteſ incurrebāt odiū humanū. & ſic patiebāt multiplicē defectū. & etiā
inſultū. & inſtabileſ ſumuſ. i. nō habēteſ ſtabile domicilū & laboramuſ opanteſ manibuſ
noſtriſ. ſicut dicit de Paulo Actuū. xviii. aliqñdo. n. hoc faciebāt quia nō inueniebāt
qui daret eiſ neceſſaria uite. & aliquādo ne grauarentur fideleſ. & aliqñ ad dandū fi/
delibuſ exemplū uitandi ociū ut habet. ii. Theſſ. iii. maledicimur: & bñdicimuſ etc.
ſcd̄m doctrinā X̄pi. blaſphemamur: & obſecramuſ orando problaſphemātibuſ & ca/
lūniantibuſ noſ. tanq̄ purgamenta huiuſ mūdi. i. ut imūdicie inficienteſ mundum que
ſūt amouēde. Iudei. n. & gētileſ dicebant mūdū infici per uitā & doctrinā Apoſtoloꝝ
& ꝑ cōſequēſ ipſū debere purgari ꝑ mortē eorū omniū periſipſyma. i. ut paratura
pomi: a peri q̄ ē certū. & pſyma qd̄ ē figura. raputabant. n. remouēdi ab hominibuſ
ſicut paratura a fructu. Non ut cōfundā: Hic cōſequēter inſiſtit correctiōi Corin/
thiorū & ꝑmo ſimplici uerbo. d. nō ut cōfūdā uoſ hoc ſcribo etc. i. nō quero cōfuſionē
ueſtrā. ſed emēdationē. qa reputo uoſ filioſ meoſ cariſſimoſ. fundamentū. n. fidei eiſ

ānunciauit. Alii autem instruxerūt eos de quibusdam moribus. ꝓpter qđ uocat eos pedagogos. se aūt patrē eoꝝ. ideo subdit. rogo aūt uos imitatores mei estote sicut bos filii. sicut & ego Xp̄i tui obtempo sicut uero patri. Scđo corrigit eos nuncio ad hoc idoneo. d. ideo misi ad uos Timotheū etc. & patet littera. tertio flagello cōminato. d. tanq̄ nō uēturus sim ad uos sicut inflati sunt qdā cōtendētes adinuicē ut supra declaratū ē. ueniam aūt cito ad uos: si dominus uoluerit. hoc addit qa uolūtas diuina est in omibus supponēda. & cognoscā nō sermonē eorū qui inflati sūt. i. sermonē Rhetoricū de quo gloriant̄. sed uirtutē in opibus uirtuosis & miraculosis. q. d. in his sunt impotētes cū tñ predicatio Euāgelii per talia debeat cōfirmari: ut habetur Marth. ultimo domino cooperante & sermonē cōfirmāte sequētibus signis. ideo subdit̄: non enim in sermōe etc. qd uultis: in uirga ueniā ad uos? i. ad uos corrigēdos cū flagello. si ꝑuenero uos rebelles. habebat. n. Apostolus potestatē tradēdi tales sathane cruciādos corpaliter ad eorū correctionē: ut habet̄ ca. sequēti. an in caritate in spiritu māsuetudinis? etc. si ꝑuenero uos būiles & emēdatos saltem in pte. per hoc aūt ꝙ dicit̄ hic an in caritate? nō excludit̄ caritas a correctiōe Apostoli fiēda cū flagello qa si flagellaret caritatiue faceret. sed hoc dicit̄ ad designandū ꝙ correctus actu per flagellū nō ita sentit dulcedinē caritatis illius q sic corrigit: sicut sentiret: si per uerba cōsolatoria hoc faceret. tñ trāseūte flagello bene postea cognoscit̄ caritas flagellantis. .V.

OMnino audit̄ Postq̄ Apostolus instruxit Corinthios de baptismo per quem fit regeneratio spiritalis: cōsequēter instruit eos de matrimonio per quod debite fit carnalis generatio. Et diuidit̄ in duas ptes: qa primo uitiū contrariū arguit. scđo de matrimonio instruit ca. V. prima in duas: qa p̄mo uitiū fornicationis arguit. scđo quedā alia uitia que erāt in eis. ca. VI. Prima adhuc in duas qa primo facit ꝓpositū. scđo remouet dubiū ibi scripsi uobis. Prima adhuc ī tres: qa p̄mo arguit culpā. scđo predicit penā: ibi: ego qdē. tertio reprehendit culpe radicē ibi: nō est bona gloriatio Circa p̄mū sciendū ꝙ in ꝓposito duplex erat culpa una particularis cuiusdā fornicatoris ignominiosi: & hoc ē: qđ dicit̄: omnino audit̄ ī ter uos fornicatio. & dicit omino qa erat publicū & talis fornicatio. i. tā borrēda: que nec ī ter gētes reputata fuit unq̄ licita. licet fornicationē simplicē licitā reputarēt. & que sit illa subdit̄. i. ut uxorem patris sui aliqs habeat. qđ a p̄ncipio mūdi fuit exclusum ꝓpter. n. reuerentiā naturalē que debet haberi ad patrē & ad matrē iste due ꝑsone a matrimonio semp fuerunt excluse tanq̄ de dictamīe iuris naturalis ūde & quedā animalia talē cōcubitū abhorrēt sicut de quodā elephāte dicit̄ q adductus ad matrē ut p coitū eius cū ea haberent̄ fetus: talē coitū omino renuit. postea uero reductus ad matrē optam pallio in parte anteriori coiuit cū ea postea discoopertā cognoscēs interfecit ductorē suum. ē autē elephas inter animalia maxīe disciplinabile ut dicit Philosophus in libro de aīmalibus erat aūt circa hoc ētā alia culpa cōmunis. s. aliorū q debebāt hoc corrigere: & negligebāt. & q̄tū ad hoc subdit̄: & uos inflati estis ex contētiōibus. n. quas habebāt ī ter se hāc correctionem sicut & alia caritatis opa facere negligebant. ideo subdit̄: & non magis luctū habuistis de peccato fratris dolendo. & ad eius correctionē ꝓcedēdo. ideo subdit̄: ut tollat̄ de medio nostrū p excōmunicationē q hoc opus fecit. ne particeps huius culpe sitis. Ego quidem hic cōsequenter determinat dicti fornicatoris pūitionē dicens ego quidē habēs. s. hanc autoritatē a dño super uos absens corpore presens aūt spiritu. i. caritatis affectu uel qa in spiritu sciebat que agebant̄ inter Corinthios ac si presēs esset: sicut Heliseus uidit Giezi accipientē munera a Naaman quarto Regū. quito tā iudicauit ut presēs mō dicto eū q sic operatus ē accipiendo uxorē patris sui.

In nomíe dñi nostri Iesu Xp̄i congregatis uobis.tū qa omís cógregatio fideliū fiēda ē in noíe Xp̄i: tū qa crimía publica quale istud erat: debēt in publico pūiri: & spiritu meo qa cū eis erat mó p̄dicto. tradere huiusmodi hominem sathane.sicut.n. Apostoli habebāt potestatē a domío eiiciēdi demóes de corpibus obsessis: ita habebāt potestatē tradendi eos demonibus affligēdos ꝓ enormibus peccatis & sic in p̄mitía Ecclesia affligebāt excómunicati.ideo subdit. In íteritū carnis.i. ad eius afflictionē ut sic peíteat pena decēte culpā. & spiritus saluus fit.i. aíma saluet. in die dñi nostri Iesu Xp̄i.i.in die mortis uel iudicii extremi ꝓ eodē.n. die accipiunt qa q̄lis qs íuenit in morte talis in iudicio pñtabit. Nó ē bona Hic cósequēter arguit culpe radicē.s.cótentionē quā habebāt adinuicē: ꝑ quā correctionē negligebāt. & sic nó solū peccāti: sed etiā aliis íminebat ꝑiculū infectióis.ideo dicit: nó ē bona gloriatio uestra.ex hoc.n.ꝙ nimis gloriabant de aliqbus místris: alios contēnendo ꝓcedebat inter eos contentio & correctióis omissio: & ꝑ cósequēs ꝑiculū ífectióis in aliis.ideo subdit: qa modicū fermētū totā massā corrūpit. Circa qđ sciendū ꝙ in fermento duo sunt.s.sapor uirtualiter in q̄tū reddit panē sapidū. & sic doctrina Euāgelica cópat fermēto. Math.xiii. Simile ē regnū celorū fermēto qđ acceptū mulier etc. Aliud ē corruptio & sic compat peccato. & hoc mó accipit hic qa ex uno peccatore alii íficiunt. ideo subdit. expurgate uetus fermentū ut sitis noua cóspersio. ꝑ aspsionem aque baptismalis. sicut estis.i. esse debetis azimi.i. sine peccato. qđ declarat ꝑ figurā ueteris testamēti.d. & eni pascha nostrū etc. agnus.n. paschalis de quo habet Exo.xii. figura fuit immolationis Xp̄i per quē liberati sumus a demóis potestate sicut filii Israel ꝑ sanguinē agni paschalis ab āgelo deuastante. carnis aūt illius agni cū azimis panibus comedebāt. qbus septem diebus filii Israel utebāt. & per hoc figurabat: ꝙ uita populi Xp̄iani debet esse sine fermento mortalis peccati: ideo subdit. itaq; epulemur.i. uitā pñtē transeamus: nó in fermento ueteri.i. peccato: qđ animā inueterascere facit spiritaliter. neq; in fermēto malicie & neqcie ꝑ qđ intelligit peccatū ex certa malicia & ex ꝓposito factū: quod cótingit dupliciter uno mó ex habitu acquisito ex actibus malis qđ intellgit per fermentū malicie: ūde dicit Prouer. p̄mo Qui letantur cum malefecerint: & exultāt in tribus pessimis. signū.n. habitus generati ē delectatio in ope.ii. Ethicoꝝ. Alio modo ex corruptione nature sicut aliq ex malicia cóplexióis inclinant ad aliqua que scđm se sunt horrida ut effusio sanguinis hūani uitiū cótra naturā maxíe cū bestiis & hoc uocat hic fermentū neqcie. sed in azimis sinceritatis q̄tum ad puritatē affectus & ueritatis q̄tum ad puritatē intellectus. Scripsi uobis hic Apostolus remouet qđdā dubiū scripserat.n. Coríthiis in quadā epistola que in canone nó habet: qđ nó cómiscerēt fornicariis: circa qđ plures dubitabant: credentes ꝙ tm̄ intelligeret de fornicatione spiritali que ē idolataria.ideo Apostolus hoc remouet oñdēs qđ intelligit de omíbus crimíosis generaliter ne inficerentur ex eorū sotietate & hoc ē qđ dicit: scripsi uobis in epistola alia ab ista: ne cómisceamini fornicariis.i. cū crimíosis generaliter q fornicant a deo ꝓpter qđ subditur: nó utiq; fornicariis huius mūdi qui cómuniter noíant ribaldi.aut auaris q per usuras aut alias malicias exquisitas subtrahūt bona alioꝝ. ūde dicit auarus quasi auidus eris: aut rapacibus: qui aliorū bona accipiūt per uiolentiam. & per ista intelligunt alia crimía que nó sūt hic expressa. alioquin debueratis de hoc mūdo exisse.q.d. melius esset uobis mori q̄ cómunicare taliū operibus malignis: nunc aūt scripsi etc. sic intelligendū ē dictū meū generaliter. & applicat magis in speciali de separatione a talibus crimíosis dicēs si isq frater nomíat.i. Xp̄ianus ita ꝙ accipit hic fraternitas religionis aliq libri habēt supernominatur: i. super nomē persone habet

nomẽ religiõis Xp̃iane & sic ẽ eadẽ sẽtentia. & ẽ fornicator manifestus aut maledicus .i. blasphemus. aut ebriosus. i. ebrietati assuetus osus. n. ĩportat plenitudinẽ ũde uersus Osus plena notat. búdus similat. bilis aptat.

Cũ huiusmodi nec sumere cibũ: ut sic uerecũdet & emendet. qd enĩ mihi de ils q foris sũt? i. de infidelibus q sunt extra Ecclesiã numero & merito iudicare. q. d. ad me nõ pertinent: qa sunt extra forũ Ecclesie. nõne enĩ de ils q intus sunt. i. intra Ecclesiam uos iudicatis? i. iudicare debetis eorũ uitia puniẽdo. nã eos q foris sũt: deus iudicabit. hoc addit Apostolus ne ex hoc q infideles dicunt hic exempti a iudicio Ecclesie crederent ee melioris cõditiõis: qd ẽ falsum. qa per hoc nõ effugiũt dei iudiciũ: quod ẽ grauius. ideo cõcludit ulterius auferte malũ ex uobis ipsis. i. sepate malos Xp̃ianos per excõmunicationẽ ut sic corrigant pena decente culpã. .VI.

HVdet aliquis uestrũ Postq̃ Apostolus redarguit Corinthios de fornicatione & negligentia correctionis: hic cõsequẽter eos arguit: de quibusdam aliis uitiis Et diuidit in duas ptes: qa primo facit ꝓpositũ: scdo reuertit ad increpandũ fornicatiõis uitiũ ibi. corpus aũt: Prima adhuc in duas: quia primo arguit eos de iudicibus coram quibus litigabãt. scdo de causis quas habebãt: ibi: iam qdem: Circa primũ dicit: audet quis uestrũ habẽs negociũ etc. q. d. male facit quicũq; uestrũ hoc acceptat. & nõ apud sanctos id ẽ Xp̃ianos: apud enim eos debet queri tale iudicium. per hoc enĩ q aliqui recurrebant ad iudices infideles dabant eis occasionẽ reprimendi pauperes fideles. per talem enĩ recursum uidebat q inter Xp̃ianos nõ esset aliquis sufficiens ad talia iudicandum: q erat turpe & ignominosũ. an nescitis? q. d. scire debetis: quoniã sancti id ẽ fideles perfecti de hoc mũdo iudicabũt. erũt. n. assessores iudicis Math. xix. sedebitis super sedes iudicãtes etc. & si in uobis. i. paruos. iudicabit mũdus etc: per consequens multo magis digni estis iudicare huius mũdi tẽporalia negocia que sunt quedã mĩma respectiue. Nescitis quoniã ãgelos iudicabimus approbãdo sententiã iudicis de punitiõe malorũ angelorũ· & premiatiõe bonorũ q̃tum ad preimũ accidẽtale. licet enim angeli boni & mali habuerit suũ ꝓncipale iudiciũ a principio mundi tñ de hominibus quos ad malũ incitauerũt mali & ad bonũ sãcti recipiẽt penã & premiũ. & scdm hoc dicunt iudicãdi etiam a sanctis uiris ꝑ approbationẽ sententie iudicis. & multo magis sunt digni homines iudicare: ꝓpter qd cõcludit. secularia igit iudicia si habueritis iter uos contẽtibiles qui sunt in Ecclesia id ẽ minoris reputatiõis & ualoris: illos cõstituite ad iudicãdũ. frequẽter. n. cõtingit: q illi qui parũ sciunt de spiritalibus: clarius uidẽt in tẽporalibus. ꝓpter quod talibus sunt occupãdi. ut sapiẽtes in spiritalibus doctrine uacent. & cõtemplationi. sic enĩ fecerunt Apostoli Actuũ. vi. cõstituẽtes diacones circa temporalia ut liberius uacarent spiritalibus. ad uerecundiã uestram dico. q. d. ex facto uestro uidetur q nõ sit aliquis inter uos fidelis sufficiens ad iudicandũ: qd deberet uobis esse uerecundũ. sed istud Apostoli dictũ uidet esse cõtra illud: qd dicit prima Petri. secũdo subiecti estote omni hũane creature ꝓpter deũ siue Regi quasi precellenti. siue Ducibus tanq̃ ab eo missis etc. Ad quod dicendum q Apostolus non probibet hic fideles sub Principibus infidelibus constitutos compere coram eis quãdo uocant: hoc enim esset contra subiectionem que Principibus debetur. sed probibet ne uolũtarie recurrant ad Iudices infideles in illis negociis que determinari possũt per fideles Iam quidẽ Hic consequenter arguit Corithios de causis quas inter se habebãt & diuidit in duas partes: quia primo eos arguit: Scdo circa propositũ errores elidit: ibi nolite errare. Circa primũ dicit: iam quidem omnino delictum est in uobis. quod iudicia habetis id est litigia per iudices terminanda. licet enim cuilibet licitum sit rẽ suã

in iudicio repetere etiam religiosis: ita tñ ꝙ nō repetant ut ꝓpria: eo ꝙ nō licet eis habere ꝓpriū: tamē repetere rem suam in iudicio peccatū est in aliquo casu: utpote quādo de tali repetitiōe surgit scandalum uel aliud malum magnum propter cuius uitationē deberet exponere rem suā. & multo magis non repetere ab alio tā possessā: saltē quousq; ostēdisset talem repetitionē sibi licere: & si post talem ostēsionem adhuc remaneret scandalū iam uideret ex malicia procedere. propter qđ esset contēnendū. litigare aūt ex iniusticia & fraude semper ē peccatū. Corinthii aūt utrūq; faciebāt scilicet repetēdo res suas mō indebito. & cū scandalo actiuo. & etiā aliena per fraudē & iniusticiā: cum tamen deberent magis iniuriam & fraudem pati: q̄ ista facere: ideo subdit: q̄re nō magis etc. & patet littera usq; ibi. an nescitis? q. d. per effectū uidet ꝙ nesciatis: qa iniq q faciūt inequalitatē iusticie ꝓximis regnū dei nō possidebūt. qa ab eo excludent. Nolite errare Hic remouet duos errores circa predicta scđm ibi: omia mihi licent. primus ē: qa credebāt aliq fidem & baptismū sufficere ad salutē sine operibus bonis: & etiā cum operibus malis: qđ est falsum: quia fides sine operibus mortua est. illi etiā qui sunt baptizati: si reuertant ad pristina uitia grauius peccāt: q̄ āte: qa uident contemnere gratiā baptismalem: ideo dicit: nolite errare etc. & patet littera ex dictis. hoc excepto: neq; molles. ē autē molicies quedā species peccati contra naturam q̄ aliqs seipsū polluit emissionē seminis in seipso procurando. Omia mihi hic remouet scđm errorē: ex hoc enī ꝙ dixerat res nō eē repetēdas in iudicio: posset aliqs cedere ꝙ hoc esset illicitū per omnē modū: ideo hoc excludit: & scđo causā dicti reddit: ibi: esca uentri. Circa primū dicit omia mihi licēt id ē licitum est mihi omia mea in iudicio repetere: cū nō sit prohibitū diuina lege nisi in casu ut predictū est. uel istud dictū Apostoli potest rrferri ad potestatem accipiendi sumptus ab illis quibus predicabat: uel etiā ad potestatē utēdi cibis indifferēter. q. d. Apostolus: licet omnia ista sint mihi licita absolute loquēdo tamen in casu sunt dimittenda: ideo subdit: non tñ expediūt. dicit autem expedientis: ꝙ sine impedimento potest fieri: & nō expediens qđ prestat impedimentum ad consecutionē finis intenti. predicta uero sunt huiusmodi in casu ut quādo ꝑ hoc turbat pax ad ꝓximū uel quādo dat occasio scandali infirmis & aliqñ male faciendi aliquādo etiā per hoc redigit homo sub alterius potestate ut quando repetit res in iudicio submittit se Iudici & scđm hoc subdit: sed ego sub nullius redigar potestate. magis enī uolebat sibi debitū dimittere. Esca uētri hic reddit causam quare predicta q̄ntis sint licita nō expediunt: per simile de uentre: q ē locus escarum in quo decoquit alimentū ut inde ad mēbra cetera deferat: & sic patet ꝙ esca debet uētri. & tñ aliquando nō expedit: sed: ē inocumentū sanitatis. & simile ē de predictis ut dictū ē. qa ꝑ re corruptibili nō ê sustinendū detrimentū in incorruptibili. ideo dicit. Esca uētri debet mō dicto. & uēter escis: ut eas decoquat. deus aūt & hunc & hāc destruet: qa licet post resurrectionē remaneat uenter homis q̄tum ad substātiā: nō tñ q̄tū ad officiū decoquēdi escam. Corpus aūt hic Apostolus reuertit ad increpandū uitiū fornicationis de quo supra fecerat mentionem. & ad hoc inducit quattuor ratiōes. prima sumit ex ordinatiōe diuina. aliqui enī ex hoc uitio se excusāt dicētes ꝙ utunt corpe suo ad actū institutū a natura: qđ excludit Apostolus dicens· corpus aūt nō fornicationi. i. nō ē ordinatū ad actū fornicādi sicut nec uenter ad utendū cibis mō indebito nec ad crapulam ita nec corpus laxari debet ad fornicatiōem que ē actus ꝛordinatus sed domio. i. finaliter ordinat ad seruiendū deo· quia corpus ē propter animam: ut habet. scđo de anima. Anima uero immediate ordinat ad deū. & sic deus ē finis corpis & dominus corpori. ſ. in q̄tū ipsum resuscitabit glorioſū. qđ declarat ꝑ resurrectionē

Xp̄i: que iam preceſſit: dicenſ deuſ uero dominū.ſ. Ieſum Xp̄m ſuſcitauit in corpore glorioſo. & noſ ſuſcitabit ut conformemur corpori claritati ipſiuſ: ſicut mēbra capiti. fornicatio uero ſtatū huiuſ impedit incorruptióiſ. Gal. ultio qui ſeminat in carne ſua metet corruptionē. ꝓpter qđ fornicatio ē uitāda. Neſcitiſ. hic ponit̄ ſecūda ratio que accipit̄ ex affinitate corporiſ hūani ad corpuſ Xp̄i cuiſ fideliſ efficitur mēbrum per baptiſmū & ideo horrendū eſt ꝙ fiat membrū meretriciſ per fornicationem: que eſt idem actuſ ſpecie ſc̄m naturā cum actu matrimoſali: per quē & uir & mulier effi/ ciuntur una caro. Geñ. ſecūdo. & hoc eſt ꝙ dicit: neſcitiſ quia corpora ueſtra mēbra Xp̄i ſunt? per baptiſmum. quaſi diceret ſcire debetiſ: tollenſ ergo membra Chriſti. i. ſubtrahenſ me ab ipſo. faciam membra meretriciſ? per concubitū carnalem. abſit. q. diceret hoc eſt horrēdum. an neſcitiſ? q. d. ſcire debetiſ quoniā qui adheret meretrici per fornicationiſ actū unum corpuſ efficit̄ cū ea. q. d. ſic. qđ ꝓbat ꝑ ſcripturā Geñ. ſc̄do erūt inquit duo in carne una. qđ dicit̄ de actu matrimoniali. & ſimile ē de actu fornicario ut dictum eſt: licet non in toto. qui autem adheret deo per fidem & amorē unuſ ſpirituſ eſt. nō ſc̄m rem ſed ſc̄m affectionē. Fugite fornicationem. hic ponit̄ tertia ratio que accipitur ex corporiſ inquinatione que non ſic eſt in aliiſ uitiiſ. hoc enim uitium redundat ad corpuſ per aſpectum impudicum. per auditum & loquelam turpium. & poſtea per totiuſ corporiſ tactum immundū. propter qđ fornicatio ē ui/ tanda. huiuſ autem rationiſ primo ponit concluſionem dicenſ. fugite fornicationē. qa hoc uitium non uincit̄ niſi per fugam. in aliiſ aūt uitiiſ quanto pluſ deſcēdit homo ad cogitandū particulareſ conditioneſ: tanto pluſ inuenit unde peccatū ſibi diſpliceat. & ſe retrahat. In fornicatione uero quāto pluſ deſcendit ad cogitandū particulareſ delectationeſ in oculiſ tactibuſ & cōſimilibuſ tanto pluſ inualeſcit temptatio. propter quod uitium hoc uincit̄ occaſioneſ & cogitationeſ fugiendo. & ſubditur fugiēdi ratio cū dicitur: omne enim peccatum quodcūq; fecerit homo: extra corpuſ eſt: alia enim peccata communiter inficiūt ſolam animā. quia nō perficiūtur in delectatiōe corpiſ ſicut auaritia. odium inuidia: & huiuſmodi ſed fornicatio non ſolum animā ſed etiam corpuſ ſquinat. quia perficitur in delectatiōe corporali in tantū qđ pro tūc abſorbet̄ ntellectuſ & efficitur homo quaſi equuſ & muluſ. gula uero licet perficiatur in de/ lectatione corporiſ: illa tamē delectatio non eſt ita uehemenſ ꝙ abſorbeat intellectū poteſt tamen dici ꝙ cum Apoſtoluſ dicit omne peccatum eſſe extra corpuſ preter fornicationem ſub fornicatione intelligit gulam: eo ꝙ gula preparat luxurie mate/ riam ſicut ſub arte nauifactiua que ligna dolata compaginat: intelligitur arſ do/ latiua lignorū: quia preparat ſibi materiam. An neſcitiſ? Hic ponit̄ quarta ratio que accipitur ex ſancti ſpirituſ dignitate qui habitat in renatiſ per gratiam baptiſmalē & ſic corpora eorum ſunt quodāmodo ſpirituſſancti templū. quia uiuificant̄ ab anima ſpūſancto inhabitata & hoc ē ꝙ dicit: an neſci tiſ etc. & patet ex dictiſ littera uſq; ibi: & nō eſtiſ ueſtri. i. ueſtri iuriſ: ſed Xp̄i cuiuſ ratio ſubdit̄: empti. n. eſtiſ p̄cio magno ſcilicet Xp̄i ſanguine precioſo reſ enī empta pertinet ad iuſ emptoriſ ideo concludit glorificate ergo & portate deum in corpore ueſtro ꝙ fit quando corpuſ mācipatur diuino obſequio ſicut equuſ portat dominū ſuū quando eiuſ obſequio mancipat̄. taliſ aūt mācipatio diuiniſ obſeqiſ exigit mūdiciā caſtitatiſ. & ꝑ cōſequēſ fugā fornicatiōiſ.

DE quibuſ aūt ſcripſiſtiſ: Poſtq̄ Apoſtoluſ inſtruxit Corinthioſ . VII. de uitando foraicationiſ uitia: Hic conſequenter inſtruit eoſ de matrimonio: & diuidit̄ in duaſ parteſ: quia primo inſtruit matrimonium cōtrahenteſ. Secundo ipſum pro meliori bono fugienteſ. ibi de uirginibuſ aūt: Prima adhuc in duaſ quia primo

inſtruit eoſ de matrimonio contrahẽdo: ſcđo de ipſo nõ diſſoluẽdo: ibi hiſ aũt. Circa primũ ſciendũ: ꝙ aliqui zelum habentes ſed nõ ſcđm ſcientiam: in deteſtationẽ for/nicatiõiſ etiam matrimoniũ condemnabant. & aliqui faciebant hoc ex hypocriſi: ut magiſ eis tanq̃ ſanctioribuſ crederẽt. & idem fiet circa finem mũdi: primo Timo. iiii: prohibentiũ nubere etc. hoc aũt uidebãt durum fidelibuſ Corinthiſ: ideo ſuper hoc ſcripſerũt Apoſtolo. ad qđ hic reſpondens primo oſtendit quid ſit perfectioniſ. ſcđo quid ſit neceſſitatiſ: ibi propter fornicationem. Circa primum dicit: de quibuſ autem ſcripſiſtiſ mihi circa matrimoniũ bonũ ẽ homi. id ẽ perfectũ: mulierẽ nõ tangere. ſed ſimpliciter continere. circa quod conſiderandũ ꝙ ſicut uiſ nutritiua ordinat̃ ad cõſer/uationem indiuidui: ita uiſ generatiua ad conſeruationem ſpeciei. & ideo ſicut dici nõ poteſt ꝙ bonũ ſit homini q̃tum ad indiuiduũ alimẽto nõ uti: ita nõ põt dici: ꝙ bonũ ſit homini q̃tum ad ſpeciem: non tangere mulierem. ſed hoc eſt bonũ homini quãtũ ad indiuiduũ. & primo ratione anime: que per hoc eleuatur ad cognitionẽ ueritatiſ. unde dicit Auguſtinuſ ſcđo. ſoliloquiorũ nihil ſic deiicit ab actu ueritatiſ cognoſcẽde: ſicut tactuſ iſte corporũ ſine quo uxor haberi nõ poteſt quia tenẽt ei reddere debitũ peractũ carniſ in quo abſorbẽt intellectuſ. unde & populo legem diuinã accepturo preceptũ fuit Exo. xix. ne apropinquetiſ uxoribuſ ueſtriſ. Scđo ratione corporiſ qđ p matrimonium ſubiicitur perpetue ſeruituti cõiugiſ. uir enim nõ habet poteſtatẽ ſui corporiſ: ſed uxor. nec ſimiliter uxor ſed uir. ut habẽt infra eodẽ ca. ſeruituſ aũt de ſe eſt amara. Tertio ex parte rerum exteriorũ: quarũ occupationi & ſollicitudini multũ implicat matrimoniũ: quia oportet prouideri de neceſſariiſ non ſolum pro ſe ſed etiam pro uxore. & liberiſ. Propter fornicationem hic conſequenter oſtendit qd ſit neceſſitatiſ. & primo quãtum ad matrimoniũ contractũ: ſcđo quantũ ad eiuſ uſum ibi: uxori. Circa primũ ſciendũ ꝙ uiſ generatiua ordinatur ad conſeruationẽ ſpeciei per filiorũ generationem. ad quod opuſ mulier data eſt in adiutoriũ uiri propter qđ prima neceſſitaſ inſtituendi matrimoniũ fuit ꝑpter procreationem proliſ. Geñ. ꝑmo maſculũ & feminã creauit eoſ. benedixitq; eis & dixit creſcite & multiplicami etc. ſed hec neceſſitaſ fuit maxime circa inſtitutionem generiſ hũani: quãdo oportebat mul/tiplicari populũ dei per generationem carnalem. & ideo Apoſtoluſ conſiderans genuſ humanũ tã ſic multiplicatũ & populũ dei ꝑ regenerationẽ ſpiritalẽ multiplicandũ Io. tertio niſi quiſ renatuſ fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non põt introire regnum dei: ideo Apoſtoluſ hic ꝑtermiſit hanc neceſſitatẽ qua matrimoniũ fuit inſtitutũ in officiũ nature. & ponit ſcđam neceſſitatem qua iſtitutũ eſt in remediũ culpe in renatiſ enim per baptiſmũ remanet adhuc cõcupiſcẽtia carniſ & maxime ad actuſ uenereoſ ꝑpter uehementiã delectationiſ. licet aũt maioriſ perfectiõiſ ſit hãc cõcupiſcentiã ſuperare totaliter per cõtinentiã: tamẽ hec perfectio nõ poteſt in omnibuſ eſſe ſed in paucio/ribuſ ꝑpter ꝑnitatẽ ad conſequendũ cõcupiſcentiã ũde dicit Saluator Mat. xix. nõ omneſ capiũt uerbũ hoc. ideo neceſſe ẽ ut partim cõcupiſcentie cedat̃. & ꝓi ſupetur qđ fit dũ actuſ generationiſ ratiõe ordinat̃. & ſic homo non totaliter cõcupiſcentia ducit̃. ſed magiſ concupiſcentia ſubdit̃ rationi. habet aũt hoc ratio naturaliſ: ꝙ homo ſic utatur actu generationiſ: prout cõuenit generationi & educationi filiorũ. unde & in brutiſ animalibuſ hoc inuenit̃: ꝙ in illiſ ſpeciebuſ animaliũ in quibuſ ſola femia nõ ſufficit ad educationẽ proliſ maſculuſ cũ femia nutrit prolem. ad hoc aũt requiritur ꝙ maſculuſ ꝑpriam prolẽ cognoſcat. ꝑpter quod in omibuſ talibuſ animalibuſ na/turaliter eſt indita maſculiſ ſollicitudo de certitudine proliſ: ut patet in turturibuſ. & colũbiſ. & huiuſmodi. & ſic nõ ſunt in eiſ uagi cõcubituſ ex quibuſ incertitudo proliſ

ſequereť. ſed determinatuſ maſculuſ determinate femine cõiungiť ſaltẽ uſq; ad ꝓlſ eductionẽ factã. in canibuſ aũt & huiuſmõi ubi ſola femía nutrit ꝓlẽ ſũt cõcubituſ uagi. nũc autẽ ita ẽ ꝙ in ſpecie hũana maxíe requirit maſculuſ ad ꝓlſ nutrimentũ que multo diutiuſ ẽ mualida ad querendũ ſibi neceſſaria q̃ in aliſ animalibuſ. Et non ſolũ ꝓpter filiorũ nutritiõem requirit maſculuſ: ſed etiã ꝓpter inſtructionẽ. ad quã requirit adhuc magiſ tẽpuſ: ũde Hebre. xii. patreſ qdẽ carniſ noſtre habuimuſ eruditoreſ etc. ꝓpter qđ ratio naturaliſ dictat ꝙ in ſpecie hũana nõ ſint uagi cõcubituſ & incerti: cuiuſmõi ſũt cõcubituſ fornicarii. ſed ſint determinati uiri ad determinatã feminã. que determíatio fit per matrimonii legẽ: ideo dicit Apoſtoluſ: ꝓpter fornicationẽ autem. ſ. uitandã in illiſ qui nõ poſſũt cõtinere: unuſqſq; uxorẽ ſuã habeat ad quã determíate accedat. & ipſa ad eũ. & ſic tolluntť cõcubituſ uagi. Vxori Hic cõſequẽter ꝓſequitť de uſu matrimonii. & diuiditť in duaſ ꝑteſ: qa ꝑmo agit de debiti redditiõe. ſcđo de eiuſ intermiſſione ibi: & iterũ. Circa primũ dicit: uxori uir debitum reddat. per carnalem copulã. & ſimiliter econuerſo. qa hic ẽ uſuſ matrimonii in quo uir & uxor ad paria iudicantť. ꝓpter qđ mulier de latere uiri formata fuit non de capite. nec de pedibuſ. & rationẽ huiuſ debiti ſubdit. d. mulier ſui corporiſ poteſtatẽ nõ habet: etc. qa unuſ cõiugũ nõ põt cõtinere altero inuito. uel alteri ſe tradere ad generatiõiſ actũ. ſed adinuicẽ debẽt uſũ ꝓpriu corporiſ: q̃tũ ad hũc actũ ípedimẽto legittimo ceſſãte. Nolite Hic cõſequenter agit de debiti intermiſſiõe. & ſcđo de eiuſ reiteratione ibi: & iterũ. Circa primũ ſciendũ ꝙ actuſ cõiugaliſ bene ẽ aliquãdo intermittẽduſ maxíe ſacriſ tẽporibuſ ut cõiugeſ meliuſ uacẽt ſpiritalibuſ. & hoc eſt: qđ dicit: nolite fraudari iuitẽ ſubtrahẽdo uſũ corporiſ propriu ei cui debetť: niſi forte ex cõſenſu utriuſq; ad tẽpuſ: ut uacetiſ orationi que ẽ eleuatio mẽtiſ in deũ. menſ autem deprimitť per carnalẽ actũ. etiã in matrimoío. Et iterũ: Hic cõſequẽter agit de reiteratiõe actuſ cõiugaliſ. & diuiditť in duaſ ꝑteſ. qa primo circa hoc dat ſuũ documentũ ſcđo declarat dictũ ibi: hoc aũt dico. Circa primũ dicit: & iterũ reuertimini in idipſũ ſcilicet ad reddendũ debitũ finito tẽpore orationiſ. ſcđm ꝙ dicitť Eccleſiaſteſ. iii. tẽpuſ ãplexãdi. tẽpuſ lõge fieri ab ãplexibuſ. ne tẽptet uoſ Sathanaſ de adulterio: ꝓpter incõtinentiã ueſtrã. & ꝓnitatẽ ad actũ carniſ. Hoc aũt dico: hic maífeſtat dictum ſuũ: & ꝑmo oſtẽdit in quo ſenſu accipi debeat. ſcđo ad hoc rationẽ aſſignat: ibi: uolo aũt. tertio exponit qđ dixerat: ibi: dico aũt. Circa primũ ſciendũ ꝙ aliqſ poſſet capere dictũ Apoſtoli de reiteratiõe debiti tanq̃ neceſſariũ ad ſalutẽ: qđ nõ intellexit: ideo dicit. hoc aũt dico ſcđm indulgentiã. & nõ ſcđm Impiũ. i. nõ cadenſ ſub ꝓcepto tanq̃ ad ſalutẽ neceſſariũ. poſſẽt etiã cõiugeſ de communi cõſenſu ſimpliciter cõtinere ſed uideť hic Apoſtoluſ ípropríe loqui. d. hoc aũt dico ſcđm indugentiã qa indulgentia nõ ẽ niſi de malo. actuſ uero matrimoíaliſ: nõ ẽ maluſ. Ad qđ dicẽdũ ẽ: ꝙ indulgẽtia hic accipitť pro ꝓmiſſiõe. ꝓmiſſio aũt fit dupliciter uno mõ de minori malo ad uitandũ maiuſ malũ: ſicut Moyſeſ permiſit libellũ repudii ad euitandũ uxoricidiũ. Mat. xix. & taliſ permiſſio nõ fit in Euãgelio ꝓpter eiuſ ꝑfectionẽ Hebre. vi. ad perfectum feramur. in ueteri lege facta fuit ex eiuſ impfectiõe Hebre. v. nihil ad ꝑfectũ adduxit lex. Alio mõ fit permiſſio de míori bono per hoc ꝙ maiuſ bonum nõ ꝓcipitur & ſic ẽ in ꝓpoſito. Ex hoc enĩ ꝙ Apoſtoluſ uirginitatẽ nõ ꝓcipit ídulget matrímoniũ põt etiã aliter ſoluí: ꝓut indulgẽtia reſpicit malũ. Circa qđ ſciẽdũ ꝙ actuſ cõiugaliſ ẽ aliquãdo ſine culpa: ut cũ ordinať ad prolẽ procreandã ad cultum dei uel cum fit cauſa reddẽdi debitũ: qa primo ẽ actuſ religiõiſ. ſcđo iuſticie. & ſi fiat ex caritate nõ ſolũ ẽ ſine culpa: ſed etiam meritoriuſ. quia omíſ actuſ uirtutiſ factuſ ex caritate eſt

meritoriuſ. Si uero actuſ matrimoialiſ exercet ad ſatiſfaciendū cōcupiſcentie: tunc habet culpā ānexā uenialem: quādo cōſiſtit intra limiteſ matrimoialeſ. mortalē uero quādo nō cōſiſtit: utpote qa uxore utit mō indebito. uel quādo eque libēter aliam cognoſceret. primo mō actuſ matrimoialiſ nō reqrit indulgentiā ſed premiū. ſecūdo mō habet indulgentiā in q̄tum cōſentienſ cōcupiſcentie ſue in uxore tñ & nō in alia nō fit reuſ peccati mortaliſ. ſed tantum uenialiſ. tertio mō indulgentiā nō habet quia reuſ eſt peccati mortaliſ. Volo aūt. Hic cōſequēter Apoſtoluſ aſſignat rationem ſui dicti & p̄mo eiuſ qđ dixerat: nō ſcđm impiū: ſcđo eiuſ qđ dixerat: ſcđm indulgētiā ibi unuſqſq; aūt. Circa primū ſciēdū q̄ nulluſ ſapiēſ p̄cipit contra illud: qđ uult. matrimoniū aūt cōtrahere & uti cōtracto cōtrariat uirgitati: niſi cōtrahēſ certificatuſ fuerit: q̄ actuſ matrimoialiſ ab eo nō exiget: ſicut fuit de beata uirgine. uirginitatē aūt uolebat Apoſtoluſ: ideo benedicit: uolo aūt omneſ eē ſicut meipſū. i. ipſoſ uirginitatē ſeruare. fuit. n. Apoſtoluſ uirgo: ūde in eiuſ decollatione in teſtionū uirginitatiſ fluxit lac de eiuſ corpore. q. & loquēſ de matrimoio & eiuſ actu p̄pter hāc uolūtatē nō fuit locutuſ ſcđm impiū Sed uidet q̄ uolūtaſ Apoſtoli nō fuerit rationabiliſ: quia ſi omneſ a tēpore eiuſ fuiſſent cōtinētes extūc ceſſaſſet generatio hoīm. & ſic nō fuiſſet cōpletuſ numeruſ electorū. Ad hoc dicunt aliq: q̄ reuelatū fuerat Apoſtolo q̄ ſi oēſ a ſuo tēpore cōtinerēt: ſufficerēt ad implēdū numerū electorū. Sed hoc dictū nullū habet ſcripture nec rationiſ fundamētū. p̄pter qđ dicendū q̄ Apoſtoluſ uolebat hoc uolūtate antecedēte. ſed nō uolūtate cōſequente: ſicut prima Timo. ca. ii. dicitur: q̄ deuſ uult omneſ homineſ ſaluoſ fieri. ſ. uoluntate ātecedente. nō tñ omneſ ſaluant: qa nō uult hoc uolūtate cōſequēte. Dicit autē uolūtaſ antecedēſ qua aliquiſ uult aliqd abſolute: & nō in generali tanq̄ meliuſ ſimpliciter cōſequēſ uero que uult aliqd cōſideratiſ cōditionibuſ p̄priiſ & circūſtantiiſ. primo mō uult homo mercēſ ſuaſ ſeruare: quādo in piculo poſituſ pro ipſiſ p̄icit eaſ in mare. & hoc modo cōſideratiſ meritiſ & demeritiſ hoīm deuſ uult tantū aliquoſ ſaluari. & aliquoſ cōdemnari. licet uelit omneſ ſaluari in quodā generali in q̄tum omneſ ſunt ad imaginē ſuam facti. & beatitudiniſ capaceſ. & eodē mō Paulus Apoſtoluſ uolebat omneſ continenteſ eſſe. in quantum cōtinentia maiuſ bonū ē q̄ matrimoniū. cōſiderata tñ fragilitate hominū uolebat aliquoſ matrimoio iūgi. unuſqſq; aūt hic cōſequēter aſſignat rationē q̄re de matrimoio cōceſſo dixit ſcđm indulgentiā. ſ. qa qlibet nō ē tante uirtutiſ: qđ poſſit cōtinere: & hoc ē qđ dicit. ſed unuſqſq; habet p̄priū donū ex deo: aliuſ qdē ſic. ſ. ut poſſit cōtinere aliuſ uero ſic: i. q̄ poſſit caſtitatem maritalē cuſtodire: & in ea deo ſeruire. ūde Mat. xxv. dicit de Xp̄o: ſub parabola homiſ p̄egre perficiſcentiſ q̄ uocatiſ ſeruiſ ſuiſ tradidit illiſ bona ſua & unicuiq; ſcđm p̄priam uirtutem. Dico autem hoc quod obſcure dixerat: magiſ declarat. d. dico autē non nuptiſ. i. uirginibuſ & uiduiſ: bonū ē illiſ: ſi ſic permāſerint ſicut ego. i. cōtinēter uiuēdo. quia ſi nō cōtinent. i. ſi donū cōtinendi nō acceperit a deo: nubāt matrimoniū cōtrahēdo. meliuſ ē nubere q̄ uri. i. q̄ concupiſcentia ſuperari. cōcupiſcētia enī quidē ignis ē & ideo qui ab ipſa impunat: caleſcit: q̄ aūt ſupat: per incōtinentiā urit. Et conſiderandū q̄ Apoſtoluſ hic utit cōparatione abuſiua. quia concupiſcentia uri malū ē ſimpliciter. nubere aūt bonum. minuſ tamē q̄ cōtinere. eſt igit ſenſuſ: meliuſ ē etc. magiſ eligibile eſt: q̄ homo minuſ bonū habeat q̄ q̄ malū incurrat. His aūt hic inſtruit eoſ qui matrimonio iuncti ſūt de ipſo nō diſſoluendo. & diuidit in duaſ parteſ: qa primo facit propoſitū. ſcđo occaſione eiuſ dat generale documentum ibi: ut unumquodq; prima adhuc in duaſ: quia primo agit de indiſſolubilitate matrimonii quādo uterq; cōiugū ē fideliſ. ſcđo quādo alter ē īfideliſ

habuero. tertio ꝙ nec ea que pertinent ad operatiõem ibi. & si distribuero: & per hec tria dona intelligit alia. dicit igitur: si linguis hominum loquar. id est oim hoim per donum linguarum & angelorum: Circa quod sciendũ ꝙ in angelis est duplex cognitio una est qua uident diuinam essentiam & de illa unus non docet alium: quia omnes immediate uident eam. Alia uero cognitio est in eis de aliis: & hec est duplex una de mysteriis diuine ꝓuidentie exequendis & de his supiores docent inferiores. & loquunt eis & non econuerso. Alia est de conceptibus propriis. & sic etiam inferiores docent superiores. & loquuntur sicut econuerso. Considerandum etiam ꝙ in angelis ẽ aliquid naturaliter notũ alis & ideo quando illud naturaliter notum ab uno ãgelo ꝓponit seu ordinatur ad manifestandum alteri id quod est occultum: tũc est locutio ãgelica que quidem ordinatio dependet ex uoluntate angeli proponentis uel ordinantis. & sic potest loqui uni & non alteri. potestas igitur hoc faciendi dicitur angeli lingua: per hoc intelligitur: ꝙ donum locutionis quantuncunq; excellentis non ualet: sine caritate: ideo subditur. factus sum sicut es sonans: aut cymbalum tinniens. sonus autẽ talium quantumcunq; sit desertus non tamen est uiuus sicut autem corpus uiuit per animam qua caret es & cymbalum sic anima spiritaliter uiuit per caritatem propter quod omnis locutio que est sine caritate: mortua est: es autem eo ꝙ est planum ex una percussione reddit simplicem sonum. ideo significat eos qui ueritatem simpliciter annunciant. Cymbalũ autem eo ꝙ est concauũ ex una percussione multiplicat sonũ ideo significat eos qui ueritatem multipliciter annunciant adducendo plures similitudines & eliciendo multas conclusiones & huiusmodi. Et si habuero hic consequenter idem ostendit de tonis pertinentibus ad cognitionem dicens. & si habuero prophetiam per quam occulta diuinitus reuelantur primo Petri. primo. non uoluntate humana allata est aliqñ prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. etc. & nouerim mysteria omnia id est diuinitatis occulta que pertinent ad sapientiam supra capitulo secundo. loquimur dei sapientiam in mysterio que abscondita est. Et omnem scientiam siue diuinitus datam ut Apostoli habuerunt: siue humanitus acqsitã ut Philosophi & si habuero omnem fidem id est perfectam fidem ita ut montes trãsferam: ex hoc obiciunt aliqui ꝙ nulli sancti habuerunt fidem perfectam quia non legitur aliquis eorum montes transtulisse. sed hoc nõ ualet: quia manifestatio spiritus per miracula datur ad utilitatem Ecclesie ut dictum est. propter quod sancti fecerũt miracula prout utilitati Ecclesie competebat. & si competens fuisset montes transtulissent: quia maiora fecerunt: mortuos suscitando cecos illuminando. & huiusmodi que fieri non possunt nisi uirtute diuina. translatio uero montium posset fieri uirtute demonum si dimitterentur proprie uirtuti. caritatẽ autem non habeam nihil sum scilicet quantum ad esse gratie. Sciẽdum autem ꝙ Apostolus hic loquitur de sapientia & scientia prout sunt gratie gratis date quia haberi possunt sine caritate sicut prophetia & fides non autem prout scientia & sapientia computantur inter septem spiritus dona. que sunt inseperabiliter annexa caritati. Et si distribuero hic consequẽter idẽ ostẽdit de bonis pertinentibus ad operatiõem dicens: & si distribuero. id est pluribus diuisero quia pietas ad plures se ostendit. omnes facultates meas. per hoc tãgitur perfecta pietas Mathdecimonono Si uis perfectus esse: uade & uende uniuersa que habes: & da pauperibus. etc. Inter autẽ opera uirtutis que sũt ad proximum pro principali ponit opera pietatis: quia sicut dicitur prima Timothe. quarto. pietas ad omnia utilis est: promissionem habens uite que nunc est: future. & si tradidero corpus meum etc. inter omnia que sustinet homo propter deum martyrium est potissimum & maxie quando

quis offert se uolútarie ꝓpter quod hic exprimit̃: cum dicitur: & si tradidero corpus meum offerendo me uoluntarie propter Christum: ita ut ardeam: quod ẽ martyrii genus acerbissimum caritatẽ autem non habuero nihil mihi prodest ad consecutionẽ uite: quia caritas dirigit opera ad finem ultimum propter quod ipsa sublata deficiunt ab illo fine. Caritas patiens est hic consequenter ostendit eminentiam caritatis quantú ad utilitatem quia ꝑ ipsam omnia implentur uirtutis opa. & primo hoc ostenditur in duobus actibus generalibus uirtutis cum dicitur: caritas patiens ẽ. omnis enim actus uirtutis cõsistit in hoc ꝙ aliqs bene sustinet illata sibi mala: uel in hoc: ꝙ bene operat̃ bona quantú ad primú dicitur: caritas patiens est. q̃tum ad secundú benigna est. id ẽ facit patientem in malis tolerandis. & benignum in bonis operãdis. benignitas enim dicitur quasi igneitas bona: qđ fit quãdo ex igne caritatis animus bonus sic liquescit ꝙ bona habita non sibi soli retinet: sed ad alios extendit. Non emulatur hic conse/quenter magis explicat in speciali opera uirtutum que per caritatem efficiuntur. & diuiditur in duas partes. quia primo ostendit qualiter caritas facit uitare malú. scđo qualiter facit agere bona ibi: congaudet. Circa primum sciendum est ꝙ homo non agit malum contra deum sic ꝙ ei noceat: sed sibi & proximo bene nocet. primo igitur ostendit ꝙ caritas facit uitare malum contra proximú. & hoc malum aut ẽ in affectu quando quis dolet de bonis proximi: & de malis eius gaudet: quod fit per inuidiã quã remouet caritas. quia contrariatur ei directe: ideo dicit: nõ emulatur id est nõ inuidet habet enim emulari plures significationes que continentur in hoc uersu
Emulor inflatur amat inuidet ac imitatur:
Vel malum contra proximum est in effectu & sic dicitur de caritate non agit ꝑpertã id est peruerse. non inflat̃. scđo hic ostendit quare caritas facit uitare malum hois in seipsum primo quia remouet inordinatiõem superbie que ẽ prícipiú omnis mali. d. non inflatur. qa caritas excludit timorem superbie. inflatus enim habet magnitudinẽ apparentem. & nõ existentẽ. sic superbus uidetur sibi magnus cũ tamẽ nõ sit secundú ueritatem. & quoniam ambitio est filia superbie. ideo consequenter dicit de caritate: nõ est ambitiosa. i. facit ambitionem uitare. scđo remouet inordinationẽ cupiditatis: & quantú ad hoc dicitur: non querit que sua sunt: repetendo cũ scandalo. tertio qa remouet inordinationem ideo dicitur: non irritatur id ẽ non prouocat̃ ad iracundiã quarto remouet inordinationem electionis que est in mente ideo dicitur: non cogitat malum id ẽ nõ permittit hominẽ cogitare qualiter ꝑficiat malum in opere. nõ gaudet super iniquitate id nõ permittit peccare ex electiõe uel certa malicia que faciunt de malo gaudere. Prouer. ii. letantur cum malefecerint. & exultant in rebus pessimis. de quibus caritas magis facit lugere. Congaudent hic consequenter ostendit̃ qualiter caritas facit operari bonum & primo quo ad proximum cũ dicitur: congaudet autem ueritati scilicet proximi que triplex est scilicet ueritas uite doctrine & iusticie. omnia suffert infirmitates proximi caritatiue supportando scđo facit operari bonum erga deum. quod fit per uirtutes theologicas ideo dicitur: omnia credit que tamen sunt di/uinitus tradita a quo non potest tradi falsum cum prima sit regula ueritatis credere omnia que traduntur ab homine: leuitatis est. unde Pro. xiiii. innocens credit omni uerbo. ideo innocentia accipitur ibi pro defectu sensus. omnia sperat diuinitus ꝓmissa & ne spes frangatur propter dilationem subditur: omnia sustinet per longanimitatẽ exꝑectando promissa. Caritas autem non excidit: hic consequenter ostendit excel/lentiam caritatis respectu aliorum donorum quantum ad permanentiã: & diuidit̃ in duas partes: quia primo proponit hanc permanentiã. scđo probat eam ibi ex ꝑte.

Circa primum dicit: caritaſ nunq̃ excidit: quod aliqui male intelligenteſ dixerunt: ꝙ caritaſ ſemel habita non pōt amitti. quod eſt falſū. quia dicit̃ Apo. ſecundo caritatē tuam primā reliquiſti ideo ſic intelligitur dictum Apoſtoli caritaſ nunq̃ excidit. id ē utenſ caritate. quia ſic habenſ caritatem non peccat. nec cōuertitur a deo & hoc mō intelligitur illud infra. Io. tertio. omniſ qui natuſ eſt ex deo non peccat ſcilicet mg̃tum natuſ eſt uel utenſ gratia in hac natiuitate data Item dicta ſententia illorum nō cō/ uenit intentioni Apoſtoli quia non loquitur hic de ceſſatione ſpiritalium donorum ꝑ mortale peccatum. ſed de ceſſatione donorum pertinentium ad hanc uitam ꝑ gloriā ſuperuenientem. & hoc modo caritaſ non excidit: quia ſicut eſt in uia ſic permanebit in patria: cum argumento. ſiue prophetie euacuabunt̃. prophetia enim eſt reſpectu futuri. ſtatuſ autem patrie futurum non expectabit. ſed erit ibi finale complementū omnium. & ſic prophetia non habet ibi locū. Item quia prophetia eſt cognitio enig/ matica que ceſſat in patria: ubi eſt clara cognitio ſiue lingue ceſſabunt: quod non eſt intelligendum de corporalibuſ linguiſ quia ſancti reſurgent in integritate corporiſ. ſimiliter hec ceſſatio non eſt intelligenda quantum ad uſum linguarum quia ibi erit lauſ uocaliſ: ſc̃m ꝙ glo. dicit ſuper illud pſal. c. xlix. exultatiōeſ dei in guttere eoꝝ ſed intelligendū eſt de dono linguarum quo aliqui in primitiua Eccleſia linguiſ uariſ loquebantur Actuum ſc̃o. ꝙ tunc ceſſabit quia quilibet quācunq; linguarū ītelligit propter quod non erit neceſſarium loqui uariſ linguiſ. In primo etiam ſtatu generiſ humani erat unuſ populuſ & unum labium omnium. Gene. xi. & multo magiſ uidebit̃ ſic fore in ultimo ſtatu conſummationiſ omnium. ſine ſcīētia deſtruetur. ſcilicet ſcīētia hic acquiſita. non tamen quo ad ſpecieſ intelligibileſ uel quo ad habitum. ſed quo ad actum modernum qui eſt per conuerſionem ad phantaſmata. tali uero conuerſione non indiget anima ſeparata. Ex parte hic conſequenter probat propoſitum. & ſc̃o cōcludit intentum ibi nunc autem. Circa primū facit talem rationem aduenīente per/ fectione tollitur imperfectio et appoſita. ſtatuſ autem glorie perfectiſſimuſ eſt ergo ipſo aduenīente tollūtur dona imperfectionem habentia. uel ſimpliciter uel quantū ad id quod eſt perfectioniſ omnia ſunt huiuſmodi preter caritatem: que eſt idem cū gratia gratum faciente. uel habet eam inſepabiliter ānexam. ergo in gloria tollunt̃ omnia alia ſimpliciter. uel ſc̃m quid. In iſta reſponſione ſic procedit: quia p̄mo ponit minorem. ſc̃o maiorem cum ſua declaratione ibi: cum autem uenerit. tertio minoriſ probationem ibi uidemuſ nunc. Circa primum dicit ex parte enim cognoſcimuſ id eſt imperfecta ē ſcientia noſtra que habetur in uia. & maxime illa que eſt de deo: ad quē ſe habet intellectuſ noſter ſicut oculuſ noctue ad lucem. ſc̃o. Met. & ex parte pro/ phetamuſ. i. imperfecta eſt cognitio prophetica eo ꝙ eſt enigmatica. & per iſta duo dona intelliguntur alia imperfecta excludenda. Cum autem hic ponit maiorem dicēſ cum autem uenerit: qđ perfectum ē: id ē ſtatuſ glorie qui eſt perfectiſſimuſ: euacua/ bitur quod ex parte eſt. i. impfectum qđ declarat per ſimile de ſtatu puerili ipfecto qui ceſſat aduenīente ſtatu uirili perfecto: dicenſ cum eſſem paruuluſ loquebar ut paruuluſ ſcilicet balbutiendo. & imperfecte ſapiebam ut paruuluſ approbādo aliqua que magiſ eſſent reprobanda. & ſimiliter reprobando que magiſ eſſent approbanda. cogitabam ut paruuluſ ſcilicet mala & inutilia. cum autem factuſ ſum uir euacuaui: que erant paruuli ſcilicet predicta & conſimilia perfectioni uirili non conuenientia Videmuſ nunc hic ponit minoriſ probationem ſcilicet ꝙ alia dona a caritate ſunt im/ perfecta dicenſ uidemuſ nunc per ſpeculum. ſenſibile enim cognoſcitur tripliciter: uno modo per ſui preſentiam in ſenſu: ſicut lux uidetur que recipitur in oculo ꝓpter

ſui diaphanei tatem. Alio modo nō per ſui preſentiam ſed per ſpeciē in ſenſu receptā tamen immediate a ſenſibili deriuatam. ſicut uidetur color· Tertio modo per ſpeciem nō deriuatam immediate a ſenſibili in ſenſu ſed in alio ſicut uidetur aliquid in ſpeculo Cōſimiliter de deo habet triplex cognitio naturalis uno modo per eſſentiam ſuā que ſoli deo conuenit. Alio modo per ſimilitudinem a deo immediate deriuatam in cognoſcente & hec cognitio conuenit angelo. cuius eſſe eſt quedam dei ſimilitudo per quam naturaliter cognoſcit deū. Tertio modo cognoſcitur a nobis quaſi in ſpeculo inātum per creaturas a nobis cognitas ſicut per ſpeculum ducimur in dei cognitiōem. ex ordine enim creaturarum & bonitate uenimus in cognitione ſapientie & bonitatis diuine ideo dicit: uidemus nunc ſcilicet deum per ſpeculū & in enigmate quia hec ſimilitudo ſcilicet creaturarum ad deum obſcura eſt & ualde imperfecta. & per conſequēs noſtra cognitio de deo in uia tunc autem id eſt in patria facie ad faciem. id ē clare. & nude uidebimus dei eſſentiam. nunc cognoſco deum expte id eſt obſcure & imperfecte. tūc autem ſicut cognitus ſum a deo ſicut enim cognoſcit eſſentiam noſtram ita tunc cognoſcemus ſuam. tamen iſtud ſicut non ſportat equalitatem cognitionis. ſed ſimilitudinē Si autem ex dictis arguatur: ꝙ caritas ſicut alia dona euacuabitur: quia nunc ē imperfecta: dicendū ꝙ non ualet: quia quādo imperfectio alicui conuenit ꝑ ſe euacuat aduenīente perfectione ſi autē inſit per accidens manet. ſicut imperfectio ē de ratiōe pueritie. non autem de ratione humanitatis ideo aduenīēte ſtatu uirili ceſſat puericia non autem humanitas cui per accidens competit imperfectio inquantum eſt in puero. imperfectio uero per ſe reſpicit ſcientiam noſtram & prophetiam ut predictum eſt. propter quod euacuantur. caritati uero competit imperfectio per accidens ſcilicet. propter imperfectionem cognitionis adiuncte. caritati enim competit per ſe in deum tendere. ſed quod nūc imperfecte tendit eſt per accidens propter cognitionis imperfectionem ut dictum eſt. propter quod manet aduenīente cognitione perfecta. Núc aūt hic conſequenter concludit concluſiōem principaliter intentam. ſcilicet ꝙ caritas excellit omnia alia dona dicens nūc aucem. id eſt tempore uie manent fides. ſpes. caritas. tria hec & per iſta duo ſcilicet fidem & ſpem intelliguntur alia dona de qbus nō facit expreſſe mentionem: que ſunt euacuāda in patria. maior autem borū ē caritas fides enim & ſpes ſunt excellentiora ceteris donis euacuandis quia ſunt uirtutes Theologice que danē nobis ad coniūgendum nos deo. alia uero dona ſūt quedā diſpoſitiōes nobis date ut reddamur bene mobiles a ſpiritu ſancto. & ſic ordinantur ad uirtutes Theologicas ut ad fines & ex hoc ſequitur ꝙ ex quo caritas eſt maior fide & ſpe ꝙ ſit etiam maior ceteris donis qđ enim ē maius maiore eſt maius minore. .XIIII:

SEctamini caritatem. ſuperius Apoſtolus determinauit gratiarum gratis datarū conditionem Hic conſequenter circa eas ponit quādam comparationē oſtēdēs ꝙ prophetia ſit eminentior dono linguarum. Et ad euidentiam dicēdorum conſiderandum ꝙ ad prophetiam requiritur intellectuale lumen ad intelligendum uiſionis ſignatum. Pharao enim qui uidit ſpicas Gene. xli. & Balthaſar manum ſcribentem Dan. v. ille dormiens iſte uigilans non fuerunt Prophete proprie loquendo. quia nō habuerunt intellectum uiſionum. ſed Ioſeph & Daniel qui intellexerunt: ueri Prophete fuerunt. ſic igitur accipitur hic prophetare ſcilicet uiſiones ſibi & aliis factas ꝑ lumen intellectuale ſibi datum exponere. unde dicitur Dan. x. intelligentia opus eſt in uiſione. Sciendum etiam ꝙ in primitiua Eccleſia pauci erant: quibus imminebat predicare. propter quod deus dedit tunc dona linguarum multis de illis ut ſine impedimento exerceri poſſet officium predicationis. Corinthi uero tanq̄m curioſi magis

uolebant hoc donum q̄ propbetie. & ſic loqui lingua hic accipit̄ pro locutione non intellecta perfecte uel non explanata. ſicut gramaticus purus poteſt loqui ꝓphetias in latino: non tamen exponere. & ſc̄m hūc ſtellectum Apoſtolus prefert ꝓphetare loqui linguis. & diuiditur in duas parteſ: quia primo hanc eminentiam oſtendit. ſc̄o qualiter ſit utendū utroq; dono dicit: ibi quid ergo? primum oſtendit dupliciter. p̄mo rationibus ſumptis ex parte fidelium. ſc̄o ex parte infidelium ibi: fratreſ mei. prima adhuc in duas quia primo oſtendit propoſitum quo ad uſum linguarum in p̄dicando ſc̄o in orando ibi. nā ſi oratione prima adhuc in duas: quia primo probat propoſitū per ratiōem. ſc̄o per exempla ibi. nunc autem Circa primum continuat ſe primo ad precedentia dicens ſectamini caritatem. eo q̄ dixerat eam precellere cetera dona ca. precedēti. ideo ex illis quaſi concludendo dicit: q̄ pre ceteris debent caritatē ſectari. ueruntamen propter hoc quia non ſunt alia dona cōtemnenda ſubdit. emulamini ſpi/ritalia id eſt deſiderate ſeu amate alia dona: ut donum propbetie & linguarum. magis autem ſcilicet deſiderate: ut propbetetis: quia propbetia precellit donū linguarū. q̄d conſequenter probat duplici ratione. prima ponitur: cum dicitur: qui enim loquitur lingua id eſt diuerſa idiomata non hominibus loquitur id eſt ad utilitatem hominum ſicut dictum eſt ſupra. loqui lingua ſiue linguis ītelligitur locutio non intellecta ſicut aliquis ſimplex dicit horas canonicas. non tamen intelligit. uel non explanat. ſicut cū quis ſimplex intelligit tantum ſignificata uerborum. non tamen perfecte locutionis ſenſum quia neſcieret exponere. immo ad intelligēdum indiget doctore. & ideo donū linguarum non ſufficiebat ad exhortandum ſiue predicandum. ſed tantum ad orādū ideo ſubditur. ſed ex deo cum quo loquitur homo in oratione. nemo enim audit. id eſt intelligit. per talem locutionem ſenſuum in termino latentem. ſpiritus ſanctus autem loquit̄ myſteria id ſenſus latenteſ per donum propbetie reuelando. & ideo tale donū ſequitur edificatio Eccleſie: ideo ſubditur. nā qui propbetat. id eſt ſibi uel aliis reue/lata referat & explanat: hominibus loquitur. id eſt ad utilitatem hominum. ad edifica/tionem incipientium. exhortationem perficientium. & conſolationem lugentiū. Ex predict̄is formatur talis ratio: illud quod eſt ad honorem dei & utilitatem proximi eſt melius illo: quod eſt tantum ad honorem dei. propbetia uero eſt ad utrunq; donum linguarum ad honorem dei tantum: ut patet ex dict̄is: ergo etc. Qui loquitur: Hic ponitur ſecunda ratio: que talis eſt melius eſt illud: quo aliquis proficit ſibi & alius q̄m illud quo proficit ſibi tantum. ſicut eſt donum linguarum per ſe tantum acceptū. qa per hoc non poteſt alios inſtruere. & hoc eſt: q̄ dicitur. qui loquitur lígua ſemetip̄m edificat ſibi proficiendo. ſcripturas recitans orando uel ſtudendo. qui aūt ꝓphetat: ſcripturas referando & explanādo ſcripti uel uerbis Eccleſiam edificat. id eſt cōgre/gationem fidelium. & ne aliq̄s ex dict̄is crederet non eſſe curandum de dono linguaꝝ ideo remouet hoc dicens uolo autem. id ē deſidero uos omnes linguis loqui tanq̄ aliq̄d bonum. magis autem ſcilicet uolo propbetare quoniam melius eſt: ideo ſubditur. nam maior eſt etc. ſi tamen utrunq; donum per ſe ſumatur: ideo ſubditur: niſi forte inter/pretetur ſcripturas explanando q̄ pertinet ad propbetiam & ſic talis habet utrunq; donum ſcilicet linguarū & propbetie: q̄d eſt melius q̄ habere alterū tm̄ ceteris pibus Nunc autem hic conſequenter oſtendit propoſitū per exēpla & primo per exemplū ſui ipſius. d. nunc autē fratreſ ſi uenero linguis ad uos loquens. i. utēſ tantūmodo dono linguarū: q̄d habeo: quid uobis prodero? niſi uobis loquar. i. niſi uobis explanauero dicta mea? q. d. nibil. bec aūt explanatio pōt eē p̄mo circa diuina hoibus occulta que tm̄ ſcire neceſſe ē: uel expedit. & q̄tū ad hoc dicit: aut i reuelalatiōe. ſc̄o circa hūana

quorū cognitio ad ſalutem ē utiliſ uel neceſſaria. & q̄tum ad hoc ſubdit. aut in ſcīētia que proprie accipiendo ē de terreniſ. tertio circa futura cōtingentia. & q̄tum ad hoc dicit: aut in prophetia. quarto circa moralia. & quantū ad hoc ſubdit: aut in doctrina. Tamen: hic ponit ſecundum exemplum in rebuſ inanimatiſ. ſ. in inſtrumentiſ muſiciſ, que ſi ſonitū emittūt: neſcitur: quid canitur. ſed requirit determinatio ſoni per uariū tactum inſtrumēti: & hoc eſt q̄d dicit. tñ que ſine anima ſūt uoceſ dāteſ: hic accipit uox ſimilitudinarie tm̄ quia ꝓprie loquendo ſolum ē in animatiſ. ūde dicit. ſecundo de anima uox eſt percuſſio aeriſ reſpirati ab aſa ad uocalem arteriam cū imaginatiōe ſignificādi. & ſic accipit hic uox pro ſono cetera patēt uſq; ibi. & enim etc. ubi ponit aliud exemplum de tuba: que aliter ſonat inuitādo ad feſtum. aliter uocando ad cō/ ſilium. & aliter prouocādo ad bellum. ut habetur libro Nume. x. propter q̄d nulluſ preperat ſe ad bellum. niſi ſonet determinato modo ad hoc ſtatuto. & ſic locutio ling/ uarum non ualet ad edificationē niſi ſenſuſ eiuſ explanetur. & patet littera uſq; ibi ita & uoſ per linguam ſupple non proficietiſ Eccleſie niſi manifeſtum ſermonē dederitiſ id ē explanatū modo predicto. q̄d pertinet ad ꝓphetiā. ideo ſubdit: eritiſ. n. in aera loquenteſ. i. in uanum tam multa. ſ. idiomata & nihil ſine uoce eſt. i. ſine cognitione uociſ ſignificatiue & ſenſu locutiōiſ nihil ē cognitū ad utilitatē Eccleſie imo deriſibile eſt ſic loqui idioma ignorāti ideo ſubditur. ſi ergo neſciero uirtutem uociſ. i. eiuſ ſig/ nificationē ero cui loquor Barbaruſ etc. i. extranee loquēſ ſicut ſi aliquiſ ſcienſ horaſ canonicaſ & nō intelligēſ loquat alteri ſimiliter ignorāti. & ideo ſubdit: ſic & uoſ ne ſitiſ ſimileſ Barbariſ q̄d debetiſ uitare. & ratio ſubdit cū dicit quoniā emulatoreſ eſtiſ ſpirituū id ē amatoreſ donorū ſpiritaliū: querite ut abūdetiſ nō ſolū uerbo ſed magiſ intellectu ad explanationē uerbi: ꝓpter q̄d ſubdit. & ideo qui loquit lingua habēſ donū linguarū: oret ut iterpretet. i. ut a deo ꝓphetia ſibi det tanq̄ meliuſ bonū. Nā ſi orē: poſtq̄ oſtendit ēminentiā ꝓphetie reſpectu doni linguarū in p̄dicatiōe: hic cōſequenter idē oſtēdit in oratione. & p̄mo in oratiōe ſecreta. ſcd̄o publica ibi: ceteꝝ Circa primū facit talē rationē: oratio que reficit ītellectū & affectū uel nata ē refi/ cere: melior ē illa que reficit tm̄ affectū. ſic ē in ꝓpoſito: quia per donū linguaꝝ p̄ciſe ꝓferri poſſunt uerba oratiōiſ in quolibet idiomate. ſed nō intelligunt ſicut cū laicuſ dicit orationē dn̄icam uel aliq̄d huiuſmōi deuote. & tūc affectuſ eiuſ eleuat in deū & ſic reficit eiuſ affectuſ. nō tn̄ intellectuſ: qa nō intelligit que dicit. ſed quādo ītelligit reficit intellectuſ & affectuſ. intellectuſ igit locutioniſ qui pertinet ad ꝓphetiam: melior ē dono linguarū. huiuſ ratiōiſ proponit mīorē dicēſ nam ſi orē lingua ſpirituſ meuſ orat. i. affectuſ meuſ in deū eleuat. ſpūſ en ī portat quandā uirtutem motiuā. & ideo uolūtaſ que ē quidē affectuſ ītellectiuuſ uocat hic ſpirituſ q̄a mouet aliaſ anime potentiaſ ad agendum. menſ autem mea id ē intellectuſ meuſ ſine fructu eſt quia non intelligit orationiſ ſenſum: ideo concludit quid ergo mihi eſt faciendū? orabo ſpiritu. orabo & mente. i. affectu & intellectu. pſallam etc. pſalere orare eſt cum melodia. Ceterum hic idem oſtendit in oratione publica: quia ſi populuſ intelligit orationem: ſeu benedictionem ſacerdotiſ meliuſ reducitur in deum & deuotiuſ reſpondet amen: ideo dixit: ceterum ſi benedixeriſ ſcilicet tu ſacerdoſ uel Epiſcope ſpiritu id ē abſq; hoc q̄ populuſ ītelligat: quiſ ſupplet locum idiote? quaſi diceret quid proficit populuſ ſimplex? & non intelligenſ? quaſi diceret nihil. aut modicum. quia neſcit ſe cōformare tibi qui eſ miniſter Eccleſie: reſpondendo amē. propter hoc in primitiua Eccleſia be/ nedictioneſ & cetera omnia fiebant in uulgari. ſed poſtq̄. populuſ multiplicatuſ fuit & conſueuit ſe cōformare miniſtriſ Eccleſie utpote ſtando quando dicitur Euangeliū

depoſito caputio adorando Euchariſtiã & conſimilibuſ fiũt in latino in Eccleſia latía & ſufficit ꝙ cleruſ reſpondeat pro toto populo. expeditiuſ enim fit hoc modo q̃m in uulgari. Conſequenter Apoſtoluſ cõcludit intentum. ſ. ꝙ prophetia eſt melior dono linguarũ dicenſ. gratiaſ ago deo meo ꝙ omniũ ueſtrũ lígua loquor. hoc. n. ẽ quoddã bonum a deo mihi datum. ſed quoniam donum prophetie meliuſ eſt: ſubdit. ſed in Eccleſia uolo ſupple magiſ. quinq; uerba loqui. i. pauca ſenſu meo. ſcilicet ut intelligam & ab aliiſ intelligar. & ſic omneſ inſtruam: q̃m decem milia uerborum in lingua. id eſt q̃ maximam uerborũ copiam ſine huiuſmodi intellectu. Sciendum aũt ꝙ Apoſtoluſ ſpecialiter dicit hic ſe uelle loqui quinq; uerba quia predicatoreſ Eccleſie debẽt annũciare quiuq; ſcilicet credenda agẽda. uitanda. timenda. ſperanda quia p̃dicatio debet eſſe de iiſ: que pertinent ad fidem: & ſic habetur primum & de iiſ: que pertinent ad moreſ. & ſic habentur alia quattuor. ſ. uirtuteſ & uitia. penam. & gloriam. & quia iſta debent predicari cum breuitate ſermoniſ: ideo dicit Apoſtoluſ quinq; uerba. i. pauca Fratreſ mei poſtq̃ oſtendit Apoſtoluſ prophetiam excellere donũ linguarũ ratiõibuſ ſumptiſ ex parte fideliũ: hic conſequenter idem oſtẽdit ratione ſumpta ex pte infideliũ. circa qđ primo excitat attentiõem Corinthiorũ dicenſ: nolite pueri effici ſẽſibuſ id eſt indiſcretione boni & mali. pueri enĩ frequenter preeligunt minuſ bonũ maiori. hoc autem dicit Apoſtoluſ ne preeligant donũ linguarũ prophetie que ẽ maiuſ bonũ ſed malicia paruuli eſtote id eſt nõ cogitetiſ mala ſicut paruuli deficiũt a cogitando. ſenſibuſ autem perfecti eſtote .i. ut ea que dicitiſ: ſic intelligatiſ perfecte ut poſſitiſ aliоſ inſtruere: quod pertinet ad prophetiam. In lege hic cõſequenter oſtendit ſuam rationẽ que taliſ eſt: qñ in aliqua duo ad unũ finẽ ordinantur: illud eſt meliuſ: qđ eſt efficaciuſ ad finem illum conſequendum. donum aũt linguarum & donum ꝓphetie ordinantur ad cõuerſionem infidelium ad quam efficaciuſ eſt donum prophetie. ergo etc. minor huiuſ rationiſ ꝓbaẽ dupliciter primo auctoritate dicenſ in lege qd ſcriptũ eſt non accipiẽ hic lex ſtricte ſcilicet pro quinq; libriſ Moyſi: ſed pro toto ueteri teſtamento quia qđ hic allegatur ſcribitur Iſa. xxviii. ſcđm tranſlatiõem. lxx. qm̃ in aliiſ linguiſ & labiiſ aliiſ loquar populo huic. ſ. populo Iudaico qđ fuit impletũ Act. ſcđo. qñ Iudei cõgregati in Hieruſalẽ de diuerſis terriſ audierũt credẽteſ loquenteſ in oĩbuſ linguiſ & nec ſic exaudiẽt me dicit dñſ: licet enim tũc aliqui ad Xp̃m fuerit cõuerſi: tamen plureſ remanſerũt obſtinati: illi etiã magiſ conuerſi fuerunt per uerbũ Petri referentiſ ſcripturaſ Propbetarum: quod pertinet ad prophetiam q̃ per donum linguarum ut patet Actuum. ſecundo. & ſic patet ꝙ donum prophetie pluſ ualet ad conuerſionem infidelium q̃m donum linguarum. itaq; lingue in ſignum ſũt diuine uirtutiſ. non fidelibuſ id eſt pro fidelibuſ qui iam credunt. ſed infidelibuſ ut p̃dicatoreſ Euangelii intelligi poſſent ab omnium linguarum hominibuſ & ſic conuerti ad fidem Chriſti. prophetie autem non infidelibuſ id eſt gentilibuſ qui non habuerunt legem: nec Prophetaſ: ſed fidelibuſ id eſt Iudeiſ unum deum credentibuſ de quibuſ fuerunt Apoſtoli aliiq; Chriſti diſcipuli. & alii credenteſ primi fere omneſ per quorum predicationeſ conuerſi ſunt gentileſ. & ſic prphetia pluſ ualuit ad conuerſioneſ infideliũ q̃m donum linguarum. ſicuc ad inſtructionem fideliũ pluſ ualet ſcientia: q̃ eloquẽtia Si ergo hic ſecundo declarat minorem dicenſ: ſi ergo conueniat uniuerſa Eccleſia cauſa orationiſ. uel ꝓceptioniſ ſacramenti uel aliquo huiuſmodi: & omneſ fideleſ líguiſ loquantur: intret autem cum eiſ idiota ignoranſ Idioma: uel quiſ infideliſ nonne dicet: quid inſanitiſ? quia uoſ reputabit inſanoſ unde & Apoſtoli ſic loquẽteſ reputati fuerunt ebrii Actuum. ſecundo. & ſic in tali caſu linguarum donum eſſet magiſ ad

derisionem fidelium q̃ ad conuersionem infidelium.& sic etiam fuisset Actuum secúdo nisi Petrus per donum prophetie ostendisset cótrarium interpretando dicta Prophe/ tarum.si autem omnes prophetent. non simul sed successiue exponendo scripturas uel reuelationes sibi & alius factas & intret aliquis infidelis uel idiota. conuincié ab oíbus illis successiue prophetantibus inquantum ostendit uitam gentilium irrationabilem.& sic diiudicatur orationibus id est condemnabilis ostẽditur.occulta enim cordis eius ma/ nifesta fiút mg̃tum ex predicatione tali & expositione tanguntur multa pertinẽtia ad fidem.& mores ex quorum auditu conuertitur ad cogitandum mala in corde suo latentia.& ad penitendum corde.& ad confitendum ore.potest etiam aliter intelligi: nam in primitiua Ecclesia ad conuersionem infidelium fuit pluribus fidelibus diuitus concessum secreta cordium cognoscere.ex quorum reuelatione aliqui conuertebanẽ ab infidelitate:sicut mulier Samaritana credidit in Christú ex reuelatione sui delicti Io·quarto. & ita cadens in faciem humilians se coram deo ex dicta predicatione uel secreti reuelatione adorabit deum conuersus ad Christú.pronuncians id ẽ ore cófitẽs q̃ uere deus in uobis sit. corde enim creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem.Romanorú.x.Quid ergo hic ostendit Apostolus qualiter sit utendú donis prophetie & linguarum & primo facit hoc in generali scd̃o magis in speciali ibi: siue lingua. Circa primum dicit: quid ergo est fratres scilicet uobis agendum?scilicet qd̃ sequitur.cum conuenitis ad Ecclesiam unusq̃sq; uestrum psalmum habet uel in se uel in aliquo de congregatione qui donum sibi datum potest in alios refundere.quia nó dantur singulis omnia dona. sed diuisim.ut dictum est supra.duodecimo.capitulo.& idem intelligendum est de aliis sequentibus.per psalmum uero intelligitur canticú ad laudandum deum.doctrinam habet id est gratiam predicandi ad informationẽ mor̃.. linguam habet id est donum linguarum.Apocalypsim habet.id ẽ reuelationẽ.inter/ pretationem habet.id est uirtutem explanandi obscura.omnia ad edificationẽ fiant. qlibet enim uti debet gratia sibi data ad edificatiõem Ecclesie. Siue lingua hic ostẽ/ dit propositum magis in speciali & primo quantum ad donum linguarum. Secundo quantum ad donum prophetie.ibi. Prophete autem.Circa primum dicit q̃ dono líg/ uarum non est utendum a multis.sed sufficit a paucis.propter occupationẽ tẽporis. ideo dicit:siue lingua quis loquitẽ scd̃m duos aut tres.s.homines.ut multum.i.ad plus scd̃m q̃ dicitur Deutro.xxiii. In ore duorum aut trium testium stat omne nerbú.& per partes id ẽ successiue unus post alium.uel per partes id est interclse ut post unam partem locutionis fiat eius expositio & post aliam similiter.& hoc modo fit expositio quando predicatores predicant per interpretem hominibus ignote lingue ideo subditẽ & unus interpretetur.si autem nó fuerit interpres.s.ille qui loquitur líguis taceat in Ecclesia dum alius interpretatur.si aút loquatur & deo orando deum in secreto. In Ecclesia uero seruatur dicta cõsuetudo de numero loquentiú.in missa.n.representatẽ donú linguarum per epistolam & Euangelium.& sic scd̃m duos actus seruatur testi/ monium:In matutinis uero triplex testimonium representatur.per triplicẽ nocturnú & antiquitus dicebantur diuisim.secundum tres uigilias noctis. Prophete hic conse/ quenter ostendit qualiter sit utendú dono prophetie & primo ostenditur debitus usus secundo quibus est prohibitus ibi.mulieres Circa primum sciendum q̃ usus propherie hic accipitur proponere uerbum exhortationis ad plebem.sacras scripturas exponẽdo In primitiua uero Ecclesia plures habebant hoc donum propter quod ne fieret con/ fusio Apostolus ordinauit q̃ exerceretur a duobus tantum: uel a tribus ad plus:& successiue.& hoc est quod dicitur: Prophete duo aut tres dicant scripturas exponẽdo

non ſimul ſed ſucceſſiue. & ceteri diiudicent. i. attente audiant: ut ſic poſſit diſcernere que ſunt meliuſ dicta: & magiſ neceſſaria. ꝙ ſi alii reuelatum fuerit ſedenti. id eſt ſi alicui de audientibuſ facta fuerit reuelatio per ſpiritum ſanctum de aliquo pro edifi/ catione tunc proponendo prior taceat dando iſti locum loquendi. & ſubditur cauſa: poteſtiſ enim omneſ reuelationem ſpirituſ ſancti habẽteſ per ſinguloſ ꝓphetare. unuſ poſt alium competenti tempore ut omneſ diſcant qui audiunt: & omneſ exhortentur ad hoc apti. ſed quia poſſet aliquiſ dicere non eſt in pòteſtate ſic loquentiſ tacere: qa loquitur ex ſpirituſ ſancti motione: hoc remouet dicenſ: & ſpirituſ Prophetarum Propbetiſ ſubiecti ſunt. hoc eſt in poteſtate eorũ. Circa quod ſciendum ꝙ in ꝓphetia duo ſunt. ſ. illuminatio mẽtiſ Prophete. & hoc non eſt in poteſtate eiuſ. quia ſpũſ prophetie. non ſemper adeſt Propbetiſ. Aliuſ ad illuminationiſ ſibi facte pronun/ ciatio & taliſ pronunciatio eſt in poteſtate Prophete. quia poteſt loqui & tacere ꝓut expedit bonori diuino & utilitati Eccleſie. & ſic ẽ in propoſito. quia ſi plureſ loque/ rentur ſimul eſſet cõfuſio. & unuſ alterum impediret ex quo ſequeretur diuiſio cuiuſ deuſ non eſt autor. ideo ſubditur: non enim eſt diſſenſioniſ deuſ. Sciendum tamen ꝙ non ſemper eſt in poteſtate prophete tacere. immo aliquãdo ſpirituſ mouet ipſum ad loquendum contra uoluntatem ſuam ſicut patet de Balaam Nume. uiceſimotertio. & uiceſimoquarto. ꝙ benedictioneſ populi Iſrael tacere non poterat. hoc enim erat ad gloriam dei. non ſic autem in propoſito. Muliereſ Hic conſequenter oſtendit ꝙbuſ perſoniſ propbetãdi actuſ ſit prohibituſ ſcilicet mulieribuſ. & primo ꝙ dictum ẽ facit ſcd'o aliquorum proteruiam excludit ibi. an a uobiſ. Circa primum dicit muliereſ in Eccleſiiſ taceant. ceſſando a doctrina. non tamen ab oratione ſecreta. & ſubdit̃ ratio nõ enim permittitur eiſ loqui. i. docere qd̃ pertinet ad Prelatoſ & ſupioreſ & ideo re/ pugnat ſexui muliebri. tũ ꝓpter defectũ intelligẽtie: tũ qa mulier debet naturaliter eẽ ſubiecta uiro: ideo ſubdit̃. ſed ſubditaſ eẽ ſicut & lex dicit. gñ. iii. ſub uiri poteſtate eriſ. ꝓphetia tũ q̃tũ ad illuminationẽ mẽtiſ nõ repugnat ſexui muliebri. & ſic leguñ multe muliereſ ꝓphetaſſe. nec ſolũ excludunt̃ ab actu docẽdi in Eccleſia publice ſed ſed etiã ab actu querẽdi ibidẽ per modũ diſputatiõiſ: ideo ſubdit̃. ſiqd uolunt diſcere: domi uiroſ ſuoſ interrogẽt. ut de auditiſ in Eccleſia plenius informent̃. & cauſa dicti ſilentii tãgitur cũ dicitur: turpe ẽ aũt mulieri. i. indecẽſ ẽ ſibi in Eccleſia loqui & per oppoſitũ decẽſ ẽ eã tacere in lociſ publiciſ ꝓpter qd̃ in iure cautũ ẽ ne muliereſ opuſ exerceant aduocandi. An a uobiſ hic conſequẽter excludit aliquorũ proteruiam qui conuerſi de gentilitate poſſent dicere ꝙ ordinatio Apoſtoli nõ eẽt bona eo ꝙ apud gẽtileſ in tẽplo Veneriſ & Diane muliereſ fortaſſe publice docebãt. & repellit Aplũſ dicẽſ an a uobiſ gentilibuſ ſermo dei proceſſit? q. d. nõ. ſed a Iudeiſ quibuſ date ſunt ſcripture legiſ & prophetarum. & ideo moduſ & ordo doctrine magiſ eſt deriuanduſ a Iudeiſ ad gentileſ q̃m econuerſo ſiquiſ uidet̃ Propheta eſſe aut ſpiritaliſ qui poteſt omnia iudicare ut dictum eſt ſupra ca. ii. cognoſcat que ſcribo uobiſ: quoniã domini mandata ſunt. id ẽ poterit cognoſcere ꝙ ordinatio dicta nõ ſolum ꝓceſſit a me ſed a deo. ſiquiſ aũt ignorat ex negligentia uel malicia illa que ſcire tenetur: ignorabitur a deo. Itaq; hic ultimo concludit concluſionem intentam: ſcilicet ꝙ dona ſpirituſ ſãcti ſunt appetenda. & ꝙ eiſ utendum eſt ordinate & a perſoniſ quaſ decet uti ideo dicit. Itaq; fratreſ emulamini propbetare tanq̃ meliuſ bonum q̃m loqui lĩguiſ: ut patet ex ſupradictiſ. ueruntamen quia loqui linguiſ eſt quoddam bonum: ideo ſubdit: & loq linguiſ nolite probibere non tamẽ plureſ ſimul loquendo omnia aũt boneſte. i. ꝓut decet uiroſ & muliereſ. & ſcd̃m ordinem ad uitandum confuſionem fiant in uobiſ.

NOtum autem uobis facio. postq̃ Apostolus tractauit de sacramentis & de gratia que confertur in eis: hic consequenter tractat de gloria resurrectõis ad quam predicta figuraliter ordinantur. Et diuiditur in duas partes: qa primo de resurrectione Christi premittit tractatum. secundo probat communem resurrectionem hominum ibi: si autem Christus. prima adhuc in duas: qa p̃mo cõmẽdat doctrinam Euangelicam in communi. secundo denunciat que oportet scire circa Christi resurrectionem ibi. tradidi enim. Circa primum dicit notum autem uobis facio id est ad memoriam uobis reduco Euangelium quod predicaui uobis id est doctrinam Euangelicam cuius excellentiam ex quattuor ostendit primũ ex eius predicatoribus qui fuerunt Apostoli excellentes uiri & hoc tangitur: cum dicitur: qđ predicaui ego Apostolus & alii similes mei. scđo ex audientibus qui cõmuniter receperunt doctrinã Euangelicã per orbẽ qđ est signũ euidens ueritatis huius doctrine secundũ q̃ arguit Augustinus quia si per uera miracula est sic recepta communiter certum est eã esse uerissimam & sanctissimam: eo q̃ deus non potest esse testis falsitatis que testificatio sit uerus miraculis Mat. ultimo. illi autem profecti predicauerunt domino ubiq; cooperante & sermonem confirmante sequẽtibus signis. si autem dicatur q̃ sine miraculis fuit sic recepta: hoc reputandum est maximum miraculum q̃ tam ardua & inaudita & supra sensum humanum existentia recepta sint tam cõmuniter nõ solũ a simplicibus sed etiam a sapientissimis uiris. qđ si arguatur cõtra hoc de lege Mabometi falsa que tamen a multis est recepta: dicẽdum q̃ non est simile. quia ui armorum primo sibi multitudinem rudem subiugauit: cui & legem dedit promittens delicias & potentiã obseruatoribus. ad que homines sũt proni. fides autem Catholica per Xp̃m & Apostolos predicata modo contrario est recepta. s. pauperibus eam predicantibus ad pauptatem & austeritatem & mundi contemptum inducentibus. & ideo non fuisset recepta a sapientibus huius mundi & potẽtibus sicut uidemus impletũ nisi hoc fuisset uirtute signoz̃. & hec receptio tãgitur cum dicitur: quod & accepistis uos & alii sapientes huius mũdi. tunc enim sapientia maxime uigebat in Grecia. tertio cõmendatur per hoc q̃ eleuat ad superna ibi: in quo & statis. i. sursum erecti ad deum. quarto per hoc q̃ ipsa sola ducit ad beatitudinẽ ibi: per quod & saluamini. ad hoc tñ q̃ ad beatitudinẽ perducat: duo requiruntur: unum est q̃ teneatur eo modo quo ab Apostolis est predicata. s. nõ innitendo p̃cipaliter ratõibus humanis sed autoritati diuine. & miraculis. ideo subdit: qua ratione predicauerim uobis si tenetis. q. d. predicatio mea non preceßit ratione humana: sed diuina. secundum est q̃ fides nõ sit uacua bonis operibus sine quibus est mortua. & per consequens frustra: ideo subditur. nisi frustra credidistis. Tradidi enim hic consequenter oñdit quid sit tenẽdum de Christi resurrectione. & ponit quattuor de Christo. s. eius mortem sepulturam resurrectionem apparitionem que pertinẽt ad articulos fidei de incarnatione Christi. dicit igitur. tradidi enim uobis in p̃mis. i. inter prima credenda quia articuli fidei sunt principia ex quibus alia credenda deducuntur tanq̃ conclusiones ex eis elicite quod & accepi. q. d. hoc autoritate propria non feci. sed autoritate dei & que sint illa subdit: qm̃ Christus mortuus est pro peccatis nostris non suis: Isa. liii. propter scelus populi mei percussi eũ. ideo subditur: scđm scripturas. scilicet Isa & aliox̃ Prophetax̃ spiritu sancto loquentium. & sic mors ista p̃ peccatis nostris fuit a deo preordinata. & quia sepultus est: ut ueritas eius mortis probaretur. & quia resurrexit tertia die. isti tamen tres dies accipiẽdi sunt per synodocen qa primus & tertius non fuerunt integri. & quia uisus est post resurrectionem Cephe. i. Petro Lu. ult. de apparitionibus autem sãctis mulieribus non facit hic Apostolus mentionẽ:

quia inducit apparitionem ad confirmationem fidei de resurrectione. & ideo dlas tm̄ dicit: que facte fuerunt personis magis autenticis. & postea undecim. s. Apostolis que apparitio fuit facta post dies octo sue resurrectionis Thoma presente Io. xx. tamen apparuerat decem Apostolis Thoma absente ut habetur ibidem. dicit aūt undecim: quia Iudas qui fuerat duodecimus iam mortuus erat: & Mathias nō dum erat electus. deinde uisus est plusq̄ quingentis fratribus simul. & ista apparitio fuit facta in Galilea Mat ult. in qua apparuit Apostolis & multis aliis. ex quibus multi manent usq; adhuc uiuentes. hoc dicit ad maiorem assertionem sui dicti. quidam autem dormierūt morte corporali que dicitur dormitio. quia erat in spe resurrectionis future. deinde uisus est Iacobo. dicūt aliqui q̄ ista apparitio fuit in die resurrectionis uouerat enim Iacobus se non comesurū panem donec uideret Christū resurrexisse. & sic li deinde nō ĩportat ordinem apparitionis. alii dicūt q̄ Iacobus post apparitiones p̄dictas habuit specialē apparitionem propter deuotionem specialem. & similitudinem ad Christum. deinde Apostolis omnibus in die ascensionis Mat. ultimo nouissime autem omnium post ascē/ sionem Christi in celum tanq̄ abortiuo uisus est mihi de qua uisione dictum est supra ix. ca. uocat autem se abortiuum. quia abortiuus dicitur fetus qui nascit̄ extra tēpus debitum. uel quia cum uiolentia educitur de utero. uel quia non producit̄ ad debitam quantitatem. que tria de se sentit Apostolus. quia alii renati fuerunt ante aduentum spiritus sancti. ipse aut post. item alii fuerunt conuersi sponte. ipse autem uiolenter in actu persecutionis fidei Act. ix. Item quia non reputat se peruenisse ad p̄fectionē aliorum & hoc ex humilitate. d. ego sum minimus Apostolorū. & quia ex humilitate non est mentiendum ideo uerificat dictū suū dicens qui non sum dignus uocari Aplūs: quoniam persecutus sum Ecclesiam dei. quod alii non fecerunt. & in hoc minor fuit Apostolis alius. licet ex dei gratia Factus fuerit ualde magnus. ideo subdit: gratia autē dei sum id q̄d sum. ex me uero nihil nisi persecutor & blasphemus. & gratia eius in me uacua non fuit. i. carens operibus rationis. sed abundantius. Illis omnibus laborauī. nullus enim alioq̄ legit̄ in tot terris predicasse. nec pro suo uictu sic p̄prius manibus laborasse. nec tot tribulationes in terra & mari sustinuisse. non ego aūt p̄pria uirtute sed dei gratia mecum principaliter operante. que se habet ad liberum arbitrium sicut sessor adequum. ideo subdit: siue enim ego siue illi. s. alii Apostoli sic predicamus spiritu sancto principaliter in uobis loquente Mat. x. ca. non enim uos estis qui loquimini: sed spūs patris uestri qui loqtur in uobis: & sic credidistis. s. spiritu sancto in cordibus uos mouente ad credendū. Io. vi. nemo p̄t uenire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum. Si autem Christus hic consequenter ex resurrectione Christi oñdit generalem resurrectionem futuram. & diuiditur in duas quia primo facit propositū ratione sūpta ex Christi resurrectione. secundo ex sanctorum conuersatione ibi. alioquin. Circa primū facit talem rationē si Christus resurrexit: & alii mortui resurgent. sed Christus resurrexit: ergo etc. In hac ratione sic procedit: quia primo ponit conditionalē. scdo probat antecedens ibi: si autem resurrectio. tertio ostendit conditionalem esse uerā. ibi: nunc autem. Circa primū dicit. Si aūt Christus predicat̄ q̄ resurrexit a mortuis: hic accipitur si pro quia. q. d. quia hoc predicatur a me & ab aliis Apostolis quomō quidam dicunt in uobis quoniam resurrectio mortuorum non est. i. non erit. q. dic. maledicunt. quia si primum est uerum & secundum: ut postea declarabitur. Si autē resurrectio hic probat antecedens. s. q̄ Christus resurrexit dicens: si aūt resurrectio mortuorum non est. i. non erit in futuro tanq̄ impossibilis neq; Christus resurrexit de preterito: q̄d ostendit falsum ad duplex inconueniens ducendo: primū est: q̄ p̄dicatio

Apostolorum esset uana. ideo dicit. si aũt Christus nõ resurrexit inanis est p̃dicatio uestra. qđ est impossibile: cum sit operibus diuine uirtutis confirmata. secũdum incõ/ uenies est q̃ fides Corinthiorum esset falsa: ideo subdit: Inanis est fides uestra q̃ est impossibile: eadem ratione qua & primum. consequenter ostendit consequetiã primi inconuenientis. d. Inuenimur autem nos predicatores euangelii & falsi testes dei asse/ rendo qđ nõ fecit: quia asserimus q̃ resuscitauit Christũ hominem: quod non est uer̃ si mortui non resurgunt. i. impossibilis est resurrectio mortuor̃: quia humanitas X̃pi eiusdem speciei est cum aliis ꝓ hominibus. ulterius probat consequentiã inconuenientis secundi dicens: q̃ si Christus non resurrexit: uana est fides uestra: id est sine effectu bono qa nulla falsitas purgat a peccato: ideo subdit: adhuc enĩ estis in peccatis uestris a quibus non estis mundati per fidem Christi si Christus non resurrexit. & sic cõcludit ulterius: ergo & qui dormiunt. i. mortui sunt: in Christo. i. in fide Christi perierunt. quod tamen est inconuenies. eo q̃ sanctissime uixerũt. & omnis rationabiliter loquẽs dicit opera talis uite a deo remuneranda esse & maxime debebat esse inconuenies co/ rinthis qui fidem Catholicã susceperant: quibus scribebat Apostolus. Sed quia posset aliquis dicere q̃ hec remuneratio fit in presenti uita & nõ in alia sicut dicebant amici Iob: ut ibidem fuit declaratum: ideo excludit hoc Apostolus. d. Si in hac uita tm̃ in Christo sperantes sumus expectantes ab eo remunerari miserabiliores sumus omnibus hominibus qui ad minus perfruuntur bonis huius uite. nos autem patimur mala. In primitiua enim Ecclesia fideles erant multa sustinentes aduersa. Sed cõtra hoc posset argui de multis Philosophis: qui uoluptates & diuitias huius uite contẽpserunt. & cum hoc resurrectionem mortuorum negabant. nec tamen miserabiliores dicũtur esse alis hominibus: sed meliores. dicendũ q̃ nõ est simile de ipsis. & Christianis. qa Philosophi hoc fecerũt ꝓpter maiora bona. sequenda. s. uirtutes intellectuales & morales in q̃bus consistit cognitio ueritatis. & consecutio pollicite bonitatis. hoc autem non potest dici de Christianis qui confitentur Christum resurrexisse a mortuis qđ falsum esset: si re/ surrectio esset impossibilis. Falsitas autem malum est intellectus sicut ueritas eius bonũ. Nunc autem hic Apostolus probat conditionalem supra positam esse ueram q̃ si X̃ps resurrexit: & mortui resurgent: & diuiditur in tres partes quia primo probat Aplũs propositum. secundo declarat quoddam adiunctum ibi deinde. Circa primũ facit talẽ rationem. Resurrectio Christi est sufficiens causa uestre resurrectionis. posita autẽ causa sufficienti ponitur eius effectus de necessitate si sit causa agens de necessitate nature. Si aũt sit causa agens uolũtarie sicut est in proposito: ponitur effectus scđm dispositionem uoluntatis sue. & ideo resurrectio mortuorum erit in fine mundi sicut Christus inquantum deus disposuit ab eterno. & exequitur inquantũ homo. quia hu/ manitas est instrumentum diuinitati coniunctum per quod sicut per instrumentũ fiet resurrectio mortuorum & hoc est: quod dicit̃ nunc aũt Christus resurrexit a mortuis uirtute diuinitatis. primicie dormientium. i. primus resurgens a mortuis. nec obstat q̃ Lazarus & alii prius fuerunt a morte resuscitati. quia illa resuscitatio fuit ad uitam mortalem: ꝓpter qđ postea sunt mortui. sedChristus primus resurrexit ad uitã immortalem. propter quod illa fuit uera resurrectio. quia fuit in corpore immortali & glorioso. Si aũt contra hoc obiciatur: q̃ Mat. xxvi. dicitur passo Christo multa corpora sanctorum surrexerunt etc. dicendum q̃ hoc ibi per anticipationem dicitur: quia illa resurrectio fuit post Christi resurrectionẽ sicut patet ibidem: ideo subdit̃: et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius etc. illud autem q̃ est primum in aliquo genere est causa alior̃ sicut ignis qui est primum calidum formaliter causat

caliditatem in aliꝰ. & ideo reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis aliorum. nec poteſt dici ꝙ ſit cauſa inſufficiens ratione deitatis que eſt uirtutis infinite. & illa eſt cā principalis reſurrectionis. humanitas autem inſtrumentalis coniūcta. ideo ſubditur: quoniam quidem per hominē morſ. ſ. per Adam & per hominem reſurrectio mortuoꝝ ſicut enim morſ inducta eſt per hominem primū: ita conueniens fuit ut natura hūana reduceretur ad uitam per hominem Chriſtum cuius humanitas eſt deitatis inſtrumētū coniunctum. non facit aūt mentionem de Eua quia per illam non fuit morſ inducta niſi tantum ſuggerendo ade comeſti onem ligni uetiti. Vnde ſi ſtetiſſet Adam Eua peccāte peccatum originale non fuiſſet inductū. Vnuſquiſq; autem hic conſequēter Apoſtoluſ declarat duplex adiunctum primum eſt reſurrectionis ordo: qui tangitur: cū dicitur: unuſquiſq; autem in ſuo ordine ſupple reſurget. primicie Xp̄i reſurectio enim Chriſti prior eſt tempore. & dignitate. inter aliꝰ autem qui reſurgent in fine mundi non eſt ordo temporis: quia omneſ ſimul reſurgent ſecundum ꝙ dicitur infra eodē ca. in momento in ictu oculi etc. ſed eſt ibi ordo dignitatis. qa Martyr reſurget ut Martyr. Apoſtoluſ ut Apoſtoluſ. & ſic de aliꝰ de quibuſ ſubditur. deinde. i. poſt Chriſtum tempore & dignitate ii qui ſunt Chriſti. i. membra ipſius per fidem caritate formatam. qui in aduentum eius crediderunt. ſ. primum quo uenit in carnem: & ſcdm quo uenīet ad iudicium. deinde hic deilarat ſecundum. ſ. reſurrectionis finem & primo quantum ad conſecutionem boni. ſecundo quantum ad amotionem mali ibi. oportet autem. Quantum ad primum dicit: deinde. i. poſt hoc finis. ſ. reſurrectionis erit & iſte finis nō erit in hoc ꝙ uiuāt uita corporali uoluptuoſa ut Iudei & Sarraceni fingūt. talis enim uita ſecundum Philoſophum primo Ethicorum eſt uita pecudū. propter qđ in ea conſiſtere non poteſt felicitas humana. ſed in clara dei uiſione & fruitione que conuenit homini ſecundum id quod eſt in eo ſupremum. ſ. uoluntatem & intellectū. & reſpectu optimi obiecti. ideo ſubditur: cum tradiderit regnum deo & patri. i. cum Chriſtus adduxerit fideles in quibuſ regnat: ad clarum conſpectum ſui creatoris. & qa miniſterium angelorum ordinatur ad hoc ut fideles beatitudinem conſequanē: ideo tunc ceſſabit iſtud miniſterium. ideo ſubditur: cum euacuauerit omnem principatum & poteſtatem & uirtutem tamen remanebunt ordines angelorum diſtincti quantum ad eminentiam glorie ſecundum hierarchias & ordineſ quia ſunt ſuperioreſ quantum ad illoſ quorum officia executionem importāt circa hec inferiora. & ub principatibuſ intelliguntur archangeli & angeli ſinguli cuſtodie hominum deputati. oportet autem hic declarat finem reſurrectionis quātum ad amotionem mali. tunc enim amouebitur malum culpe per punitionem iuſtam maloꝝ. & quantum ad hoc dicitur: oportet aūt illum regnare donec ponat omneſ inimicoſ ſub pedibuſ eius. non tamen tunc deſinet regnare. quia li donec non facit excluſionem futuri regni. ſicut Mat. primo dicitur de Ioſeph & Maria quia nō cognoſcebat eam: donec peperit filiū ſuū primogenitū. amouebitur etiam tunc malum pene. ideo ſubditur. nouiſſima autem inimica deſtruēt morſ. quia reſurrectio erit ad uitam immortalem cum qua non poteſt morſ ſtare. & ad declarationem predictorum ſubdit: omnia enim ſubiecit ſub pedibuſ eius. hoc enī ſcriptum eſt de Chriſto pſal. viii. ut ibidem declaratū fuit. propter qđ oportet illud impleri in conſummatione finali. cum aūt dicat omnia etc. q. d. nihil erit tūc excluſū a ſubiectione ſub Chriſto homine preter eum qui ſubiecit. Chriſtus enim inquantum homo minor eſt deo patre: ideo ſubditur: tunc ipſe filius ſubiectus eſt etc. ut ſit deus omnia in omnibuſ. i. ut omnibuſ appareat ꝙ omnis poteſtas & dignitas omnibuſ inſit a deo in quo eſt ratio ultime beatitudinis. Alioquin hic conſequenter reſurrectionem

probat per ſanctoꝝ uitam. & diuiditur in duas partes qꝫ primo ꝓbat ſuã ꝓdicationẽ. & ſecundo quandam monitionem ibi. nolite. primum dupliciter exponitur. uno modo quia dicunt aliqui expoſitores ꝙ tunc erant aliqui credentes ꝙ baptiſmus receptus ab aliquo uiuẽte ualeret mortuo. & ſic faciebãt ſe plures baptizari. ſemel pro ſe. & alias pro amicis ſuis defunctis. & ſecũdum hoc dicit Apoſtolus alioquin. i. ſi reſurrectio nó erit: quid faciant: qui baptizantur. q. d. nihil proficiet eis. ſed quia non uidet ꝓbabile ꝙ Apoſtolus in ſua probatione procedat ex aliquorũ errore quia non eſſet probatio ſimpliciter: ſed tantum ad illos errantes ducendo illos ad illud quod habebant ꝓ incó/ uenienti: ideo aliter exponitur hic pro mortuis pro peccatis mortalibus que ſunt opa mortua: pro quibus abluendis recipitur baptiſmus. qui tamen nihil proficeret: ſi non eſſet reſurrectio. ad hoc enim recipitur: ut a peccatis mundatus ſit uita beata dignus. Conſequenter ducit ad aliud inconueniens ꝙ Chriſtiani quibus tantum ſcribebatur: fruſtra ſuſtinebant tribulationes huius mundi ſi non remunerentur in alia uita: ideo dicit: ut qđ & noſ. ſ. Chriſtiani ꝑdicamur omni hora. tunc enĩ Chriſtiani frequẽter ducebanꝫ ad tormenta. quotidie morior. i. periculis mortis me expono. ꝓpter gloriã ueſtram fratres. i. propter gloriam in uobis acquirendam: quam habeo in Chriſto. ſ. in certa ſpe per reuelationem Chriſti. ſecundo Timo. iiii. repoſita eſt mihi corona iuſticie etc. ulterius ducit ad tertium inconueniens. ſ. ꝙ homines currerent ſine freno ſicut beſtie ad delectabilia huius uite quod eſt magnum incõueniens dignitati nature humane ſi non ſit alia uita in qua redderentur pro malis & bonis pene & premia et ſecundum hoc dicit ſi ſecundum hominem. i. ſecundum rationem qua differt homo a beſtiis ad beſtias pugnaui Epheſi. i. ad homines reſurrectionem negantes. quid mihi ꝓdeſt: ſi mortui non reſurgunt? q. d. nihil. ſed magis uideret eſſe currendũ cum eis ad uoluptates huius uite: dicendo cũ eis: mãducemus & bibamus uoluptuoſe uiuamus. craſ enim. i. cito moriemur. i. totaliter deficiemus ſicut beſtie unde in perſona talium dicit Sapi. v. umbre tranſitus eſt tẽpus noſtꝝ etc. Nolite hic ex ꝓdictis ponit qñdã moni/ tionem. & ꝑmo quantum ad infirmos dicens nolite ſeduci a negantibus reſurrectionẽ currendo cum eis ad uite uoluptatem ſine freno. corrumpunt enim bonos mores col/ loquia mala. & maxime que inducunt homines ad preſentis uite delectabilia. ad que pronitatem habet ex corruptione natura humana. ſecundo ponit monitionem q̃tum ad perfectos dicens euigilate iuſti. i. uos perfecti ſitis ſolliciti uitare peccatum nó ſolũ in uobis ſed etiam in aliis: de quibus ſubditur: ignorantiam enim dei quidam habent minus recte ſapientes de reſurrectione. ad reuerentiam uobis loquor. i. ad uerecũdiã ueſtram ut ſitis magis ſolliciti. quia defectus inferiorum redundat in uerecundiã ſu/ periorum. Sed dicet poſtq̃ Apoſtolus ex reſurrectione Chriſti oſtendit reſurrectionẽ aliorum: hic conſequenter oſtendit qualitatem reſurgentium. Circa qđ conſiderandũ ꝙ aliqui concedentes reſurrectionem futuram dicebant eam fore ad ſimiles actus et uitam ſicut quidã Philoſophi dixerunt: ꝙ poſt annum magnũ qui continet. xxxvi. milia annorum ſolarium Plato reſurget habiturus eaſdem ſcholas quas habuit aliqñ Athenis. & eoſdem ſcholares. Alii uero. ſ. Iudei & Sarraceni licet in aliquo differant tamen in hoc conueniunt: quia dicunt reſurrectionem fore ad uitam animalem de/ lectabilibus carnis utentem. nó tamen ad actus conſimiles omnino. quia tũc erit uita uoluptatibus carnis utens ſine impedimento. ex perſona igitur talia dicentiũ mouet Apoſtolus queſtionem dicens: Sed dicet aliquis male ſentiens de reſurrectione quomõ reſurgent mortui: hoc dicebant illi qui reputabant eam impoſſibilem quali aũt corpe uenient. ſ. utente delicius carnalibus ſicut nunc: aut per alium modum. Inſipiens hic

consequenter soluit utranq; questionem & primo secundam. secundo primam ibi. ecce mysterium. Solutio prime questionis stat in hoc ꝙ resurget idem corpus numero quo ad substantiam: sed habebit aliam qualitatem. & diuiditur in duas partes: quia primo ostendit propositum. secundo que sit differentia qualitatum ibi: seminat prima adhuc in duas nam intentum declarat Apostolus dupliciter: primo per exempla: secundo per rationē ibi: sicut est corpus. prima adhuc in duas: quia primo adducit exempla eiusdē speciei. secundo diuerse speciei. ibi non omnis caro. Circa primum ponit exemplum de grano seminato ex quo surgit aliud granum eiusdem speciei. non tamen eodem modo adornatum. quia primum est nudum. secundum palea opertum. & per incrementum pullulat procedendo de herba ad perfectionem. & hoc est quod dicit: insipiens qđ tu seminas etc. & patet littera. Sciendum tamen ꝙ Apostolus non intendit ꝙ sit simile in resurrectione quātum ad hoc ꝙ fiat uirtute nature sicut dicta pullulatio. sed in hoc uiget exemplum Apostoli: quia si natura potest idem specie reparare & sub altera conditione multo fortius detur qui est uirtutis infinite potest idem numero reparare quantum ad substantiam mutata qualitate. & quia opus nature est opus dei naturam dirigentis ideo subditur: de grani pullulatione. deus autem dat illi corpus sicut uult: ex hoc enim ꝙ uidemus sagittam recte tendere ad signum que tamen caret intellectu arguimus qđ ab aliquo intelligente dirigitur: ita ex hoc ꝙ uidemus naturam tendere ad certum finem quē non cognoscit: arguimus ꝙ dirigit̄ a deo cognoscente. & unicuiq; semini propriū corpus dante in quantitate & figura & similibus secūdum determinatā naturam sue speciei. Non omnis hic consequenter declarat propositum per exempla diuersarum specierum: & primo comparando corpora terrestria ad inuicem. secundo celestia ad terrestria ibi. & corpora. tertio celestia ad inuicem ibi: alia claritas. Circa primum dicit: non omnis caro eadē caro. quia sunt diuersarum specierum: ut patet de carne hominis pecoris & auis. & tamen est eadē materia: quia illa eadem sub forma pecoris uel auis fit per nutrimentum sub forma hominis & econuerso. & hoc est quod dicitur: sed alia hominum etc. ex hoc concludit̄ ꝙ cū hoc fiat uirtute nature uirtute dei poterit fieri ꝙ caro morientis & resurgentis erit eadē idēritate nature. sed alterius glorie. Et corpora. hic exemplificat comparando corpora celestia ad terrestria que conueniunt in quantum corpora. quantitas enim est eiusdem rationis in his: & illis: tñ differunt in qualitatibus suis: & ex hoc cōcluditur ꝙ eadem erunt corpora morientiū & resurgentium tamen aliarum qualitatum. & patet littera hoc excepto. alia quidem celestium gloria. i. decus & ornamentum corporum celestium & terrestrium. Alia claritas hic exemplificat comparando adinuicem corpora celestia. s. stellas adinuicem que differunt in claritate. & tamen conueniunt in hoc ꝙ omnes sunt celestis nature put diuiditur contra elementarem. & similiter corpora morientium & resurgentium erunt eiusdem nature sed alterius glorie. per hoc autem ꝙ dicitur alia claritas solis: itelligit̄ claritas Christi. alia lune. i. uirginis marie. alia stellarum. i. aliorum sanctorū. & quia secundū diuersa merita uarie ptcipabunt lumen glorie: subditur: stella enim a stella differt in claritate. Aduertendum autem ꝙ omnia exempla ista posita deficiunt a proposito: quia non habent idēritatem specificam uel numeralem ut patet ex dicti s. corpus autem resurgens habebit identitatem numeralem ad prius mortuum. exempla enim non ponunt̄: quia ita sit: sed ut sentiat qui addiscit: ut per exemplū sibi cognitū manu ducatur facilius ad intelligendum q̄liter idem corpus resurget numero differēs tamen secundū qualitates. Seminatur hic consequenter ostendit Apostolus differētiā corporis resurgētis & mortui q̄ntū ad quattuor dotes corporis glorioši dicens seminat̄

in corruptione. i. sepelit in terra corporis corruptibile. uel seminatur. i. per naturā generatur. surget in corruptione. i. corpus resurgentis habebit incorruptibilitatem per dotem ipassibilitatis. seminatur in ignobilitate. i. corpus obscurum & uile: surget in nobilitate: corpus habens dotem claritatis. seminatur in infirmitate. i. corpus ab anima de difficili mobile: quia corpus qđ corrumpitur aggrauat animā sapientie. ix. ca. surget in uirtute. i. mobile scđm uoluptatem anime per dotem agilitatis. seminat corpus animale. i. grossum impotens esse cū alio corpore non glorioso. surget corpus spiritale. i. potens esse cum alio corpore non glorioso sicut suo modo spiritus simul est cum corpore & hoc erit per dotem subtilitatis sed per assistentiam diuine uirtutis hoc facientis qui uero melius dicant quantum ad hoc: diffusius habet tractari quarto sententiarū. In statu uero resurrectionis cessabunt operatōes animales. s. generatio. nutritio. & augmentū & corpus absq; fatigatione seruiet aīe in operibus spiritalibus. & secundum hoc etiam potest dici ꝙ corpus quod nunc animale. i. seruiens in opibus animalibus tunc erit spiritale. i. seruiens in operibus spiritalibus. Sciendum etiam ꝙ quattuor dotes dicte non insunt corpori glorioso ex compositione corporis celestis ut dixerunt aliqui. sed ex gloria anime ad corpus redundante scđm ꝙ dicit Augu. ad Dioscorum. ex hoc autem ꝙ anima perficit corpus uidemus in presenti quattuor prouenire corpori. s. esse. conseruari a corruptione. recedente enim anima corpus expirat. & marcescit primo de anima. pulchritudinem seu claritatem seu etiam motū & quanto magis anima perficit corpus: tanto quattuor hic insūt corpori perfectius. In statu uero beatitudinis anima perficiet corpus in summo propter qđ dabit sibi esse spiritale modo dicto. & in corruptibilitatē. claritatem. & agibilitatem. Si est corpus postq̄ declarauit Apostolus identitatem corporum resurgentium quantū ad naturam: & differentiam quantum ad qualitates per exempla: hic cōsequenter idem ostendit p rationem: que talis est. duo sunt principia generis humani: unum secundū uitā nature scilicet Adam: aliud secundum uitam gratie. s. Christus. si igitur animalitas & eam cō/ sequentia que respiciunt uitam nature deriuantur ad omnes per Adam multo fortius spiritalitas respiciens uitā gratie deriuabitur ad omnes sufficienter per Christum que spiritalitas hic inchoatur per gratiam. & in futuro consummabitur per gloriam ab anima in corpus redūdantem per quattuor dotes modo predicto. & hoc est qđ dicit: si est corpus animale: & accipitur hic si pro quia & corpus spiritale quia iā est in Xp̄o qui surrexit in corpore glorioso. & in alis erit in futuro sicut scriptum est Gene. ii. factus est primus Adam in animam uiuentem. i. uitam animalem corpori dantem. no/ uissimus Adam. i. Christus qui dicitur nouissimus Adam quia post Christū non erit aliud principium uite humane in spiritum uiuificantem. quia sicut Adam consecutus est perfectionem sui esse per animam informantem: sic Christus accepit perfectionē sui esse inquātum homo per spiritus sancti plenitudinem & quia anima non uiuificat nisi propriū corpus: ideo Adam solus factus est in animā uiuentem sed nō uiuificantē alios Christus autem in spiritum uiuentem & uiuificātem. quia spiritus est q uiuificat cuius plenitudo fuit in Christo non solū ad sufficientiā pro se sed etiā per redūdantiā in alios. & quia ordo nature est ꝓcedere ab imperfecto ad perfectū in natura hūana ideo subditur: sed non prius qđ spiritale etc. unde communiter in antiquis primogeniti fuerūt aīales ut patet de Caym. Ismahel. Esau. & multis alis. Ratio aūt quare ꝑmus homo factus est tantum in animam uiuentem subditur: cum dicitur: primus homo de terra supple formatus est Gene. ii. terrenus id est animalis. secūdus homo. i. Christus de celo formatus est non quia habuit corpus celeste ut dixerunt Manichei: sed quia

deitaſ cui unitum eſt corpuſ illud de celo uenit per effectum nouum. & prior eſt q̄ſi corpuſ Chriſti. qualiſ terrenuſ taleſ & terreni. i. ab Adā carnali deriuati carnaleſ. ſed a Chriſto ſpiritaleſ. uita uero ſpiritaliſ eſt uita celeſtiſ. propter quod conducit: ſicut igitur portauimuſ imaginem terreſtriſ per peccatū: quod facit noſ ſimileſ Ade tranſgreſſori portemuſ & imaginem celeſtiſ per uitā gratie Chriſto noſ cōformantiſ quia aliter non poſſumuſ ad beatitudinem peruenire: propter quod ſubditur: hoc autem dico fratreſ. q. d. niſi portetiſ imaginē X̄pi per gratiā que eſt quedam inchoatio uite celeſtiſ: nō poteritiſ ad regimen glorie puenire. qa caro & ſanguiſ. i. hoieſ dediti uitiſ & deliciiſ regnū dei nō poſſidebūt. qa nec ad illud intrabūt Apoc. ii. nō intrabūt in eū aliquod coinquinatum etc. neq; corruptio in corruptelam poſſidebit. quia corpuſ qđ immortale reſurrexerit: ultra corruptioni non ſubiacebit Ro. viii. ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptioniſ etc. Ecce myſterium hic conſequenter ſoluit̄ ſecūda queſtio. ſ. de reſurrectioniſ ordine & modo & diuidit̄ in treſ parteſ quia primo ponit̄ queſtioniſ ſolutio. ſecūdo ſolutioniſ cōfirmatio ibi. cum autem. tertio utiliſ monitio ibi. itaq;. prima adhuc in treſ: quia primo ponitur reſurgentium diuerſitaſ. ſecundo tpiſ unitaſ ibi in momento. tertio reſurrectioniſ neceſſitaſ ibi oportet autem. Circa primū ſciendum q̄ licet reſurrectio ſit cōmuniſ omnibuſ non tamen reſurrectioniſ moduſ ſiue terminuſ quia ſoli boni reſurgent in corpore glorioſo per doteſ predictaſ & hoc eſt: quod dicit Apoſtoluſ ecce myſterium uobiſ dico: tam boni q̄ mali ſed non omneſ immutabimur de ſtatu animalitatiſ ad ſtatum ſpiritalitatiſ per doteſ glorie corporiſ modo dicto. In momento hic conſequenter ponit̄ circa reſurrectionem tpiſ unitaſ ſiue breuitaſ circa quod ſciendum q̄ momentum dupliciter accipitur: uno modo pro nunc indiuiſibili aliquando pro breui tempore quaſi imperceptibili. & idem dicendum de ictu oculi quia ſi accipiatur pro apertione palpebre: fit in tempore ualde breui ſi autem pro ipſa uiſione fit in inſtanti indiuiſibili. & utrunq; concurret in reſurrectione. quia collectio plurium que fit miniſterio angelico per motum localem fit in tempore quaſi imperceptibili. ſed formatio corporiſ & uino aīe ad ipſum fiet uirtute diuina in inſtāti. & hoc eſt q̄ dicitur: in momento & ictu oculi fiet reſurectio modo dicto. per hoc excludit̄ error Lactantii dicentiſ reſurrectionē non eſſe futuram omni ſimul. Sed martyreſ ante alioſ reſurgent per mille annoſ. & tunc Chriſtuſ deſcendet & poſſidebit cū eiſ corporale regnū Hieruſalem mille annis in nouiſſima tuba. i. in uoce X̄pi dicētiſ ſurgite mortui ad iudicium que dicitur hic tuba: ad ſimilitudinem tube ueteriſ teſtamenti cuiuſ uox erat ad quattuor. ſ. ad conuocandum conſilium. ad pugnandum. ad ſollemnizandum feſtum. ad caſtra mouendum. Ad uocem enim Chriſti congregabūt̄. tūc omneſ ad iudicium creature. inuitabuntur ad peccatoreſ in pugnandum ſapiētie vi. pugnabit pro eo orbiſ terrarum contra inſenſatoſ. & angeli ad ſollemnizandum glorie feſtum. mouebuntur etiam tunc caſtra quia mali ibunt in ſupplicīū & iuſti in gaudiū ad uocē Chriſti dicentiſ impiſ: Ite etc. & Iuſtiſ uenite etc. Mat. xxv. deitaſ tamen Chriſti erit reſurrectioniſ cauſa principaliſ humanitaſ autem inſtrumentaliſ & quia poſita cauſa ponitur effectuſ ideo ſubditur: canet enim tuba & mortui reſurgēt incorrupti. i. ſine diminutione membrorum. quicquid enim pertinet ad integritatem nature omnibuſ dabitur ut communiuſ dicitur. hoc qđ pertinet ad gloriam: dabit̄ tm̄ electiſ: ideo ſubdit̄: & noſ immutabimur: de ſtatu miſerie ad ſtatum glorie. oportet. n. hic oſtendit̄ reſurrectōiſ neceſſitaſ que accipit̄ ex tribuſ p̄mo ex perfectione nature humane que non eſt perfecta niſi anima ſit corpori coniuncta: propter quod ſeparari eſt anime per accidēſ & contra eiuſ naturalem inclinationem. nullum autem tale pōt

esse perpetuum. secundo ex impletione diuine iusticie. s. ut corpus simul puniatur cū anima: sicut anima peccauit in corpore. tertio ex conformitate membrorū ad caput Christi quantū ad electos qui surrexit quātū ad iteratam unionem anime ad corpus. nec obstat dictum Philosophi. secundo de generatione. s. q̄ illa quorum substantia corrumpitur nō redeunt eadem numero: sed solum specie: quia loquit̄ de redeūtibus per motū & uiam nature contra illos qui dicebant eadem numero per naturam posse iterari. deus autem hoc potest: cuius uirtus est infinita. & potest agere sine motu. dicit ergo Apostolus: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. i. naturam humanam resurgere incorruptibilem rationibus dictis. & hoc erit omnibus cōmune. & mortale hoc induere immortalitatem. i. in mutationem in melius: quod erit speciale electis. & dicit induere: quia sicut uestimentum aliunde aduenit corpori: sic dicta incorruptio in omnibus & immortalitas in electis non erit ex principiis nature creata. & per hoc soluitur dictū Philosophi. x. Metaphisice. s. corruptibile & incorruptibile genere differunt. & per consequens non possunt esse idē numero. uez enim cōcludit quando corruptio & incorruptio ad idem principium reducunt. sed nō est incōueniēs q̄ idem numero qđ per naturam est corruptibile: a deo fiat incoruptibile. sicut idem liberum arbitrium qđ modo est mutabile tunc erit confirmatum. per dicta soluta est questio illorum qui qnerebāt: quomodo resurgēt mortui. reputantes eā impossibilē. Cum autem hic consequenter confirmat qđ dictum est in solutione de sanctorum immortalitate & hoc p̄ autoritatē sacre scripture Osee. xx. ubi nos habemus ero mors tua o mors: translatio. lxx. habet absorpta est mors inuictor. qđ tunc implebitur ut patet ex dictis. ꝓpter qđ Apostolus congaudens in spiritu propter certam expectationem illius status q̄si insultās morti dixit ubi est mors uictor tua? quia ꝓsternebas omnes. q. d. non apparebit ultra. ubi est mors stimulus tuus? id est peccatum per quod humanna natura morti addicta fuit quasi per stimulum. Ro. v. per peccatum mors. ideo subditur. stimulus autem mortis peccatū est. Sed qa posset aliquis dicere peccatū per legem fuisse ablatum: hoc remouet dicens: uirtus uero peccati lex. quia peccatum magis uiguit ex lege non per se & directe: sed ex humana malicia per legē occasione accepta: eo q̄ humana malicia nitit̄ in uetitum sicut plenius fuit declaratum Ro. vii. super illud occasione aūt accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnē concupiscentiam. de hac autem uictoria perChristum inchoata & in fine mundi consummanda gratie sunt agende: ideo subditur: deo autem gratias etc. Itaq; hic ultimo ponitur utilis monitio ne Corinthii corrumpantur a Pseudo Apostolis resurrectionē negantibus cum dicit̄: itaq; fratres mei nō carnali cognitione sedChristiana religione. dulcissimi caritatiua dilectione stabiles estote & imobiles in fide resurrectionis future abundantes in opere dñi semp qa fides sine operibus mortua ē: Iac. ii. scientes q̄ labor uester non est inutilis in domino. sed tunc magnifice remunerabitur a deo: sicut dicit Sapientie quarto bonorum laborum gloriosus est fructus.

XVI.

DE collectis autem postq̄ Apostolus instruxit Corinthios de iis que pertinent ad Ecclesie sacramenta: hic consequenter instruit eos de conuersatione debita & honesta. & primo qualiter se habeant ad extraneos: secundo ad se ipsos & uicinos ibi: uigilate. tertio in fine epistule salutat eos ibi: salutant uos. prima adhuc in tres quia primo instruit eos qualiter se habeant erga collegium pauperum absentium. secūdo. qualiter ad se ipsum ibi. ueniant autem. tertio qualiter ad alium Christi discipulum ibi. si autem uenerit. Circa primum sciendum q̄ in primitiua Ecclesia in Hierusalem congregata omnes uendebant possessiones suas: & erant omnia communia ut habetur

Actuum.iiii.& ideo facta fame in Iudea de qua habetur Act.ii. fideles qui erant in Hierusalem afflicti fuerunt fame:& penuria:propter q̄ Apostoli statuerunt ut fideles in alus locis existentes iuuarent eos:& hoc negocium specialiter erat commissum Paulo & Barnabe ut habetur Gal.ii.dextras dederunt mihi & Barnabe societatis ut pauperum memores essemus.ideo Apostolus Corinthios instruit de collectione talis elemosine & eius conseruatõe & missione in Hierusalem dicens de collectis autem que fiunt in sanctos id est propter fideles in Hierusalem habitantes qui dicuntur sancti pre ceteris credẽtibus quia erant religiosi abrenũciando bonoz̄ temporaliũ ꝓprietati. sicut ordinaui in Ecclesiis Galatie nomen est regionis in Grecia a Gallicis acquisite sub Brẽno Duce.in qua regione Corinthus est Metropolis. Itaq; uos facite.s.collectam elemosine pro fidelibus qui sũt in Hierusalem per unam sabbati.i.prima die hebdomade que uocat sabbatum in pluribus locis scripture.unde Lu.xviii.ieiuno bis in sabbato.i. in hebdomada. similiter una accipitur pro prima Gene.primo factũ est uespere & mane dies unus id est primus.assueuerant enĩ fideles conuenire ad Ecclesiam die dominica que est hebdomade prima: propter qđ dicte collecte magis tunc erant apte. Consequenter instruit de conseruatione huius elemosine.d.unusquisq; aũt uestrum apud se reponat etc.ut tollatur suspicio infidelis seruationis si com mitteretur alteri.ut non cum uenero ad predicandum tunc collecte fiant quia possent dicere Pseudo apostoli q̄ causa questus uenisset Apostolus & sic occasionẽ acciperent questũ querendi dicens cum autem presens fuero uobiscum quos probaueritis fideles & aptos ad hoc opus per epistolas a uobis & a me scriptas hos mittam perferre gratiã uestram id est elemosinam a uobis gratis datam in Hierusalem fidelibus ibidem habitantibus. q̄ si dignum fuerit ut & ego causa si negotium hoc requiret:& deo placuerit:mecũ ibũt ut per meam presentiam de ipsis tollatur suspicio.& per eorum presentiam oblocutio contra me a falsis Apostolis ¦qui aliter possent dicere mendaciter q̄ illam pecuniam applicarem usibus meis. Veniam autem hic consequenter instruit Corinthios qualiter se habeant ad se ipsum promittens eis suũ aduentum dicens ueniam autem ad uos sed excusat ad tempus dilationem subdens cum Macedoniã pertransiero per quã habebat transire ex ordinatione dei pro fidelium salute.cetera patent usq; ibi. hostium enim apertum est mihi magnum id est multa corda hominum parata ad audiendum Christi Euangelium & aduersarii multi id est infideles & Pseudo apostoli qui conantur impedire profectum:& per hoc Apostolus ostendit dilationem sui aduentus esse necessarium ad tempus. Si autem hic consequenter ostendit qualiter se debeant habere ad duplicem doctorẽ primus est Timotheus de quo scribit eis si uenerit Corinthũ recipiatur amicabiliter dicens:ut sine timore sit apud uos etc.& etiam reuerenter cum dicitur:ne quis ergo illum spernat:& q̄ cõducatur in securitate ibi.deducite aũt illum etc.¦secundus est Apollo qui recesserat a Corinthus propter contentiones eorum uadens ad Apostolum quem postmodum peruerũt ab Apostolo remitti ad Corinthũ de quo rescribit Apostolus q̄ ipsum rogauerat super hoc. non tamen precepit. licet posset: quia magnis uiris non debet de facili preceptum imponi.sed magis excuset eũ dicens ueniet autem cum ei uacuum fuerit.i.opportunum. Vigilate hic consequẽter eos instruit qualiter debeant adinuicem habere & primo in communi dicens uigilate in feruore orationis.& state in fide future resurrectionis.uiriliter agite in exercitio bone operationis. & confirmamini in domino in spe eterne retributionis. & omnia uestra.s.opera in caritate fiant sine qua nullũ opus est meritorium uere beatitudinis. obsecro hic instruit eos de mõ se habẽdi ad aliquas personas specales inter Corinthios

exiſtenteſ que aliaſ precellebant in fide deuotione & operibuſ. pietatiſ. propter qđ Apoſtoluſ mouet Corinthioſ ut habeant erga illoſ ſpecialem amicitiam reuerentiam & honorem qm̃ ſunt primitie achaie. i. primi & principaleſ in fide & operibuſ bonis ut & uoſ ſubditi ſitiſ eiuſmodi. debitam ipſis reuerentiam exhibendo. gaudeo in preſentia Stephane etc. quia per preſentiam eorum inter uoſ eſtiſ meliorati in fide. & moribuſ. ideo ſubditur: qm̃ id qđ uobiſ deerat ad profectum boni ipſi ſuppleuerunt: & quia de hoc profectu gaudebat Apoſtoluſ: ſubdit: refecerunt enim & meum ſpiritū gaudio ſpirituali. & ueſtrū ex profectu boni: ideo concludit cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſūt eoſ debite reuerendo. Salutant hic ultimo ponit̄ ſalutatio. & primo ponit Apoſtoluſ aliorum ſalutationem. d. ſalutant uoſ etc. & patet littera biſ exceptiſ: Aquila & Priſca receſſerant enim de Corintho cum Apoſtolo ut habetur Act. xviii. propter qđ in hac ſalutatione Corinthiorum ſpecialiter exprimuntur ſalutate inuicem in oſculo ſcō. exponatur ſicut ſupra Ro. ultimo. ſecundo ponit ſalutationem ſuam dicenſ. ſalutatio mea manu pauli. hoc enim ponebat in fine epiſtolarum ſua4 manu propria ſcriptum ne illi quibuſ ſcribebat: deciperent̄ a falſiſ Apoſtoliſ ſub nomine Pauli malā doctrinā ſcribentibuſ. ultimo imprecatur maledictionē obſtinatiſ in malo. d. ſi quiſ nō amat dominum Ieſum Chriſtum ſit anathema. i. excommunicatuſ & a fidelibuſ ſeparatuſ. maran atha ſic enim debet ſcribi ſunt enim due dictioneſ. & prima ualet in latino dn̄ſ noſter. ſecunda idem qđ uenit. ſed propter ignorantiam idiomatiſ & longitudinem temporiſ due dictioneſ coniuncte ſunt ſimul. & ultima littere prime dictioniſ eſt ſubmota: eſt igitur ſenſuſ. ſiquiſ non amat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negādo eum eſſe uerum deum celi & terre ſit anathema. & ſubditur cauſa Maran. Atha. i. q̄ dominuſ noſter uenit. i. Ieſuſ Chriſtuſ uenit in mundū: qui eſt ueruſ deuſ & dominuſ omniū. Et uidet̄ Apoſtoluſ hic ſpecialiter dicere contra Iudeoſ obſtinatoſ qui aſſerūt uerum Chriſtum adhuc non uenisſe. Conſequenter Apoſtoluſ imprecatur bn̄dictionē bonis. d. gratia domini noſtri Ieſu Chriſti uobiſcum uſq; in finem caritaſ mea cū oībuſ uobiſ. i. eadem caritate uoſ inuicem diligite qua diligo uoſ. & quia hec dilectio nō eſt carnaliſ ſed ſpiritaliſ & ex deo: ideo ſubdit̄ in Chriſto Ieſu amen. cōfirmatio eſt dicte bn̄dictionis in X̄po cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum amen.

Incipit expoſitio ſecunde epiſtole ad Corinthioſ. Ca. I.

Auluſ Apoſtoluſ poſt̄q̄ Apoſtoluſ ſcripſit Corinthiſ inſtruens eoſ de ſacramentiſ Eccleſie in epiſtola prima: Hic conſequenter ſcribit eiſ de de myſteriiſ Eccleſie in epiſtola ſecūda. cuiuſ ratio fuit: qa poſt predicationē Apoſtoli receperant Pſeudoapoſtoloſ quoſ aliqui ueriſ Apoſtoliſ preferebant. propter qđ Apoſtoluſ ſcribit commendanſ ueroſ Apoſtoloſ & eorum doctrinam. & ut̃tuperanſ falſoſ & eorum falſitatem. & diuiditur hec epiſtola in duaſ parteſ. ſ. in ſalutationem & narrationem: que incipit ibi. benedictuſ. Circa primū primo ponuntur perſone ſalutanteſ cum dicitur: Pauluſ Apoſtoluſ. exponat̄ ſicut ſupra Ro. i. per uolūtatem dei. i. eiuſ electionem: ut habetur Actuū. xiii. & Timotheuſ ſuper hunc adiungit Apoſtoluſ in ſalutatione ſua: ne Corinthii crederent ipſū aliqua mala retuliſſe de ipſiſ Apoſtolo: cum tranſierat per eoſ poſt primam apoſtoli Epiſtolam miſſam ut habetur in fine illiuſ epiſtole. Conſequenter ponuntur perſone ſalutate cum dicitur Eccleſie dei. i. congregationi fidelium que eſt Corinthi Achaie

metropoli. tertio pnuntur optata bona gratia uobis in presenti. que est principium omnis boni meritorii. & pax in futura. felicitate que quietabit totaliter appetitum. a deo patre nostro. i. a tota trinitate. & dño nostro Iesu Christo. a tota enim trinitate perueniunt nobis dicta bona mediante Christi incarnatione. benedictus premissa salutatione hic consequenter ponitur narratio epistole. in qua sic procedit Apostolus quia primo excitat Corinthiorum attentionem. secúdo ponit suam excusationem ibi: & hac confidentia. tertio prosequitur intentionem. iii. ca. prima adhuc in duas: quia primo excitat attentionem recitando quedam in generali: secundo magis in speciali ibi: non enim uolumus. Circa primú sciendum q̄ ex benuolentia reddunt auditores attenti. propter quod Apostolus captat eorum benuolentiam ostendendo q̄ quicqd facit: ad utilitatem eor̄ facit. & ideo primo utilitatē ex ipso eis prouenientē declarat. secundo rationem huius allegant ibi: quoniā sicut abundant. dicit ergo benedictus deus id est gratias ago sibi. dicere enim dei est facere psal. xxxi. dixit & facta sunt. dicere uero nostrum non est facere: & ideo quando deus benedicit nobis: aliquod bonú donú nobis tribuit. sed quando deo benedicimus nihil deo accrescit. sed solú gratias sibi agimus. dicit igitur: benedictus deus. i. tota trinitas. & pater. i. persona patris. dñi nostri Iesu Christi in quo exprimitur persona filii. & cointelligit̄ simul persona spūs sancti cum sit nexus amborum. pater misericordiarum auferens a uobis omnem miseriam. & deus totius consolationis conferens nobis totaliter bonum quietatiuú mentis. s. se ipsú qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. aliquando eruendo: & aliqñ premium p̄mittendo. & patientiá tribuendo. q̄d frequēter est melius & expediēs magis q̄ erui a tribulatōe temporali. sed qa talē consolationem dedit deus Apostolo non solum pro se sed etiam pro aliorum utilitate sicut dedit lumen soli non solum ut ipse sibi luceat: sed etiam ut alia illuminet ideo subdit: ut possimus & ipsi consolari uerbo & exemplo eos qui in omni pressura sunt per exhortationem etc. i. proponendo eis premiú eternú sicut a deo est nobis propositum. & exponendo eis scripturas inducentes ad tolerantiā passionum sicut a deo sunt nobis reuelate. Quoniam sicut abundant hic consequenter allegat sui dicti rationem & qa duo dixerat. s. q̄ cōsolationem a deo receperat in suis tribulationibus. & q̄ hoc cedebat ad utilitatem fidelium: ideo primo persuadet p̄mú dicens: quoniam sicut abundant passiones Christi. i. tribulationes que in capite Christo inceperunt in nobis. s. Apostolis ad quos a capite deriuate sunt: ita abūdat consolatio nostra propter q̄ dicitur psal. xiiii. secūdum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt animam meam. & hoc est ualde rationabile. Cō/sequenter persuadet secūdum dicens siue autem tribulamur pro nostra exhortatione & salute. i. hoc cedit ad utilitatem uestram inquantum exemplo nostri ad tolerandú patienter tribulationes debetis animari. siue consolamur etc. hoc similiter cedit ad cō/solationem uestram inquantum habetis eiusdem boni promissionem. siue exhortamur. a deo per internam reuelationem. pro uestra exhortatione & salute. ex hoc enim uos magis instruimus. ideo subditur: que operatur. i. quia exhortatio a nobis p̄posita uobis operatur tolerantiam. i. reddit uos fortiores ad tolerantiam passionum earúdem quas & nos patimur. exhortatio ent̄ que fit uerbo & facto efficatior est. qa patiētia discipuli firmat spem magistri de stabilitate eius in bono & consecutione premii. ideo subditur: ut spes nostra firma sit pro uobis. q. d. ex tolerantia enim uestra firmiter speramus quod premium beatitudinis consequemini propter q̄d subditur: scientes nō certitudine euidentie sed adherentie quoniam sicut socii passionum estis in presenti sic eritis & consolationū in futuro. Non enim hic consequenter captat eor̄ benuolētiā

recitando quedam in ſpeciali & primo recitat perſecutionem quandam ſibi factam & conſolationem a deo ſibi datam. & ſecúdo proſequitur huiuſ conſolationiſ cauſam ibi: nam gloria illa uero tribulatio fuit excitata contra Paulum apud Epheſum per quẽdam argentarium ut habetur Act. xix. de qua dicit noſ enim uoſ nolumuſ igno/rare fratreſ de tribulatione noſtra. quia uobiſ erit patientie materia que facta eſt in Aſia in qua eſt Epheſuſ. quoniã ſupra modũ grauati ſumuſ. i. ſupra modũ humanũ. ſupra uirtutem. ſ. naturalem. Sed contra hoc uidetur eſſe ꝙ dicit̃. 1. Corin. x. fideliſ deuſ qui non patietur noſ temptari ſupra id qđ poteſtiſ. etc. dicendum ꝙ duplex eſt uirtuſ ſeu poteſtaſ. ſ. nature & gratie. ſupra uirtutem uero nature ſaltem de cõmuni curſu bene permittit deuſ aliquando fideleſ temptari. ſed tunc dat uirtutem gratie ad poſſe ſuſtinere. & ſic loquitur Apoſtoluſ. 1. ad Corin. x. unde ibidem ſtatim ſubdit. ſed faciet cum temptatione prouentum. ut poſſitiſ ſuſtinere. Ita ut tederet etiam noſ uiuere propter põduſ enim tribulationiſ aliquando prolongatio uite reddit̃ tediosa. Sed contra hoc uide t̃ ꝙ dicitur. Iac. 1. omne gaudium exiſtimate uobiſ fratreſ cum in temptationeſ uariaſ incideritiſ etc. dicendum ꝙ tribulatio ſecundum ſe conſiderata odibiliſ eſt & tediosa. & ſic loquitur hic Apoſtoluſ in comparatione tamen ad finem ẽ iocunda utpote ad conſecutionem beatitudiniſ ordinata Mat. v. beati qui pſecutionẽ patiuntur propter iuſticiam qm̃ ipſorum eſt regnum celorum ſicut medicina amara propter conſecutionem ſanitatiſ eſt amanda. ſed ipſi in nobiſ ipſiſ reſponſum mortiſ habuimuſ. i. firmam opinionem moriendi tunc. ut non ſimuſ fidenteſ in nobiſ id eſt in uirtute ꝓpria. ſed in deo qui ſuſcitat mortuoſ etc. q. d. idẽ reputo ac ſi noſ a mortuiſ ſuſcitaſſet. & adhuc eripiet in futuro. adiuuãtibuſ & nobiſ etc. i. non fit hoc ſolum ex merito noſtro ſed etiã ex merito ueſtrarum orationum pro nobiſ. ut ex multarum perſoniſ facierum. i. ex perſoniſ multarum conditionum ſecundum etatum ſtatum & ſexum ex hoc enim ꝙ deuſ dat beneficium alicui ad preceſ multorum nõ ſolum obli/gatur ad gratiaſ agendaſ deo ille qui beneficium recipit: ſed etiam omnibuſ per quoꝝ orationem hoc fit propter qđ deuſ aliquid aliquãdo dat ad preceſ multoꝝ ut omneſ obligentur ad gratiarum actioneſ. qđ etiam cedit in bonum omniũ. etuſ que in nobiſ eſt donationiſ etc. i. ut pro beneficio nobiſ collato precibuſ multo rum multi gratiaſ agant deo. nam gloria ueſtra hic conſequenter ponitur cauſa dicte conſolationiſ: que accipitur ex parte conſolati: & diuiditur in duaſ parteſ. nam hec cauſa primo ponit̃. ſecundo teſtimonium ad hoc inducitur ibi. nam alia ſcribimuſ. Circa primum ſciendum ꝙ conſolatio Apoſtoli conſiſtebat in firma ſpe diuini auxilii: ut patet ex dictiſ taliſ autem ſpeſ cauſatur in homine ex hoc ꝙ uiuit ſecundum dictamen conſcientie pure & recte. qđ faciebat Apoſtoluſ: ideo dicit. nam gloria quaſi dicat ideo ſecure confido de diuino auxilio propter teſtimonium cõſcientie proprie que remuneratur malo in/teriuſ & de propria bonitate que congaudet bono. & huic teſtimonio debet homo magiſ credere de bona proprietate quã teſtimonio hominũ qui uident tm̃ exteriora. contra illoſ qui reputant ſe bonoſ ex hoc. ꝙ ab aliiſ laudantur. qđ in ſimplicitate q̃tũ ad rectitudinem intentioniſ. & ſinceritate quãtum ad bonitatem operiſ in ſe que duo requiruntur ad bonitatem actuſ. ſ. ꝙ ſit bonum opuſ ex genere & ex finiſ intentõe. dei hoc additur quia talia non habet homo a ſeipſo ſed a deo: & ad quem debet iſta referre. & non in ſapientia carnali. i. non intendo terrene ſapientie ſed gratie diui/ne. conuerſati ſumuſ in hoc mundo. i. inter homineſ. abũdantiuſ autem ad uoſ. hoc dicit Apoſtoluſ quia illiſ predicauerat abſq; hoc ꝙ acciperet ab eiſ ſumptuſ: ut habet̃ infra. xi. ca. quoſ tamen acceperat ab aliiſ. Non alia hic conſequenter inducit ad hoc

teſtimoniú ipſorum met Corinthiorum qui per experientiam ſcire poterant dictum Apoſtoli uerum eſſe ex ſua conuerſatione inter eoſ. & per epiſtolam priuſ miſſá: ideo dicit nó. n. alia ſcribimuſ uobiſ q̃ que legiſtiſ ſ epiſtola priuſ a me miſſa. & cognouiſtiſ: experiendo conuerſationem meam. ſpero aút ꝙ uſq; in finem cognoſcetiſ. i. perfecte ſicut & cognouiſtiſ uoſ ex parte. i. íperfecte. hoc dicit: qa receperant Pſeudo aplóſ quoſ aliqui eorum ueriſ Apoſtoliſ comparabant tamen Apoſtoluſ ſperat de bono fine. ſ. ꝙ perfecte cognoſcent ſimplicitatem & ſinceritatem ſuam & alioq̃ uere Xp̃i diſcipuli eam approbando & falſitatem Pſeudo apoſtolorum reprobando. & ad hoc ſubdit rationem. d. nam gloria ueſtra ſumuſ in quantú ꝑ predicationem noſtram cum adiutorio dei ad gloriá perducemini. & uoſ ueſtra quia per predicationem quá uobiſ facimuſ glorie premium expectamuſ in die dñi noſtri Ieſu Chriſti. i. in die iudicii que ſua dicitur: quia tunc uolútatem ſuam faciet omneſ generaliter iudicando. Et hac có/fidentia poſt q̃ Apoſtoluſ captauit Corinthiorum beniuolentiam ad euitandú eorum attentionem hic conſequenter ponit ſuam excuſationem. & diuidit in duaſ parteſ quia primo excuſatio ponitur. ſecundo eiuſ explicatio ſubditur. ſecundo ca. prima adhuc in treſ parteſ quia primo tractat ſuam promiſſionem. & ſecundo ponit ſuper hoc ſui accuſationem ibi. cum autem uolui. tertio ſubdit ſuam excuſationem ibi: fideliſ deuſ. Circa primum ſciendum ꝙ in prima epiſtola Corinthiſ miſſa abApoſtolo quam tamẽ non habemuſ: promiſerat Apoſtoluſ Corinthiſ eoſ uiſitare anteq̃ intraret Macedoniá & iteꝝ per eoſ reuerti de Macedonia: poſtmodú uero in ſecunda epiſtola quá habe/muſ: & eſt apud noſ prima ultimo ca. ſcripſit ꝙ priuſ iret in Macedoniá q̃ Corinthú. & ſic uidebatur prime promiſſioni cótrariare. propter qd̃ dicit: & hac confidentia. i. quia ſatiſ puritatẽ cõuerſationiſ mee cognoſcitiſ & gloria mea eſtiſ in hoc inq̃ confidẽſ uolui priuſ uenire ad uoſ anteq̃ intrarem Macedoniam. ut ſecundam gratiá haberetiſ a me. ſ. gratiam uiſitationiſ paternaliſ poſt gratiam predicationiſ tempore ueſtre có/uerſioniſ. hic eſt ordo promiſſioniſ cui uidetur contrariuſ ordo ſecunde. Cum aút hic conſequenter ſuper hoc ponit accuſationem Corinthiorum contra ſe qua aliq̃ dicebãt mutaſſe ipſum propoſitum circa dictum promiſſum ex animi leuitate: alii uero ꝙ hoc fecerat ex carnali affectione: propter qd̃ dicit cũ hoc ergo uoluiſſem: nunqd leuitate uſuſ ſum? mutando propoſitum ut mihi imponitiſ: aut que cogito ſcd̃m carnẽ cogito? id eſt ex affectu carnali ut ſit apud me eſt & non? id eſt duplicitaſ & falſitaſ ut aliqui ueſtrum eſtimant. fideliſ deuſ hic conſequenter ponit ſuam excuſationem. & diuidit̃ in duaſ parteſ quia primo excludit cauſam falſam. ſecundo aſſerit ueram: ibi. ego aút prima adhuc in duaſ quia duplici ratione oſtendit ſe non feciſſe ex aliqua duplicitate ſeu falſitate & accipitur prima ratio ex officio predicãdi ſibi a deo impoſito cum quo non ſtat taliſ duplicitaſ. ſed requiritur omnimoda ueritaſ quia tale officium imponit̃ a deo qui eſt ipſa ueritaſ per eſſentiá. & hoc eſt qd̃ dicit: fideliſ autem deuſ a quo ſú Apoſtoluſ inſtitutuſ: quia ſermo noſter qui fuit apud uoſ & ab ipſo deriuat̃: nó eſt in illo eſt & non. i. aliqua fallacia dei enim filiuſ Ieſuſ Chriſtuſ qui eſt uia ueritaſ & uita. Io. xiiii. qui in uobiſ per uoſ predicatuſ eſt ueraciter per me & ſiluanum iſte eſt qui uocatur Silaſ Act. xv. & Timotheum. non fuit in illo. ſ. in Chriſto eſt & non eſt. i. aliqua duplicitaſ. ſed eſt in illo fuit. quia omneſ promiſſioneſ patribuſ factaſ a deo fideliter adimpleuit. ideo & per ipſũ dicimuſ amen deo. i. fideliter confitendo eiuſ fidelitate m. ad gloriam ueſtram quam per ipſum conſecuti eſtiſ certitudinaliter. niſi fuerit defectuſ in uobiſ. Qui autem confirmat uoſ hic exponitur ſecunda ratio que accipitur ex uſu dicti officii nam predicando loquebantur ex ſpeciali motione

spiritu s sancti Mat. x. ca. non enim uos estis qui loquimini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. & hoc modo homo non potest mentiri licet hoc possit quando loquitur ex se ipso: & hoc est qđ dicit: qui autem confirmat uos uobiscum in Christo scilicet spiritus sanctus qui coniungit membra ecclesie adinuicem & capiti: & qui unxit uos sua gratia: & qui signauit uos signo crucis in baptismo & confirmatione: & dedit pignus spiritus in cordibus uestris: de ratione pignoris duo sunt. s. ꝙ tantũ ualeat quantum res ipsa cuius est pignus. secundo ꝙ non habeatur res cuius est pignus: nisi in specie. sic in presenti spiritus est pignus factus in sanctis beatitudinis eterne. equalis enĩ est bonitas rei quã expectamus in futuro que est ipsa trinitas. eadẽ. n. ẽ bonitas in una persona que in tribus: & supplendum est ꝙ homo loquens ex spiritus sancti inhabitatione & motione ut sic non potest falsum dicere. Ego autem testem hic cõsequenter ponit causã ueram quare non uenerat secundũ promissi formam & cõfirmat dictum suum duplici iuramento. s. attestationis: d. ego autem testem deum inuoco: & execrationis ibi in animam meam. i. in periculũ anime mee: ꝙ parcens uobis non ueni ultra Corinthum. i. postq̃ a uobis recessi. dicit autem parcens uobis: sciebat enim eos pro tunc male congregabiles. & sic ex aduentu suo ad corrigendum potuisset oriri inter eos seditio & maius periculum. non quia dominamur: hoc dicit Apostolus quia posset aliquis de Corinthiis dicere ꝙ Aplũs loqueretur nimis dñatiue dicendo: pracens uobis hic ideo concludit dicens non qa dominamur. q. d. non dixi hoc ut dñs uester: sed ut coadiutor gaudii uestri qđ expectatis qa fide statis. s. immobiles in ueritate. Catholica & non ex actione aliqua.

II.

STatui aũt postq̃ Apostolus posuit excusationem suã hic cõsequenter explicat eam exprimendo duplicem causam propter qđ non uenerat Corinthũ secũdũ formam prime promissionis. secunda ponitur ibi cum autem uenissem. prima causa est sicut dictum est timebat ne ex suo aduẽtu peius euenisset & sic tristiciam sine utilitate habuisset quam explicat dupliciter primo in generali: secundo magis in speciali ibi: siquis aũt Circa primũ sciendum ꝙ sicut dictum est Apostolus timuit ne eius aduẽtus esset inutilis immo nociuus ratione dicta & sic habuisset tristiciã sine utili propter qđ tunc disposuit non uenire: sed magis scribere epistolam premissam reuocans eos ad penitentiam ut sic cum ueniret: eos ad correctionem dispositos inueniret. & sic materiam gaudii ex penitẽtia ipsorum haberet. propter quod patet ꝙ dilatio sui aduentus fuit ual de rationabilis & hoc est ꝙ dicit: statui autem. i. firmiter disposui hoc ipsum apud me tunc ad uos non uenire personaliter: sed magis scribere ne iterum in tristicia tam ex parte mea q̃ uestra uenirem ad uos ratione predicta. si enim ego contristor uos corripiendo indispositos & quis est: qui me letificet? q. d. existens apud uos consolari non possum: nisi a uobis. tristatus autem non potest alium letificare: ideo subdit: nisi qui tristatur ex me. i. uos per me cõtristati si tunc uenissem. qđ non fieret: sed magis oppositũ. & hec ipsum scripsi uobis ut non cũ uenero tristiciam super tristiciã habeã. fuit enim primo contristatus de peccato eorum. & secundo magis contristatus fuisset de incorrigibilitate eorũ. de quibus oportuerat me gaudere inueniendo uos penitẽtes. confidens in omnibus uobis. i. hoc uobis scribo confidens ꝙ uos sic disponetis per penitentiam: ꝙ habebo inde gaudii uiam. quia gaudium meum omnium uestrum est. i. consurgit de bono omnium uestrum. nam ex multa tribulatione & angustia angustia uero ꝓpe ẽ in mente ex qua redũdat tribulatio carnis in corpore & utrũq; cõtigerat Apostolo ex Corinthioꝝ peccato ideo subdit scripsi uobis reuocãs uos ad penitentiã per multas lachrymas a me fusas pro expiatione peccati uestri & quia aliquis posset

credere ꝙ hoc ſcriberetur ad eorum confuſionem & triſticiã ideo hoc remouet dicẽſ: non ut contriſtemini ſupple hoc ſcripſi: ſed ut ſciatiſ quia caritatem habebam erga omneſ fideleſ abundantiuſ in uobiſ: quia illoſ conuerterat ad fidem ut patet ex ſupra dictiſ. propter qđ zelauerat pro eiſ & loquitẽ ſic Apoſtoluſ ut magiſ moueanẽ amore q̃ timore. Siquiſ aũt hic conſequenter ponitur cauſa ſue triſticie in ſpeciali de quodã qui eum contriſtauerat. ſ. ille enormiſ fornicator qui uxorem patriſ ſui habebat: ut habetur prima Corin. v. & diuiditur in duaſ parteſ quia primo oſtendit ꝙ liter eum contriſtauit. ſecundo de penitentia eiuſ agit ibi: ſufficit illi. Circa primum dicit: ſiqſ aũt contriſtauit me & accipitẽ hic ſi pro quia ille nefariuſ eũ cõtriſtauerat nõ me cõtriſtauit. ſ. totaliter ſed ex pte. i. ſcđm qđ. eſt. n. duplex triſticia una que abſorbet & deiicit rationẽ. & iſta ſcđm philoſophũ nõ cadit in ſapiente. nec fuit in Apoſtolo. Alia que aliquantulum turbat rationem quando quiſ conturbatur de malo alicuiuſ & hoc fuit in Apoſtolo. tamen quia delectabatur de boniſ aliorum ideo ſubdit ut nõ onerem omneſ uoſ imponendo uobiſ omnibuſ hoc onuſ. ſ. ꝙ contriſtaueritiſ me. nã multi ueſtrum me letificauerunt ex bona ſua conuerſatione. Sufficit hic cõſequẽter Apoſtoluſ agit de penitentia illiuſ & quia pene medicine ſunt contra morbũ peccati: ideo ſecuriuſ eſt remittere de pena debita q̃ eã aggrauare. ſicut ſecuriuſ eſt uti debiti medicina q̃ nimiſ forti. propter qđ dicit Philoſophuſ. v. Ethicorum quod epicheſ eſt diminutio penarum. & ſic facit hic Apoſtoluſ. & ad hoc aliоſ inducit dicenſ: ſufficit illi qui etiſmodi eſt. ſ. dicto fornicatori obiurgatio hec que fit a pluribuſ id eſt que eſt tam manifeſta ſicut eſt ſeparatio a cõmunitate per excõmunicationem que facta fuit de illo fornicatore quia tradituſ fuit ſathane ad affligendum ad horam ut habetur. i. Corin. v. ſi enim duriuſ corrigeretur: poſſet deſperare qđ eſt peſſimum: ideo ſubditẽ: ita ut econtrario magiſ doneti aliquid remittendo de pena debita propter periculum deſperationiſ. & conſolationum ingerendo eorum exempla qui ſuſtinendo penã ꝑ ſuiſ peccatiſ patienter conſecuti ſunt dei gratiam & aliquando maiorem q̃ haberent ante lapſum: ne forte abundantiore triſticia abſorbeatur per deſperationem ut dictũ eſt: propter quod obſecro uoſ ut confirmetiſ in illum caritatem ueſtram oſtendendo ei ſigna caritatiſ. ideo enim & ſcripſi ſupple uobiſ iſta ut cognoſcatiſ experimentum ueſtrum. i. experientiam facti ueſtri an in omnibuſ obedienteſ ſitiſ: hoc dicit quia priuſ mandauerat ipſum puniri & obedierunt. & mõ mandat aliquid de pena remitti: ꝙ ſi faciant apparebit eorum obedientia perfecta. & ꝙ debebant hoc facere oñdit dicenſ cui autem aliquid donaſtiſ et ego etc. quãdo enim ipſi remiſerant aliquã penã debitam alicui & rogauerant etiam Apoſtolum ut ipſe remitteret: ipſe acquieuit petitioni eorum. tamẽ cum diſcretione. ideo ſubdit in perſona Chriſti qui nõ poteſt errare quia aliquando remitterere non expedit honori Chriſti & Eccleſie. ut non circũueniamur a Sathana. i. ut non decipiamur a diabolo: qui aliquando temptat Prelatoſ de nimiſ aſpera correctione ſub ſpecie zeli iuſticie & aliqñ de nimiſ parua ſub ſpecie miſericordie ideo ſubdit. non enim ignoramuſ cogitationeſ eiuſ. ſ. Sathane qđ intelligendum eſt in generali quia ſemper intendit hominеſ decipere. in ſpeciali autem ſciri non poſſunt niſi a deo & ab eo cui reuelauerit. Cum autem hic ponitur ſecunda cauſa dilationiſ aduentuſ Apoſtoli apud Corinthioſ que eſt ne fructuſ maior impediretur apud aliоſ: circa qđ oſtendit primo ſui itineriſ proceſſum. ſecundo proceſſuſ fructum ibi: deo gratiaſ. Circa primum dicit: cũ autem ueniſſem Troadem propter Euãgeliũ Chriſti. i. propter predicationem Euangelii: & hoſtium mihi apertum eſſet. i. corda auditorum cũ deuotione parata in domino. i. per dominum. hic dicit Apoſtoluſ quia

oportet ꝙ prima preparatio ad gratiam ſit a deo ſecundum ꝙ dicitur Thre. iii. ca. conuerte noſ dñe ad te. & conuertemur. non habui requiem ſpiritui meo. i. uolũtati mee in Chriſto firmitate: quia uidebam corda parata ad audiendum: & predicare nõ poteram. & huius cauſam ſubdit. d. eo ꝙ non inuenerim Titum. duo enim imminebãt Apoſtolo fienda. ſ. reſiſtere infidelibus & hereticis & p̃dicare uolentibus audire. utrũq; uero per ſe ſufficienter facere non poterat. ſed ſi Titum inueniſſet per ſe reſtituſſet aduerſarius ad qđ requiritur maior ſcientia. & per Titũ predicaſſet qui ad hoc ſufficiebat. & erat magiſ eloquens in lingua Greca. licet enim Apoſtolus omnes linguas ſciret loqui tamen magiſ facundus erat in Hebreo & propter hoc Apoſtolus tunc remanſit in Troade ad predicandum. ideo ſubditur: ſed uale faciens eis id eſt fratribus Chriſtianis profectus ſum in Macedoniam. hec aũt ſcribit Apoſtolus Corinthiis quia tunc Titus erat apud eos ad ſedandum eorũ diſſenſionem & ſic erant in cã dilatõis Apoſtoli aduentus ad eos. Deo autem gratias hic conſequenter Apoſtolus oſtendit itineris ſui fructum. & diuiditur in duas partes quia primo fructũ hunc oſtendit ſcđo ab hoc fructu falſos Apoſtolos excludit ibi: & ad hoc. Circa primum dicit deo autem gratias nam omnis operatio bona deo principaliter eſt attribuẽda qui ſemp triũphat uos. i. facit uos triumphare de hereticis per diſputationem. Actuũ. vi. non poterant reſiſtere ſapientie & ſpiritui qui loquebatur. & de perſecutoribus facit noſ triumphare per patientiam. ſecundum illud.

Nobile uincendi genus eſt: patientia uincit.
Qui patitur: ſi uis uincere: diſce pati.

Et odorem notitie ſue manifeſtat per uos. notitia uero de deo habita per ſcientias humanas ſolum illuminat intellectum ut ꝙ deus eſt unus immutabilis eternus & huiuſmodi. ſed notitia de deo per ſacram ſcripturam habita ut ꝙ eſt redẽptor glorificator & huiuſmodi inflammat affectũ propter qđ eſt odorifera. Can. i. curremus in odorẽ unguentorum tuorum. quia Chriſti bonus odor ſumus deo predicando hanc Chriſti doctrinam exemplo & uerbo ad honorem dei. differenter tamen bonis & malis. ideo ſubditur: aliis quidem. i. malis odor mortis in mortem. quia ex hoc mouent ad inuidiã & odium contra noſ predicantes que mortificant animam auferentes gratiã & ducũt ad mortem eternam. aliis autem. i. bonis odor uite in uitam quia per hoc mouent ad dei dilectionem que uiuificat hic per gratiam & adducit ad uitam beatam. Et ad hoc hic conſequenter ab hoc fructu falſos Apoſtolos excludit dicens ſed ad hoc. i. ad p̃dicandum hanc doctrinam tam ſanctam & puram quis tam idoneus. q. d. Pſeudo apoſtoli quos recepiſtis non ſunt huiuſmodi. ſed ueri Apoſtoli Ieſu Chriſti qđ ꝓbat conſequẽter dicens nõ enim ſumus & noſ ueri Apoſtoli ſicut plurimi. ſ. Pſeudoapoſtoli adulterantes uerbum dei adultera enim dicitur mulier que ſemen ſuſcipit ab alio q̃ a proprio uiro. ſemen autem eſt uerbum dei Luc. . viii. ꝙ propter dei gloriam et honorem ſuſcipiendum eſt ad predicandum. & ideo qui propter queſtũ & uanã gloriã illud p̃dicãt: adulterant. qđ faciebãt falſi Apoſtoli. ſed ex ſinceritate. i. pura intentõe noſ ueri Apoſtoli predicauimus: qđ debet fieri propter tria que ſubduntur cũ dicitur ſicut ex deo. i. ſicut miſſi a deo ſumus cuius nũcii & miſtri debent eſſe puri Leuit. xi. caſcí eritis qm̃ ego ſanctus ſum & ſic habetur primũ. ſecundum tangitur cum dicit coram deo. i. ipſo nobis aſſiſtente in cuius p̃ſentia oportet loqui pure & ſancte. tertium ibi in Chriſto loquimur. i. de Chriſto qui eſt puriſſimus & ſic patet ꝙ p̃dicatio ueſtra debet eſſe ſincera ratione mittentis aſſiſtentis & materie predicabilis.

INcipimus post q̃ Apostolus preparauit animos auditorum hic consequenter exequitur principale propositum de ministris Ecclesie pertractando. Circa qđ primo bonos commendat. secundo malos uituperat. x. ca. prima adhuc in duas quia primo commendat noui testamenti mysteriũ. secũdo hortatur ad huiusmodi mysterii usum. c. vi. prima in tres quia primo commendat mysterium noui testamenti ex eius dignitate. secũdo ex usu. ca. iiii. tertio ex fine ca. v. prima adhuc in duas quia primo remouet quandam obiectionem. secundo ponit ministrorum ecclesie commendationẽ ibi: qui & idoneos. Circa primũ sciendũ q̃ cum Paulus esset unus de ministris Ecclesie posset aliquis obicere q̃ ipse uellet seipsum commendare. hoc aũt remouet Apostolus dupliciter ostendens primo q̃ talibus non indigebat. secundo q̃ ea non querebat ibi: fiducia autem. dicit igitur. Incipimus iterum nos metipsos commendare. q. d. non? sed ad manifestationẽ ueritatis & reprehensionem falsitatis hoc dicimus ad honorem dei. aut nunquid egemus sicut quidã. i. falsi Apostoli commendatitiis epistolis. i. ad nostrã cõmendationem ad uos. s. missis ab aliis tales enim epistolas impetrabant falsi Apostoli ad magis extorquendum questũ. q. d. Apostolis talibus non indigemus. & subdit causã huius dicẽs. epistola uestra. i. uestre dignitatis manifestatiua uobis estis: qui p me cõuersi estis ad fidem. scripta in cordibus uestris quia recentem memoriam de ipsis iugiter ha/ bebat. que scitur in q̃tum notum est omnibus q̃ a me estis instructi. & legit inquãtũ exemplo uestri ad bonum excitantur & ad reuerentiam uestri sed quia conuersio infidelium principaliter attribuenda est deo Apostolis uero ministerialiter tantum ideo subdit: manifestati q̃m epistola Christi tanq̃ principaliter operantis ministrata a nobis quia ministerialiter cooperati sumus & scripta non atramento qđ est debile sed spiritu dei uiui. i. spiritu scõ uiuificante corda non in tabulis lapideis sicut lex Moysi sed in tabulis cordis. i. in cordibus per caritatem dilatatis carnalibus. i. tractabilibus p obedientiam promptam. fiduciã autem ostenso q̃ hominum commendatione Aplũs non indigebat consequenter ostendit: q̃ eam non querebat per hoc q̃ quicqd agebat boni non sibi sed deo attribuebat ideo dicit: fiduciam talem habemus. i. audaciam sic loquendi non q̃ simus sufficientes cogitare quod est minus q̃ dicere uel facere & per consequens si istud q̃ est minimum in humanis actibus deo attribuit: & id qđ est maius a nobis quasi ex nobis. q. d. licet enim aliquid agam per liberum arbitrium non tamẽ ex me quia liberum arbitrium non est causa sufficiens boni operis sine diuina motiõe & sic liberum arbitrium saluat: tamẽ dicit: quasi ex uobis & sic tollitur duplex error: unus illorum qui dixerunt liberum arbitrium nihil agere in meritorio opere sed totũ esse a deo quia aliter non esset remunerandum. Alius est error Pelagii dicentis q̃ in/ choatio boni operis est a nobis consummatio autem a deo. qui tollitur: per hoc q̃ hic dicitur q̃ in bona cogitatione deus operatur. principium autem boni operis ex parte nostra est cogitatio ipsa. motio enim primi mouentis requiritur in mouentibus sed is: qui disponit omnia sua inter propter qđ mouet omnia ad fines suos consequendos secundum ordinem nature ipsorum & ideo illa quorum natura est ut sint libere uo/ luntatis libere mouet ad suos actus. s. creaturas rationales. alias autem non libere & accipitur libere & non libere prout motus est in creatura. quia prout est a deo libere facit quicqd facit. Qui & idoneos. Remota obiectione hic consequenter commendat ministros ecclesie & primo quantum ad efficu dignitatem. secundo q̃tũ ad cognitõis excellentiã ibi: habentes igitur. prima adhuc in duas: quia primo ostendit noui testa/ menti & ueteris differentiam. secundo ex hoc arguit ministrorum noui testamenti dignitatem ibi. q̃ si ministratio. dixerat autem Apostolus q̃ sufficiẽtia nostra ex deo

est ideo continuans se dictis subiúgit: qui. s. deus fecit nos ministros noui testamẽti deus enim disponit omnia suauiter inquãtum dat unicuiq; rei uirtutem exequendi propriã operationem ad consequendum debitũ finem propter q̃ deus dedit Apostolis spiritus sancti donú: ut essent idonei ad exequendum suum officium nisi poneret impedimẽtú a parte recipientium. officium autem eorum fuit ministerium noui testamẽti ad quod exequendum illos ideneos fecit. non littera sed spiritu. quia nouum testamentum nó fuit datum Apostolis perscriptũ sed per infusionem spiritus sancti illuminantis corda eorum in cognitione ueritatis. & inflammantis affectum per ardorem caritatis ꝓpter quod testamentum nouũ dicitur lex spiritus. testamẽtum autem uetus lex littere. qa scriptum in libro. & aspersum sanguine ut habetur Exo. xxiiii. & hec differentia ueteris & noui testamenti habetur Hiere. xxi. Ecce dies uenient dicit dñs: & feriam domui Israel & domui Iuda fedus nouum non secundum pactum quod pepigi cum patribus uestris etc. Et subditur causa quare testamentum nouum dicit testamentum spiritus & uetus testamentum littere: cum dicitur: littera enim occidit: quia testamẽtú uetus cognitionem peccati dabat non tamen gratiam. & sic augebat concupiscentiam occasionaliter ex malicia humana que semper nititur in uetitum & sic augmentabat peccatum qđ occidit: ut plenius dictum fuit. Ro. vi. ca. Spiritus autem uiuificat. s. spiritus in quo data est lex noua ut dictum est. propter qđ fuit necessaria post legẽ uetere. Quod si ministratio hic cõsequenter ex dictis arguit excellentiã & dignitatẽ ministrorum noui testamenti quia si ministerium ueteris testamenti qđ fuit minus habuit gloriam & dignitatẽ annexã sicut patet in Aaron & filius eius ex decursu ueteris testamenti: multo magis ministerium noui testamenti quod est maius habet dignitatẽ & gloriam annexam. huius igitur rationis primo ponit uirtutem: secundo remouet obiectionem ibi: nunc glorificatum. Circa primum dicit: q̃ si ministratio mortis & ministerium ueteris testamenti qui dicitur ministratio mortis occasionaliter dicta ratióe: litteris deformata in lapidibus. i. in tabulis lapideis Moysi traditis fuit in gloria. i. in reuerentia ita ut nó possent intendere filii israel in faciem moysi ꝓpter gloriã uultus eius. i. ꝓpter claritatẽ uultus eius: ubi. n. nos habemus faciẽ cornutã Exo. xxxiiii. alia translatio habet faciẽ splendidã apparebãt. n. in facie moysi quidã radii ꝓcedẽtes sursú angulariter in forma cõmuni. que euacuat qa uetus testamẽtú cessat aduenięte nouo q̃tum ad cerimonialia & iudicialia modo superius dicto Ro. iii. ca. & plenius dicet in principio epistole ad Hebreos quó nó magis ministratio spiritus. i. ministeriú noue legis quod commissum est Apostolis. erit in gloria. i. in bonore & reuerentia. q. diceret multo magis debet. unde adhuc subditur: nam si ministratio dampnationis. i. ueteris testamenti quod dicitur dampnatio occasionaliter inquantú malicia hominis nititur in uetitum. & sic in transgressionem precepti que est mors culpe & ducit ad mortem gehenne & hic uidet. s. quomodo lex erat occasio peccati fuit pertractata diffuse Ro. vi. ca. tanto magis abundat ministeriú iusticie. i. noui testamenti in quo datur gratia spiritus sancti iustificans in gloria. Nam nec glorificatum hic remouet obiectionem que posset fieri: quia possent dicere: q̃ licet nouum testamentum sit excellentius ueteri: tamen hoc est modicum. ideo non est deserendum propter nouum sicut dicebant illi qui simul cum Euangelio legalia obseruabant. ideo consequenter ostendit: q̃ nullam gloriam habebat uetus testamentum in comparatione ad nouum dicens. nam nec glorificatum est: quod claruit. i. uetus testamentum qđ transiit in hac parte. i. in cõparatione ad nouum qđ est pars & hereditas nostra ꝓpter excellentem gloriam noui testamenti sicut stella licet habeat aliquã claritatem comparata tamen

ad ſolem obſcuratur. Adducit etiam ad hoc aliam rationem. illud enim ꝙ datur per modum tranſeuntiſ nihil eſt reſpectu ſemper manentiſ. uetuſ aũt teſtamentum trãſiit ſicut imperfectum aduentente perfecto. nouum autem ſemper manebit: qđ incboaẽ in uia & perficitur in patria Luc. xxi. Celum & terra tranſibunt: uerba aũt mea nõ tranſibunt & hoc ẽ. qđ dicitur. ſi. n. qđ euacuatur. ſ. uetuſ teſtamentum per gloriam eſt. i. habenſ aliquam reuerentiã & honorem multo magiſ qđ manet. i. nouum teſta/mentũ in gloria eſt. i. debet eſſe habenteſ igitur hic conſequenter oſtendit excellẽtiã miniſtrorum Eccleſie quantum ad cognitionem ad cuiuſ declarationem accipit illud qđ habetur Exo. iii. ſ. ꝙ Moyſeſ uelata facie populo loquebatur ad deſignãdum ꝙ ueritaſ in ueteri teſtamento figuriſ & enigmatibuſ erat uelata. qa omnia cõtingebãt eiſ in figura. i. Corin. x. Aliqd uero poteſt uelari dupliciter: uno modo ex parte que debet uideri. ſ. quãdo ſuper eam ponitur uelamen. Alio modo ex parte uidentiſ. ſ. qñ uelamen ponitur ſuper oculoſ eiuſ & utroq; modo erat uelamen in ueteri teſtamento ſcilicet ex parte rei quia ueritaſ erat uelata figuriſ ut dictum eſt. & ex pte Iudeorũ quorum malicia ut in plurimuſ impediebat a cognitione ueritatiſ: q̃ſi quoddã uelamẽ oculorum mentiſ: unde ſapientie primo in maliuolam animam non intrabit ſpirituſ ſapientie. primum aũt uelamen amotum eſt per Chriſtum quia per ipſum figure ſũt explete & explanate. In cuiuſ ſignũ uelũ tẽpli ſciſſũ fuit in eiuſ paſſione. Luc. xxiii. ſecundum autem uelamen adhuc manet in Iudeiſ obſtinatiſ. ſed in illiſ qui receperũt fidem amotum eſt utroq; modo. quia per gratiam ſpirituſ ſancti illuminantẽ poſſunt contempłari libere ueritatem. & hoc eſt qđ dicitur: habenteſ igitur talem ſpem. ſ. ꝙ gloria noui teſtamenti manet in eternum cum multa fiducia utimur. i. officiũ ueſtr̃ exequimur noſ miniſtri Eccleſie & non ſicut Moyſeſ etc. ex dictiſ patet littera uſq; ibi. ſed obtuſi ſunt ſenſuſ eorum. i. oculi mentaleſ uſq; in hodiernum diem quantum ad Iudeoſ obſtinatoſ ad ipſum uelamen manet in lectione ueteriſ teſtamenti non re/uelatum. i. a corde eorum amotum licet ſit amotum ab ipſa re per Chriſtũ ut dictum eſt. ideo ſubditur. Quod in Chriſto. i. per Chriſtũ euacuatur. cetera patent ex dictiſ uſq; ibi cum autem conuerſuſ fuerit. ſ. populuſ Iſrael circa finem mundi auferetur uelamen de corde ipſoꝝ. dñſ autem ſpirituſ eſt. i. ſpirituſ ſanctuſ eſt liber & dominuſ libertatiſ ideo ſubditur: ubi autem ſpirituſ dñi: ibi libertaſ. ſ. contemplandi ueritatem remoto uelamine ab oculiſ mentiſ: ideo ſubditur: noſ uero. ſ. Chriſtiani & potiſſime Eccleſie miniſtri reuelata facie. i. mente que dicitur faciеſ ſpiritaliſ in q̃tum uiget ibi cognitio intellectualiſ: ſicut omneſ ſenſuſ in facie corporali gloriam dñi. ſ. Ieſu Chriſti & non ſolum Moyſi ſpeculanteſ in ſpeculo rationiſ cognoſcenteſ & quia cognitio fit per aſſimulationem cognoſcentiſ ad cognitum ideo ſequitur in eandem imaginem tranſformamur a claritate. ſ. naturaliſ cognitionis & gratie in claritatẽ uiſionis beate tanq̃ a dñi ſpiritu: quia hoc non ineſt fidelibuſ propria uirtute. ſed ſpirituſ ſancti eoſ ducentiſ Ro. viii. qui ſpiritu dei aguntur: ii filii dei ſunt. .IIII.

IDeo habenteſ poſtq̃ Apoſtoluſ commendauit noui teſtamenti miniſterium: hic conſequenter commendat huiuſ miniſterii uſum & primo q̃tum ad operationem boni. ſecundo quantum ad tolerantiam mali: ibi. habemuſ autem theſaurum prima in duaſ: quia primo qđ dictum eſt facit. ſecundo quandam obiectionem excludit ibi: ꝙ ſi etiam opertum eſt. Circa primum dicit ideo habenteſ hanc miniſtrationem. i. miniſterium tante dignitatiſ ut predictum eſt iuxta ꝙ miſericordiam conſecuti ſumuſ noſ Eccleſie miniſtri ad hoc per dei miſericordiam uocati. non deficimuſ ab uſu & executione ipſiuſ ſed prompte & debite exeqmuur. ſed abdicamur. i. abiicimuſ occulta

dedecoris. i. sordes peccatorum non solum que exterius patent: sed etiam que interius latere possent. nó ábulantes in astutia. i. in simulatõe & hypocrisi neq; adulterantes uerbum dei exponat̃ ut supra ca. ii. sed in manifestatione ueritatis. q.d. nó p̃dicamus propter questum uel propriam laudem sed propter manifestationẽ diuine ueritatis ad dei gloriam & fidelium salutem commendantes nosmet ipsos ad omnem conscientiã hominum. i. non cõmendamus nos uerbis sed ex operibus que facimus commendabiles nos reddimus in conscientijs hominum. sed homines decipi possunt: non autem deus q̃ intuetur cor. i. Regũ. xvi. ideo addit coram deo sic igitur tria tangit hic que faciũt executionem debitam ministerii ecclesiastici. s. exterior & interior mundicia intentio recta. doctrina sana. Quod si opertum est hic remouet obiectionem que posset fieri contra dicta dixit enim se docere in manifestatione ueritatis: posset aliquis obicere in contrarium eo q̃ multi contradicebant sibi: & sic non erat in dictis eius ueritas manifestata. Ad hoc respondet Apostolus q̃ hoc non proueniebat ex parte sue predicationis sed ex malicia contradicentium que impediebat eos cognoscere ueritatem: unde sapi. i. In maliuolam animam non intrabit sapientia & hoc est qđ dicit: qđ & si etiam opertum est Euangelium nostrum aliquibus eius ueritatem non capientibus in his qui pereunt: est opertum. hoc procedit ex malicia eorum. In quibus deus huius seculi etc. hoc exponit̃ dupliciter uno modo de creatore huius mundi qui ex demerito talium retrahit lumen gratie sue ab eis & iuste & sic per consequens excecantur ex se. aliter de diabolo quẽ imitantur seculariter uiuentes. & sic potest dici deus huius seculi sicut dicitur princeps huius mũdi Io. xii. ca. nunc princeps huius mũdi eicietur foras qui excecat seculariter uiuentes auertendo eos a ueritate: ut non fulgeat illuminatio Euangelii glorie Christi in cordibus eorum qui. s. Christus est imago dei patris & per consequens est fontalis plenitudo luminis secundú q̃ dicitur Heb. i. cũ sit splẽdor glorie & figure substantie eius etc. Sed quia superius uocauit Euangelium suum et hic uocat Euangelium Christi: posset aliquis credere duplex Euangelium esse ideo hoc remouet per hoc q̃ eiusdem Euãgelii Christus est autor. Apostolus aũt minister tm̃ & predicator. d. nó enim nosmetipsos predicamus tanq̃ autores Euangelii sed Iesũ Christum tantum. nos autem seruos uestros per Iesum administrando uobis doctrinã Christi qđ declarat consequenter dicens quoniam qui dixit de tenebris lucem splendescere. s. lucem corporalem creando & ipsam a tenebris sepando Gene. v. ipse illuxit in cordibus nostris. s. consimiliter lucem spiritalem infundit nobis ad cognitionẽ euãgelice ueritatis non solum pro nobis sed etiam pro aliis: ideo subditur ad illuminationẽ scientie claritatis dei. i. ad manifestationem noticie diuine in faciem Iesu Christi. i. relucentis in faciem eius in quantum per noticiam diuinam que traditur in Euangelio cognoscitur ipse Christus. habemus autem hic consequenter agit de usu ministerii Ecclesie quantum ad tolerantiam mali circa quod primo ostendit patientiã ministrorũ Ecclesie. secundo causam huius patientie ibi: semper mortificationẽ. tertio manifestat utrunq; ibi: semper enim uos. Circa primum dicit continuando se predictis: habemus autem thesaurum. s. illuminationem dei dictam. in uasis fictilibus: quia in hoc mũdo sumus contemptibiles persone tribulationibus & angustijs expositi ut sublimitas. i. illud magnum quod facimus in edificatione Ecclesie & gentium conuersione sit uirtutis dei etc. i. totum deo attribuatur: & non humane potentie diuitis uel sapientie: qđ posset fieri si Apostoli fuissent potentes diuites & honorati sicut est de lege Mahometi. sed contrarium fuit in Apostolis: ideo subditur in omnibus tribulationem patimur: sed nó angustiamur. ille angustiari dicitur proprie: qui non uidet sibi patere aliqđ remediũ

neq; tribulatione: quando ſibi deficit mundanum remedium: ſed ſancti nó anguſtiãt: quia in tribulationibuſ adeſt ſolatium diuinum. aporiamur depauperamur. & dicatur a poroſ grece q̃ eſt pauper latine ſed non deſtituimur: quia ſancti parum curant de ſubtractione diuitiarum temporalium cum ſibi remaneant diuitie ſpiritaleſ que non poſſunt uiolenter amoueri. perſecutionem patimur fugiendo de ciuitate in ciuitatem. ſed non derelinquimur: nam dominuſ eſt ubiq; ſociuſ itineriſ noſtri. humiliamur id eſt contemnimur. ſed non confundimur. quia non ſentimuſ in nobiſ cauſam debitam con/ fuſioniſ. deiicimur. i. ad pericula mortiſ impellimur. ſed non perimuſ: quia deuſ ſemp liberat ſuoſ aliquando uiſibiliter ſicut liberauit treſ pueroſ de camino igniſ. aliquando inuiſibiliter eoſ de preſenti miſeria tranſferenſ ad requiem Sapiẽtie. iiii. uiſi ſũt oculiſ inſipientium mori illi autem ſunt in pace. Semper mortificationem hic conſequenter oſtendit huiuſ patientie cauſam & primo facit propoſitum. ſecundo manifeſtat per effectum ibi: propter quod. Ad euidentiam primi conſiderandũ q̃ in Chriſto duplex fuit ſtatuſ: unuſ mortiſ inq̃tum carnem paſſibilem aſſumpſit: in qua penalitateſ huiuſ uite & tantam mortem ſuſtinuit. Aliuſ eſt ſtatuſ uite in quantum uita glorioſa qua uiuebat occulte anima eiuſ a principio conceptioniſ deriuata fuit ad corpuſ in ſua re/ ſurrectione: quia reſurrexit in corpore glorioſo. hec eſt igitur cauſa patientie ſcó 2. ex hoc enim q̃ ſperant firmiter conformariChriſto reſurgenti patienter ſuſtinẽt tri/ bulationeſ huiuſ mundi in quibuſ conformantur Chriſto patienti & hoc eſt qđ dicit Apoſtoluſ ſuper mortificationem Ieſu Chriſti. i. conformationem Chriſto patienti in corpore noſtro circunferenteſ. i. ubiq; tribulationeſ patienter ſuſtinenteſ ut & uita Ieſu glorioſa in corporibuſ noſtriſ manifeſtẽt in futura reſurrectione in qua corpuſ reſurget impaſſibile & incorruptibile. ſemper enim etc. repetitio eſt eiuſdem ſententie ad maiorem aſſertionem. & quia ſancti non ſolum patienter tolerant propter ſpem future reſurrectioniſ: ſed etiam quia animãtur ad hoc exemplo Chriſti patentiſ ideo ſubdit Apoſtoluſ ergo morſ. ſ. Chriſti in nobiſ operatur animando noſ ad tolerantiam paſſionum. uita autem in nobiſ. i. uita Chriſti operatur in nobiſ quia non eſtiſ in ta/ libuſ tribulationibuſ in quibuſ ſumuſ. eritiſ tamen ſaluati per eãdem fidem qua & noſ quod cõſequenter affirmat per ſcripturam pſal. c. xv. d. ſicut ſcriptũ eſt: credidi etc. & patet ex dictiſ littera uſq; ibi: omnia enim propter uoſ hoc eſt oía facimuſ & ſuſti/ nemuſ propter uoſ inſtruendoſ exemplo & uerbo. ut gratia. ſ. dei abundanſa nobiſ in uoſ per multoſ gratiarum actione abundet in gloriam dei. i. ut multi conſurgant ad gratiaꝝ actioneſ ad gloriam dei. propter qđ hic conſequenter manifeſtat qđ dixerat de patientia Apoſtolorum in perſecutione poſitorum. d. propter qđ. i. propter ani/ mationem exemplo Chriſti paſſi & propter ſpem reſurrectioniſ in corpore mortali non deficimuſ in tribulationibuſ. q. d. adhuc maiora ſuſtinere parati ſumuſ. ſed licet iſ qui foriſ eſt noſter homo corrumpatur. i. ipſa natura ſenſitiua tendat ad corruptionẽ ex proceſſu etatiſ & pódere tribulationiſ tamen iſ qui intuſ eſt. ſ. intellectiua natura renouatur de die in diem per purgationem culpe & eiuſ ſequele. id enim qđ in p̃ſenti eſt. i. tribulationeſ temporiſ p̃ntiſ momentaneum eſt & leue quia ſunt breuiſ duratóiſ & parui ponderiſ reſpectu premii futuri de quo ſubditur: in ſublimitatem eternum glorie ponduſ operatur in uobiſ exſpectantibuſ ipſum ut dicitur hic in ſublimitatem ratione dignitatiſ que eſt in p̃mio. eternum ratione durationiſ infinite. ponduſ ratõe preciositatiſ: quia preciosa communi modo loquendi dicunt magni ponderiſ uel aliter dicitur: ponduſ quia premium glorie quia quietat totaliter appetitum in deo ſicut ponduſ quietat graue in centro. non contemplantibuſ nobiſ ea que uidentur etc. i.

ista fiunt in nobis quia non attendimus ad bona transitoria & uisibilia sed ad eterna et inuisibilia pro nunc que per fidem a sanctis firmissime creduntur. & per spem certitudinaliter expectantur.

V.

Scimus enim hic consequenter commendat ministerium noui testamenti ex fide siue ex premio. licet enim de hoc tetigerit ca. precedenti aliq̃liter: hic tamen tãgit magis complete. Et diuidit̃ in tres partes quia primo tangit de hac premiatione. scd̃o de debita ad ipsam premiationem p̃paratione ibi: & ideo contendimus. tertio de causa utriusq; ibi: omnia autem ex deo. prima adhuc in duas: quia primo agit de hoc p̃mio. secundo de eius desiderio ibi: nam & in hoc ingemiscimus. Circa primum quia dixerat in fine precedentis ca. q̃ ipse & alii Apostoli non attendebant ad bona transitoria sed ad eterna: ideo continuando se ad dicta dicit: scimus enim. i. certitudinem habemus p fidem formatam: qm̃ si terrestris domus nostra. i. corpus terren̄ nostrum qd̃ se habet ad animam suo modo sicut domus ad habitantem. dissoluatur per mortem qd̃ edificationem ex deo habemus non manu factam eternam in celis quod aliq exponunt de corpore glorioso in futura resurrectione habẽdo. qd̃ dicitur hic non manu factã quia uirtute nature nõ erit gloriosum & domus eterna qa ab eterno a deo p̃ordinata sed quoniam Apostolus uidetur loqui de hoc q̃ statim post mortem realiter habetur a sanctis: corporis immortalitas habetur tantum in spe: & non in re: ideo melius uidet̃ exponi de gloria anime: que statim habetur a sãctis omnino purgatis: & dicitur habitatio propter excellentiam ipsius ad anime capacitatem Io. xiii. in domo patris mei mansiones multe sunt. dicitur etiã domus eterna & nõ manu facta quia gloria celestis obiectiue deus est: q est increatus & eternus. Nã in hoc ingemiscimus: hic cõsequẽter agit de appetitu huius premii &. diuidit̃ in duas partes: quia primo circa hoc ponitur appetitus nature & gratie quedam repugnantia: secundo unius uictoria ibi audentes igitur. Circa primum sciendum q̃ appetitus est inclinatio sequens formam. est autem in nobis duplex forma scilicet naturalis & gratia habitualis & per consequens duplex appetitus. s. nature & gratie. appetitus autem nature inclinat ad conseruandum unionem anime cum corpore & dissolutionẽ refugit. & abhorret. appetitus autem gratie inclinat ad consecutionem glorie que consistit in clara dei uisione & eius fruitione. igitur si anima posset consequi gloriam absq; dissolutione corporis huius mortalis: appetitus gratie tenderet in consecutionem glorie celestis absq; retardatõe per appetitũ naturalem. sed qa hoc non põt fieri: ideo appetitus naturalis eo q̃ refugit naturaliter dissolutionem hanc: contrariatur in hoc quodammodo & repugnat appetitui gratie: & hoc est qd̃ dicitur: nam in hoc ingemiscimus. i. desideramus cum tedio dilationis habitationem uestram que de celo est. i. glorie consecutionem superindui uestimento glorie: qd̃ non prouenit ex principiis intrinsecis nature: sed a deo datur: propter qd̃ indumentum dicitur. cupientes appetitum gratie si tamen uestiti non nudi inueniamur id est si absq; dissolutione corporis corruptibilis quo utitur anima ut uestimẽto posset superindui. gloria tunc absq; aliquo retardante appetitus gratie in hoc ferretur. sed quia hoc est impossibile ideo retardatur per naturalem appetitum dissolutionẽ corpis & anime abhorrentem propter qd̃ subditur: nam qui sumus in hoc tabernaculo. i. in hoc corpore mortali ingemiscimus grauati de dissolutione corporis & anime eo q̃ nolumus expoliari corpore per mortem. sed superuestiri glorie uestimento non tamen ita q̃ mortalitas corporis simul maneat cũ gloria anime quia hoc est impossibile nobis. sed in solo Christo factum fuit per dispensationem dei ad opus redemptionis nostre. ideo subditur ut absorbeatur qd̃ mortale est a uita. i. ut ipsa mortalitas per gloriam

ſuperuenientem tollaꝫ manente corporis idẽtitate qđ fiet in reſurrectione. ſed quia oportet mortem interuenire quam refugit appetitus naturalis ideo eſt ibi repugnãtia appetituum. uerum tamen quia appetitus uterq; eſt a deo a quo eſt natura & gratia ideo ſuditur: qui autem efficit noſ in hoc ipſum. i. habenteſ utrunq; appetitum deus eſt: qui dedit naturam ad quam talis inclinatio ſequitur: ſimiliter & gratiam per quã ſpiritus ſãctus habitat in nobis: ideo ſequitur: qui dedit nobis pignus ſpiritus. eſt enim ſpiritus ſanctus pignus glorie ratione predicta. ii. ca. huius epiſtole. Audenteſ igitur hic conſequenter oſtendit quis dictorum appetituum uincat in ſanctis hominibus. ſ. appetitus gratie dicẽs audenteſ igitur. i. abſq; formidine mortis deſideramus gloriam. ſcienteſ. i. certitudinem habenteſ quoniam dum ſumus in hoc corpore. ſ. mortali pere/grinamur a dño. i. oportet noſ eſſe ſeparatos ab eo. per fidem enim ambulamus. i. tm̃ deum cognoſcimus. & non per ſpeciem. i. clare facie ad faciem propter qđ ſubditur: audenſ autem etc. Circa qđ ſciendum ꝙ ad fortitudinem politicam in periculis mortis ſufficit non triſtari rationabiliter. ſed fortitudo infuſa non ſolum hoc facit: ſed etiam facit aliquando in talibus delectari Act. v. ca. Ibant Apoſtoli gaudenteſ a cõſpectu conſilii quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. & hoc eſt quod dicit Aplũs audemus ſine trepidatione: & bonam uoluntatem habemus. i. dilectionem in mente magis peregrinari a corpore. i. diſſolutionem huius corporis per mortem ſubire: & preſenteſ eſſe ad deũ. i. ut per hoc habeamus dei claram uiſionem & pfectã fruitionem. & ſic appetitus gratie uincit in ſanctis appetitum nature. per hoc autem ꝙ dicit Apoſtolus excluditur error dicentium animas ſanctas a corporibus exutas a uiſione diuina retardari uſq; ad iudicium: quia hic dicit Apoſtolus: bonam uoluntatem habemus peregrinari a corpore per mortem & preſenteſ eſſe ad deum ex quo patet intentionem eius eſſe ꝙ anime ſancte nihil habenteſ purgandũ exute corporibus ſtati ſint deo preſenteſ per apertã uiſionem. Et ideo contendimus hic conſequenter agit de preparatione ad hoc premium conſequendum: que preparatio triplex eſt. ſecunda ponitur ibi: ſciẽteſ ergo. tertia ibi itaq; noſ prima autem preparatio eſt per hoc ꝙ hõ querit placere deo qui eſt dator huius premii & hoc eſt quod dicit: & ideo. i. propter conſecutionem glorie contendimus. i. cum quadam pugna reſiſtimus mundi carnis & diaboli tentationibus: ſiue abſenteſ id eſt dum ſumus in preſenti uita ſiue preſenteſ. q. diceret niſi dum ſumus in preſenti nitamur placere illi per dictam reſiſtentiam non poterimus eſſe preſenteſ deo per gloriam: & ſubdit dicte reſiſtentie cauſam. d. omneſ enim noſ manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti id eſt añ iuſticiariã eius poteſtatẽ unde tanguntꝫ hic quinq; conditioneſ extremi iudicii. ſ. eius ineuitabilitas. ibi oportet noſ. generalitas: omneſ. claritas: manifeſtari. quia iudicium apparebit omnibus iuſtũ ſingulis uidentibus omnia bona & mala aliorum: iudiciaria poteſtas ante tribunal. iudicis ſublimitas Chriſti. qui eſt ueruſ deus & homo. ut referat unuſquiſq; etc. i. penã uel premium pro iis que geſſit uiuens in corpore nec per hoc excluduntur a iudicio pueri qui nihil in proprio corpore meruerunt uel demeruerunt: quia iudicabuntur ſecundum ea que circa eoſ ab aliis ſunt facta uel omiſſa inquantum ſunt ab aliis bap/tizati uel non. Scienteſ hic ponitur ſecunda preparatio ad premiũ que eſt ſollicitudo de ſalute proximorum: & diuiditur in duas parteſ quia primo ponitur hec ſollicitudo. ſecundo ſollicitudinis ratio ibi: caritas enim chriſti. Circa primum dicit Aplũs ſcienteſ ergo timorem domini quia ualde timendus eſt iudicaturus ut dictum eſt: ſuademus hominibus fidem & moreſ quia unicuiq; mãdauit deus de proximo Eccle. vii. deo aũt manifeſti ſumus qui uidet corda ꝙ talia non predicamus propter queſtũ uel propriã

laudem sed intentione recta. spero autem & in consilijs nostris manifestos nos esse. q. diceret ita cõuersati sumus inter uos q̃ non potestis rationabiliter iudicare p̃dicationẽ nostram p̃cedere nisi ex cõscientie puritate. Sed quia posset aliquis dicere: q̃ in hoc se iactanter commendaret: ideo remouet hoc dicens: num iterum nos commendamus uobis? & dicit iterum quia iam supra dixerat aliqua: que uidebantur ad suam cõmendationem esse. sed occasionem damus uobis pro nobis gloriandi contra Pseudoaplõs qui dicebant se doctos a Petro Iacobo & Iohanne quasi in hoc detrahentes Apostoli doctrine. poterant ergo Corinthii contra eos gloriari q̃ erant edocti a doctore perfecto & usq; ad tertium celum rapto. ut habeatis ad eos. s. Pseudoaplõs refellendos de quibus subditur. qui in facie gloriamur. i. in apparentia sanctitatis exterius & non in corde. i. in puritate conscientie siue enim mente excedimus deo per contemplationẽ diuinorum supra nos extasin patiẽdo. siue sobrij simus uobis nos humane conuersatõi conformando bria enim grece mensura latine dicitur Apostoli enim erant medij inter deum & populum: & ideo eleuabantur interdũ per excessum mentis accipiẽdo diuinas illuminationes. & aliquando confirmabant se hominum fragilitati: ut conuenientius traderent eis diuina sicut Geñ. xxviii. dicit̃: q̃ ãgeli ascẽdebãt & descẽdebãt in scala Iacob. Caritas enim hic cõsequenter tangit̃ huius sollicitudinis ratio que est caritas ad proximum: ideo dicit caritas enim Christi que se extẽdit ad proximum. i. Io. iii. hoc mandatum habemus a deo ut qui diligit deũ: diligat & fratrem suũ. & unde p̃uocetur hec caritas: ostendit: dicens existimantes hoc q̃m̃ si unus pro omnibus mortuus est. s. Christus pro salute omnium quãtum ad sufficientiam & accipitur hic si pro quia: quia ita est: ex quo concluditur: ergo mortui sunt omnes etc. ita debent uiuere ac si essent mortui. etc. sibi ipsis nihil de propriis desideriis curantes & sic uiuunt Christo uitam propriam ordinantes ad eius honorem unde dicit Apostolus Gal. ii. uiuo ego iam non ego uiuit uero in me Christus. Itaq; nos hic ponitur tertia preparatio ad premium cõsequendum que est abdicatio carnalium affectuũ: que licet sit tacta aliqualiter in p̃ precedenti tamen hic tangitur plenius: ideo continuãdo se immediate precedentibus dicit. Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. i. cum nemine societatem contraximus motu carnali affectõe. sed quia posset aliquis obuicere: q̃ Apostoli multũ dilexerunt Christum etiam secundum presentiam corporalem ideo subdit Apostolus in persona Apostolorum qui cum Christo fuerunt corporaliter: Et si cognouimus secundum carnem Christum. i. affecti eius presentia corporali. sed nũc iã non cognouimus isto modo sed meliori unde dicit Saluator Apostolis. Io. xvi. expedit uobis ut ego uadam subtrahendo uobis meam presentiam corporalem. q̃d exponens August. dicit q̃ Apostoli adhuc carnales existentes afficiebantur ad Christũ sicut homo carnalis ad amicum suum: p̃pter q̃d impediebantur assurgere ad spiritalem & sublimiorẽ diligendi modum: unde subdit ibi Saluator: si enim non abiero paraclitus non ueniet ad uos: Notandum hic q̃ Manichеus negans ueram carnem in Christo fuisse ex hoc loco confirmabat errorem suum: quia dicit Apostolus & si cognouimus secundũ carnẽ Christum etc. quia contra eum arguebatur ex uerbo Apostoli Ro. i. ubi dicitur de Christo qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem: ergo ueram carnẽ habuit ad q̃d respondebat dicens q̃ Apostolus primo fuit huius opinionis & sic loquit̃ scribens ad Romanos. sed postea uidens huius opinionis falsitatem retractauit hic eam dicens & si cognouimus secundum carnem Christum. i. si fuimus aliquãdo huius opinionis. s. q̃ Christus haberet carnem ex semine Dauid sed nunc iam non cognouimus. i. hanc opinionem tanq̃ falsã mutauimus. sed hoc dictũ Manichei improbat Aug. dupliciter:

primo quia res falsa non potest cognosci & ideo si Apostolus illam opinionem falsam reputaret: non diceret cognouimus secundum carnem Christum. secundo quia dicit ante immediate neminem nouimus secundum carnem propter qđ ad eundem sensum debet referri. & sic Apostolus nullum hominem cognouisset habere ueram carnem qđ falsum est: ideo standum est expositioni prime ex qua cõcluditur: quod subditur: Si qua igitur in Christo noua creatura est & accipitur hic si pro quia: Quia quicunq; baptizatus in Christo factus est noua creatura per gratiam baptismalem que datur p creationem. uetera transierunt. i. affectus carnales debent in eo abici. & ecce noua facta sunt omnia. per spiritum sanctum mentem renouantem. & per consequens per exteriorem actionem. Omnia autem postq̃ Apostolus egit de premio & de p̃paratõe ad ipsum: hic consequenter agit de cã utriusq;. & primo proponit intentum. secundo declarat propositum ibi: qm̃ quidem deus Circa primũ dicit q; causa effectiua utriusq; scilicet premii & preparationis ad ipsum est ipse deus. ministri uero Ecclesie solum cooperantur ministraliter exterius & hoc est qđ dicitur: omnia autem ex deo. s. p̃mium & preparatio qui reconciliauit nos per Christum hoc beneficium est cõmune oĩbus Christianis. & dedit ministerium reconciliationis. i. officium predicãdi licet hanc recõciliationem qđ est speciale: ministris Ecclesie. Quoniã quidem hic consequẽter p̃ponit propositi declarationem. & scđo subdit bonam exhortationem ibi: obsecramus. Circa primum declarat primo quod dictum est de reconciliatione facta per Christum. erat enim deus & homo in uno supposito. & sic deitas hanc reconciliationẽ fecit per humanitatem tanq̃ per instrumentum sibi adiunctum: quod nulli alteri conuenit. & hoc est quod dicit: quoniam quidem deus erat in Christo non solum per essentiam presentiam potentiam sicut est in alus. sed per humanitatis assumptionem mũdum sibi reconciliãs dicto modo. non reputans illis delicta ipsorum pro quibus Christus homo satisfecit. Consequenter declarat beneficium ministris Ecclesie specialiter datum. d. & posuit in uobis uerbum reconciliationis alius predicãdum. Mat. ultimo. Euntes in mundũ uniuersum docete omnes gentes etc. propter quod concludit pro Christo ergo legatione fungimur in q̃tum missi sumus ad predicandũ Euangeliũ Christi tanq̃ deo exhortãte id est principaliter agente per nos sicut per ministros. Obsecramus hic ponit utilem monitionem dicẽs obsecramus. i. deuote exhortamur pro Christo. i. loco Christi cuius sumus ministri. recõciliamini deo. licet enim reconciliauerit nos per passionem Christi ut dictum est: tamen ad hoc q; simus participes huius recõciliatõis requiritur in nobis debita dispositio per baptismi debitam susceptionem. & post baptismum per penitentiã que est secunda tabula post naufragium. & ad hoc proponit inductionem dicens eũ qui non nouerat peccatum id est Christum qui peccatum non fecit. i. Petri. ii. pro uobis peccatum fecit deus. i. deus pater fecit pro uobis eum hostiam pro peccato que uocat peccatum Osee. x. peccata populi mei comedent. i. hostias pro peccato oblatas ut nos efficeremur iusticia dei. i. perfecte iustificati. ideo dicitur iusticia in abstracto in ipso. i. per ipsum. q. d. hoc debet nos inducere ad exhibendum corpora nostra pro peccatis nostris per opera penitentie.

.VI.

Diuuantes exhortamur postq̃ Aplus cõmendauit ministeriũ noui testamenti hic cõsequenter hortatur alios ad executionem huius sacramenti debitã. Et diuidit in duas partes: quia primo ponit exhortationẽ generalem. secũdo specialem de quodã speciali suffragio fiendo in Hierusalem ca. viii. prima adhuc in duas: quia primo hortatur ad bona fienda de futuro. secundo commendat bona facta de preterito ca. vii. prima adhuc in duas quia primo hortatur in quodam generali. secundo magis

explicat in ſpeciali ibi. in multa patientia. Circa primū dicit adiuuantes exhortamur quaſi diceret quia ſumus adiutores dei non uirtutem ſibi tribuendo ſed ſicut miniſtri eius mandata exequendo ideo exhortamur: ne in uacuum gratiam dei recipiatis. que datur ad bene uiuendum in preſenti. & cōſequendum gloriam in futuro: propter qđ quando hunc effectum non conſequitur: in uacuum recipitur: ſicut medicina ad quam ſanitas non ſequitur. Sed quia poſſet aliquis dicere: recipere gratiam non eſt in mea poteſtate: ideo hoc remouet oñdens q deus paratus eſt dare autoritate ſcripture dicens: ait enim. ſ. deus Iſa. xlix. tempore accepto. i. tempore noue legis qđ eſt tēpus gratie exaudiui te. quia orationes fidelium exaudibiles ſunt per Chriſtū. in die ſalutis id eſt tempore Chriſti qui operatus eſt ſalutem in medio terre adiuui te opera tua perficiendo. & ad gloriam producendo ad quam nō intrabant tempore ueteris teſtamēti. ecce nunc tempus acceptabile etc. hoc dicit Apoſtolus applicando autoritatem Iſa ad Chriſti tempus & patet ex dictis ſententia nemini dantes ullam offenſionē. i. ſcandalū ex dictis & factis minus rectis ut non uituperetur miniſterium noſtrum. quia mala ſubditorum redundant in uituperium Prelatorum. ſed in omnibus. ſ. pertinentibus ad ſalutem exhibeamus nos ſicut dei miniſtros ipſi Chriſto nos quātum poſſumus: cōformando. In multa patiētia hic conſequenter explicat ſuam exhortationem in ſpeciali. Et diuiditur in tres partes quia primo declarat qualiter ſit utendum gratia collata in exteriori. conuerſatione. ſecundo in interiori deuotione ibi. os noſtrum patet tertio in infidelium uitatione ibi nolite iugum etc. Circa primum tria facit ſecundum q in tribus ſancta conuerſatio conſiſtit. primum eſt tolerantia malorum. ſecundū operatio bonorum ibi: in caſtitate. tertium eſt operatio iſtorum & illorum ibi per arma. Circa primum ſciendum q in malis pene tolerandis primo patientia eſt neceſſaria. ideo dicit: In multa patientia. & dicit multa propter multitudinem malorum ſuperuenientium. In tribulationibus & aduerſariorum perſecutōe in neceſſitatibus ex defectu neceſſariorum uite. In anguſtiis ex euadendi difficultate ſeu impoſſibilitate. in plagis illatis nobis in corpore. In carceribus ne poſſemus ad predicandum diſcurrere. In ſeditionibus contra nos motis ab aduerſariis ueritatis. In laboribus operando propriis manibus. qđ fecit Apoſtolus apud Corinthios ut queſtum falſis Apoſtolis precluderet. In uigiliis ꝓpter inſtantiam orationis. In ieuniis aliquando uoluntarie aſſumptis ad repreſſionē carnis & aliorum edificationem. & aliquando ex cibi defectu patienter toleratis. In caſtitate hic conſequenter ponit ea que pertinent ad operationem bonorum in quibus prima ſunt: que pertinent ad perfectionem cordis & quantū ad hoc dicit: in caſtitate que dicit puritatem mentis redundātem in corpore. In ſcientia quantū ad cognitionē diuinorum & humanorum ad ſalutem neceſſariorum. In lōganimitate patienter expectando diuina promiſſa. In ſuauitate que facit hominem dulcem & ſuauem ꝓximo uerbo & facto ex gratie abundantia ideo ſubditur in ſpiritu ſancto in caritate non ficta contra hypocritas. Conſequenter tangit perfectionem oris dicens: In uerbo ueritatis predicando & communiter cum hominibus loquendo & perfectionē operis ibi in ueritate dei opera meritoria faciendo. & doctrinā miraculis confirmando. Per arma hic conſequenter oſtendit qualiter utendū ſit gratia diuinitus collata in cōpatōe bonorum & malorum. & inter huius mundi proſpera & aduerſa non deuiare a rectitudine. proſpera autem & aduerſa tria reſpiciunt. ſ. ſuperbiam uite concupiſcentiam carnis & concupiſcentiam oculorum: ideo oſtendit propoſitum in primo ſcđo in ſcđo ibi quaſi morientes. tertio in tertio ibi quaſi egentes omnia tamen pertinēt ad uirtutē iuſticie communiter accepte ideo dicit: per arma iuſticie a dextris. i. ut in proſperis

per ſuperbiam non eleuemur: & ſiniſtriſ. i. ut in aduerſis a ueritate non deficiamur. & ſimiliter intelligendum in ſequentibuſ cum dicitur per gloriam & ignobilitatem. aliquando. n. Apoſtoli fuerunt ab hominibuſ reputati ualde glorioſi ſicut dicit Act. xiii. q̄ Lycaoniſte Paulo & Barnabe uolebant tanq̄m diis ſacrificare. & alibi incarcerati fuerunt & uiles & abiecti ſicut patet ex eodem libro. per infamiam & bonam famam quia ab aliquibuſ dicebantur Magi & deceptores. & ab aliis ueritatis. predicatores. & ad idem pertinet qđ ſubditur: ut ſeductores reputati ſumuſ a multis & ueraces ab aliis. ſicut qui ignoti. i. reprobati a malis: & cogniti. i. approbati a bonis & tamen in iſtis proſperis & aduerſis ſic habuerunt ſe Apoſtoli: q̄ non recedebant a ueritate per ſuperbiam eleuati. nec per puſillanimitatem dejecti. Quaſi morientes hic conſequenter ponit ea que pertinent ad concupiſcentiam carniſ: & ſunt tria primū eſt uita que maxime concupiſcitur. & q̄tum ad hoc dicit: quaſi morientes periculis mortis expoſiti & ecce uiuimuſ deo per fidem & gratiam iuſtificati. ſecundum eſt incolumitas uite & quantum ad hoc dicit: ut caſtigati & nō mortificati. q. d. licet a deo per flagella caſtigemur: tamen a morte per eum eripimur. tertium qđ concupiſcitur in uita pñti eſt iocunditas: & quantum ad hoc dicit: quaſi triſtes ſemper autem gaudentes. i. q̄uis in uſ que pertinent ad carnem: patiamur afflictionem: tamen per ſpiritum ſanctum maiorem conſequimur mentis conſolationem ſecundum illud Act. v. ca. Ibant autem gaudentes a conſpectu concilu quonia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumelia pati. Sicut egentes hic conſequenter ponit ea que pertinent ad concupiſcentia oculoꝝ dicens ſicut egentes. i. uictum & ueſtimentum ab aliis mendicantes. multos autem locupletantes. bona ſpiritalia ipſis communicantes que tanto ſunt meliora quanto que ſūt anime corporalibuſ preferūtur. tanq̄ nihil habentes nam Apoſtoli omnia temporalia propter Chriſtum dimiſerunt Mat. xix. ca. ecce noſ reliquimuſ omnia & ſecuti ſumuſ te etc. & omnia poſſidentes. qa uiuebant Chriſto & non ſibi ipſis. omnia autem erant Chriſto ſubiecta Mat. ultimo data eſt mihi omnis poteſtas in celo & in terra: propter qđ Apoſtoli reputabant omnia ſubiecta ſibi in cuius ſignū inſenſibiles creature obediebant eis ad nutum. Notandum autem q̄ Apoſtoluſ in premiſſis uario modo loquit ponendo bonum temporale contra ſpiritale. nam in temporalibuſ addit dictionem cō/ditionalem. ſ. quaſi uel tanq̄ uel ſicut aut huiuſmodi non autem in ſpiritalibuſ quia temporalia non habent rationem boni uel mali ſecundum ueritatem. ſed tm̄ ſecundum hominum apparentiam & exiſtimationem. ſpiritalia uero ſunt ſecundum ueritatem. Oſ noſtrum hic conſequenter Apoſtoluſ docet uſum gratie collate quantum ad interiorem deuotionem. & diuiditur in duas partes quia primo circa hoc de ſe ueritatem oſtendit. ſecundo ad hoc Corinthios inducit ibi: non anguſtiamini. Circa primū dicit oſ noſtrum patet ad uoſ o Corinthii. i. illa que diximuſ ex iactantia non protulimuſ ſed ad utilitatem ueſtram ut uideatis amicitiā noſtram erga uoſ aperiēdo uobis corda ueſtra & ſubditur deuotio ſua cum dicitur: cor noſtrum dilatatum eſt. i. apertum ad aperienda magna. ſ. bona celeſtia. dicitur autem per oppoſitū cor hominis anguſtiari quando appetit terrena bona celeſtibuſ omiſſis. Quia terrena ſunt infra hominem et ipſo minora. nō anguſtiamini hic inducit Corinthios ad ſimile dicens non anguſtiamini in uobis etc. q. d. ſi anguſtiamini minuſ appetendo terrena mō dicto hoc non ꝓuenit ex hoc q̄ uidiſtis in nobis quia non dedimuſ exemplum uobis hoc faciendi. ideo dicit anguſtiamini autem in uiſceribuſ ueſtris. q. d. hoc autem uenit ex defectu ueſtre deuotionis. ideo ſubditur: eandem autem habentes remunerationem uobis in celeſtibuſ promiſſam ſicut & uobis tanq̄ filiis dico quorum ſalutem ſumme deſidero. dilatamini et

uos ad appetendum celestia ut habeatis eandem remunerationem quam expecto. Nolite etc. hic consequenter docet usū collate gratie quantū ad infidelium uitationē. & diuiditur in duas quia primo facit propositum, secundo probat quoddam dictum ibi. uos enim. Circa primum dicit: nolite iugum ducere cum infidelibus. i. eis coniungi in conuersatione seu familiaritate iugum enim dicitur a iungendo unde caritas dicitur iugum christi. Iniquitas uero iugum diaboli in quo iunguntur maligni quod autem fideles ab infidelibus debeant separari declarat multipliciter. & primo ratione sumpta ex habitu affectus dicens que enim participatio iustitie? que est infidelitū uoluntate cum iniquitate: que est in affectu infidelium quasi diceret nulla. secundo ex habitu intellectus dicens que societas lucis? id est ueritatis fidei que lucet in mentibus fidelium ad tenebras scilicet erroris in mentibus infidelium existentis quasi diceret nulla immo debent diuidi sicut in prima rerum creatione deus diuisit lucem a tenebris Gene. i. tertio ratione capitis fidelitū quod est Christus & capitis infidelium quod est diabolus de quibus dicit que conuentio Christi ab Belial? quasi diceret nulla. & ideo sicut hec capita non habent aliquam conuentionem ad inuicem ita nec eorum membra debent habere. iiii. ex fine dicēs aut que pars fidelis. i. sors eterne hereditatis ab eo expectate cum infideli cuius finis est mors eterna & sicut nulla conuentio est in fine sic nec in iis que ad finem. v. ex presenti statu in quo fidelis est templum dei ideo dicit: quis autē consensus templo dei id est fidelis: Cum idolis id est cum infidelibus qui dicuntur idola eo ꝙ colunt ipsa secundum illud psal. c. xiii. similes illis fiant qui faciunt ea etc. hoc aūt inducit Apostolus quia inter Corinthios erant aliqui sapientes reputati qui tamē comedebant idolatica in scandulum aliorum. sicut dictum fuit. i. Corin. viii. ca. ꝓpter qđ Apostolus loquitur ad reprimendū hunc abusum. Vos enim hic consequenter ꝓbat quoddam dictum. s. ꝙ fideles sunt dei templū per autoritatem que habetur Leuitici xxvi. ubi translatio nostra habet ponam tabernaculum meum in medio uestri etc. loco cuius dicitur habitabo in illis licet enim deus sit in omnibus per essentiā potentiā presentiam tamen in fidelibus est modo speciali per gratiam. & ambulabo inter eos dando eis uirtutem procedendi de bono in melius. & ero illorum deus. protegens eos speciali prouidentia & ipsi erunt mihi populus per exhibitionem debiti cultus. per hoc autem quod dicitur hic habitabo inter illos in persona dei habetur ꝙ fideles sunt templum dei propter qđ ex predictis infertur monitio que sumitur ex scriptura Isa. lii. in qua tria tanguntur que debent agere fideles erga infideles primum est ꝙ eoꝝ peccata deseramus: qđ notatur cum dicitur: propter quod exite de medio eoꝝ. scđm ut occasionem fugiamus peccatorum ibi & seperamini tertium ne sustineamus eorum mala sed potius arguamus. & immundum ne tetigeritis: palpando uitia. & subditur premium hanc monitionem seruantibus reddendum cum dicitur: & ego suscipiam etc. hic in presenti ad familiaritatem meam per gratiam & in futuro ad assimilationē per perfectam gloriam.

.VII.

HAs igitur habentes postq̄ monuit Apostolus Corinthios de bonis agendis in futuro hic consequenter commendat eos de bono preterito: & diuiditur in duas partes quia primo ponitur ad predicta quedam continuatio: secundo Corinthiorum commendatio ibi: multa mihi fiducia prima adhuc in tres quia primo ponitur utilis monitio. secundo inducitur exemplificatio ibi: capite nos. tertio monitionis intentio ibi non ad condemnationem. Circa primum continuando se predictis dicens has igitur habentes promissiones scilicet de receptione fidelium ad gratiam in presenti & gloriā in futuro ut dictū est in fine precedentis capituli mundemus nos ab omni inquinamēto

carnis & spiritus. i. a peccatis carnalibus & spiritalibus quia nihil coinquinatū intrabit illam ciuitatem Apoca. xxi. perficientes per sanctam conuersationem sanctificationē in baptismo inchoatā in timore dei scilicet filiali qui habet caritatem annexā. Capite nos. i. accipite nos in exemplum quia munde uiuimus in hoc mundo nulli nocumentū inferendo in persona qđ notatur: cum dicitur: neminem lesimus. nec etiam in fama ideo subditur: neminem corrumpimus nec etiam in re possessa propter quod sequitur neminem circunuenimus. i. decepimus ipsum defraudando. non ad condemnationē hic consequenter aperit sue monitionis intentionem dicens non ad condemnationē uestrā dico de contrarius uitus uos uocando tanq̄ obstinatos. tunc enim ad condemnationem alicuius sit talis nota quando reputatur obstinatus. sed quādo fit sub spe correctionis non sit ad condemnationem sed ad emendationem & sic loquit̄ Apostolus ideo subdit: predixi enim q̄ in cordibus uestris estis cogitando iugiter de uestra utilitate & salute in tantum: q̄ pro ea paratus essem mori ideo subditur: ad cōmoriendum & conuiuēdū uita gratie & glorie. q. d. hanc uitam desidero uobis & mihi. multa posita monitione hic consequenter Apostolus ponit suam commendationem de bono Corinthiorum preterito & diuiditur in duas partes quia primo ponit hanc commendationem secūdo eius expositionem ibi nam cum uenissemus. In commendatione uero Corinthiorum proponit quadruplicem affectum quem conceperat de bonis operibus ipsorum sicut & quilibet debet de bonis concipere. primus est affectus fiducie. ex hoc enim q̄ uidet eū bene incipere confidit q̄ bene perficiet. & quantum ad hoc dicit: multa fiducia est apud uos de perfectione boni inchoati. secundus est affectus gloriationis. nā amicus est alter ipse propter qđ gloriatur de bonis amici sicut de suis: ideo subdit: multa mihi gloriatio pro uobis. i. pro uestris operibus bonis. tertius est affectus consolationis nā omnis letitia est tristicie diminutiua: propter qđ bonum amici cognitum est tristicie precedentis diminutiuum: & per consequens consolatiuū: ideo subdit: repletus sum cō/ solatione. quartus est affectus exuberantis gaudii. s. quando bonum amici cognitum non solum minuit tristiciam sed totaliter eicit eā per gaudiū superueniēs ideo subdit: superabundo gaudio in omni tribulatione uestra. i. ex peccatis uestris mihi illata. q. diceret gaudium uestrum quod concepi de bono uestro superuenienti totaliter supat tristiciam quam acceperam de malo uestro precedenti. Aliqui dicunt q̄ hec est littera in omni tribulatione nostra & sic est sensus q̄ letitia quam acceperat Apostolus super/ uenerat ei ex tribulatione mota contra eum in Macedonia que tangitur in parte se/ quenti. & ideo littera sequens magis concordat huic expositioni tñ ex utroq tristiciā habuerat: ut tangit in sequentibus. nam cum uenissemus hic consequenter Apostolus exponit dictam commendationem quantum ad duo que dixerat in ea. scđm exponit̄ ibi sed qui consolatur: dixerat autem Apostolus se fuisse tristatum cuius causā exponit dicens nam cum uenissemus Macedoniam nullam requiem habuit caro mea: non dicit si dicit spiritus noster: quia consolabat̄ in mente. sed omnem tribulationē passi sumus que plenius explicantur Act. xvi. ubi dicitur q̄ Paulus & Syla uerberati fuerunt crudeliter & incarcerati & pedes eorum in cipo constricti seditione mota contra eos: eo q̄ Paulus spiritum phitonicum eiecerat de quadam puella que magnum questum prestabat suis dominis diuinando. foris pugne ab infidelibus. intus timores a falsis fra/ tribus. Sed qui consolatur. secundo declarat Apostolus se fuisse consolatum & hoc exponit primo ponens huius consolationis materiam. secūdo subdit ad hoc rationē ibi contristati enim estis. tertio infert suam conclusionem ibi igit̄ & si scripsi materia uero sue consolationis duplex fuit. una aduentus Titi ad ipsum qui erat sibi gratissimus.

et hanc tangit dicens: sed qui consolatur humiles id est afflictos. alia uero penitentia Corinthiorum quam sibi retulerat Titus sicut uiderat: ideo subditur consolatus est in uobis. i. ex emendatione uestra per eum nobis relata ideo subditur: refe rens nobis uestrum desideriũ: id est ardorem proficiendi sicut per contrariũ fuerant ante pigri. uestrum fletum: ratione delicti commissi. uestram emulationem pro me Pseudoaplós repellendo amore Christi & mei. ita ut magis gauderem de penitentia uestra q̃ prius dolueram de peccato commisso. uel aliter Apostolus enim prius correxerat eos dure in epistola prima & postea timens ne ex hoc caderent in desperationem seu aliud malũ ad tempus doluit de scriptura illa sed uidens postea bonũ correctionis fructũ gauisus fuit: ideo dicit. quoniam & si contristaui uos in epistola dure uos corripiendo: non me penitet modo & si peniteret prius ratione dicta: uidens ꝙ in epistola illa & si ad horam contristaui uos. i. transitorie: nunc gaudeo non quia contristati estis etc. sicut medicus nõ gaudet de amaritudine medicine quam infirmo propinauit: sed de sanitate per eam cõsecuta. Contristati enim hic consequenter inducit rationem propter quam eoꝝ tristicia fuit ei occasio gaudii siue materia. s. quia illa tristicia fuit secundum deum: & diuiditur in duas partes quia primo facit propositum. secundo declarat quoddã dictũ ibi: ecce enim. Circa primũ dicit: contristati enim estis secũdum deum circa qđ sciendũ ꝙ omnis tristicia oritur ex amore. cũ enim aliquis tristatur: hoc est quia caret amato bono uel quia timet euenire aliqđ contrarium amati boni. Est autem duplex amor scilicet dei & seculi. ex amore uero dei oritur tristicia de peccato que est secundũ deũ que nullum affert homini detrimentum: sed magis bonum fructum: ideo subditur: ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. i. ex correctione nostra. sed magis bonum ideo subditur que enim tristicia est secundum deum penitentiam in salutem stabilem operatur. i. ducit ad penitentiam de peccatis que penitentia ducit ad salutem stabilem id est eternam. Sed contra hoc posset obiici quia tristicia de peccato est ipsa penitẽtia nihil autem operatur se ipsum. ergo etc. dicendum ꝙ penitentie tres sunt partes scilicet contritio. confessio. & satisfactio. tristicia uero de peccato est prima pars penitentie & causat alias duas sequentes nõ seipsam. tristicia uero seculi que oritur ex amore se/cularis boni ingerit detrimẽtum spiritalis boni ideo subditur: seculi aũt tristicia operat̃ mortem id est peccatum Iac. iiii. ca. qui enim uoluerit esse amicus huius seculi inimicus dei constituitur. Ecce enim hic consequenter declarat qualiter tristicia secundũ deum operatur penitentiam in salutem dicens ecce enim hoc ipsum secundũ deũ contristaui uos id est tristicia quam uobis in tali que est secundum deum q̃ndam in uobis operat̃ sollicitudinem ad uitandum mala: & agendũ bona in illis qui prius erant ad hoc pigri. & non solum hoc sed etiam que sequuntur sed & defensionem. s. mei contra Pseudo apostolos ipsos repellendo. sed indignationem scilicet contra peccata commissa non solum a se sed etiã ab aliis. sed timorem de reciduo sed desideriũ proficiendi in melius. sed emulationem imitando bonos: sed uindictam puniendo peccata propria. & etiam alia. potissime quia illum fornicatorem nefariũ de quo habetur epistola prima. c. v. punierant. cui tñ prius nimis fauerant: ideo subdit̃ In omnibus exhibuistis uos incõta/minatos esse in negotio. quia sicut sustinentes peccatorem contaminantur: sic puniẽtes emendantur. Igitur hic infert conclusionem intentam dicens Igitur & si scripsi uobis de illo nefario puniendo & accipitur hic si pro quia quia sic scripserat non propter eũ qui fecit iniuriam maculando lectum patris ut. s. puniretur tãtum: sed ut emendaret̃: & alii ex eius pena terrerentur. nec propter eum qui passus est dictam iniuriam ut uindicaretur per penam. sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quã pro uobis

habemuſ ut in uobiſ extirpentur uitia: & uirtuteſ augeantur coram deo: moduſ eſt iurandi ad confirmationem dicti ſui id eſt deo teſte. & quia hec bona ſunt conſecuta ex ſua correctione ſubdit: ideo & conſolati ſumuſ in cõſolatione ueſtra. i. ex ꝓfectu ueſtro uobiſ data. abundantiuſ magiſ gauiſi ſumuſ id eſt pluſ q̃ triſtati fuimuſ priuſ ex ueſtro delicto. Secundam cauſam gaudii addit de cauſa Titi. d. ſuper gaudio Titi de emendatione ueſtra quia refectuſ eſt ſpirituſ eiuſ ab omnibuſ uobiſ reficiuntur enim Prelati de profectu ſubditorum. gaudiũ enim amici ſui erat et materia gaudii. ulteriuſ addit tertiam rationem. d. & ſiquid apud illum de uobiſ gloriatuſ ſum etc. Apoſtoluſ enim cõmendauerat Corinthioſ qui inuenit eoſ tractabileſ & obediẽteſ & ſic Apoſtoli uerba inuenit eſſe uera propter qđ Apoſtoluſ non fuit cõfuſuſ de illa commendatõe quia ita inuentum eſt in ueritate & patet littera. quartam enim rationem addit dicẽſ. & uiſcera eiuſ abundantiuſ in uobiſ ſunt etc. quia Titus uidens eorum penitentiam & obedientiam eorum & reuerentiam ad ipſum habuit eoſ in uiſceribuſ caritatiſ magiſ q̃ ante de quo gaudebat Apoſtoluſ. Vlteriuſ quintam rationem addit dicens gaudeo ꝙ in omnibuſ confido in uobiſ ex bono enim inchoato confidebat ꝙ de cetero bene ſe haberent ꝙ erat ſibi ratio gaudendi.

VIII.

QUo tũ autem facimuſ poſt q̃ Apoſtoluſ induxit Corinthioſ ad bonũ in generali: hic conſequenter hortatur eoſ ad quoddam bonum in ſpeciali ſcilicet ad largi/tionem elemoſine mittende in Hieruſalem fideleſ enim ibidem habitãteſ uenditis oĩbuſ ponebant precia ad pedeſ | Apoſtolorꝫ ut diuiderentur ſingulis prout opuſ erat: Act. iiii. & quia ꝓpter Chriſtum fuerũt ſic depauperati diſpoſuerunt Apoſtoli ꝙ credẽteſ de aliis ciuitatibuſ & terris qui non ſic abrenunciabant propriis iuuarent illoſ ſuis elemoſinis & de hoc fuit rogatuſ Pauluſ & Barnabaſ ut habeẽ Gal. ii. ꝓpter qđ Pauluſ circa hoc erat ſollicituſ: & ideo primo inducit Corinthioſ ad hanc elemoſinã tribuẽdã. ſcđo docet tribuendi modum. ix. ca. prima in duaſ quia primo agit de huiuſ elemoſine datione. ſecundo de miniſtriſ pro eiuſ collectione ibi: gratiaſ ago. prima adhuc in duaſ quia primo ad dandam elemoſinam Corinthioſ inducit. ſecundo excuſationẽ excludit ibi. Si enim uoluntaſ: prima adhuc in treſ ſecundum ꝙ inducit eoſ tripliciter. ſecunda ibi: ſcitis enim. tertia ibi: hoc enim uobiſ utile. primuſ aũt moduſ inducendi Corinthioſ ad elemoſine dicte dationem eſt per exemplum Macedonum qui iam hoc fecerant propter quod proponit primo eorum exemplum. ſecundo Corinthioſ inducit ad imitã/dum ibi ita ut rogaremuſ. Circa primum dicit notum autem uobiſ facimuſ fratreſ ut imitemini gratiã dei id eſt opera bona que prouenũt ex gratia dei: que data eſt mibi hoc eſt per miniſterium meum in Eccleſiis Macedonie. Conſequenter exponit gratiam illam dicens: ꝙ in experimento tribulationiſ id eſt in multa tribulatione eis ſupueniẽte quam non ſolum audiui: ſed etiam experimento probaui: abundantia gaudii ipſorum fuit: quia non ſolũ ſuſtinuerunt patienter: qđ eſt uirtutiſ politice ſed etiã gaudenter qđ eſt uirtutiſ infuſe Act. v. Ibant Apoſtoli gaudenteſ etc. hoc aũt premittit Aplũſ ut oſtendat elemoſinam Macedonum magiſ commendabilem eo ꝙ in dicta tribulatõe depauperati fuerant: & tamen elemoſinam mittere ſanctiſ in Hieruſalem non dimiſe/rant: ideo ſubdit Apoſtoluſ & altiſſima paupertaſ eorum id eſt ualde commendabiliſ abundauit. i. effectum abũdantie oſtendit in diuitiaſ ſimplicitatiſ eorũ id eſt puritaſ conſcientie quam puritatem facit caritaſ que bona propria quantũcunq; modica facit extendere ad neceſſitateſ proximi leuãdaſ. quia primũ uirtutem id eſt promptitudinẽ animi ad dandum teſtimonium illiſ reddo: non ſolum ex auditu ſed etiam ex uiſu. ꝙ ſupra uirtutem. i. ſupra facultatem uoluntarii fuerunt ad dandum. Circa qđ ſciendũ

ꝙ licet liberalitaſ politica habeat mediú reſpiciẽdo ad propriaſ facultateſ: liberalitaſ tamen infuſa excedit hoc mediú inq̃tum reſcindit aliquid de ſibi neceſſariuſ ad dandú magiſ indigenti propter deum: ſicut & temporantia infuſa non ſolum reſcindit carniſ delectabilia prout impediunt dictam diſpoſitionem corporiſ & debitum uſum ratióiſ ſed etiam ulteriuſ ut corpuſ in ſeruitutem anime totaliter redigatur cũ multa exhor/ tatione obſecranteſ noſ id eſt non ſolum liberaliter danteſ ſed etiã noſ obnixe rogãteſ ut acciperemuſ gratiam id eſt elemoſynam & cõmunicationem bonoꝝ ſuorum fiendã pauperibuſ in Hieruſalem. & non ſicut ſperauimuſ id eſt non quãtum ſperabamuſ ſed pluſ dederunt: ideo ſubditur: ſed ſemetipſoſ dederunt primo domino totam uitam ſuã ad eiuſ gloriam ordinando. deinde nobiſ obedientiam promittendo per uolũtatem dei id eſt propter deum nobiſ obediendo tunc enim eſt obedientia recta quando fit deo primo: deinde homini propter deum. Ita ut rogaremuſ poſito exemplo Macedonum hic conſequenter excitat Corinthioſ ad imitandum ita. ſ. moti fuimuſ facto eorum ut rogaremuſ Titum ut quemadmodum cepit uoſ inſtruere in aliſ operibuſ bonis et perfectoſ uoſ reddidit in illiſ: ita & perficiat in uobiſ iſtam gratiam inducendo uoſ ad huiuſ elemoſyne magnificam largitionem nõ ſolum ſicut alii ſed pluſ: cuiuſ cauſa ſub/ ditur ſed ſicut in omnibuſ abundatiſ pre ceteriſ Chriſtianis fide qua creditẽ ad iuſticiã ſpe qua in deum tenditur & ſermone id eſt fidei confeſſione ad ſalutem & ſcientia id eſt noticia ſcripture & hec pertinent ad mentiſ perfectionẽ. Conſequenter ponit que pertinent ad exteriorem operationem dicenſ. Et omni ſollicitudine ſcilicet bene ope/ randi. Inſuper & caritate ueſtra in noſ id eſt caritatiſ operibuſ nobiſ impenſiſ: ut & in hac gratia abũdetiſ id eſt in huiuſ elemoſyne largitõe precellatiſ aliоſ ſicut precellitiſ eoſ in aliiſ gratiſ. Sed quia poſſet aliquiſ credere Apoſtolum hoc dicere per modum precepti ideo remouet hoc dicenſ non quaſi imperanſ dico. ſ. iſta. ſed per aliorum ſol/ licitudinem id eſt per Macedonú exemplum qui dictam elemoſynam fecerunt ſollicite & ueſtre caritatiſ ingenium bonum comprobãſ id eſt probare uolenſ promptitudinẽ ueſtre caritatiſ ad dict am elemoſynam faciẽdam. ſicut enim in ſpeculabilibuſ ille dicit boni ingenii qui cito capit uerba magiſtri: ſic in operabilibuſ ille Metaphiſice dicitur boni ingenii qui alteriuſ exemplo cito mouetur ad opuſ bonú. & in meliuſ ꝓcedendo. Scitiſ hic ponitur ſecunduſ moduſ inductioniſ ſcilicet per exemplũ Chriſti cũ dicitur ſcitiſ enim id eſt ſcire debetiſ ad imitandam gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti & que ſit illa ſubditur quoniam propter noſ egenuſ factuſ eſt: non neceſſitate ſed uolũtate. cum eſſet diueſ: nõ dicit fuiſſet: ne ꝓpter hoc crederetur celeſteſ diuitiaſ uel ſpiritaleſ dimiſiſſe: quod eſt falſum: pſal. xlviii. ſimul in unũ diueſ & pauper ſic enim fuit diueſ in ſpiritalibuſ ꝙ ſimul pauper fuit in temporalibuſ: ut illiuſ inopia in temporalibuſ: diuiteſ eſſetiſ in ſpiritalibuſ. oĩa enim penalia que ſuſtinuit Chriſtuſ inter que ponitur paupertaſ fuerunt remedia contra mala noſtra. & per ea ſumuſ reſtituti uite ſpirituali. & conſilium in hoc do: ſcilicet ut exemplo Chriſti pro largitione elemoſyne non for/ midetiſ minui in facultatibuſ ueſtriſ. hoc. n. uobiſ hic ponitur tertiuſ moduſ inductóiſ ſcilicet ratione utilitatiſ maioriſ que prouenit danti elemoſynam quia dat tm̃ bonum temporale: & recipit ſpirituale quod eſt maiuſ quanto que ſunt anime corporalibuſ pre/ feruntur: ideo dicit: hoc enim uobiſ utile eſt ſcilicet magiſ q̃ illiſ qui recipient: qui non ſolum facere ſed etiam uelle etc. quaſi diceret libenter debetiſ hoc facere quia cepiſtiſ hoc uelle a primo anno conuerſioniſ ueſtre ad fidẽ nunc uerbo & facto perficite etc. id eſt illam bonam uoluntatem opere adimplete ut ſic promptitudo cum appareat in opere ex eo ꝙ habetiſ: hoc addit Apoſtoluſ quia diſcrete debet elemoſyna fieri ſcilicet

ſecúdum facultatem facientiſ: niſi in caſu in quo quiſ uult ſtatum mutare utpote per ingreſſum religioniſ. tunc enim totum eſt pauperibuſ erogandum. Mat. xix. Si uiſ perfectuſ eſſe uade & uende omnia que habeſ & da pauperibuſ. & ueni & ſequere me etc. Si enim: hic circa predicta mouet duplicem excuſationem. prima eſt quia poſſet aliquiſ dicere q̄ non poſſet dare niſi ualde modicú & ſic nulliuſ aut modici meriti eſſet apud deum: hoc remouet dicenſ ſi enim uoluntaſ prompta eſſet ad dandum ſecundum id quod habeſ accepta eſt. ſ. deo quantumcunq; modicum datum ſic non ſecundum id quod non habeſ id eſt acceptatio diuina non menſuratur ſecundú quantitatem elemoſyne que non eſt in poteſtate dantiſ. pauper enim non poteſt dare tantā elemoſynā quantum diueſ. ſed menſuratur ſecundum promptitudinem uoluntatiſ que ſtatí extret in actum habita facultate. propter quod impedimentum nihil tollit de merito. unde Marci. xii. ca. duo minuta que pauper uidua miſit in gazophylatio pluſ cōmendanť a ſaluatore q̄ munera diuitum quaſi incomparabiliter maiora. ſecunda uero excuſatio poſſet eſſe q̄ſi diceret aliq; q̄ fideleſ in Hieruſalē habitanteſ p huiuſmodi elemoſynaſ abundarent & ocio uacarent: & danteſ depauperarentur: qđ non eſt conueniens: ideo hoc remouet dicenſ: nō enim ut aliiſ ſit remiſſio id eſt ocioſitaſ uite uobiſ autem tribulatio ex depauperatione ſupple dictaſ elemoſinaſ hortamur fieri. ſed ex equalitate in preſenti id eſt ut fiat quedam equalitaſ proportioniſ inter uoſ & ipſoſ quia pluſ abúdatiſ in temporalibuſ q̄ ipſi: & econuerſo ipſi magiſ abundant in ſpiritalibuſ: & ſic fiet quedam equalitaſ ſi per ueſtram abúdantiam in temporalibuſ eorum indigentia ſupplcatur: & per eorum abundantiam in ſpiritalibuſ ſuppleatur qđ minuſ eſt in uobiſ. & patet littera ſicut ſcriptum eſt Exo. xvi. de colligentibuſ māna qui multum ſupple colligit non abundauit id eſt non inuenit niſi menſuram gomor pro quolibet capite domuſ ſue & qui modicum ſcilicet collegit non minorauit id eſt non inuenit minuſ mēſura gomor per ſingula cápita & hec fuit figura huiuſ adequationiſ inter Eccleſie primitiue fideleſ. Gratiaſ ago hic cóſequēter agit de miniſtriſ collectóiſ huiuſ elemoſyne. & diuiditur in duaſ parteſ. quia primo eoſ nominat: ſecundo corinthiſ eoſ recōmēdat ibi: oſtenſionem: prima adhuc in treſ ſecundum q̄ treſ miniſtroſ nominat. primuſ autē eſt Titus qui Corinthioſ iam antē inſtruxerat ut predictum eſt: & ideo negotium iſtud fuit ſibi principaliter impoſitum. dicit igitur Apoſtoluſ: gratiaſ ago deo a quo principaliter eſt omne bonum opuſ: qui dedit eandem ſollicitudinem ad procurationē elemoſyne dicte pro uobiſ quia magiſ cedet ad utilitatem ueſtram q̄ recipientium ipſā ut oſtenſum eſt ſupra: quia ipſi recipiunt a uobiſ bonum temporale: uoſ autem ab eiſ bonum ſpiritale: quod eſt meliuſ. in corde Titi ſicut in corde meo q̄m exhortationem quidem ſuſcepit etc. i. cum inducerem eum ad negotium ſuſcipiendum prompte ſuſcepit non ſolum pro mea exhortatione: ſed etiam ex ſua bona uoluntate. profectuſ eſt ad uoſ pro executione huiuſ negotii. Miſimuſ. hic nominatur ſecunduſ qui ſecundum aliquoſ fuit Lucaſ ſecúdú alioſ uero Barnabaſ. uterq; enim fuit comeſ peregrinatóiſ Apoſtoli diſcurrendo pro predicatione Euangelii: ſi tamen intelligatur de Luca tunc q̄ dicitur cuiuſ lauſ in Euangelio eſt exponendum eſt ab eo deſcripto ſi de Barnaba exponendum eſt ab eo predicato. q̄ ſequitur non ſolum autem etc. conuenit utriq; ut dictum eſt in hanc gratiā ſcilicet elemoſyne mittende ſanctiſ in Hieruſalem. miſimuſ eum inq̄ cum Tito ad dñi gloriam ad quā ordinandú eſt omne opuſ bonú & deſtinatá uoluntatem ueſtram id eſt adequendú ordinationem ueſtre uoluntatiſ. Conſequenter reddit cauſā q̄re tā ſollemneſ uiroſ mittebat: dicenſ deuitāteſ hoc: neq; hoc uituperet in hac plenitudine que miniſtratur a uobiſ id eſt in larga elemoſyna a uobiſ danda.

deuitamus inq̃ ne uituperemur de negligentia aut de fraude aliq̃: propter hoc mittimus tales uiros qui non possunt notari de aliquo tali: & causa huius subditur: prouidemus enim bona scilicet agenda non solum coram deo ex puritate intentõis. sed etiam corã hominibus ad exẽplũ edificationis. Misimus. hic notatur tertius scilicet Apollo dicens: misimus aũt cum illis fratrem nostr̃ quẽ probauimus in multis sepe sollicitũ esse. s. pro uestra salute: qa post Apostolũ primus Corinthus predicauit. 1. Corin. iii. ego plantaui Apollo rigauit etc. nunc aũt multo sollicitiorẽ scilicet de bono uestro suppleeũ inue/nimus cuius assignat̃ triplex causa: ꝑma qa Corinthii egerant penitentiã de delictis & sic magis confidebat de profectu eorum q̃ ante. & hoc tãgitur cũ dicit̃ confidentia multa in uobis id est propter confidentiã magnam de profectu uestro: secunda causa est societas Titi quem diligebat: propter qđ libentius cum eo pergebat & hoc est ꝙ dicitur: siue ꝓ Tito etiã. tertia causa est quia rogatus erat de hoc ab aliis Apostolis id est de ista elemosyna procuranda sicut Paulus & Barnabas. ideo dicitur: siue pro fratribus uestris etc. Ostensionem hic ultimo recommendat dictos nuncios Corinthus dicens ostensionem ergo que caritatis uestre & nostre glorie etc. id est suscipite eos ca/ritatiue ꝙ cedet etiam ad gloriam meam quia uos conuerti ad fidem in faciem Eccle/siarum id est ut alius Ecclesius innotescat uestra caritas ad edificationem fidelium

Iam de ministerio postq̃ Apostolus induxit Corinthios ad donationis .IX.
actũ hic consequẽter docet donationis modũ. & diuiditur in duas ptes qa ꝑmo quandam suspicionem excludit: secundo ad propositum accedit ibi: misimus aũt. Circa primum sciendum ꝙ eo ꝙ nuncios suos sic recommendauit in fine capituli precedentis posset aliquis opinari: ꝙ de receptione eorum curaret tantum: & non de elemosyna in Hieru salem mittenda: ideo remouet hoc dicens. nam de ministerio quod fit in fratres id est de elemosyna in Hierusalem mittenda ex abundanti est mihi scribere uobis id est reputo superfluum scribere ultra illud quod superius uobis scripsi. cuius causam subdit dicens. scio enim promptum animũ uestrum scilicet ad hoc faciendum. pro quo de uobis glorior apud Macedones ingerens eis pro exemplo hanc promptitudinem animi uestri. quoniam Achaia nomen est regionis cuius metropolis est Corinthus. pa/rata est ab anno preterito ad illius elemosyne largitionem & uestra emulatio id est studium uestrum benefaciendi sanctis in Hierusalem pruocauit plurimos ad similia opera. Misimus autem. hic consequenter accedit ad propositum ostendens donandi modum scilicet uelociter. abũdanter. & hilariter. secundũ ibi necessarium ergo. tertiũ ibi unusquisq. Circa primum dicit misimus autem fratres scilicet predictos sollemnes nuncios & fideles ut ne ꝙ gloriamur de uobis laudando apud Macedones prompti/tudinem uestram ad dandũ: euacuet̃ in hac parte. si enim misissemus nuncios abiectos uideretur ꝙ contemneremus uos. cum uenerint Macedones mecum apud uos & non inuenerint uos paratos: erubescamus quasi diceret si inuenirent uos ꝑparatos ad dandũ quod absit: erubesceremus: quia non inueniretur uerum quod diximus eis de uobis: ut non dicamus uos scilicet erubescere. in hac substantia. i. in datione elemosyne ad sustentationem pauperum in Hierusalem quasi diceret talis defectus preparationis nõ solum esset uobis confusibilis ꝙsed & nobis: licet de nobis nõ exprimamus sicut de uobis. necessariũ hic consequenter monet eos ad dandum abundanter dicens. necessariũ ergo id est utile pro uobis & pro me existimaui: rogare fratres scilicet Titũ & alios p̃dictos ut preueniant ad uos ante aduentum meum cum Macedonibus & prepent repromissã benedictionem id est elemosyne nostre gratiam sic quasi benedictionem id est gratis et abundanter datam & non quasi auaritiam. i. nimis ꝑce datam. & subdit rationem

dicens qui pce seminat id est parū dat. parce & metet id est minus in premio recipiet. & qui seminat in benedictionē largiter dando: largiter accipiet in premio. Sed contra dicta uidetur nam in premio celesti parum non habet locum. dicendum licet ibi non sit parum simpliciter & absolute eo ꝙ cuilibet sufficiet: quod habebit: tamen erit ibi respectiue inquantum unus maius premium habebit alio secundum diuersitatem meritorum. Vnusquisq; hic consequenter monet Corinthios ad dandum hilariter dicens unusquisq; supple det prout destinauit in corde suo id est ordinauit propria uolūtate. non ex tristicia aut ex necessitate in hoc excludit duplicem modū inuoluntarii absolute quod fit coactione & quantum ad hoc dicit: non ex necessitate & inuoluntarii mixti sicut est protectio mercium in mari. qđ habet tristiciam annexam & quantum ad hoc dicit: non ex tristicia quasi diceret non detis quasi coacti precepto meo uel timore confusionis ducti. & subdit rationem ad hoc dicens hilarem enim datorem diligit deus. id est approbat & remunerat: quia facit actum uirtuosum: signū enim habitus generati est delectatio in opere. ii. Ethicoꝝ. potens est hic ad predicta inducit ratōes & primo ex parte dantis. secdo ex parte dei remunerantis ibi in omnibus. Circa p̄mum facit talem rationem: quicunq; dat aliquid quod sibi multiplicatur: debet illud dare uelociter largiter & hilariter: sic enim homines seminant: ut recolligāt illud multiplicatum. elemosyne uero redduntur dantibus multiplicate. ergo etc. uirtutem huius rationis deducit dicens. potens est autem deus omnem gratiam id est omnem uoluntatem faciendi elemosynam abundare facere in uobis. ut sic non doleatis de facto sed magis gaudeatis. ut in omnibus temporalibus & spiritalibus omnem sufficientiam habentes tā in uoluntate interiori q̄ in facultate exteriori abūdetis in omne opus bonum id est in datione elemosynarum. sicut in aliis operibus uirtutum. sicut scriptū est psalmiste. iii. dispersit. nam elemosyna pluribus est facienda. dedit pauperibus non istrionibus et alius indignis. iusticia eius qui sic dat elemosynam manet in seculum seculi id est eternaliter. quia merces iusticie eius est eterna. & confirmat predicta per experimentum. d. qui autem administrat semen seminanti scilicet deus qui dat uoluntatem & facultatem dandi elemosynam & panem ad manducandum prestabit id est necessaria uictus. hoc enim uidetur communiter accidere: ꝙ dantes elemosynas magis abundant in bonis temporalibus q̄ elemosynas pauperibus indigentibus denegātes. & si aliquādo cōtingit eos depauperari deus hoc ordinat ad maius bonum ipsorum spiritale. & multiplicabit semen uestrum id est uoluntatem & facultatem elemosynas faciendi. & augebit incrementa frugum iusticie uestre id est mercedem que ex hoc in patria colligitur: ut in omnibus hic consequenter assignat rationem ex parte dei sumptam quia per dationem elemosyne promptam & hilarem acquiritur in dāte puritas & rectitudo intentionis ad deum. similiter recipiens insurgit ad orandum deum pro dante. uidentes etiam hoc insurgunt ad laudandum deum de tali bono rogantes ipsum ut talem uoluntatem & facultatē dandi cōtinuet in uia. & remuneret in patria. & ista debent mouere ad dandū elemosynam abundāter. & prompte. & hilariter. ideo dicit ut in omnibus locupletati scilicet non solū in temporalibus ut predictū est: sed etiā in spiritalibus ideo subditur: ut abundetis id est crescatis in omnem simplicitatem. i. puritatem mentis. Aug. hoc est simplex cor qđ est mundum cor & habet rectitudinem intentionis unde super illud Luce. ii. ca. si oculus tuus fuerit simplex etc. glosa. i. intentio tua recta que operatur per uos gratiarum actionem deo que. s. simplicitas uestra per ministerium uestrum in elemosyne uestre collatione & missione operatur gratiarū actionem. i. facit homines assurgere ad agendum gratias deo modo predicto propter qđ subditur. qm̄ ministeriū

buius officii colligendo elemosynam uestram & mittendo non solum supplent ea que desunt in sanctis releuando penuriam sanctorum habitantiū in Hierusalem sed etiā abundat id est crescit per multos gratiarum actiones in domino qui hoc bonū uidētes uel audientes assurgunt ad diuinas laudes ut predictū est: ideo subditur per ꝓbationē ministerii huius id est per eius approbationem glorificantes deum in obedientia confessionis uestre in euangelio Christi. ex collatōe enī talis elemosyne confitemini facto uos obedire Christo & simplicitate cōmunicationis uestre in illos. i. in puritate mentis & rectitudine intentionis uestre in tali elemosyne largitione per quam communicatis indigentibus bona uestra. & etiam ipsorum .i. recipientium elemosynam obsecratione pro uobis quia pro uobis orant deū desiderantibus uos habere socios in deo per gratiā in presenti & gloriam in futuro: propter eminentem gratiam dei in uobis. i. propter opera uestra facta exterius manifesta & quia predicta bona ex ministerio Apostoli prouenientia ideo prorūpit in gratiaꝝ actionem. d. gratias ago deo sup̄ inenarrabili dono eius.

.X.

IPse autem ego Paulus postq̄ Apostolus commendauit ueros Ecclesie ministros hic consequenter inuehitur contra falsos: & diuiditur in duas: quia primo inuehitur contra tales. secūdo contra eis adherentes ca. xiii. prima adhuc in duas: qa prmo se excusat de iis que sibi a falsis Apostolis imponebantur. secundo contra eos inuehit̄ ca. ii. prima in duas: quia primo excusat per rationem. secundo perfecti euidentiam ibi: que secundum faciem sunt. prima adhuc in duas quia primo recitat sibi imposita. secundo destruit ipsa ibi: in carne enim. Circa primū sciendū ꝙ falsi Apostoli dicebāt Paulum in bonis carnalibus ponere finem suum qđ arguebāt ex hoc: ꝙ facta sua ad hoc tendere uidebantur ut dicebant. nam principaliter existens cū Corinthus būiliter conuersabatur & blande eis loquebatur tanq̄ eos timens. absens uero dure increpabat per epistolam quasi tunc extra periculum existens sicut homines carnales & timidi diuitibus in presentia blandiuntur. & in absentia dura dicunt. propter qđ Aplūs rogat Corinthios ut hanc opinionem de ipso non habeant ne seueritatem correctionis sue presentialiter sentiant. d. Ipse autem ego Paulus minister Christi ueruſ obsecro uos per mansuetudinem & modestiā Christi hec duo exprimit & intendit se in illis Christo conformem ostendere: quia de contrarius infamabatur a falsis Apostolis qui in facie quid̄ humilis sū inter uos. i. p̄sens uobiscū humiliter conuersatus sum absēs uero cōfido in uobis. i. audacter dura scripsi uobis tanq̄ homo carnalis & timidus ut dicūt Apostoli falsi. rogo aūt uos supple ne de me talia dicatis uel sētiatis. ne presēs. i. p̄sentialiter apud uos existens audeam per eam confidentiam. i. audacter dure corripiā sicut dicitis me agere in absentia. in quosdam qui arbitrantur nos etc. i. exercendo uindictā asperam in quosdā malos q decepti a falsis Apostolis arbitrant̄ nos agere carnaliter. et timide. In carne enim hic consequenter remouet hāc positionē falsam per rationem que talis est homines enim ambulantes carnaliter & timide muniunt se: quantum possūt diuitiis ac potentia temporali nos autem talia nō querimus. ergo scd̄m carnem nō militamus dicit igitur in carne enim ambulantes etc. i. licet in uita presenti uiuamus in carne mortali tamen secundum desideria carnis non uiuimus. nam arma militie uestre. i. uite uestre que est militia super terram Iob. vii. capit. non carnalia sunt cuiusmodi sunt temporalis potentia. delicie. & diuitie. sed potentia deo. i. arma militie nostre sunt per uirtutem dei nobis assistentem nobis dantem sapientiā & constantiā ad loquendū. & gratiam miraculoꝝ ad confirmandū. hec enim & consimilia erant arma Apostolorū. ideo subditur ad destructionem munitionum. i. rebellantium contra Christū quorum

aliqui muniunt se astutia consiliorum prauorum. ideo subditur consilia destruentes. aliqui uero superbia propriu ingeniu eleuati sicut heretici & quātum ad hoc subditur: & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiū dei. & hic est primus effectus armorum apostolice milicie. s. infideliū confutatio. secundus aūt est cōuersio infideliū ad fidem & quantum ad hoc dicitur & in captiuitatem redigentes omnem intellectū in obsequium Christi quod fit qñ conuersus ad fidem litteratus quicqd scit ministeriū fidei supponit. sicut patet de Dionysio per Paulum conuerso & de multis alis. tertius effectus est correctio peccantium tam conuersorum. de quo subditur: & in promptu habentes ulcisci omnem in obedientiam sicut patuit supra de illo quem tradi iussit Sathane ad puniendum. cum impleta fuerit uestra obedientia ad dominum. per hoc enī ꝙ Apostoli obediebant deo in omnibus assistebat eis diuina uirtus ad libitū in punitōe inobedientium. Que autem hic cōsequenter Apostolus excusat se per euidentiā facti & primo proponit intentum. secundo prosequitur propositum ibi: siquis. Circa primū inducit ad considerationem operum suorum. Facta enim sua erant talia euidenter: ꝙ nullus eum debebat iudicare carnalem & timidum: ideo dicit. Que secundū faciem sūt id est manifesta per euidentiā facti in operibus meis. uidete & tunc iudicate de factis meis. & Pseudoapostoloꝝ. nec dictum apostoli est cōtra illud qđ dicitur Io. vii. canolite iudicare secundum faciem. quia ibi accipitur facies pro eo qđ apparet tantum exterius. & eius contrarium latet interius. hic autem accipitur facies pro eo qđ uerum apparet ex euidentia facti. Si quis hic prosequitur propositum: & diuiditur in duas partes: quia primo facit ꝙ dictum est: secundo assignat rationem dicti ibi: non enim audemus. Circa primū sciendū ꝙ Pseudoapostoli decipiebant Corinthios & Apostolū diffamabant ex duobus: primum est quia quandam autoritatis magnitudinem falso ꝓtendebant dicentes se prius conuersos ad fidem fuisse q̄ Paulus & se uenisse de Iudea ubi inceperat fides Christi. secūdum est ꝙ duplicitatem imponebant Paulo ut p̄dictū est. & ideo utrunq; remouet per euidentiam facti. primo primum. & scđo scđm ibi: ut autem nō existimer. Circa primum dicit: siquis. s. falsoꝝ Apostoloꝝ confidit sibi Xp̄i se esse. i. confidenter se asserit esse uerum Christi Apostolum rationibus predictis hic cogitet itez ꝙ apud se quia sicut ipse Christi est minister apparenter ita & nos ueraciter quia nullū donū habet a Christo speciale quo careamus. immo in hoc nos excedimus ideo subditur: nam si ampliꝰ aliqd gloriatus fuero de potestate nostra etc. sequitur non erubescam: quia hoc inuenietur uerum per facti euidentiam que autem fuerit hec potestas? dicunt aliqui ꝙ fuit specialis eius uocatio qua uocatus est a Christo sicut uas electionis Act. ix. & missio ad predicandum a spū scō Act. xiii. sed quia hec non erant Corinthiis euidentia ideo melius uidetur ꝙ dicatur donum linguarum & gratia miraculoꝝ quoꝝ effectus erant euidentes nec a falsis Apostolis habebantur. Vt autē hic consequenter remouet secundum sibi impositum. s. duplicitatem. & primo remouet eam & secundo assignat dicti sui rationem ibi non enim audemus. duplicitas autem ei imponebatur eo ꝙ Corinthius presens & absens aliter loquebatur ut predictum est: & hoc remouet dicens ut aūt non existimeret tanq̄ terrere uos per epistolas. i. absens cū austeritate & potentia loqui qm̄ qđ epistole inquit graues sunt. hoc dicebāt Apostoli falsi de epistolis Pauli p̄ncia aūt corporis. s. Pauli infirma. i. humilis. & sermo contemptibilis. hoc dicebant falsi Apostoli eo ꝙ predicabat plana & grossa: hoc cogitet qui eiusmodi est qui per hoc de me asserit duplicitatem cogitet per euidentiam facti quia quales sumus uerbo per epistolas absentes aspere corrigendo tales & in facto p̄ntes. s. sumus: qñ expedit. aliqñ aūt non expedit: ut qñ timetur peior exitus de tali

correctõe: sicut fuerat ī ꝓpoſito: ut patet ex p̄cedētibuſ. ſimiliter ꝙ Pauluſ p̄dicabat plana & groſſa non erat ex defectu ſcientie: ſed quia Corinthii erant in fide noui ad altiora capienda inepti ſicut patet. 1. Corin. 1. tanq̄ paruuluſ in Chriſto etc. non. n. audemuſ. hic conſequenter reddit rationem eiuſ qđ dixerat. ſ. ſe non eſſe ſimilē falſiſ Apoſtoliſ ſed eoſ excedentem in dei doniſ. d. non enim audemuſ non humano timore ducti ſed ueritatiſ amore: noſ inſerere. i. dicere de numero eorꝫ aut cõparare. i. ſimileſ dicere q̄buſdam qui ſeipſoſ cõmendant. i. falſiſ Apoſtoliſ qui talibuſ ſtudebant ꝓpter queſtū. ꝙ aũt Pauluſ dicebat aliq̄n aliq̄ ad ſui cõmendationē: non erat ꝓpter queſtū uel uanam gloriam: ſed propter ueritatiſ declarationem. cui preiudicabaṫ per hoc ꝙ a falſiſ Apoſtoliſ contemnebaṫ & diffamabatur: ſicut ſcūſ Iob contra aduerſarioſ ſuoſ diſputanſ. d. xiii. ca. non me reprehendit cor meum etc. ſed ipſi in nobiſ noſmetipſoſ metienteſ. i. menſuranteſ ea que dicimuſ de uobiſ ad ea que ſunt ſcđm ueritatem in mentibuſ & operibuſ noſtriſ & ꝙ ita ſit declarat conſequēter dicens noſ aũt non in im/menſum gloriabimur. qa non excedimuſ debitā regulā per dei gratiam nobiſ datam que excedit̄ dupliciter. uno mõ qñ quiſ gloriatur de quo non debet: & hoc remouet a ſe dicens: non. n. q̄ſi non ptingenteſ ad uoſ ſuper extendimuſ noſ gloriādo falſe de ueſtra conuerſione ad fidem qa per miniſteriū ueſtrum uoſ eſtiſ conuerſi. ideo ſubdit. uſq; ad uoſ enim peruenimuſ in euangelio Chriſti ipſum uobiſ primum predicando ex quo concludit non in immenſū gloriānteſ in alieniſ laboribuſ. ſed de labore noſtro in conuerſione ueſtra & hoc de preterito. ſimiliter de futuro gloriamur in ſpe ꝓfectuſ ueſtri ideo dicit: habēteſ aũt ſpem creſcentiſ fidei ueſtre ex bono. n. principio ueſtro rationabiliter de ꝓfectu ſperato gloriamur & non ſolūmõ gloriamur de uobiſ ſcđm debitam regulā ſed etiā de aliiſ inq̄tū parati ſumuſ aliiſ euangelizare: quibuſ non eſt euangelizatum ab aliiſ Apoſtoliſ & q̄tum ad hoc ſubditur etiā in illa. ſ. loca que ultra noſ ſunt. i. ad que non peruenit adhuc euangeliū. ideo ſubdit non in aliena regula. i. alteriuſ doctrina me precedente. Alio mõ exceditur regula debite gloriandi qñ quiſ gloriaṫ mõ quo non debet: bonum opuſ ſibi attribuendo. quod remouet Aplūſ. d. qui gloriatur in dño glorietur. q. d. de bono opere non mihi gloriam attribuēdo ſed deo a quo eſt omne bonū ſicut a principali agente. non enim qui ſeipſū cõmendat ꝓbam gloriam querenſ ille probatuſ eſt. i. approbatuſ a deo. ſed quem deuſ commendat. i. commendabilem facit uirtutibuſ & ſigniſ.

XI.

Tinam poſtq̄ Aplūſ excuſauit ſe de falſa impoſitione per falſoſ Apoſtoloſ hic conſequenter inuehitur contra ipſoſ. & ut meliuſ eoſ confutet: primo ponit ſui ipſius commendationem in qua ſic procedit: quia primo ponit huiuſ commendationiſ rationem ibi: in quo quiſ audet: prima in duaſ: quia p̄mo ponit intentū. ſcđo ꝓſequtur propoſitum ibi: emulor. Circa primum ſciendū ꝙ moralia eo ꝙ ſunt de agendiſ que p̄/ticularia ſunt ſub una cõmuni regula ſic artari nõ poſſunt: quin aliq̄n oporteat agere preter illā regulā ex rationabili cauſa. ꝓpter qđ boneſ diſcreti hāc cauſā cõſiderāteſ non reputant hoc ſtultum neq; malum. ſed bonum. Indiſcreti aũt hoc nõ cõſiderāteſ iudicant eſſe malum. preceptum enim morale eſt: non occideſ: tñ maloſ occidere non ē malum habita ſuper hoc poteſtate. licet hic aliqui ſtulti & heretici dixerint hoc eſſe malum. lex aũt moraliſ dicit: ꝙ homo ſeipſum non cõmendet: ꝓuer. xxvii. laudet te alienuſ: & non oſ tuū. tamen in aliquo caſu bonū eſt hoc. & neceſſariū ut dictū eſt ca. precedenti. utpote quando taciturnitaſ ꝓprie laudiſ uergit in preiudiciū ueritatiſ et in detrimentum ſalutiſ ꝓximi & honoriſ diuini. multitudo tamen hominum que eſt indiſcretorum Eccleſi. i. ſtultorꝫ infinituſ eſt numeruſ reputat inſipientiam eo ꝙ neſcit

aduertere causam ut dictū est. casus aūt necessarius seipsum cōmendādi ꝓpter dictas causas imminebat Apostolo: ideo rogat ut patienter ista commendatio a Corinthus sustineatur. licet aliquibus stulticia uideatur. d. utinā sustineretis modicū qd insipiētie mee scd̄m estimationem indiscretoꝝ. sed & supportate me. q. d. hoc debetis spialiter facere eo ꝙ sū ꝓlatus uester. Emulor hic consequenter exequitur propositū. & oñdit primo causam sue cōmendatōis esse rationabilem: ut sic appeat ꝙ talis cōmendatio nō est insipientia. secundo ꝙ debet ab eis supportari etiam dato ꝙ esset stulticia ibi: iteꝝ dico. prima adhuc in duas: quia ꝓmo ponit dictam causam. scd̄o remouet Corinthioꝝ excusationem falsam ibi: nā si is. Circa primū sciendum ꝙ cā q̄re Aplūs se cōmendare uolebat zelus erat de salute Corinthioꝝ qa ne diriperentur a falsis Apostolis sugge/rentibus eis falsa uoluit autoritatem suam oñdere bonitatem etiā utre sue & doctrine hec aūt cā erat ualde bona. propter qd̄ cōmendatio sequens non erat insipientia. qa non erat ad propriam iactantiam. sed ad gloriam dei & fidelium salutem. dicit igitur emulor enim uos. i. feruenter diligo: sed qa diligere pōt ēss in bonum & malum: ideo subdit: dei emulatiōe. i. caritatiua dilectione. & subdit causā huius feruentis dilectōis dicens rñdi enī uos uni uiro. i. Christo ut postea subdit. fuerat enī Aplūs panymphus matrimonii inter Corinthios & Xp̄m per ueram fidem ideo subditur uirginem q̄tū ad fidei integritatem. castam q̄tum ad fidei puritatem. exhibere Christo qui solus est Ec/clesie sponsus. & qa dilectio nō solū est respectu boni adipiscendi in amico: sed etiam mali uitandi ideo subdit: timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit persecutio enim Tyrannorum in Ecclesia primitiua comparat persecutioni leonis que est aperta sed p̄secutio Pseudoapostoloꝝ que fuit per astutiam & occulta comparatur seductioni primorum parentum per serpentem ideo subditur: ita corrumpantur sensus uestri. s. mentales qui frequenter nominantur a sensibus exterioribus magis notis & excidāt p deceptionē Pseudoapostoloꝝ a simplicitate que est in Christo qa docebāt necessaria esse ad salutē legalia simul obseruari cū euangelio. nam si is hic consequenter remouet Corinthioꝝ excusationem. & primo eam ponit: secundo excludit ibi: existimo enim. Circa primū sciendū ꝙ si Pseudoapostoli meliora docerent q̄ Aplūs Corinthus haberēt excusationem recipiendi eos: & hoc est ꝙ dicit: nam si is qui uenit. i. Pseudoaplūs qui uenit ad predicandum autoritate propria a deo nō missus: alium Christum p̄dicat. i. meliorem q̄ nos predicamus uobis: aut alium spiritum accipitis. i. meliorem ab ipsis q̄m accepistis a nobis aut aliud euangelium. i. aliam doctrinam meliorem q̄ a nobis recte pateremini. i. recte sustineretis eos uobis p̄dicantes. Existimo hic remouet dictam ex/cusationem. & diuiditur in duas: quia primo oñdit se non minus fecisse Apostolis ma/ioribus. secundo ꝙ fecit aliquid maius ibi: aut nūqd. Circa primū dicit existimo aūt me nihil minus fecisse ꝑ uestra cōuersione a magnis Apostolis. i. q̄ Apostoli magni fecerūt pro illis quos conuerterunt. & dicunt hic Apostoli magni Petrus Iohannes & Iacobus quos Pseudoapostoli dicebant esse maiores Paulo: qa fuerunt corporaliter cū Xp̄o. non autem Paulus. & hoc dicebant ad decipiendum Corinthios ut crederent maioris autoritatis q̄ Paulus: quia dicebant se missos a dictis Apostolis mendaciter tñ. ꝙ aūt Paulus non fecerit minus q̄ Apostoli predicti patet nam eundem Christum p̄dicauit. & eundem spiritum sanctum per impositionem manū dedit. & idem euangelium pre/dicauit. & sic equipando se magnis Apostolis confutat falsos. nam etsi impitus sermōe supplesum. sed non scientia. hoc dicit ad repellendum dictum Pseudoapostolorū qui contemnebant eius doctrinam eo ꝙ plana & grossa docebat. ideo dicit qd̄ hoc non fa/ciebat ex defectu scientie. sed qa non expediebat Corinthus pro tūc sub tilia p̄dicare

ſicut plene dicitur .1.Corin.1. In omnibuſ autem manifeſtuſ ſum uobiſ hoc dicit quia per euidentiã facti hec apparebant uera de ipſo. Aut nunqd hic conſequenter oñdit ꝙ etiam aliquid maiuſ fecit eiſ q̃ alii Apoſtoli ſuiſ cõuerſiſ. & diuiditur in duaſ parteſ: quia primo declarat ueritatem. ſecundo remouet quandam obiectionem ibi. q̃re quia non diligo. Circa primum dicit aut nunqd peccatũ feci etc. ironica eſt locutio cuiuſ ſenſuſ litteraliſ accipienduſ eſt per oppoſitum. Apoſtoluſ enim in hoc fecit opuſ ualde meritorium. quoniam gratiſ euangeliũ dei euãgelizaui uobiſ? non accipiendo ſũptuſ a uobiſ quod tamen erat licitum & alii Apoſtoli acceperant ab illiſ quibuſ p̃dicauerãt. Apoſtoluſ autem predicanſ Corinthiſ abſtinuit primo propter eoꝝ auariciam & ſic minuſ gratanter accepiſſent eiuſ doctrinam. ſecũdo ut tolleret a falſiſ Apoſtoliſ predicandi occaſionem: qui ꝓpter queſtũ tm̃mõ predicabant. ſed quia oportebat habere neceſſaria ex aliquo loco ideo conſequenter oñdit unde habuit. d. aliaſ Eccleſiaſ expoliaui non quia nimiſ acciperet: ſed qa uoluntarie dabant abũdanter. ad miniſteriũ ueſtrum. i. ad procurationem noſtre ſalutiſ unde Papa uel Legatuſ uiſitãſ unã prouintiam põt accipere ſumptuſ ab alia. nam cũ Eccleſia ſit unum corpuſ a Prelato ab una parte ſuppleri põt indigentia alteriuſ partiſ ſicut natura defectum uniuſ mẽbri ſupplet ex aliuſ partibuſ uirtutem & ſpiritum ſubminiſtrando. & cum eſſem apud uoſ & egerem hoc dicit ut oſtendat: ꝙ nõ dimiſit accipere: eo ꝙ ſemꝑ inter eoſ abundaſſet: nulli. ſ. ueſtrum oneroſuſ fui: quia durum fuiſſet eiſ dare ꝓpter eoꝝ auariciã: ꝓpter qd̃ Apoſtoluſ propriiſ manibuſ de nocte lucrabatur operando qd̃ de die expendebat predicando ut habetur Act. xx. & qñ hoc non ſuffecit ſuppleuerunt Macedoneſ qui eum ſecuti fuerant ſibi miniſtrãdo. ideo ſubditur: nã ꝙ mihi deerat etc. & patet littera eſt ueritaſ Chriſti in me moduſ eſt iurandi & eſt ſenſuſ ueritaſ Chriſti teſtiſ eſt mihi ꝙ ueritatem dico: qm̃ hec gloriatio. i. hoc factum meum quod eſt ad dei gloriam non infringitur in me. i. non minuetur per me in regionibuſ Achaie in quibuſ metropoliſ eſt Corinthuſ. Quare? quia ego: hic conſequẽter remouet quandã falſam obiectionẽ dicebant enim Pſeudoapoſtoli ꝙ Pauluſ non diligebat Corinthioſ nec intendebat eiſ proficere de futuro propter qd̃ nolebat aliquid accipere ab eiſ. quod remouet dicẽſ quare non accipio ſumptuſ a uobiſ: qa non diligo uoſ ut dicunt Pſeudoapoſtoli deuſ ſcit. i. conſciuſ eſt mihi ꝙ hic non eſt cauſa uera. ſed eam ſubdit. d. ꝙ autem facio et faciam abſtinendo me a ſumptibuſ ueſtriſ hec eſt uera cauſa ut amputem occaſionem eorum. i. Pſeudoapoſtoꝝ qui tantũ predicabant propter temporale lucrũ. ut in quo gloriantur. ſ. imitando noſ Apoſtoloſ ut dicebant inueniantur ſicut & noſ. i. nihil accipienteſ qd̃ tñ refugiunt. de quibuſ ſubdit nam eiuſmodi Pſeudoapoſtoli ſunt operarii ſubdoli. i. callidi & uulpini exteriuſ tantũ ſpeciem pietatiſ oſtendẽteſ. tranſſiguranteſ ſe in Apoſtoloſ Chriſti. i. portanteſ exteriuſ ſigna uerorum Apoſtoloꝝ. & non mirum quia deuſ permittit maiorem ſimilationẽ de qua ſubditur: ipſe enim Sathanaſ trãſſigurat ſe in angelum lucis & hoc dupliciter uno modo uiſibiliter corpuſ ſibi aſſumendo ſicut apparuit beato Martino. & multoſ ſic decepit. Alio modo inuiſibiliter formãdo uocẽ audibilem ſicut beato Franciſco uolenſ ipſũ retrabere a penitentie rigore aliqñ peruertendo iudicium ſenſuum faciendo apparere quod non eſt. & multiſ aliiſ modiſ: propter quod dicit beatuſ Iohanneſ. i. Canoñ. iiii. probate ſpiritus utrũ ex deo ſint. propter ꝙ Ioſue. v. ca. dixit angelo ſibi apparenti in campo Hiericho noſter eſ: an aduerſariorũ? propter quod concludit Apoſtoluſ: non eſt ergo magnum. i. mirabile reputandum ſi miniſtri eiuſ. i. hominеſ falſi & mali cuiuſmodi erant Pſeudoapoſtoli tranſſigurẽt̃ uelut miniſtri iuſticie. i. ut ueri Apoſtoli quoꝝ finiſ. i. Pſeudoapoſtoloꝝ

erit ſecundum opera ipſoꝝ. erit enim maluſ ſicut opera ſunt mala Apoc. xiiii. ca. opa enim illorum ſequuntur illoſ. Iterum dico hic conſequenter oſtendit Aplūſ ꝙ etiam ſi ſe cōmendaret inſipienter tamen deberet a Corinthiſ ſupportari. & primo ꝓponit intentum. ſecundo probat propoſitum ibi: libenter enim Circa primū dicit cōtinuādo ſe predictiſ Iterum dico. i. ꝙ dixi recolo: ne quiſ putet me inſipientem. q. d. ad hoc. n. oſtendi cauſam mee commendationiſ eſſe rationabilem. alioquin. i. ſi non uultiſ cauſā recipere ut rationabilē & me reputetiſ inſipienter loqui uelut inſipientem ſuſcipite me id eſt meā inſipientiam ſupportate ut & ego modicum qd glorier hoc dicit qa inferiuſ ſe commendabit de gloria carniſ que modica eſt de qua ſubditur: ꝙ loquor. ſ. de cō/ mendatione mea tali. non loquor ſcd̄m deū ſed quaſi in inſipientia ſupple ſi hoc facio ſine cauſa rationabili uel neceſſaria ſicut faciebant Pſeudoapoſtoli de qbuſ ſubditur quoniam multi gloriantur ſecundū carnem. dicebāt enim ſe eſſe Iudeoſ natione & de ſemine Abrahe deſcendiſſe. & per hoc uolebāt alia dicta ſua falſa haberi in reuerētia. & ego gloriabor. unde dicit infra hebrei ſūt & ego. Semen Abrahe ſūt. & ego. Sciēdū tamen ꝙ alio fine gloriabatur ſic Apoſtoluſ: quia Pſeudoapoſtoli ſic faciebant ut ꝓ hoc in maiori autoritate haberentur & eorū falſe doctrine magiſ crederetur. Aplūſ uero ut eorum falſitatem repelleret & maiorem fructum faceret ad dei gloriam & fi/ delium ſalutem propter qd̄ ſua gloriatio erat uirtuoſa. illorum aūt uitioſa. Libenter hic conſequenter propoſitum probat. ſ. ꝙ in hoc Corinthii debent ipſum ſupportare. nam in hoc ſupportabant falſoſ Apoſtoloſ qui tamen eiſ multa grauamina inferebāt. Apoſtoluſ autem nullum. propter qd̄ magiſ debebat in hoc ſupportari ab ipſiſ. & hoc eſt quod dicit. libenter ſuffertiſ. inſipienteſ id eſt falſoſ Apoſtoloſ de carne glorianteſ. & malo modo. cum ſcitiſ ſapienteſ ironice loquitē id eſt inſipienteſ in hoc: qd̄ declarat diffuſius. d. ſuſtinetiſ enim. i. patienter toleratiſ: ſiquiſ Pſeudoapoſtolorū uoſ in ſer/ uitutem redigit. uolebant enim eoſ ſubiicere ſeruituti legiſ dicenteſ debere eoſ ſeruare legalia cum Euangelio. ſiquiſ deuorat. quia de boniſ Corinthioꝝ laute uiuebant. ſiqſ accipit: bona ueſtra decipiendo uoſ falſiſ uerbiſ. ſiquiſ extollitur: qa iactabant ſe ſup Corinthioſ dicenteſ ſe filioſ Abrahe. Corinthioſ aūt filioſ gētilium idolatrie deditoꝝ. & incircunciſoꝝ. ſiquiſ in faciem uoſ cedit id eſt in preſentia ueſtra contumeliaſ uobiſ infert: qd̄ faciebant Pſeudoapoſtoli ſproperando eiſ immediate dicta & conſimilia: ideo ſubdit: ſecundum ignobilitatem dico. q. d. talia mala ſuſtinetiſ ab eiſ tanq̄ igno/ bilioreſ ipſiſ: non tamen a uobiſ. quia nullum tale malum nobiſ intulimuſ: q̄ſi infirmi noſ fuerimuſ in hac parte. i. deficienteſ in illiſ de quibuſ gloriabātur Pſeudoapoſtoli: quod eſt falſum ut patet ex predictiſ. & magiſ ex ſequentibuſ apparebit. In quo qſ audet poſitiſ rationibuſ cōmendationiſ ſue hic incipit ſe cōmendare & primo ſe Pſeu/ doapoſtoliſ adequādo. ſecundo ſe eiſ preferendo ibi: ut minuſ ſapienſ dicit igit̄ in quo quiſ illorum audet. ſ. ſeipſum cōmendare in inſipientia dico. Audeo & ego. q. d. licet inſipientia ſit ſeipſum commendare: illo modo quo Pſeudoapoſtoli ſe commendant tñ audeo hoc facere aliter tanq̄ ipſi ut dictum eſt & ideo commendatio Apoſtoli nō erat inſipientia ſcd̄m ueritatem ſed tm̄ ſcd̄m aliquoꝝ Corinthioꝝ opinionem nō obſtāte tamen hac opinione Apoſtoluſ audebat ſe commendare falſiſ Apoſtoliſ ſe equando ut ſic eorum iactantiam repelleret dicēſ. Hebrei ſunt. i. de lingua & natione Hebraica gloriantur: & ego: ſupple ſum ſicut ipſi Iſrahelite ſunt. i. gloriantur ꝙ de Patriarcha Iacob deſcenderunt: & ego ſimiliter deſcendi: ſemen Abrahe ſunt: cuiuſ ſemini facte ſūt promiſſioneſ. & ego. ſum de eodem ſemine. & ideo de omnibuſ iſtiſ poſſum gloriari ſicut & ipſi. miniſtri Chriſti ſunt: tantum ſecundum apparentiam & ego ſum ſecundū

ueritatis existentiã. ut minus hic cõsequenter se prefert eis & primo quantũ ad mala perpessa. secundo quantũ ad beneficia recepta. ca. xii. prima in duas quia primo se prefert in malis que pertulit. secundo in iis que euasit ibi: Damasci. prima adhuc in tres quia primo se prefert quantum ad mala illata sibi. secundo q̃tum ad uoluntarie assumpta ibi in itineribus. tertio confirmat quedam dicta ibi: si gloriari. Circa primũ dicit ut minus sapiens dico. i. si uideor uobis insipiens me Pseudoapostolis adequando adhuc uidebor uobis minus sapiens me eis preferendo. plus ego id est tamen ego hoc faciam ostendẽdo me ministrũ Christi plus esse q̃ ipsi quia plura mala passus sũ ꝓpter ministerium Christi: ideo subdit in laboribus plurimis ex Iudeorũ persecutione. s. fui plus q̃ ipsi & sic intelligitur de sequentibus. In carceribus abundantius pro predicatõe Euangelii. in plagis supra modum. s. inter homines consuetum. in mortibus frequẽter id est in periculis mortis & hec omnia patent ex Actibus Apostolorũ. Consequenter explicat de plagis sibi illatis. d. a Iudeis quinquies q̃dragenas una minus accepi: Deut. xxv. Committitur Iudicibus ꝙ pro minoribus culpis pro qbus mors non est inferẽda imponãt plagas & uerbera ita tamen ꝙ quadragenarium numer ictuũ nõ excedãt. sapientes uero Iudeorum ad pretendendum pietatem ordinauerũt ꝙ de illo numero aliquid diminueretur plus uel minus prout rationabiliter uideretur ratione delicti uel conditionis uerberandi. & sic de aliis circunstantiis. & quia Paulus erat eis odiosus subtrahebant de dicto numero minus ꝙ poterant. s. unum ictum. ter uirgis cesus sum. Act. xvi. semel lapidatus in ciuitate Lycaonia Act. xiii. ter naufragium feci. id est passus fui de semel habet Act. xxvii. & de aliis tenendũ est quia non ofa Pauli picula scripta sunt. nocte & die in profundum maris fui. i. per magnum tempus ad diuersas partes terre & insulas nauigando pro predicatione Euangelii ut patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis. Alii exponũt dicentes ꝙ naufragium passus sub aqua stetit per diem & noctem diuina uirtute eũ protegente. In itineribus hic cõsequẽter ostendit propositum quantum ad mala uoluntarie assumpta: & primo de malis exterioribus: secundo de interioribus ibi: preter illa. Circa primum dicit in itineribus sepe scilicet fui pro predicatione Euangelii. & sic intelligatur de sequentibus periculis fluminum inundantium in hyeme: & sic sunt magna pericula in transitu eorum. periculis latronum diabolo eos excitante ut predicationem eius impedient. periculis ex genere id est ex Iudeis uolentibus Paulum occidere ut patet ex Actibus Apostolorꝫ in pluribus locis. periculis ex gentibus id est gentilibus mortem eius querentibus quia contra idolatriam predicabat: & sic nec inter suos nec alienos securos erat. periculis in ciuitate commota contra me ut patet Act. xviii. de Ephesо. periculis in solitudine a bestiis occurrentibus ut patet de uipera eum mordente Act. xxviii. periculis in mari scilicet a piratis quia pericula ex mari peruenientia supra in naufragio sunt expressa. piculis in falsis fratribus ꝙ est periculosius: qa nulla pestis efficatior ad nocendũ q̃ familiaris inimicus. In labore scilicet corporali operando propriis manibus de nocte ut libere posset predicare de die. unde dicit Act. xx. ad ea que mihi opus erant. & iis qui mecũ sunt: ministrauerunt manus iste. & erumna que est lassitudo & defectus consequens ad laborem. In uigiliis multis ut uacaret labori manuali ut dictum est: & aliquando orationi. In fame & siti nam aliquando cibi & potus sibi deficiebant. & aliqñ habitis abstinebat ad domandum carnem & propter aliorum exemplum ideo sequitur. In ieiuniis multis in frigore & nuditate. quia frequenter exponebatur frigori nec tamẽ habebat sufficiens tegumentum preter illa hic ostendit propositum quantum ad mala assumpta in interioribus dicens preter illa que extrinsecus sunt id est preter mala tam

enumerata que me affligunt exteriuſ ſunt alia que me affligunt interiuſ: de quibuſ ſubdit: Inſtantia mea quotidiana etc. incũbebat enim ſibi quotidie intendere ſollicite regimini Eccleſiarum in magna afflictione mentis ideo ſubditur. quis in Eccleſia infirmatur in fide & moribuſ & ego non infirmor? dolens de malo etiuſ. q. d. nulluſ. quis ſcandalizatur ruens in peccatum exemplo alteriuſ & ego non uror per compaſſionem quaſi diceret nulluſ. Si gloriari hic conſequenter cõfirmat quedam dicta per iuramentum dicens. ſi gloriari oportet & accipitur hic ſi pro quia. oportebat enim eum ſic facere ad repellendum iactantiã Pſeudoapoſtolorũ ut predictum eſt. que infirmitatis mee ſunt gloriabor. id eſt de iis que pertinent ad infirmitates. hoc dicit contra falſos Apoſtoloſ qui de nobilitate generis & de ſimilibuſ ad mundanam gloriam pertinẽtibuſ principaliter gloriabantur. & confirmat dicta iuramento dicens deuſ & pater domini noſtri etc. Damaſci hic cõſequenter enumerat mala que euaſit: & hoc in quodã facto particulari. dum enim pergeret Damaſcum ad perſequendum chriſtianoſ miraculoſe fuit conuerſuſ. & confũdebat Iudeoſ qui habitabant Damaſci. propter qđ ſuaſerũt Prepoſito ciuitatis ut caperetur: & occideretur: ut habetur Act. ix. & hoc eſt quod dicitur: cuſtodiebat ciuitatem id eſt cuſtodiri faciebat per homineſ armatoſ: ut me comprehenderent. & traderent Iudeis ad occidendum. & per feneſtram ſcilicet domuſ adherẽtis muro ciuitatis in ſporta dimiſſuſ ſũ ſcilicet a Chriſtianis & ſic effugi manuſ eiuſ. Sed ex hoc uidetur ꝙ non fuit ſufficienter confiſuſ in domino qui poterat eum protegere dicendum ꝙ homo in periculo poſitus non debet confugere ad diuinum auxilium contemnendo humanum: quia hoc eſt temptare deum: ideo debet uti q̃tum poteſt auxilio humano. & reſiduum committere diuino. ꝙ Apoſtoluſ fecit in ꝓpoſito. Sed adhuc obicitur Io. x. ca. dicitur mercennariuſ & qui non eſt paſtor: uidit lupum uenientem: & dimittit oueſ: & fugit. ſic autem uidetur Pauluſ feciſſe. ergo etc. dicendũ ꝙ aliquando queritur perſona Prelati tantum: & tunc debet curam cõmittere alteri: & ſe abſentare. & maxime quando ſeruatur ad maiora & ſic Helias fugit Iezabel iii. Regum. xix. & ſimiliter Pauluſ hic manuſ Prepoſiti & de tali perſecutione dicit Saluator Mat. ix. Cum aũt perſequentur uoſ in ciuitate iſta fugite in aliam. Aliqñ uero queritur grex cum prelato & tunc Prelatuſ debet preponere utilitatem gregis ſaluti ſui corporis.

XII.

SI gloriari: poſtq̃ Apoſtoluſ pretulit ſe Pſeudoapoſtoliſ in maliſ perpeſſis: hic cõſequenter ſe prefert eis in bonis a deo ſibi collatis & diuiditur in duas partes qa primo ponit ſuam commendationem. ſecundo ſubdit excuſationem ibi. factuſ ſum inſipiens. prima in duas. quia primo declarat donum collate ſibi gratie. ſecundo remedium cõtra periculum ſuperbie ib: & ne magnitudo. prima in duas quia primo ponit dei donum. ſecundo qualiter de hoc ſit gloriandum ibi: pro huiuſmodi gloriabor. ꝑma adhuc in duas. quia primo ponit donum in generali. ſecundo magis in ſpeciali ibi. ſcio hominem. Circa primum dicit: ſi gloriari oportet id eſt quia me gloriari oportet me commendando ratione predicta ca. precedenti. non expedit quidem id eſt non eſt bonum commendare ſeipſum abſolute. ſed tantũ in caſu neceſſitatis in quo caſu erat Apoſtoluſ ut ſupra dictum eſt: ideo ſubdit: ueniam autem in commendando meipſum ad uiſiones & reuelationes domini. Eſt autem uiſio quando aliqui uidentur uiſione corporali uel imaginaria quorũ tamen intellectuſ eſt occultuſ reuelatio uero quãdo talium aperitur intellectuſ. & iſta duo aliquando ſeparantur: ſicut Balthaſar uidit manum ſcribentem Dañ. v. & Pharao ſpicas Gene. xli. ille uigilans ille dormiens tñ non intellexerũt. ſed Ioſeph & Daniel qui uiſiones expoſuerunt. & ideo illi habuerũt

tantum uisionem isti uero reuelationem. Aliquando autem coniunguntur: quando utrūq; fit uni sicut Dañ. vii. ca. uidit quattuor bestias ascendentes de mari. & intellexit quid significarent. Item aduertendū q̄ talia quandoq; fiunt per spiritū malignū deo permittente: sicut fiebat Prophetis Baal Prophetis autem sanctis fiebant per spiritum sanctum. Apostolo uero Paulo utrunq; factum est frequenter & spiritu diuino. ideo dicit ad uisiones ¦quo ad primum. reuelationes quo ad secundum. domini quo ad tertium. Scio hominem hic consequenter explicat magis in speciali & primo ponit tempus uisionis dicens scio hominem in Christo id est unitum Christo per fidem caritate formatam. hoc enim sciebat de se de quo q̄si de alio loquitur per reuelationē ante annos quattuordecim. si quis consideret: inueniet. & hoc fuit circa principium sue conuersionis: quia conuersus fuit eodem anno quo passus fuit Christus uel cito post circa finem imperii Tyberii Cesaris cui successit Caius imperans quattuor annis post quem Claudius octo cui successit Nero cuius tempore passus fuit Apostolus & sic iter Tyberium & Neronem fluxerunt. xii. anni. & sic duobus annis additis de tempore Tyberii qui non statim mortuus fuit post conuersionem Pauli: quia imperauit. xxiii. annis. sunt. xiiii. anni ideo satis probabiliter dicunt aliqui q̄ hanc excellentē uisionē habuit in Damasco in illo triduo in quo non uidit corporaliter. nec māducauit. neq; bibit. Commemorat autem Apostolus hoc tempus quia si tātum placuit deo a p̄ncpio sue conuersionis adhuc erat tunc magis placens ei propter multa bona opera que fecerat interim. & hoc totum est ad confutationem Pseudoapostolorum. & ad declarationem ueritatis fidei Christiane siue in corpore siue extra corpus etc. licet enim Apostolus tunc sciuerit se fuisse in celo empyreo: & corpus suum fuisse in terra: tamen nesciebat utrum tempore illius uisionis anima fuisset separata a corpore per mortem & reunita fuisset diuinitus corpori transeunte uisione uel si pro tunc fuisset unita corpori sicut forma tamen ab usu sensuum separata. raptum huiusmodi. raptus proprie importat quādam uiolentiam alicuius rei contra motum connaturalem sibi: quod pōt esse dupliciter uno modo quantum ad terminum motus: ut si lapis per impulū uiolentū feratur deorsum uelocius q̄ natus est moueri. anima uero nata est moueri in deum: tamen motus connaturalis secundum statū uite presentis est: q̄ in cognitionem diuinā ascendat per cognitionem sensibilium & sic utens sensibus & ideo quando rapitur ad diuinorum cognitionem a sensibus abstracta est ibi quidam raptus inquantum hoc fit preter motum sibi connaturalem. post resurrectionem uero quando erit in corpore glorioso opus intellectiue nullo modo impediente raptus non habebit ibi locum. usq; ad tertium celum id est empyreum & scio huiusmodi hominem. dicunt aliqui q̄ Aplūs hic tāgit alium raptum a primo dicentes q̄ bis fuit sic raptus semel in principio sue cōuersionis & ad hoc referunt: qđ dictum est. & iterum semel quando orans in templo factus fuit in stuporem mentis: ut habetur Act. xxii. & propter hoc ut dicunt: in hac uisione dicitur q̄ raptus est in paradisum: in precedēti uero dicitur in tertium celum: distinguendo hanc ab illa: sed hoc dictum non est ueri simile nam illa uisio que fuit in templo fuit imminente iam apostoli captione & ductione apud Romam. ipse uero iā ante scripserat hanc epistolam scilicet a Troade: ut patet per Hieronymū in ꝓlogo huius epistole. propter quod dicendum q̄ non loquitur hic de alia uisione sed eandem prosequitur. nec ualet q̄ obicitur de paradiso: quia qđ prius nominauit tertiū celum: hic nominat paradisum. celum enim empyreum qđ est locus beatorum dicitur tertium celum respectu celi crystallini & syderei: & dicitur empyreum a pyr q̄ est ignis ꝓpter similitudinem claritatis. dicitur etiam paradisus a suauitate dulcedinis que ibi habetur

et utrunq; expertus fuit Apostolus propter qđ nominauit ipsũ primo. tertiũ celum et postea paradisum. & audiuit arcana uerba ibi ponitur auditus prouisu sicut aliqñ fit econuerso in scriptura Exo. xx. populus uidebat uoces etc. uidit enim tũc Paulus diuinam essentiam sicut dicit Augustinus ad Paulinam libro de uidendo deo dicitur etiam illa uisio hic auditio: quia Paulus ibi fuit instructus de secretis diuinis: que sunt incomprehensibilia: & per consequens inenarrabilia. ideo subdit: que non licet homini loqui. pro huiusmodi hic cõsequenter ostendit qualiter pro huiusmodi sit gloriandũ. Circa q̃ sciendum q̃ in homine duo considerantur scilicet ipse homo & donum dei qđ est in ipso. Si ergo gloriet de dono dei inquãtum habet illud a deo bona ē gloriatio: quia gloriatur in deo. si autem glorietur in dono quasi a se habito: mala est gloriatio ideo .i. Corin. iii. dicitur: quid habes qđ non accepisti? quid gloriaris: quasi non acceperis? ideo dicit Aplũs. pro huiusmodi scilicet uisionibus & donis mihi a deo collatis gloriabor in domino. pro me autem nihil id est a me nullam habeo materiã gloriãdi nisi in infirmitatibus meis id est a me tantum habeo infirmitatem. & defectum Osee. xiii. perditio tua Israel ex me tantummodo auxilium tuum. nam si uoluero gloriari donis a deo mihi collatis: non ero insipiens. quia nõ faciam hoc inaniter & sine causa parco autem id est parce me laudo: ne quis existimet me scilicet gloriari ianiter supra id quod uidet in me id est in conuersatõe mea. aut audit aliquid ex me. i. in doctrina mea. multa enim dei dona latebant in Apostolo que non manifestabãt nisi prout et quãdo ad dei gloriam & fideliũ salutem expediebat. Et ne magnitudo posita magnitudine collate sibi gratie hic consequenter declarat remedium sibi datum contra periculum superbie & diuiditur in tres partes quia primo ponitur remedii ratio. secundo ponitur amotionis petitio ibi: propter quod. tertio domini respõsio ibi: & dixit mihi. Circa primum sciendum q̃ sicut medicus corporalis permittit uel procurat minorem lesionem ut curet maiorem: ita deus aliquando permittit sanctos corporaliter affligi: uel temptari & aliquando ruere in peccata minora ut a maioribus preseruentur. qa sic humiliati recurrunt ad diuinum auxiliũ de se uel suis meritis nullatenus confidentes superbia non est radix omnium malorum Eccle. x. Initium omnis peccati superbia. cuius frequenter est occasio singularis excellentia etiam in uirtutibus. hec autem erat in Apostolo tamen propter specialem electionem Act. ix. uas electionis mihi est iste tum propter arcanorum dei cognitionem in raptu ut dictũ est. tum propter integritatem uirginalem. i. Corin. vii. uolo autem omnes homines esse sicut meipsum etc. & propter alia dona plura propter q̃ dominus dedit ei remedium cõtra eleuationem superbie: de quo dicit. & ne magnitudo reuelationũ diuinarũ extollat me superbiendo datus est mihi stimulus carnis mee ut per infirmitatem corporis conseruetur humilitas mentis dicitur enim q̃ ad literam fuit grauiter uexatus iliaca passione. uel stimulus carnis hic intelligitur temptatio peccati carnalis que fortius concupiscentiã mouebat: post reuelationem q̃ ante. ipsum tamen refrenabat cũ adiutorio diuine gratie. ãgelus satbane qui me colaphizet illam passionẽ iliacam concitando. uel carnis cõcupiscentiã suis temptationibus intendendo. propter quod hic consequenter ponitur circa dictum remedium apostoli petitio. Circa q̃ sciendum q̃ infirmus ignorans medici processum quando imponit sibi mordax emplastrum; rogat medicum ut remoueat ipsum: quem tamen medicus non exaudit ad uotum licet exaudiat ipsum ad bonum suum sciens infirmitatem suã aliter non curari. sic Apostolus sentiens iliacam passionem sibi grauẽ uel temptationem carnis sibi periculosam petit a summo medico ista remoueri. & hoc est: q̃ dicit: propter quod ter dominum rogaui id est pluries: uel totiens petit & non

pluſ: ut diſcederet a me affligenſ me corporaliter: uel temptanſ ut predictum eſt. Et dixit: hic conſequenter ponitur domini reſponſio. & diuiditur in duaſ: quia primo ponit reſponſionis actuſ. ſcđo eius effectuſ: ibi: libenter igitur. Circa primū dicitur: Et dixit mihi ſcilicet dñſ: ſufficit tibi gratia mea quaſi diceret non eſt tibi neceſſarium uel utile ꝙ a te diſcedat infirmitaſ corporaliſ uel ſecundum aliоſ temptatio carnis: qa gratia mea quam habeſ eſt ita uigoroſa ut abſq; impatientia poſſit infirmitaſ tolerari. & temptatio ſuperari. & ſic infirmitaſ uel temptatio tibi cedent ad augmentū meriti. ideo ſubditur: nam uirtuſ in infirmitate perficitur. quod dupliciter poteſt ītelligi uno modo materialiter inquātum infirmitaſ eſt materia uirtutis exercende ſcilicet humi/litatis: ut dictum eſt & patientie. & etiam temperantie. debilitaris enim uiribuſ per in/firmitatem homo, temporatior redditur: Alio modo occaſionaliter: nam infirmitaſ eſt occaſio peruentēdi ad perfectionem in quantum homo propriam cognoſcenſ fra/gilitatem cautior redditur ad precauendum: & reſiſtendum peccatis. & per cōſequenſ exercitatior in bonis. & ſic fortior efficitur. propter quod & dominuſ Phyliſteoſ et aliquoſ aliоſ in terra promiſſionis reliquit ad exercitiū Iſrael. libenter hic cōſequēter ponitur dicte reſponſionis effectuſ qui duplex eſt: unuſ gloriationis: qui tangitur: cū dicitur libenter igitur gloriabor in infirmitatibuſ meis: ut inhabitet in me uirtuſ Xp̄i id eſt ut per hoc particepſ efficiar uirtutūChriſti & iā conformior ſibi. Aliuſ effectu eſt gaudii qui tangitur: cum dicitur: propter quod placeo mihi in infirmitatibuſ meis id eſt congaudeo in maliſ pene peruenientibuſ ab interiori. In contumeliis mihi illatis ab exteriori. In neceſſitatibuſ quantum ad defectum uictuſ & ueſticuſ in perſecuti/onibuſ a maliſ hominibuſ. In anguſtiis pro Chriſto id eſt mihi inflictis pro ipſo. tunc enim debet eſſe materia gaudii Mat. v. beati qui perſecutionē etc. cū enim infirmor id eſt cum huiuſmodi tribulationeſ propter Chriſtum incurro: tunc potens ſum per diuinum auxilium mihi collatum factuſ ſum poſtq̄ Apoſtoluſ ſeipſum commendauit hic conſequenter ſe excuſat oſtendenſ hoc ſe feciſſe compulſū neceſſitate. & hoc primo propter bona a Corinthiſ omiſſa propter mala ab eis commiſſa ibi: omnia propter edificationem. prima adhuc in duaſ: quia primo facit quod dictum eſt: ſcđo remouet quandam caullationem ibi ſed eſto. Circa primū dicit factuſ ſum inſipienſ ſecundū reputationem. ſ. ueſtrā o Corinthii qa me cōmendauit uoſ me coegiſtis id eſt fuiſtis in cauſa receperant enim Pſeudoapoſtoloſ Apoſtolo detrahenteſ in uita & doctrina qđ cedebat in preiudicium Euangelice ueritatis quam predicauerat ipſe & ſic neceſſe habuit gratiaſ a deo ſibi dataſ enarrare quaſ priuſ tacuerat: ut ueritaſ Euangelii quā predicauerat: magis confirmaret & ſpugnantium ora clauderentur ego enim a uobis debui commendari: ꝙ tamen omiſiſtis & detractoreſ meoſ ſuſtinuiſtis. ꝙ aūt debuiſſem eum commendare: probat per bona que fecerat eis dicenſ nihil enim minuſ feci uobis de bono ab iis qui ſunt ſupra modum Apoſtoli. i. Petro Iacobo & Iohanne quoſ p̄. ferebant Pſeudoapoſtoli Paulo eo ꝙ fuerant corporaliter cū Chriſto. & de ipſis dicit Apoſtoluſ ꝙ non minuſ fecit Corinthiis q̄ illi fecerant conuerſis per eoſ. & per hoc ꝙ dicit non minuſ intelligit etiam maiuſ quia predicauit eis non accipiendo ſumptuſ. tāen ſi nihil ſum reſpectu iſtorum trium Apoſtolorum. ſigna uero apoſtolatuſ mei facta ſunt ſup uoſ id eſt confirmatio doctrine mee per uirtuteſ & miracula in omni patiētia unde Prouer. xix. dicitur: doctrina uiri per patientiā noſcitur. & ſigniſ. & prodigiſ et uirtutibuſ uirtuteſ enim reſpiciunt opera miraculorum generaliter. quia omne miraculum fit diuina uirtute. ſigna uero & prodigia magis ſpecialiter: quia prodigia dicuntur miracula maiora ut ſuſcitatio mortui uel alqđ huiuſmodi ſigna uero minora

ut ſanatio leproſi uel curatio febriſ in inſtanti. Quiſ enim eſt? hic cõſequenter oñdit plura benefitia que fecit Corinthiſ q̃ alii Apoſtoli conuerſiſ per eoſ quia predicauit eiſ non accipiendo ab eiſ ſumptuſ quoſ tamen acceperant alii Apoſtoli ab illiſ quibuſ predicauerant. ideo dicit: quiſ enim eſt quod minuſ habuiſtiſ ſcilicet a me pre ceteriſ Eccleſiiſ a ſuiſ Apoſtoliſ niſi ꝙ ego ipſe non grauaui uoſ accipiendo a uobiſ ſumptuſ donate mihi hanc iniuriam ironice loquitur. fecerat enim in hoc eiſ magnam gratiam & quia poſſet dicere aliquiſ Pſeudoapoſtoluſ ꝙ priuſ abſtinuerat ab acceptione ut poſtea pluſ hauriret: ideo hoc remouet dicenſ ecce tertio paratuſ ſum uenire ad uoſ ſemel enim uenerat & iterum paratuſ fuit ad ueniendum ut dictum eſt ſupra primo ca. ſed impedimentum ueniendi fuit a parte ipſorum & tertio paratuſ erat uenire et uenit & nõ ero uobiſ grauiſ id eſt accipiam ſumptuſ a uobiſ ſicut nec a principio cuiuſ cauſam ſubdit dicenſ non enim quero que ueſtra ſunt ſed uoſ ſcilicet adducere mecum ad ſalutem & ad hoc inducit ſimilitudinem dicenſ nec enim debent filii theſaurizare parentibuſ theſaurizatio enim importat prouiſionem in poſterꝝ filii aũt naturaliter ſuperuiuunt parentibuſ & non econuerſo & ideo naturaliſ inclinatio eſt ad ꝓuiſionem filiorum & non econuerſo tamen filii tenentur de precepto honorare parenteſ non ſolum eiſ reuerentiam exhibẽdo ſed etiam ſi indigeant neceſſaria miniſtrando. ſed hec non eſt theſaurizatio: quia non eſt ꝓuiſio in poſterum. ꝙ autem Principeſ dederũt magnaſ diuitiaſ Prelatiſ Eccleſie qui ſunt patreſ eorum ſpiritaleſ: fuit per modum diſpenſationiſ ad dandũ pauperibuſ & non per modũ theſaurizationiſ. Cõſequẽter adaptat ſimilitudinem ad propoſitum dicenſ: Ego aũt qui per Euangelium uoſ genui ut dicitur. 1. Corin. iii. ca. libenter impendam uobiſ non ſolum ſpiritalia ſed etiã tẽpo/ralia ſumptuſ mihi debitoſ nõ accipiendo. & ſuper impendat ipſe pro animabuſ ueſtriſ quaſi diceret pro ſalute ueſtra paratuſ ſum mortẽ ſuſtinere. hoc enim debet Prelatuſ ſubditiſ: unde dictũ eſt Petro Io. ultimo Ter paſce uerbo. exemplo temporali ſub/ſidio licet uoſ pluſ diligẽſ q̃ aliaſ Eccleſiaſ minuſ diligar ſcilicet a uobiſ. & in hoc oñdit eorum ingratitudinem. Sed eſto hic remouet cauillationem duplicem Pſeudoapoſto/lorum contra ipſum dicebant enim eorum aliqui ꝙ cauteloſe remiſerat ſumptuſ accipe ut magiſ eoſ deciperet. ſed per miniſtroſ ſuoſ intendebat pluſ leuare in abſentia ſua & ſine uerecundia. & hoc eſt qđ dicit. ſed eſto ego uoſ non grauaui ſumptuſ accipiendo ſed cum eſſem aſtutuſ id eſt cauteloſuſ dolo uoſ cepi modo dicto ut imponunt mihi Pſeudoapoſtoli ꝙ oſtendit falſum dicenſ nunquid per aliquem eorũ quoſ miſi ad uoſ circunuenit uoſ? quaſi diceret manifeſte patet ꝙ non rogaui Titum ut iret ad uoſ pro ſalute ueſtra. & miſi cum illo fratrem ſcilicet Lucam. nunquid Titus noſ circũuenit? quaſi diceret per factũ apparet omnibuſ ꝙ non. nonne eodem ſpiritu ambulauimuſ? ſcilicet ego & ipſe. ſpiritu enim ſancto eoſ inſtigante uerunt ad predicandum Corin/thiſ nonne eiſdem ueſtigiiſ quaſi diceret ſic ſcilicet Chriſti ueſtigia ſectando. Olim hic remouet ſecundam cauillationem: quia aliqui dicebant ipſum ſcripſiſſe epiſtolam ſe excuſãdo falſiſ uerbiſ & fictiuſ utendo hoc remouet dicenſ olim putatiſ per infor/mationem falſorum Apoſtolorꝝ ꝙ excuſemuſ noſ apud uoſ utendo uerbiſ mendacibuſ quod non eſt uerum: ideo ſubdit: coram deo cuiuſ oculiſ nuda & aperta ſunt omnia Heb. iii. ca. in Chriſto loquimur id eſt in ueritate que Chriſtuſ eſt: & eſt moduſ aſſe/rendi ueritatem omnia enim hic Apoſtoluſ oſtendit neceſſitatem ſue commendationiſ propter mala que Corin. cõmiſerant. Ad cuiuſ euidentiã ſciendũ ꝙ poſt conuerſionẽ ſuã inciderant in peccata carnalia occaſione illiuſ nepharii qui patriſ uxorẽ habebat de quibuſ ſe correxerant per primam epiſtolã in parte ſed non totaliter inſuper alia

spiritalia peccata commiserant a falsis Prophetis decepti: ideo dicit. omnia aũt carissimi que dixi ad meam commendationem propter edificationem uestram hoc feci. timeo enim propter peccata que incurristis ne forte cum uenero ad uos presentialiter non quales uolo inueniam uos sed rebelles & incorrectos. & ego inueniar a uobis qualem non uultis scilicet aspere corripientem & rebelles sathane tradentem in afflictionem carnis & subdit causã dicens: ne forte contentiones de baptismis & Baptistis ut habet. i. epistola. i. ca. emulationes id est inuidie. animositates id est uoluntates nocẽdi alterutꝝ dissensiones id est diuisiones animorum ex quibus oriuntur predicta & etiam sequẽtia detractiones denigrãdo famam proximi manifeste. susurrationes occulte dicitur enim susurro ab auris sono qui loquitur malum in aure inflationes superbie. seditiones id est perturbationes Ecclesie sint inter uos ex falsorum apostolorum receptione. ne iterũ etc. resumatur timeo positum supra ne iterum cum uenero ad uos humiliet me deus apud uos id est mentem meam affligi permittat & lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt. id est ante scripturam huius epistole & non egerunt penitentiam super immundicia id est peccato contra naturam & fornicatõe simplici que est soluti cũ soluta ex impudicicia. i. uiolatione uirginũ & dicit lugeam quia sicut gloria patris est filius sapiens ita malicia filioꝝ dat patri materiam lugendi.

XIII.

Ecce uenio postq̃ Apostolus multa locutus est contra falsos Apostolos hic consequenter inuehitur contra complices suos & diuidit in duas: quia primo uituperat falsis Prophetis inherentes. secundo commendat in uera doctrina persistentes ibi: de cetero fratres prima in tres quia primo comminatur eis sententie seueritatem. secũdo declarat suam iudiciariam potestatem ibi: an experimentum tertio inducit eos ad correctionem ibi uosmetipsos. Circa primum dicit: ecce uenio id est cito ueniã ꝑsonaliter. tertio hoc ad uos nõ quia bis ante fuisset: sed quia semel fuerat & iterum semel ꝑatus fuerat uenire: sed impedimentum fuit a parte ipsorum ut in ore duroꝝ ect. scilicet accusantium uel testificantium stet omne uerbum ad puniendum acriter sic conuictos predixi & predico etc. id est moneo primo & secundo. debet enim monitio precedere sententiam ut per hoc peccatores reducantur ad uirtutem. ꝙ si monitio non sufficit: feratur sententia ne mali magis insolescant quoniam si uenero iterum non parcam. peccanti enim semel parcendum est sed si recidiuet adhiberi debet punitio ne facilitas uenie incentiuum prebeat delinquendi. An experimẽtum quia posset aliquis querere qua autoritate sic punies nos? ideo consequenter ostendit suam iudiciariam potestatem a Christo sibi commissam dicens. An experimentum queritis etc. quasi diceret sic querendo queritis experiri potestatem Christi loquentis in me. quia quicquid dico uel facio ad instructionem uel correctionẽ uestram autoritate Christi facio: qui in uobis non infirmatur etc. q. d. hec uirtus Christi in me existens satis declarata est in uobis & exhibita. nam si crucifixus est scilicet Christus ex infirmitate ex nobis assumpta sed uiuit eternaliter ex uirtute dei. est enim uerus homo & uerus deus. nam & nos qui Christo conformamur: infirmi sumus in illo id est tribulationes & infirmitates sustinemus propter illum sed uiuemus cum eo scilicet in gloria ex uirtute dei in uobis id est per quam uobiscum resurgemus. Aliter etiam exponitur. nam & nos infirmi etc. id est licet simus infirmi ex humana conditione tamen ex uirtute dei sumus potentes inter uos per operationem miraculorum. Vosmetipsos hic inducit eos ad correctionẽ et secundo remouet quandam falsam suspitionem ibi oramus dominum. Circa primum dicit uosmetipsos tẽporate id est facta uestra exminate anteq̃ ueniã ad uos iudicãdũ.

si estis Christi ipsi uos probate quasi diceret hoc potestis facere. ideo subdit: an non cognoscitis uosmetipsos qa Christus Iesus i uobis est? quasi diceret potestis cognoscere si Christus est in uobis per ueram fidem. nisi forte reprobati estis fide carendo. Sed contra hoc obiicitur: quia cum Christus sit in homine per caritatem uidetur ꝙ Aplūs dicat ꝙ homo possit se scire habere caritatem contra illud quod habetur Ecclesiastes. ix. nemo scit utrum amore uel odio dignus sit. dicendum ꝙ Christus habitat in hoīe dupliciter uno modo quantum ad intellectum & sic habitat in eo per fidem etiam informem quā potest homo scire certitudinaliter se habere: quia potest scire se tenere illam fidē quam tenet Ecclesia. Alio modo habitat in homine quantum ad affectum & sic est in eo per caritatem de qua non potest scire certitudinaliter nisi per reue/ lationem. potest tamen cognoscere per coniecturam & sic dicendum ꝙ Aplūs hic loqr̄ de inhabitatione Christi per fidem informem si loquatur de cognitione certa. uel de cognitione coniecturali si intelligat de inhabitatione per caritatem. spero autem quod cognoscitis per miracula per uos facta qa nos nō simus reprobi. id est docētes contraria ueritati. Oramus dominum hic remouet falsam suspitionem. dixerat enim eos esse reprobos si Christus non esset in eis: & hanc existentiam sub dubio reliquerat ideo possent opinari ꝙ uellet eos esse reprobos ut sic in eis iudicium durius exerceret ad ostentationem sue potestatis: quod remouet dicens: oramus ad dominum ut nihil mali faciatis quasi diceret optamus bonum uestrum & non malum. non ut nos probati id est perfecti & magni pareamus id est appareamus in punitione malorum uestrorū supple optamus sed ut uos quod bonum est: faciatis. ita ꝙ nihil puniendū sit in uobis nos autem ut reprobi simus id est quasi amittentes potestatem puniendi per uestram innocentiam quia ubi non est culpa punitio non habet locum: ideo subdit. non enim possumus aliquid aduersus ueritatem puniendo innocentes. gaudemus enim quando nos infirmi sumus. i. nō hītes ptātem puniendi uos nō propter defectū potestatis a pte nostra sed propter innocentiā uestram hoc et oramus scilicet uestram cōsūmationē. i. beatitudinis uestre perfectionē in qua totū desiderium hominis consūmat̄. subdit aūt dicte monitionis rationem ideo enim hoc absens scribo ut corrigatis uos ante meum aduentum ut non presens durius agam uos aspere corrigendo: si qđ absit uos incor/ rectos inuenero. De cetero: hic cōmendat & consolatur persistentes in doctrina fidei & primo ponit suam exhortationem. secundo eorum salutationem ibi salutate. Circa primum dicit. de cetero fratres in ueritate fidei persistentes gaudete. ad uirtuosum enim pertinet de uirtutum operibus gaudere. perfecti estote id est ad perfectionem consequendam tendite quia sicut nauis in flumine posita per aque motum descendit nisi remigetur in contrarium sic anima ex corruptione carnis & pronitate ad malum continuo descendit a perfectione nisi conetur in contrarium exhortamini inuicem quantum ad illuminationem intellectus. Idem sapite quātum ad bonitatem affectus sicut enim membra se mutuo iuuant naturaliter per colligationem nature sic fideles per colligentiam caritatis debent mutuo se iuuare. pacem habete quā Christus nobis hereditarie conseruandum reliquit. Io. xiii. capitulo pacem meam do uobis & deus pacis id est dator & amator pacis & dilectionis quia caritas comitatur ueram pacem eo ꝙ per caritatem deus est in homine & ipse in eo erit uobiscum per gratiam in pñti & gloriam in futuro. Salutate hic ultimo ponit eorum salutationem dicens salutate inuicem in osculo sancto. osculū enim ē signū unitatis. fideles autem debent esse uniti in caritate propter qđ osculum huius unitatis signum sanctum dicitur ad excludendū

oſculum libidinoſum q̄ unit ad immundiciam ex hoc autem Apoſtoli dicto inoleuit conſuetudo in Eccleſia dandi pacis oſculum in miſſa. Salutant uos omnes ſancti quia per eorum deſideria de ueſtra ſalute cōmunicantur uobis eorum merita. cōſequēter imprecatur eis plenitudinem bonorum ſpiritalium dicens gratia per quā fit peccatoꝝ remiſſio domini noſtri Ieſu Chriſti que attribuit Chriſto Io. primo gratia & ueritas per Ieſum Chriſtū & caritas que unit deo dei ſcilicet patris qui eſt erga uos principiū amoris. i. Io. iii. ſic deus dilexit mundum ut filium ſuum unigenitum daret etc. & communicatio ſpiritus ſancti quia per ipſum fit communicatio omnium donorum in Eccleſia dei ſit cum omnibus uobis. Amen.

Incipit epiſtola ad Galathas. I.

PAulus Apoſtolus hec Epiſtola Pauli ad Galathas in tres partes diuiditur ſcilicet in ſalutationē & proſecutionem que incipit ibi: miror & confirmationem ibi uidete qualibus litteris prope finem epiſtole. Circa primum ponuntur primo perſone ſalutantes cum dicit: Paulus qui prius uocatus fuit Saulus Actuū. viii. & ratio mutatōis huius nominis poſita fuit Ro. primo pro omnibus alius epiſtolis Apoſtolus officio non ab hominibus conſtitutus in ipſo: Act. xiii. dixit ſpiritus ſanctus ſegregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad q̄ aſſumpſi eos neq; per hominem ſcilicet purum ſed per Ieſum Chriſtum deum uerum & hominem & deum patrem indiuiſa enim ſunt opera trinitatis & due perſone hic exp̄muntur ſcilicet pater & filius & ſubintelligitur ſpiritus ſanctus qui tacetur hic quia ſufficienter exprimitur Act. xiii. ut dictum eſt? ubi agitur de inſtitutione Pauli in Apoſtolatum. prius tamen uocatus fuerat ad fidem. qui ſuſcitauit eum a mortuis q̄ exprimit Apoſtolus ad oſtendendum dignitatem inſtitutionis ſue. alii enim Apoſtoli inſtituti fuerunt a Chriſto adhuc exiſtente in corpore mortali. Paulus autem ab eo iam immortalitatem corporis aſſecuto. & ad patris dextram conſtituto: q̄ exprimit Apoſtolus propter falſos Apoſtolos qui doctrinam eius deprauare nitebantur eo q̄ non fuerat cum Chriſto corporaliter ſicut alii Apoſtoli. & qui mecum ſunt fratres ueſtram ſalutem deſiderantes & de ueſtra ſubuerſione dolentes. Eccleſiis Galathie hic ſc̄o ponūtur perſone ſalutate cum dicitur Eccleſiis Galathie. i. fidelibus in illa terra. eſt enim Galathia quedā regio Grecie. āno enim Artaxerxis Regis. xvii. Senones Galli duce Brenno Italiam inuaſerunt. & Romam ceperunt excepto Capitolio de cuius obſidione receſſerūt accepto pro receſſu magno p̄cio quos Rex Bithynie habēs guerram ſibi importabilem uocauit in ſuum auxiliū & habita uictoria pertiti ſunt cū eo regnū & illam partem que ceſſit eis uocauerunt Gallogreciam que poſtea uocata eſt Galathia. Gratias uobis hic tertio ponuntur optata bona cū dicitur: gratias uobis in preſenti. & pax in futuro. beatitudo enim futura bene nominatur pax q̄ q̄etat totaliter appetitum. a deo patre ueſtro id eſt a tota trinitate & domino Ieſu Chriſto deitas enim que una eſt in tribus perſonis eſt gratie & glorie cauſa efficiens principalis humanitas uero Chriſti cauſa inſtrumentalis coniuncta in p̄ſona filii. qui dedit ſemet ipſum pro peccatis noſtris ex maxima enim caritate ad nos & obedientia ad patrem ſeipſum obtulit ad mortem ut eriperet nos de preſenti ſeculo neq̄ tranſferendo nos ad gloriam. dicitur autem preſens ſeculum neq̄: non propter creaturarum ſubſtantiam. ſed propter mala que fiunt in hoc ſeculo: ſicut dicitur Epheſis. v. dies mali ſunt id eſt

dicuntur: propter mala que in eis fiunt secundum uoluntatem dei ideo dicit Saluator Io. vi. descendi de celo non ut faciam uoluntatem meam sed uolũtatem eius qui misit me cui est gloria ex redemptione nostra secundum ꝙ dicitur Phil. ii. ca. humiliauit semetipsum factus. obediens usq; ad mortem mortem autem crucis propter qđ & deus exaltauit illum & dedit illi nomen qđ est super omne nomen etc. per passionem enim suam meruit gloriam corporis & exaltationem sui nominis in secula seculorum id est eternaliter. Miror hic consequenter ponitur epistole prosecutio. Circa qđ sciendum ꝙ galathe receperunt fidem Christi ad predicationem Apostoli. sed post eius discessũ ab eis subuersi fuerũt a falsis Apostolis dicentibus ꝙ necesse erat eis ad salutẽ circũcidi. & legalia obseruare cum Euangelio Christi: qđ est erroneum propter qđ Apostolus in hac epistola hunc errorem intendit diminuere. & diuiditur in tres partes: qa primo contra seminantes hunc errorem fert suam sententiam. secũdo declarat eam esse iustã ibi. notum. tertio inducit ad eius obseruantiã ca. v. prima adhuc in tres quia primo circa hanc sententiam ponitur motiua ratio. secundo sententie latio ibi sed licet. tertio tacite questionis solutio ibi modo enim. Ratio enim motiua scribendi hanc epistolam fuit subuersio Galatharum per falsos Apostolos de quo admirans dicit miror ꝙ sic tam cito transferimini ab eo scilicet deo qui uocauit uos in gratiam Christi per p̃dicationẽ meam. In aliud Euangelium scilicet in aliam doctrinam falsam. ideo subditur quod non est aliud. quia falsum & non ens conuertuntur. sicut uerum & ens. legalia enim cessauerunt in passione Christi ita ꝙ ex tunc fuerunt mortua nisi sunt aliqui scilicet falsi Apostoli qui uos conturbant persuadentes ꝙ non potestis saluari absq; legalium obseruatione ꝙ erat durum conuersis ex gentilitate. & uolunt conuertere euangeliũ Christi in seruitutem legis Mosaice. Sed licet hic consequenter fert suam sententiam dicens sed licet nos. q. d. non solum falsi Apostoli sunt in hoc non audiendi: sed neq; etiam ueri Apostoli neq; angeli sancti si hoc predicarent ideo. d. sed licet nos. i. ego uel alii Apostoli Christi uel angelus de celo id est angelus sanctus euangelizet uobis p̃ter q̃ quod euangelizauimus & dicit preter etc. i. aliquid distrahens uos a ueritate Euangelii quam uobis predicaui & non dicit plus q̃ qđ predicauimus: quia bene poterant alia predicari que facerent ad declarationem ueritatis euangelii. anathema sit id est separatus a communicatione dei & sanctoꝝ. Circa qđ sciendum ꝙ aliqua propositio conditionalis potest esse uera cuius utraq; pars est falsa. aut impossibilis sicut ista si hõ uolat: homo habet alas: que uera est & tamen hominem uolare & alas habere falsum est. sic est in ꝓposito de uerbo Apostoli. nam Apostoli ueri erant in gratia cõfirmati & adhuc magis angeli sancti propter ꝙ de utrisq; falsum est. & impossibile ꝙ predicarent contra ueritatem Euangelii. & ꝙ essent anathematizati. & cũ conditionalis est uera scilicet ꝙ si hoc facerent: essent anathemizandi. sicut p̃dixi etc. repetitio est eiusdẽ sententie ad maiorem assertionem. Modo autem hic consequenter respondet cuidam tacite questioni quia posset aliquis querere: quare sumat ita dure: & respõdet ꝙ hoc est quia non querit hominibus placere sed deo dicẽs modo enim hominibus suadeo aut deo id est ad honorem hominis uel dei. & ꝙ querat honorem dei ostendit dicens an quero hominibus placere? q. d. non. sed hoc est intelligendum in his que essent contra beneplacitum diuinũ. ideo subditur: si adhuc hominibus placerem scilicet in malis Xp̃i seruus non essem. notum enim hic ostendit predictam sententiam esse iustam & hoc ostendit dupliciter primo ex perfectione legis Euangelice. secundo ex imperfectione legis Mosaice ca. iii. prima in duas quia primo ostendit doctrinam quam predicauit scilicet Euangelicam esse autenticam. & perfectã. secundo infert conclusionẽ intẽtã

ibi. uos natura. Circa primū facit talem rationem illa doctrina est autētica & pfecta que est a deo inspirata cū principalibus Apostolis discussa: a falsis Apostolis ipugnata & tamen stetit: & post impugnationem ab Ecclesia approbata & in sua claritate et sinceritate reposita sed Euangelica doctrina quam predicaui est huiusmodi: igit̄ etc. maiorem huius rationis supponit Apostolus tanq̄ manifeste ueram. minorem autem declarat per singulas partes procedendo que patebunt prosequendo. primo ergo declarat primam partem minoris scilicet ꝙ doctrina quam predicauit sit a deo inspirata & diuiditur in duas quia primo proponit intentum. secundo manifestat propositum ibi audistis. Circa primum dicit. notum uobis facio fratres Euangelium qđ Euangelizatum est a me. quia non est secundum hominem. i. factum secundum inuentionem humanam. neq; enim ego ab homine accepi illud id est ab alis Apostolis qui cum Christo fuerunt corporaliter adiscendo. sed per reuelationem Iesu Christi imediate factam mihi. Audistis hic consequenter manifestat propositum: & ostendit primo ꝙ non habuit per uiam humanam ante suam conuersionem. secundo etiam ꝙ neq; post ipsam ibi: cum autem primum autem manifestat per hoc ꝙ ante conuersionem suam quantum poterat persequebatur euangelicam doctrinam & obseruationes eius. Ex quo patet ꝙ tunc non studuit ad cōfingendum eam nec ad addiscendum eam ab alis. & ista erant nota illis quibus scribebat. ideo dicit. audistis enim etc. & patet littera usq; ibi emulator existens id est zelator paternaꝝ mearum traditionis. tunc autem apud Iudeos erant aliqua tradita patribus a Moyse scilicet que scripta sunt in lege & aliq̄ erant tradita a patribus aliis minoribus que uocabātur traditiones seniorum ut patet Mat. v. ca. & ambarum traditionum erat Apostolus zelator ante suā conuersionē. Cum autem hic consequenter ostendit ꝙ nec post conuersionem suam habuit per uiā humanā quia statim iuit ad predicandum gentilibus fidem Catholicam per tres ānos anteq̄ uideret Apostolos uel alios discipulos qui possent eum docere de fide Catholica. & hoc est ꝙ dicit cum aūt placuit uocatio enim sua euidenter fuit ex diuino placito quia fidem Christi persequebatur actualiter quando fuit uocatus ut patet Act. ix. qui me segregauit ab utero matris mee .i. de medio Synagoge. continuo non acqeui carni & sanguini id est ad Iudeos de quorum sanguine ego sum non accessi neq; ueni Hierosolymam ubi erant apostoli & alii discipuli in lege Euāgelica instructi sed abii in Arabiam ad predicandum gentilibus legem Euangelicam ad ꝙ eram uocatus ut p̄/ mittitur. ut euangelizarem illum in gentibus etc. predicatio aūt presupponit noticiam ex quo patet ꝙ Apostolus habuit noticiam euangelii non per doctrinam hominis sed per reuelationem Iesu Christi quia non est mediū quia si habuisset etiā per ministeriū angelicum adhuc sequitur ꝙ hoc fuisset a Christo principaliter. & iterum reuersus sū Damascum ubi primo disputauerat contra Iudeos deinde post annos tres etc. i. postq̄ tribus annis predicaueram & sic non habui noticiam Euāgelii a Petro & mansi apud eum diebus quindecim. q. d. si indiguissem ab eo doceri tamen in tam paruo tempore non potuisset me docere ueritatem Euangelii. alium autem Apostolorum uidi neminē ante nec tunc a quibus posset doceri: nisi Iacobum scilicet illa uice quia postea uidit Iohannem ut habetur infra eodem ca. fratrem dñi. hoc dicitur ad differētiā alterius Iacobi Apostoli qui fuit frater Iohannis. & dicitur frater domini quia erat sibi ualde similis in facie & in omnibus lineamentis corporis. que autem scribo uobis etc. In hoc per iuramentum asserit etiam predicta. deinde ueni in partes Syrie & Cilicie ad predicandum gentilibus erat autem ignotus facie Ecclesiis Iudee. i. que erant in Iudea et dicit facie quia notus erat eis per famam ut patet ex littera sequenti. II.

DEinde hic consequenter declaratur secūda pars predicte minoris. s. ꝙ doctrina a Paulo p̄dicata fuit cū principalibus Aplīs discussa & examinata et approbata & hoc est ꝙ dicit: deinde post annos. xiiii. s. a conuersione sua ascendi Hierosolymam non ex curiositate aut leuitate ideo sequitur: ascendi aūt scd̄m reuelationem dñi. s. ad declarationē ueritatis Euāgelii. ideo seqt̄: & contuli cū illis Euangeliū. & cōsequēter oñdit cū qbus contulit. d. seorsū aūt. i. ad partē iis qui uidebant̄ aliqd esse. q. d. non contuli coram cōmunitate cuius maior pars est simpliciū. sed cū illis tm̄ qui erant p̄nci/pales & a deo instructi. s. Petro Iacobo & Iohāne ut habet̄ infra eodem ca. ne forte in uacuum currerem: aut cucurrissem. per li forte non intelligit̄ ꝙ Aplūs dubitaret se aliq̄ minus uera uel dubia p̄dicasse: qa p reuelationē dei erat certus de ueritate p̄dica/tōis sue. sed li forte refert ad estimationē simpliciū qui possent de hoc dubitare nisi cū principalibus Apostolis hec contulisset. Sed neq; Titus hic declarat̄ tertia pars p̄dicte minoris. s. ꝙ doctrina ab Apostolo predicata stetit īmobilis q̄uis fuerit a falsis Aplīs īpugnata qui conabantur inducere gentiles ad obseruādum legalia. qd̄ oñdit p hoc ꝙ Titus gentilis ueniens cū Paulo Hierosolymā non fuit cōpulsus a ueris Aplīs circūcidi sed cōmunicauerunt ei sicut Paulo q̄uis ad eius circuncisionē interent̄ Apostoli falsi & hoc est ꝙ dicit: sed neq; Titus qui erat mecū in Hierusalem cū esset gentilis natōe ex utroq; parente compulsus est circuncidi a ueris Apostolis sed indifferenter com/municauerunt ei sicut & mihi. unde & Petrus satis cito post ascensionē Xp̄i commu/nicauit Cornelio Centurioni: & aliis circūcisis q erant cū eo īdifferenter sicut cū Iudeis ut habet̄ Act. x. & . xi. sed ꝓpter subintroductos etc. q. d. non restiti ueris Apostolis uolentibus Titū circūcidi: sed falsis Aplīs ad hoc conantibus q subintroierūt nō uocati a ueris Aplīs sed fallaciter sub titulo fidei intrauerūt sotietatem fideliū ad explorandū q̄liter possēt fidē impugnare. ideo subdit̄: libertatē nostrā qua p Xp̄m liberati sumus a iugo legis. ut uos in seruitutē redigerent in obseruatōe legaliū: qd̄ ē onus īportabile ut dicit̄ Act. xvi. qbus neq; ad horam cessimus subiectioni. i. in obseruatōe legalium obseruantiaꝝ ut ueritas Euangelii per quā euacuata sunt legalia: maneat apud uos sine admixtōe ueteris fermenti. Ab iis aūt hic consequenter declarat̄ q̄rta pars supra/posite minoris. s. ꝙ doctrina Pauli per p̄ncipales Aplōs in nullo fuit augmentata. sed magis econuerso doctrina Pauli ualuit eis in tēporali subsidio. ideo dicit: ab iis autem qui uidebant̄ esse aliqd. s. Petro Iacobo & Iohanne nihil accepi q̄les aliqñ fuerunt. s. añ uocationē suā a Xp̄o: tunc. n. fuerunt paupes illitterati & simplices. sicut patet in Euāgelio Paulus aūt añ uocationē fuit instructus in lege & Prophetis & etiā potēs & nobilis nihil mea interest. i. non est necesse talia referre cuius cā subdit̄: deus p̄sonā hominis nō accipit spectādo ad fidē uel apostolatū ꝓpter potentiā tēporalē uel nobi/litatē generis uel scientiā sed plures uocauit sīplices & paupes. licet aliquos a p̄ncipio uocauerit litteratos ut dictū ē de Paulo & idē patet de Nathanaele & Nicodemo mihi. n. q uidebāt̄ eē aliqd. i. p̄ncipales Aplī nihil cōtulerūt ī noticia Euāgelii uel subsidio tēporali sed econtra contuli eis ut postea magis exp̄mit̄. cū uidissent ꝙ mihi ē traditū Euāgeliū p̄putii. i. officiū apostolatus ad p̄dicandū Euāgeliū gētilibus sicut & Petro circūcisōis. i. offitiū apostolatus ad p̄dicādū Iudeis qui. n. opatus ē etc. ab eodem enim uterq; uocatus ē ad fidē & ad apostolatū. & cū cognouissent gratiā que data ē mihi: hoc aūt cognouerūt p donū līguaꝝ & opationē miraculoꝝ & cetera dona ad aposto latū necessaria: que ita eminenter erant in Paulo sicut in istis. Iacobus frater dñi et Cephas. i. Petrus ut patet Io. i. uid ebāt̄ colūne esse. i. p̄ncipales in Ecclesia Iudeoꝝ. dextras dederūt mihi etc. modus est confirmādi fedus amicicie dando mutuo manus

dextraſ tm̃ ſupple rogauerũt noſ ut paupeꝝ memoreſ eſſemuſ. i. fideliũ in Hieruſalẽ habitantiũ qui uenditis poſſeſſionibuſ precia poſuerunt ad pedeſ Apoſtoloꝝ abrenũciãteſ ꝓprietati propter qđ poſtea egenteſ indigebant per aliоſ credenteſ qui non ſic abrenũciabant in bonis tẽporalibuſ adiuuari. q etiã ſollicituſ fui hoc ipſũ facere ſicut patet in ꝓcedẽtibuſ epiſtolis. Cum aũt hic declarat ultima parſ minoris ſuprapoſite. ſ. ꝙ ueritaſ Euãgelica per Paulũ ꝓdicata de ceſſatõe legaliũ in ſua ſinceritate repoſita fuit q̃uis Petruſ ꝓncipaliſ Aplũſ aliquo mõ palliaſſet cõtrariũ ſegregando ſe a cõmunione credentium de gentilibuſ eo ꝙ erant incircunciſi ne ſcandalizaret credenteſ de Iudeis de quo reꝓbendit eũ manifeſte Pauluſ ad declarationẽ Euangelice ueritatis & patet littera ex dictis paucis exceptis que diſcurrentẽ. timẽs eoſ. ſ. ſcandalizare. & huic ſimulationi cuius intellectuſ poſtea explanabit̃: magis ad ueritatẽ Euãgelii in mõ obſeruandi legalia ut dicet̃ plenius coram omnibuſ qa defectuſ erat publicuſ. gentiliter & nõ Iudaice uiuis. ſ. añ aduentũ Iudeoꝝ cogis genteſ iudaizare nõ ipetio ſed facto qa ex mõ ſe habendi in legalibuſ aliq gentiles credebant eoꝝ obſeruationẽ neceſſariã ad ſalutẽ. Ad maiorẽ tñ declarationẽ huius littere & ꝓcedẽtis ſciẽdũ ꝙ Hiero. & Aug. uidẽt uarie ſenſiſſe de legaliũ ceſſatõe maxie quo ad cerimonialia de qbuſ ẽ hic ſermo Hierony. n. diſtinxit duo tpa tm̃ unũ añ Xp̃i paſſionẽ in quo legalia habuerũt uim obligatiuã. & expiatiuã ſuo mõ aliud poſt paſſionẽ Xp̃i in quo ſcđm ipſũ ſtati fuerũt mortua. & etiã mortifera. itaq; ſeruãteſ ea mortaliter peccarẽt. Et cõſequẽter habuit dicere ꝙ Aplí poſt paſſionẽ Xp̃i nũq̃ ſeruauerũt ea ſcđm ueritatẽ ſed ſolũ q̃dam pia ſimulatõe. ſ. ne ſcandalizarẽt cõuerſos de Iudeis. & aliоꝝ cõuerſionẽ ipedirẽt que qdẽ ſimulatio nõ ẽ ſic intelligenda: ꝙ actuſ illos ſcđm rei ueritatẽ nõ facerẽt. ſed qa non faciebãt illos tã q̃ legis cerimõias obſeruãteſ. ſicut ſiq̃ pelliculã uirilis mẽbri abſcideret nõ cã circũciſõis ſeruãde ſed ſanitatis recupande. Sed qm̃ indecẽs uidet̃ ꝙ Aplí ꝓpter ſcandalũ occultarẽt ea que ptinẽt ad ueritatẽ uite & doctrine & ſimulatõe uterẽt in iſ que ptinẽt ad ſalutẽ fideliũ ideo cõueniẽtius diſtinxit Aug. tria tpa unũ ante Xp̃i paſſionẽ in quo legalia curſũ ſuũ habuerũt. Aliud aũt poſt diuulgationẽ Euangelii in quo legalia ſũt mortua & mortifera. tertiũ aũt eſt tempus mediũ. ſ. a paſſione Xp̃i uſq; ad diuulgationẽ Euangelii in quo legalia fuerũt mortua qa nullã uim habebãt. nec aliqs ea ſeruare tenebat̃. tñ non erant mortifera qa cõuerſi de Iudaiſmo poterant illa licite ſeruare dum tñ non ponerent in eis ſpem illa reputanteſ ſibi neceſſaria ad ſalutem q̃ſi ſine eis fideſ Xp̃i iuſtificare nõ poſſet. hec aũt licentia ſeruandi legalia ad tẽpus fuit inſtinctu ſpũs ſancti qa ſi cõuerſis de Iudaiſmo ad fidẽ ſtatim fuiſſet inhibitus legis ritus ſicut cõuerſis de gentilitate idolatrie cultus uidereꝫ ꝙ lex ſemꝑ fuiſſet mala ſicut idolatria. nec ꝓconſequens a deo data fuiſſet. Illis aũt qui conuertebant̃ de gentilitate non erat hec cã talis obſeruantie ꝓpter qđ Pauluſ circuncidit Timotheũ ex matre Iudea natũ Act. xvi. Titũ uero qui natus eſt ex gentilibuſ noluit circũcidere ut ꝓdictum eſt. gentilibuſ tñ impoſita fuit ad tempus obſeruatio aliquoꝝ legalium ut habet̃ Act. xv. ſ. ꝙ abſtinerent ab imolatis ſimulacroꝝ & ſanguine & ſuffocato nõ tanq̃ neceſſarius ad ſalutem ſed ad amicabilẽ ſocietatẽ Iudeoꝝ & gentiliũ ad inuicem. nam illo tempore Iudei abhorrebant iſta comedere. ſicut etiã frequenter cõtingit ꝙ aliqs exiſtens in ſotietate alterius abſtinet a cibis ſocio ſuo abominabilibus. ꝓcedente uero tpe ceſſante cã ceſſauit. effectus igit̃ Aplí de Iudaiſmo cõuerſi tpe itermedio. ſ. a paſſõe Xp̃i uſq; ad publicationẽ Euãgelii legũt̃ aliqñ ſeruaſſe legalia licite mõ ꝓdcõ. Sed cõtra hoc uidet̃ ꝙ hic dicit̃: ꝙ Petruſ fuit reꝓhẽſibilis ex tali obſeruatõe. dicẽdũ ꝙ nõ peccauit ex facto qđ erat ſibi licitũ ut dictũ ẽ. ſed ex mõ faciẽdi qa i hoc nimiã

diligentiam adhibebat ne Iudeos offenderet: ita ꝙ ex hoc sequebat scandalū gentiliū in tm̄ ꝙ aliq inducebant ad credendū ꝙ talis abstinentia ciboꝝ in lege prohibitoꝝ eēt necessaria ad salutē. & ꝓpter hoc Paulus qui erat gētiliū Aplūs ipsū publice reꝓhēdit & Petrus audito piculo gentiliū sibi acqeuit. ꝓpter qđ licet peccauerit in obseruādi mō propter ꝙ uere fuit reꝓhensibilis sicut scribit hic Paulus in scriptura canonica in q̄ nihil est falsū fuit tm̄ peccatū ueniale ꝙ bene fuit post confirmationem spūs sancti in Aplis unde dicit Io. 1. canoñ. 1. ca. Si dixerimus ꝙ peccatū nō habemus: nos metipsos seducimus. & ueritas in nobis non est. Nos natura hic ex p̄dictis infert cōclusionem intentā. s. ꝙ legalia ꝓ doctrinā Euangelicā quā p̄dicauit sunt euacuata. nec ulterius sunt seruanda & oñdit hoc primo generaliter. scđo specialiter ibi. si enim. Circa p̄mum facit talem rationē: Iudei per fidem Xp̄i contentā in Euangelio iustificati dimittūt legalia. ergo gentiles per eandē fidem iustificati q̄les erant Galathe qbus scribebat: multo magis debent dimittere. consequentia patet qa lex data fuit Iudeis & nō gentilibus antecedens ꝓbat Aplūs per seipsū & alios Aplōs. d. nos natura Iudei & non ex gentilibus peccatores. i. nos qui sumus natione iudei & non ex gentilibus nati sumus peccatores supple q̄diu fuimus sub lege existentes scientes aūt qa non iustificat homo ex operibus legis ꝓpter suā imperfectionē nisi in fide Iesu Christi unde & patres ueteris testam̄ti non fuerunt iustificati nisi ꝓ fidem Xp̄i uenturi & nos in Christo Iesu credimus ut iustificemur. per eandē enim fidem iustificant fideles noui testam̄ti qa quē illi crediderūt uenturū isti credunt uenisse & redemptōis mysteriū cōpleuisse. sed qa Pseudoapostoli dicebant ꝙ fides Xp̄i non iustificat sine legaliū obseruatione ideo cō/sequēter hoc remouet. d. ꝙ sic querētes iustificari in Xp̄o. i. in fide Xp̄i inuēti sumus & ipsi peccatores. qđ est si hec fides non iustificat absq; legalibus: nunqd Xp̄s peccati minister est? q. d. hoc incōueniēs sequit. ex quo tradidit fidem non iustificantē. absit q. d. hoc patet falsū ex p̄dictis qa supra ꝓbatum ē ꝙ doctrina euangelica est a deo inspirata & ꝓfecta qđ non esset nisi iustificaret. nā in hoc consistit legis perfectio. Si enim hic oñdit ꝑticulariter ꝙ legalia sint abiicienda suumpsius exemplo. d. si enim que destruxi. s. legalia que docui debere relinq: hec itez̄ reedifico. i. obseruo tāq̄ necessaria ad salutē: & alios ad hoc induco p̄uaricatorē me cōstituo. i. facto cōfiteor me errasse. absit. ideo subdit: ego enim per legē. s. nouā legi. s. ueteri mortuus sū: in q̄tū euacuat legalia sicut p̄dictum fuit. Iere. xxxi. Ecce dies uenient dicit dn̄s: & feriam domui Israel & domui Iuda fedus nouū non scđm pactum qđ pepigi cū patribus uestris etc. per hoc enim ꝙ dicitur non scđm pactum per qđ intelligitur lex Mosaica ostenditur ꝙ per legē nouā erat euacuanda: ut deo uiuā. per Christi gratiā: ideo subdit: Christo' confixus sum cruci. s. per cōpassionem ex fide procedentem: ideo subdit uiuo aūt iam non ego. s. qualis fui sub lege. uiuit uero in me Christus habitans in me per gratiam uiuificantem. ꝙ aūt nunc uiuo per Christi gratiā in carne. i. adhuc existens in carne passibili in fide uiuo filii dei: qui in resurrectione dabit mihi corpus immortale: qui diligit me etc. ex dilectione enim maxima uolūtarie mortem subiit pro salute nostra & quia tanta gratia non est negligenda sed ueneranda ideo subdit: non abiicio gratiā dei. i. abiectam non reputo: qđ tamen esset: si absq; legalibus non sufficeret ad salutē ideo subditur: si enim per legem iusticia supple habetur: ergo Christus gratis mortuus est id est sine causa ex quo siue hoc habetur iusticia que facit hominem dignum uita eterna. Galathe uero habebant pro inconuenienti ꝙ frustra fuisset mors Christi et per consequens debebāt inconuenies reputare illud. ex quo sequebat. s. ꝙ obseruatio legalium iustificaret: uel esset necessaria ad salutem. III.

O Insensati. Postq̃ Apstolus improbauit errorem de obseruatione legalium cum Euangelio ex pfectione legis id est Euangelice. hic cõsequenter idem facit ex imperfectione legis Mosaice. ista tñ diuisio non est precisa. quia & in precedentibus posita sunt aliqua. de imperfectione legis Mosaice. & econuerso. in sequentibus aliq̃ ponuntur de perfectione legis Euangelice. Sed hec diuisio accipitur secundum illud: quod principalius intelligitur. & diuiditur in duas partes. nam Apostolus primo Galathas increpat. Secundo propositum declarat. ibi: qui ergo. Prima adhuc in duas: quia Primo ponit suam increpationẽ. Secundo increpationis rationem. ibi: hoc solum Circa Primũ dicit. o insensati Galathe. quis uos fastinauit id est decepit. non obedire ueritati scilicet Euangelice. per quam legalia sunt exclusa. licet enim Apostolus sciret eos deceptos per Pseudo Apostolos. tamẽ querit. quis uos fastinauit? non ignominis. sed admirans eorum instabilitatem. sicut Gen. iii. dicitur. Adam ubi es? nõ ex ignorantia. Sciendum etiam. q̃ fastinatio. aliquando accipitur pro illusione sensuum. q̃ aliquis non aduertit ea. que sũt ante ipsũ. & sic erat de Galathis. quia iniuriã factam Christo per falsos Apostolos in presentia eorum non aduertebant. Ideo subdit: ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est id est cõdemnatus per falsos Apostolos asserentes uobis. q̃ fides eius non sufficit ad salutem. cum tamen lex hoc permittebat de Christo uenturo. ut patet per autoritatem Hieremie precedenti capitulo inductã lex enim frequenter accipitur pro toto ueteri testamento. & in uobis crucifixus per eosdem. tanq̃ homo purus. hoc enim asserebant a tempore Apostolorũ aliqui Pseudo Apostoli. siue heretici. propter quod Iohannes in principio Euangelii fuit compulsus fuit eius diuinitatẽ declarare. ut dicit Hieronymus in prologo super Iohannem. Hoc solum. Hic consequenter ponit increpationis rationem duplicem. Secunda ponitur. ibi. tanta. Circa Primam sciendũ. q̃ in primitiua Ecclesia baptizatis dabatur spiritus sanctus sub signo uisibili. per impositionem manuum Apostolorũ sicut patet Actuum viii. & in pluribus aliis locis: & sic datus fuerat Galathis in fide Christi baptizatis. non sic autem dabatur obseruantibus legalia. & sic poterant aduertere. q̃ legalia nõ erant ad salutem necessaria. nisi essent predicto modo fastinati: & hoc est. q̃ dicit. hoc solum uolo a uobis discere id est audire. ut deceptio uestra appareat ex uestra respõsione. ex operibus legis spiritũ accepistis in signo uisibili. an ex auditu fidei id est ex receptione fidei Christi. per baptismum quasi diceret manifeste patet per effectum. q̃ non potestis negare ex fide Christi recepisse. ideo concludit eorum deceptionem dicens. sic stulti estis. ut cum spiritu cepistis de gentilitate recipientes immediate doctrinam Euangelicam. que spiritalis est: nũc carne consummamini. super eam nolẽtes recipere legalium obseruationem. que dicit̃ iustitia carnis. Hebre. ix. eo q̃ collebant quasdam immundicias. ex immundorum tactu prouenientes. ut ex tactu morticini. menstruate. & huiusmodi. ex quibus homo reddebatur inhabilis ad ingressum templi. Tanta. Hic ponitur secunda ratio. quia pati magnũ detrimentum sine causa. fatuũ est: sic erat de Galathis. propter qd̃ erant increpandi. sicut fatui. & hoc est: q̃ dicit: tanta passi estis: quod exponitur dupliciter. uno modo de persecutionibus quas pro Christo sustinuerant sine causa id est sine utilitate p̃ uniente immo cum detrimento. minus enim dicendo. plus significat. per deceptionem enim Pseudo Apostolorũ dicte sufferentie perdiderant nutum. & cum hoc incurrerant peccatum. si tamen sine causa id est si perseueritis in errore quasi diceret si obticiatis errorem: recipietis iterũ gratiã. bona mortua uiuificantem. Alio modo exponitur de expensis magnis. quas fecerant pro Pseudo Apostolis & sic passi fuerant damnum in temporalibus. & sine utilitate

ſpiritali immo cum detrimento bonorum ſpiritalium & hoc uidetur ſonare littera. cū dicitur: tanta paſſi eſtis id eſt plura damna ſcilicet in temporalibus & ſpiritalibus bonis. Qui ergo. poſt Galatharum increpationem. Hic conſequenter Apoſtolus declarat ceſſationem legalium. propter eorum imperfectionem. & diuiditur in duas partes. qa Primo declarat hoc per rationem. Secundo per ſimilitudinis adaptionem capitulo. iii. Prima adhuc in duas. quia Primo ponitur ratio. Secundo ſoluitur tacita queſtio. ibi: quid igitur lex. Circa Primum facit talem rationem. illa que non iuſtificat: nec be/ nedictionem dei confert: nec hereditatem affert: tanq̄ imperfecta ceſſat adueniente lege iuſtificante. benedictionem dei conferente. & hereditatem eternam afferente. ſed ſic ſe habet lex Moſaica. ad Euangelicam. ergo etc. in hac ratione ſic procedit: ꝙ ſupponit maiorem tanq̄ manifeſte ueram. & declarat minorē quantum ad tres eius partes. primo primam. ſecundo ſecundam. ibi: prouidens autem. tertia tertiam. ibi: fratres. Primum autem declarat ſcilicet ꝙ lex non iuſtificat. ſed fides Chriſti dicens. Qui ergo tribuit uobis ſpiritum ſcilicet ſanctum. in ſigno uiſibili. & operatur uirtutē in uobis id eſt miracula. uidentibus uobis. de quo certum eſt. ꝙ ipſe eſt deus. quia talia fieri nō poſſunt. niſi uirtute diuina: facit ne hoc ex operibus legis? an ex auditu fidei. id eſt ex receptione fidei Chriſti quaſi diceret manifeſte patet. per effectum. ꝙ hoc non eſt ex merito legis. ſed ex merito fidei. quia talia non fiunt ſeruantibus legem. ſed recipientibus fidem. & confirmat per ſcripturam dicens. ſicut ſcriptum eſt. Gen. xv. credidit Abraham. & reputatum eſt ei ad iuſticiam: & ſic ex fide Chriſti uenturi iuſtificatus fuit. & non ex operibus legis. que per magnum tempus poſtea data fuit: ideo concludit: cognoſcite ergo. quia qui ex fide ſunt credentes per fidem Chriſti: iuſtificati. ii ſunt filii Abrahe id eſt imitatores fidei ſue. & per eam iuſtificati. ſicut & ipſe. Prouidens autem. Hic declarat̄ Secunda pars minoris ſcilicet ꝙ benedictio dei non habetur ex lege. ſed ex Chriſti fide. dicens: prouidens autem ſcriptura id eſt deus autor ſcripture. quia ex fide iuſtificat gentes deus. & non ex lege. ut predictum eſt. prenunciauit Abrahe. Gen. xii. ante dationem legis longo tempore. quia benedicent̄ in te omnes gentes. quod impletum eſt in Chriſto ab Abraham deſcendente ſecundum carnem. in quem ex omnibus gentibus aliqui credunt. & plenius implebitur circa finē mundi. Igitur qui ex fide ſunt id eſt de numero fidelium. benedicentur cum fideli Abraham. quod non conuenit legalia ſeruantibus. Ideo ſubditur: quicunq; enim ex operibus legis ſunt. aſſerentes ꝙ ſine illis operibus. non eſt ſalus. ſub maledicto ſunt: quia non poſſunt illam implere: propter ꝙ dicit Petrus Actuum. xv. hoc eſt onus. quod nos nec patres noſtri portare potuimus. Sed contra hoc uidetur eſſe. ꝙ dicit Hieronymus in expoſitione fidei: ſcilicet illos eſſe maledicendos. qui dicunt deum precepiſſe aliquod impoſſibile. ſicut de lyra dicitur: ꝙ nō poteſt ſonare: quando male ſonat: ut dicitur. v. Metaphiſice. & ſic dicitur. ꝙ Iudei non poterant ſeruare. ppter difficultatem ſeruandi. quia non poterant de facili ſeruare. & ideo multi erant tranſ/ greſſores. ꝙ autem tales ſint maledicti. probat per ſcripturam Deut. xxv. capitulo maledictus omnis. qui non permanſerit in omnibus: que ſcripta ſunt in libro legis. ut faciant ea id eſt ut opere impleant. ꝙ tamen predicti non faciebant. & ulterius ad probandum ꝙ lex non iuſtificet. inducit ſcripturam Baruth. ii. capitulo dicens. iuſtus ex fide uiuit. uita gratie. lex autē non eſt ex fide li ex tenetur hic materialiter. ſicut cum dicit̄ excreuit ſtatua. & pro tanto dicit̄ lex non eſſe ex fide. quia in lege ueteri non fuerunt data precepta de credendis. hoc enim pertinet ad legem nouam. in qua facta eſt explicatio credendorum: propter qd̄ Ro. iii. lex uetus dicit̄ lex factorum.

lex autem noua dicitur lex fidei. nec est per hoc intelligendum. ꝙ patres ueteris testamenti fuerint sine fide. sine qua impossibile est placere deo. Hebre. ii. multi enim ipsorum fuerunt sancti. & deo placentes. sed non habuerunt fidem explicatam. sicut patres noui testamenti. in quo ueritas per Christū est aperte reuelata. sed qui fecerit ea scilicet legis precepta. uiuet in eis: quia non incurret penam mortis. que transgressoribus inferebatur. & ideo non dicit absolute uiuet: sed uiuet in eis. uita corporali. uita uero spiritalis datur per fidem caritate formatam. Christus uero redemit de maledicto legis: id est de pena. transgressoribus legis debita. uos absoluendo a debito seruanda eam: & quia fecit hoc per suam passionem. per quam legalia sunt euacuata: Ideo subditur. factus pro nobis maledictum id est sustinens pro nobis penam mortis. sed non culpam: que mors inferebatur maledictis in lege scilicet per suspensionem in ligno. quia scriptum est Deut. xxi. maledictus etc. & quia per suam passionē meruit promissionum sanctaꝙ patribus impletionem: Ideo subditur: ut in gentibus bñdictio Abrahe scilicet promissa. fieret in Christo Iesu promissum enim erat Abrahe. ꝙ in semine eius. benedicerentur omnes gentes terre. Gen. xxii. ꝙ impletum est in Christo descendente de Abraham secundum carnem. ut pollicitationem spiritus id est promissionem spiritus sancti accipiamus per fidem. quia datur credentibus in Christum. Fratres. Hic declaratur tertia pars minoris supra posite. scilicet ꝙ hereditas eterna non datur per legem. sed per Christi fidem: quia promissio huius benedictionis facta fuit Abrahe per longū tempus ante legis dationem. ut declarauit plenius Gen. xv. Si igitur daretur ex lege. que postea data est: sequeretur. ꝙ promissio illa per legem fuisset irritata. ex quo nō daretur ex promissione. sed ex alia causa: hoc aūt est inconueniens dicere. de diuina promissione iuramento diuino firmata. qualis fuit ista: sicut patet Gen. xxii. ubi reperitur hec promissio: & additur: per me metipsum iurauit. dicit dominus etc. hanc autē rationē deducit Apostolus diffuse. & aliquātulū intricate dicens. Fratres secundum hominem dico id est per factum humanū ꝓpositū ostendo. tum hominis etc. quasi diceret licet homo nihil sit respectu dei. tum hominis confirmatū testamētū. in quo ordinat de hereditate pro filius: nemo spernit etc. id est immobiliter tenet: antiquitus enim homines in suis testamētis ordinabant de successione hereditatis. & adhuc fit in aliquibus terris. Abrahe dico promissiōes scilicet diuine per modū testamēti firmate. ut postea subditur: ideo sunt firme. & semini eius: scilicet Christo. in quo implete sunt: & non in alio: ideo dicitur: semini in singulari. hoc aūt dico testamentum etc. id est promissiones iste per modum testamēti. sunt confirmate. quia iuramento diuino. que post quadrigentos etc. construenda est sic littera. lex que post quadringentos & triginta annos a promissione Abrahe. facta est id est data in monte Synai. non irritum facit ad euacuandam promissionem id est non euacuat promissionem Abrahe factam. quasi irritam: quod tamen faceret: si daretur ex lege: Ideo subditur: nam si ex lege hereditas supple datur: iā non ex promissione que datꝰ ex alia causa. Abrahe autem per repromissionem firmam donauit deus. ergo non ex lege. Quid igitur. Hic consequenter Apostolus respondet tacite quescioni ex hoc. ꝙ Apostolus dixit ꝙ ex lege non est iusticia. neq; beatitudo. nec hereditatis cōsecutio. sed per fidem. que fuit etiam in patribus ante legem. ideo posset aliquis querere ad quid lex Mosaica. fuit data? quia uidetur hic fuisse frustra. & hoc est. ꝙ dicitꝰ: quid igitꝰ lex id est ad quid fuit utilis. Propter transgressionē. Hic respondit ad quescionē ostendens triplicem legis utilitatem. Prima est punitio peccatorum: quia in lege determinantꝰ certe & graues pene pro determinatis peccatis. quaꝝ terrore cohibebantur

hominеſ a peccatiſ uſq; ad tpſ legiſ Euangelice. que eſt lex amoriſ. & hoc eſt: q̄ dicit: propter tranſgreſſionē ſcilicet puniendā. & reꝑmendam: poſita eſt lex: donec ueniret ſemen ſcilicet X̄pſ de ſemine Abrahe cui promiſerat id eſt in quo cōplende erant pro/miſſioneſ diuine. Conſequenter redit Apoſtoluſ ad oſtendendum qualiter lex ſit data dicenſ. ordinata per angeloſ: non enim fuit data immediate a deo. ſed per angelum. ut habetur Actuū. v. de Moyſe. hic eſt. qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cū angelo. qui loquebatur ei in monte Syna. quia tamē ille angeluſ in perſona dei loquebatur: frequenter nominatur deuſ in Exodo. in manu mediatoriſ id eſt in poteſtate X̄pi. ad imitandum eam pro uoluntate ſua. tanq̄ dominuſ eiuſ. unde dicit Mattheuſ. xii. dn̄ſ eſt filiuſ hominiſ. etiam ſabbati. mediator aūt uniuſ non eſt. ſed duoꝝ extremoꝝ. que cōiungit. eſt enim Chriſtuſ mediator dei. & hominū recōciliaſ hominеſ deo patri. ſed quia unum extremum eſt ſimpliciter indiuiſibile ſcilicet deuſ: Ideo ſubditur: deuſ autem unuſ eſt. hominеſ autem multi. faciunt tamen unum extremum. per unitatem fidei. Lex ergo. Hic ponitur ſecūda utilitaſ. que eſt hominū concluſio ſub peccato. quia lex peccatum oſtendebat. non tamen gratiam iuſtificantem conferebat. & ſic hominеſ mouebantur ad deſiderandum aduentum Chriſti. per quem erant iuſtificādi dicit igit̄ Apoſtoluſ interrogatiue. lex ergo aduerſuſ promiſſa dei? ea irritando. abſit. quia lex illa data fuit a deo. & ſic non irritat dei promiſſa. qa ſic deuſ irritaret ſeipſū nec ualet ſi obiiciatur de lege noua a deo data. que tamen euacuat ueterem: quia non ſic euacuatur per nouam. quin maneat in aliquo meliori ſcilicet in re figurata: que melior eſt ipſa figura. ſic aūt non eſt in propoſito: quia dei promiſſa de iuſtificatiōe. & hereditatiſ conſecutione. nō figurabant legem. ſed magiſ econuerſo. quia lex figu/rabat impletionem promiſſorum. ſi enim data eſſet lex. que poſſet iuſtificare: iuſticia infuſa que facit dignum uita eterna. uere ex lege eſſet iuſticia. & non ex promiſſione Abrahe facta. & ſic per legē eſſet irritata. Sed concluſit ſcriptura id eſt lex Moyſi. que eſt lex ſcripta. omnia ſub peccato. inquantū peccatum oſtendebat. nec mūdabat ut promiſſio de iuſtificatione. & per conſequenſ hereditatiſ conſecutione ex fide Ieſu Chriſti id eſt per fidē eiuſ. dareī credentibuſ. fide formata. que tendere facit Iudeū. Priuſ autem. Hic ponitur tertia utilitaſ. que eſt introductio hominum ad fidē X̄pi: ad quam lex uetuſ fuit quedam diſpoſitio. inquantum lex illa erat figura noue legiſ. & totuſ ille ſtatuſ noui teſtamenti figuratiuuſ. prima Cor. x. omnia in figura contí/gebant illiſ. figura uero ducit licet imperfecte in cognitionem rei figurate. & hoc eſt q̄ dicit. priuſ autem q̄ ueniret fideſ ſcilicet reuelata. & explicata in Euangelio. ſub lege cuſtodiebamur. per cultū uniuſ ueri dei: concluſi in eam fidem. que reuelata erat eſt enim eadē fideſ in nouo. & ueteri teſtamēto: ſed in ueteri erat implicita. & figuriſ uelata. in nouo uero explicita & reuelata. ex quo cōcludit. itaq; lex pedagoguſ no/ſter fuit in Chriſto id eſt diſponenſ ſicut pedagoguſ. diſponit puerum ad uirtutem tempore futuro habendam. Ideo ſubdit: ut ex fide ſcilicet reuelata. iuſtificeī iuſticia infuſa. At ubi uenit fideſ id eſt tempuſ fidei reuelate. iam non ſumuſ ſub pedagogo id eſt ſub obſeruationibuſ legalibuſ: ſicut puer aduenīente etate adulta. iam non eſt ſub pedagogi diſciplina. ſed ſub ſuperiori doctrina: & eadē ratione aduenīēte Euangelio ceſſant legalia. & ſicut in naturalibuſ ceſſat diſpoſitio ad introductionem forme. Ideo ſubdit Apoſtoluſ. omneſ enim filii dei eſtiſ adoptiui. per fidem caritate formatam. Quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtiſ: Chriſtum induiſtiſ. id eſt ei conformeſ facti eſtiſ. & ſic non eſtiſ in ſtatu pueri imperfecto. ſed perfecto. quantum ad gratiam. & uirtutē. nec in hoc eſt diſtinctio ratione nationiſ cōditionіſ. aut ſexuſ. Ideo ſubdit:

non enim Iudeus etc. omnes enim uos unum estis in Christo Iesu id est incorporati sibi per fidem. ergo Abrahe semen estis: sicut Christus est semen eius. secundum promissionem sibi factam regni celestis. in promissione enim Abrahe facta de promissióis terra intelligitur principaliter terra uiuentium promissa. prout Gen. xv. plenius declarauit.

.IIII.

DIco autem: Postq̃ Apostolus probauit cessationem legaliú: per rationem: Hic consequenter idem facit per similitudinem. & diuiditur in duas partes: secundum duas similitudines. Secunda. ibi: dicit mihi. Prima adhuc in duas: quia Primo ponit. & aptat similitudinem. Secundo arguit Galathaȝ ingratitudinem. ibi: sed tunc quidē hec aút similitudo accipitur ex humana consuetudine: qua filius tenet. sicut seruus. quam diu est paruulus. factus autem adultus. liberatur ab illis modis seruilibus. status aút legis fuit quasi status pueritis. ut dictum est supra. ideo fuit ibi seruitus sub multis obseruantiis legalibus. a quibus liberamur in nouo testamento. in quo est status quasi uiri perfecti. & hoc est. ꝙ dicitur: dico autem id est probo per similitudinem. quãto tempore heres paruulus est. nihil differt a seruo inuite & subiectionis modo. cum sit dominus omnium in potentia propinqua. sed sub tutoribus. & autoribus est ipsum castigantibus. & reprimentibus. sicut seruum. usq; ad prefinitum tempus a patre. usq; ad etatē adultam. ita & nos scilicet Iudei cú essemus paruuli. in statu ueteris testamēti sub elementis mundi eramus seruientes id est sub legalibus obseruantiis. que dicuntur elementa id est littere. quia in addiscendo puer incipit ab istis elementis ut sciat ea nominare. & distinguere procedente uero tempore dimissa hac occupatióe scienciabilia occupatur. ita legales obseruantie fuerunt quedam figure disponentes ad Christum ut dictum est: propter quod in eius aduētu. sunt dimisse: Ideo subditur: At ubi uenit plenitudo temporis id est tempus Christi. in quo data est plenitudo spiritus sancti: uel aliter. plenitudo temporis id est impletio temporis preteriti a deo patre. misit deus filium suum factum ex muliere. quantum ad corpus. sumptum de uirgine: factum sub lege. quia uoluit legalia seruare: ut eos qui sub lege erant legalibus obseruantiis obligati. redimeret per suam passionem: per quam abstulit dictam obligationem: ut ad adoptionem filiorum scilicet dei recipiemur per Christum: qui est eius filius naturalis. & hanc filiationem declarat consequenter per effectum. dicens: quoniam estis filii id est ut filiatio monstraretur: misit deus spiritum filii sui. id est spiritum sanctum q dicit spiritus filii. sicut & patris eo ꝙ ꝓcedit ab utroq; ī corda nostra. per gratie infusionē. clamātem id est clamare facientē. per confessionem fidei. Ro. x. corde enim creditē ad iusticiam. ore aút confessio fit ad salutem. uel aliter clamantem id est per signum sensibile ostendentem. sicut Gen. iiii. dicit: uox sanguinis tui fratris Abel clamat ad me de terra. in primitiua enim Ecclesia baptizatis dabatur spiritus sanctus in signo sensibili. significans gratiam infusam menti. & per consequens filiationem adoptiuam. & paternitatem sibi correspondētem. Abba pater confitendo deum patrem. exponunt be due dictiones idem significantes. prima Hebraica. uel potius Syriaca. tamen cómuniter ea utuntur Hebrei. quia lingua Syra & Hebrea sunt propinque. Secunda Greca licet ea utantur latini ad significandū. ꝙ deus pater est conuersis de Iudaismo. & gentilitate. & uniri debent in fidei confessione. & ex dictis infert conclusionē. ita ꝙ iam non est seruus. sed filius scilicet quicunq; confitetur fideliter deum patrem. ꝙ si filius per adoptionem. & heres per deum. ipsum ad optando. filio enim adoptiuo debetur aliqua pars hereditatis. secundum leges. Sed tunc quidem. Hic arguit Galatharum ingratitudinem. per filiationē enim dei adoptiuā erant liberati a seruitute

legis. ut predictū est: & ideo magna erat ingratitudo. hanc seruitutem recipere tanq̄ dei donum esset insufficiens. ad salutē. & erat maior ingratitudo in gentibus conuersis. de idolatria: quia sic non erant nutriti in obseruantiis legalibus: sicut fuerant conuersi de Iudeis. Ideo dicit: sed tunc quidē scilicet ante conuersionē uestrā. ignorantes deum uerū. ut qui natura non sunt dii. sed solū fictione hominū cuiusmodi sunt idola. seruiebatis: colendo ipsa: nunc aūt. post uestram conuersionem. cum cognoueritis deum. p fidem. imo cogniti sitis a deo. qui uocauit uos. p suam gratiā. quomodo conuertimini iterū ad infirma & egena elementa id est ad legales obseruantias. que dicunt elementa ratiōe p̄dicta. & infirma: & egena: qa nō iustificabant. nec gratiā continebāt: sicut faciunt sacramēta noue legis. dicit aūt iterū. nō qa ante suam conuersionem legalia seruassent: ut p̄dictū ē: sed qa tūc idola coluerant qui cultus erat illicitus. & similiter iterum legalium ritus. ponendo ibi spem suam: tanq̄ esset necessarius ad salutem. qđ Galathe faciebant. Ideo subditur: dies obseruatis apud Iudeos celebres. ut decimam diem mensis primi. ad accipiendū agnū paschalem. & huiusmodi. & menses in principio enim mensiū celebrant Iudei Neomeniam. & tempora. ut tps egressionis de Egypto. mense primo. & tempus liberationis Isaac mense septimo. & sic de aliis. & annos scilicet septimum. qui dicebatur remissionis. & quinquagesimum. qui dicitur iubileus: & quia talis obseruantia erat illicita. subdit: timeo ne forte sine causa id est inutiliter. laborauerim in uobis. predicando uobis fidem catholicam: que non proficit dicto modo iudaizantibus. Ideo subdit. estote sicut ego. dimittentes legalia. sicut dimisi. quia & ego in errore fui. sicut uos fuistis. & ideo. sicut sum correctus. ita & uos corrigatis. Fratres. post Galatharum increpationem: hic Apostolus ponit eorum consolatoriā monitionem modo boni Samaritani post uinum mordicatiuum: imponens oleum liniitiuum. Circa q̄ sciendum. q̄ Apostolus magnas persecutiones in corpore sustinuerat. anteq̄ Galathis predicaret. & hoc erat eis notum. & tamen nō respuerunt eum. tanq̄ hominem abiectum. & passum: sed ualde reuerenter. & caritatiue receperunt eum. de quo commendat eos. dicens. Fratres obsecro uos supple non credatis. ex odio me increpasse uos. sed ex amore. Ideo subdit: nihil me lesistis: sed supple mihi bona fecistis: ut postea exprimit̄. scitis autem: quia per infirmitatem carnis id est tribulationes passus in corpore. euangelizaui uobis iampridem id est antea. & est aduerbium temporis. & temptatiōem uestram in carne mea. nō spreuistis. hic accipit̄ tēptatio pro experiētia. temptare enim est experimentum accipere. est igitur sensus: non spreuistis me passum in carne: licet hoc notum uobis fuerit per experientiam. neq; respuistis scilicet p̄dicationem meam. sed sicut angelū dei etc. hyperbolice loquitur. ad maiorem expressionē reuerentie sibi facte. sed quoniam retracti erant a bono: per falsos Apostolos. Ideo subdit. ubi est ergo beatitudo uestra id est bonum initium uestrum. quo dicebamini beati. & eratis in spe. testimonium enim perhibeo uobis. de uisu. & auditu: quia si fieri posset conuenienter. tum oculos uestros eruissetis: licet enī hoc facere posset absolute: non tñ bene. potest etiam dici q̄ est hyperpole ad magnum exprimendum caritatis affectum. quam sibi ostenderant sed quia mutati erant: subdit. Ergo inimicus factus uobis sum. uerum dicens uobis arguendo de malis. quasi diceret me non deberetis ex hoc minus diligere. sed magis. & quia inducebantur ad hoc per falsos Apostolos simulantes hoc facere ex Galatharum dilectione. Ideo subdit: emulantur uos id ē diligūt: non bene. sed simulatorie. & ad malum uestrum. Ideo subditur: sed excludere uos uolunt ab Euangelica ueritate. ut illos emulemini id est imitemini. & non tantum cū presens sum apud uos id est fui: quia tūc erat presens: quando scripsit hanc epistolam.

& ꝙ feruenter profectum eorum desideret. ostendit dicens. Filioli mei quos iterum parturio id est cū lachrymis & dolore de errore uos reuoco. sicut prius reuocauit uos a gentalitate. donec formetur Christus in uobis. per sinceritatem fidei formate: uellē autem apud uos esse. modo presentia corporali. & mutare uocem meam. increpando uos aspere. qui mō uerbis suauibus uobis scribo. & subditur causa: quoniam confūdor in uobis id est apud alios fideles confundor de uestra subuersione. Dicite mihi. Hic ponitur secunda similitudo ad ostendendum cessationem legaliū. & accipitur de scrip/tura Gen. xvi. & .xxi. & Primo figura ponitur. Secundo ad propositum adaptatur ibi: uos autem. Circa Primum dicit. dicite mihi qui sub lege uultis esse. falsis Apostolis acquiescendo. legem non legistis id est libros Moysi. qui apud Hebreos proprie lex dicitur. quasi diceret uidetur ꝙ non legistis. uel si legistis. non intellexistis. Scriptū est enim in locis preallegatis. quoniam Abraham duos filios habuit. plures aūt habuit de Cethura: ut patet. Gen. xxv sed istos duos hic tantum exprimit Apostolus. quia de illis magis loquitur scriptura. & quia faciunt ad propositum. nō autem alii. unum de ancilla scilicet Ismabelem & unū de libera scilicet Isaac. Sciendum tamē. ꝙ Agar mater Ismabelis fuit uxor Abrahe. ut dictum fuit Gen. xvii. quia tamē Sara erat uxor eius principalis. ideo hec Agar retinuit nomē ancille. sed qui de ancilla. secundū carnem natus est id est per modum naturalem. qui aūt de libera. per repromissionem scilicet dei. adiuuātis naturam: quia Sara erat sterilis. & cum hoc transierat in ea tps concipiendi. quādo concepit Isaac. erat enim tunc nonagenaria Gen. xvii. que sunt per allegoriam dicta. habet enī sacra scriptura quadruplicē sensum scilicet historicū. qui per uoces significatur. & mysticum. qui per rem signatam intelligitur. & hic est triplex scilicet Moralis. quando intelligitur quid agendum. Allegoricus. qñ designat quid credendū. Anagogicus. quando signatur quid sperandum in patria. & hec uideri possunt in hoc nomine Hierusalem: que in sensu litterali significat ciuitatem Iudee metropolim. in morali aūt fidelem. in allegorico Ecclesiam militantem. in anagorico Ecclesiam triumphantem. Vnde uersus.

Littera gesta docet. quid credis allegoria.
Moralis quid agas. quo tendis anagogia.

Hec aūt sunt duo testimonia. secundum sensum allegoricum. unum quidam in mōte Syna. quia uetus fuit ibi datum a deo. cuius in hoc fuit Abrahām figura. in seruitutē generans. id est subiciens homines seruituti legalium. quod fuit onus importabile. ut dictū est supra. iii. ca. que est Agar scilicet significatiue. fuit enim scriptura seruitutis legalis. Syna enim est mons in Arabia etc. id est licet Syna scd̄m sensum litteralem multum distet a Hierusalem. tamen coniunctus est ei secundum sensum allegoricū. quia seruitus legis per montē Syna significata tunc uigebat in Hierusalem: ubi erat templum: in quo offerebantur sacrificia: & exercebantur legalia. non dum erat de/structum per Romanos. quia destructio illa fuit post passionem Apostoli: ꝙ passus fuit sub Nerone: templum uero fuit destructū postea Vespasiani tempore. & seruit cum filius suis id est cum Iudeis. in seruitute legis. Illa autem que sursum est Hieru/salem scilicet Ecclesia. que est Hierusalem allegorica. que dicitur sursum. qa p̄dicat. & promittit bona celestia. libera est a seruitute legis. que est mater nostra. p baptismū enī regenerati sumus ex ea. scriptū ē enim Isa. liii. de hac generatiōe fecunda. letare sterilis. que non paris id est Ecclesia de gentibus collecta. que tempore ueteris testa/menti erat sterilis. ab operibus bonis. erumpe in laudē diuinā. & clama. corde. & ore. pro gratiarum actione. quia multi filii. deserte id est gentilitatis. ad Christū cōuerse.

que ante erat a deo deserta. propter eius idolatriam. magis q̃ eius que habet uirum id est Synagoga. que in monte Synai desponsata fuit deo in legis susceptionem. Nos autem. Hic consequenter magis adaptatur figura ad propositum. cum dicitur: nos autem scilicet Christiani. secundum Isaac id est ad similitudinem eius. promissionis filii sumus id est geniti per gratiam. non per naturam. sicut Ismabel: sed quomodo is scilicet Ismabel. persequebatur eum qui secundum spiritum scilicet Isaac. qui natus erat secundum promissionem diuinam. spiritus enim est deus. Iohannis. iii. persequebatur etc. de hac persecutione dictum fuit Gen. xxi. ꝙ secundum expositores catholicos. fuit corporalis. nam Ismabel. qui erat maior corpore. & fortior Isaac sub specie ludi. ledebat eum malitiose. Secundum Hebreos uero fuit spiritalis: quia inducebat Isaac ad aliqua. que sapiebant idolatriam. dictio enim Hebraica ibidem posita. est equoca ad ludum. & idolatriam. & dictum Apostoli. uidetur magis consonum. secunde expo/ sitioni. cum subdit̃: ita & nunc. quia Pseudo Apostoli suadebant Galathis iudaizare. quod est simile ipsi idolatrie: post Euangelium publicũ. sed quid dicit scriptura Gen. xxi. eiice ancillam etc. & sic factum fuit ad litteram de Agar & Ismabele filio eius. ꝙ quod figuratum fuit ꝙ legalis obseruantia. cum obseruatoribus suis a consortio fideliũ erat in aduentu Christi abiicienda. ideo concludit Apostolus: itaq; fratres non sumus ancille filii id est seruituti legaliũ subiecti. sed libere id est militãtis Ecclesie. a talibus liberate. qua libertate Xp̃s nos liberauit. qui per suam benedictam passionẽ legalia euacuauit.

.V.

STate. Post q̃ Apostolus suã sentẽtiã de cessatiõe legaliũ. ostendit multipliciter esse iustam. Hic consequenter inducit Galathas ad eius obseruantiã. Et diuidit̃ in duas partes. quia Primo inducit ad hoc ex euasione mali. Secundo ex consecutiõe boni. ibi: nos in libertatem. Primum autem malum quod euaditur per sententiam Apostoli: est seruitus. que est mors ciuilis. Ideo dicit: state in fide Catholica. & nolite iterum iugo seruitutis contineri. legis enim seruitus erat quasi importabile onus. ut dictum est supra capitulo. iii. Secundum malũ est amissio gracie Christi. quod tangit̃. cum dicitur: ecce ego Paulus etc. & patet littera. Tertium ẽ obligatio ad uniuersam legem faciendam. ꝙ uix aut nunq̃ potest quis facere. quod notatur. cum dicitur: te/ stificor autem etc. sicut enim in susceptione baptismi obligatur recipiens ad fidem catholicam seruandam: sic in circumcisione obligatur ad legem Mosaicam faciendam. quia lex Mosaica dicitur lex factorum. sed lex Euangelica dicit̃ lex fidei. Ro. iii. Quartum malum est seperatio a Christo. & hoc notatur: cum dicitur. euacuati estis a Christo. qui in lege iustificamini id est in obseruatione legalium queritis iustificari. reputantes non sufficere uobis ad salutem fidem Christi. & per consequens blasphe/ matis eum. tanq̃ impotentem. Nos enim spiritu id est per spiritum sanctum. ex fide euum Christi spem iustitie expectamus id est eternam beatitudinem. que est merces iustitie. per Christum date. nam in Christo Iesu circumcisio etc. ad salutem. que per Christum datur: circumcisio uel prepuciũ nihil operantur. sed fides. que per caritatẽ operatur. fides enim sine operibus mortua est: ut dicitur Iac. ii. capitulo. & ideo non sufficit ad salutem consequendam. ad quam requiritur uita gracie. currebatis bene ad brauium salutis eterne. quis uos impediuit scilicet ab isto cursu supple docens uos ueritati non obedire. non querit hoc ex ignorantia. scienꝫ hoc erat per falsos Apo/ stolos. sed admiratione. sicut Saluator Luce. viii. quis me tetigit etc. persuasio enim hec scilicet seruandi legalia. non est ex eo. qui uocat uos id est uocauit: quia non est ex instinctu Christi. sed diaboli. modicum fermentum etc. bonum enim consistit ex

omnibus circumstantiis bonis. malum autem ex singulis defectibus. ita ꝙ una sola circumstantia mala. facit totum actum malum. & similiter in congregatione fidelium unus peruersus in fide. corrũpit alios quia tamen Apostolus confidebat de correctiõe Galatharum subdit: Ego confido in uobis ꝙ ad monitionem meam uos corrigetis. in domino id est per adiutorium dei. ita ꝙ nihil aliud sapietis. nisi ueritatem Euangelii. quam predicaui uobis. qui autẽ conturbat uos asserendo ꝙ sine circumcisione saluari non potestis: portabit iudicium suum id est penam sibi debitam cessationem aũt circũcisionis ostendit per factum suũ. erat enĩ natione Iudeus. & per consequens circũcisus. propter quod non est credibile. ꝙ uellet odium Iudeorum & persecutionem ab eis sustinere. eo ꝙ predicabat cessationem circumcisionis. nisi ita esset in ueritate. & hoc est: ꝙ dicit. ego autẽ fratres si circumcisionem adhuc predico. dicendo ꝙ sit necessaria ad salutem: quid adhuc persecutionem patior? quasi diceret non habeo amplius pati. quia pro re alia non persequuntur me Iudei. ideo concludit. ergo uacuatum est scãdalum crucis. quia Iudei non scandalizabant̃ de Paulo predicante Iesum Nazarenũ crucifixum fuisse: sed quia predicabat eum uerum Christum esse. & circumcisionem euacuasse. cuius contrarium. quantum ad cessationem circumcisionis. Apostoli falsi asserebant. utinam abscindant̃ id est totaliter a uobis separentur: qui uos cõturbant: dicentes. ꝙ circumcisio sit uobis necessaria ad salutem. Vos autem. Hic consequenter inducit Galathas ad dimissionem legalium. ex consecutione boni inde prouenientis. & diuidit̃ in duas partes. in partem principalem. & incidentalem: que incipit ibi. manifesta sunt. Primum uero bonum sequens ex cessatione legalium. est libertas. que est summe desiderabilis. intantũ: ꝙ etiã bruta animalia preponunt eam sacietati uentris. ut patet in auibus inclusis. ideo dicit. uos enim in libertatem a legali seruitute. que est maxima: uocati estis fratres. per gratiam Christi uos liberantis. uerũtamen quia non ẽ abutendum libertate: Ideo subditur. tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. quasi diceret hoc tamen est uobis necessarium: ꝙ non laxetis uos ad sequendũ carnis impulsum. credentes ꝙ sit uobis licitum. sicut dixerunt aliqui heretici. per libertatem spiritus omnia licere sibi. sed per carnẽ inuicem seruite. in temporalibus & spiritalibus. mutuo uos iuuando. Secundum bonum est uniuerse legis facilis. impletio. ideo dicit: Omnis enim lex in uno sermone impletur: scilicet in precepto caritatis. quod tamen duplicatur. inquantum dilectio respicit deum. & proximum. unde dixit Saluator. Matthei. xxii. capitulo. in his duobus mandatis pendet tota lex. & Prophete: quia omnia alia precepta non sunt nisi quedam explicationes mandati dilectionis dei. & proximi. Apostolus tamen non prosequitur hic nisi de dilectione proximi. dicens diliges proximũ tuũ. sicut te ipsum id est in ordine ad eandem beatitudinẽ consequẽdã. & consequenter remouet contrariũ. dicens: ꝙ in inuicem mordetis uerbis malis. inuicẽ iniuriando. & comeditis inuicem defraudando. sicut de usurario dicitur communiter: ꝙ comedit illũ cui tradit ad usuram. uidete etc. id est aduertere debetis: ꝙ ad hoc seqt̃ destructio uestra in corpore. & anima. Tertium uero bonũ est sequela spiritus sancti. per quam homo proficit in spiritalibus. & retrahitur a desideriis carnalibus. & hoc est. quod dicit: dico autem in Christo id est ex doctrina Christi. spiritu ambulate. sequentes instinctum spiritus sancti. quem nata est mens humana sequi. & desideria carnis non perficietis in opore. licet insurgant motus carnalis concupiscentie. Caro enim concupiscit aduersus spiritum etc. id est sensualitas cõtra rationem. & econuerso. sicut exprimitur in nobis. & hic accipitur spiritus racionalis. Ideo subditur: ut non quecunq; uultis. secundum rationem. illa faciatis. impedit motu sensualitatis. & suo mõ

diſſentiunt libertaſ ſpirituſ: & ſeruituſ. Ideo ſubdit. ꝙ ſi ſpiritu ducimini ſequenteſ inſtinctum ſpirituſ ſancti. non eſtiſ ſub lege id eſt ſeruituti legaliū alligati. Manifeſta ſunt. Hec eſt parſ incidentaliſ in qua diſtinguit opera carniſ. & ſpirituſ. eo ꝙ fecerat mentionem de utroq;. & diuiditur in duaſ parteſ: quia Primo ponitur hec diſtinctio. Secundo Apoſtoli monitio. ibi: qui autem ſunt Chriſti. Prima in duaſ. quia Primo diſtinguit opera carniſ. Secundo ſpirituſ. ibi: fructuſ autem. Circa Primum ſciendum ꝙ opera carniſ dicuntur. ad que caro inclinat. & hec ſunt propria opera luxu/rie. & gule. ibi: ebrietaſ. In operibuſ luxurie Primo ponit. que proprie pertinent ad luxuriam dicenſ. Manifeſta ſunt opera carniſ. quia ſunt ſenſibilia. que ſunt for/nicatio quantum ad concubitum ſoluti cum ſoluta. immundicia. quantum ad uicium cōtra naturam impudicicia quantum ad exteriorem inboneſtatem in aſpectu. greſſu. tactu. & huiuſmodi: que procedūt ex impudicicia carniſ. luxuria nomen ē generale. ad omnia que pertinent ad hoc uicium. & ſic omnia illa. que non ſunt enumerata: per hoc includuntur. idolorꝝ ſeruituſ: ut patet de Salomone. iii. Regū. ii. qui ex ardore libidiniſ cum mulieribuſ alienigeniſ. motuſ fuit ad ſequendum deoſ earum. uenefícia id eſt ſortilegia. que ratione libidiniſ ſolent fieri. in hac ſignificatione dicitur Pſal. lvii. uenefici incantantiſ ſapienter. inimicicie lateteſ in animo. ſicut ſecundo Regum. xiii. capitulo Abſalon concepit odium contra Amon. eo ꝙ ſororem ſuam uiolauerat. cō/tentioneſ uerbiſ clamoroſiſ. emulationeſ in uerbiſ pugnitiuiſ. ire in uindicādi appetitu. rixe in uindicandi actu. diſſenſioneſ quando incipiunt fieri parteſ. ſecte quando ſunt firmate. inuidie in animo. homicidia in facto. ꝙ autem hec omnia frequenter ſequātᵉ ad luxuriam patet. & poſſent poni exempla de omnibuſ. ſed propter prolixitatem omitto. Ebrietateſ. Hic ponuntur opera carniſ quantum ad uicium gule. cum dicit̄: ebrietateſ in quo notatur exceſſuſ. & quecunq; inordinatio circa potum. dicitur enim ebrietaſ a bria ꝙ eſt menſura. quaſi extra menſuram rationiſ. comeſationeſ in quo notatur omniſ exceſſuſ. & inordinatio circa cibum. & biſ ſimilia. ad que caro eſt ꝓna. ſicut nimia molliciеſ lectorum balneorꝝ. & huiuſmodi. que predico uobiſ. ātēq̄ ueniat dei iudicium: quia tunc penitere non poteritiſ. quoniam qui talia agunt. regnum dei non conſequentur. & per hoc excluditur error dicentium. ꝙ damnati ſaluabuntur. poſt magna curricula temporum. Fructuſ. Hic conſequenter enumerantur opera que dicuntur fructuſ ad ſimilitudinem fructuſ materialiſ. qui procedit de arbore. & percipitur cum quadam ſuauitate ſic iſta a ſpiritu ſancto procedunt. & mentem de/lectant. quorum diſtinctio accipitur ſecundum ꝙ menſ per proceſſum ſpirituſ ſancti in uobiſ bene diſponitur in ſe. & ad id. quod eſt iuxta ſe. in ſe uero bene diſponitur: quando bene ſe habet in boniſ. & in maliſ. prima uero diſpoſitio eiuſ ad bonum eſt. ꝑ amorem. que eſt prima affectio. & radix aliarum affectionum. propter quod inter fructuſ ſpirituſ primo ponitur caritaſ dei. diffuſa in cordibuſ ueſtriſ. per ſpiritum ſanctum. qui datuſ eſt uobiſ. ad quam ſequitur: gaudium. quod eſt fructuſ ſecunduſ. omniſ enim amanſ gaudet ex preſentia amati q̄ facit caritaſ. prima Iohanniſ. iiii. qui manet in caritate. in deo manet etc. perfectio uero gaudii eſt pax. quantū ad duo. primo quantum ad quietem ab exterioribuſ conturbantibuſ. aliter nō eſſet perfectū gaudium. Secundo quantum ad ſedationem deſiderii interioriſ. non enim perfecte gaudet de aliquo. cui non ſufficit illud. hec autem duo importat pax: ideo ponitur tertiuſ fructuſ. In maliſ aūt bn̄ diſponitur menſ. primo quando non perturbatur ex imminentia malorum: quod ſpectat ad pacientiam. ſecūdo ut non perturbetur ex di/latione bonorum. qđ pertinet ad longanimitatem. nam carere bono habet rationem

mali. v. Ethicorum. Ad illud autem quod est iuxta se scilicet ad proximum. bene se habet mens hominis. Primo quidem per uoluntatem benefaciendi: quod facit bonitas. Secúdo per beneficientie executionem. quod facit benignitas. unde dicunt benigni quos bonus ignis amoris feruere facit. ad benefaciendum proximis. Tertio per hoc ꝙ equanimiter tolerantur mala. ab eis illata. quod facit mansuetudo. que cohibet iras. Quarto per hoc. ꝙ nó infertur nocumentum proximo per fraudem. uel dolum. hoc facit fides. si pro fidelitate sumitur: si uero sumatur pro fide. qua creditur in deum. sic ꝑ eam bene disponitur mens ad id: qđ est supra se. subiiciendo deo suũ intellectum. Ad illud uero quod est infra se bene disponitur mens hominis. Primo quidem in actionibus per modestiam. que in dictis. & factis debitum modum obseruat. Secundo in interioribus concupiscentiis per continentiam. & castitatem. diuersimode tamen: quia continens patitur concupiscentias fortes. sed non uincitur. castus non uincitur: nec patitur. & sic habentur. xii. fructus spiritus: qui signantur Apoco. ultimo. ex utraq; parte fluminis. lignum uite afferens fructus: xii. Qui aũt. Hic consequenter ponitur Apostoli monitio duplex. Secunda ponitur in principio. vi. capituli. Prima uero ẽ ad carnis opera reprimendum & opera spiritus prosequendum dicens. qui autem sunt Christi id est immitatores eius. carnem suam crucifixerũt cum uitiis & concupiscentiis: ita ꝙ cócupiscentie. & uicia carnis mortua sunt in eis. Si uiuimus spiritu: Hic accipiẽ si. pro quia: quia spiritus est qui uiuificat. caro aũt non prodest quicq̃. Iohannis. vi. spiritu ambulemus. sequẽdo instinctũ spiritus sancti. in operibus nostris. uel dictamẽ recte rationis: que etiam dicitur spiritus. & quia bonum opus frequenter est occasio uane glorie. Ideo subditur: non efficiamur inanis glorie cupidi: que est principium aliorum malorum. Ideo subditur: inuicem prouocantes. uerbis iniuriosis. inuicẽ inuidentes. de bonis proximorum dolentes. .VI.

Fratres. Hic consequenter ponitur Apostoli Secunda monitio. qua inducit Galathas ad mutuã supportationẽ. & Primo in malo culpe. non ipsum fauẽdo. sed leuiter corripiendo dicens. si preoccupatus fuerit homo per aliquam passionem insurgentem. uel per ignorantiã. in aliquo delicto. ex eis perpetrato. uos qui spirituales estis id est perfectiores scięntia. & uita instruite huiusmodi id est ad bonũ reducite. in spiritu lenitatis. peccantes enim ex certa malicia sunt magis acriter corripiendi. considerans teipsum id est fragilitatem propriam. ne & tu tempteris: & sic ex passione labaris. & per consequens indigias mansuetudine correctionis. Secũdo inducit ad supportationem mali pene dicens: alter alterius onera portate id est infirmitates mutuas. & labores. mutuo subueniendo. & sic adimplebitis legem Christi. que est lex caritatis. & ad predicta inducit rationẽ dicens: nam si quis existimat se aliquid esse. id ẽ magnũ quid sentiens de se cum nihil sit. nisi uanitas. & peccatum. ipse se seducit. quia per hoc in contemptum fratris. & alia peccata cadit: Ideo subdit. Opus autem suum probet unusquisq; & diligenter examinet. & sic in semetipso tantum gloriam habebit scilicet in testimonio proprie conscientie. & non in altero id est in falsa laude alterius: cui nó est credendũ. unusquisq; onus suũ portabit id est penam debitam. pro peccatis ꝓpriis. Ideo subditur: communicet autem is qui cathetizatur uerbo id est instruitur uerbo doctoris. ei qui se catheticat in omnibus bonis. quia non debet ei cómunicare in malis. Matthei. xxiii. capitulo. que dicunt facite: opera autem illoꝝ nolite facere. nolite errare: credendo ꝙ possitis conformari eis in malis licite. sicut dicunt aliqui. quare non faciam hoc: ex quo sacerdos meus facit. deus non irridetur id est talibus non decipitur ꝙ enim seminauerit homo etc. id est mercedem accipiet secúdum opera sua. quoniam

q̄ ſeminat in carne ſua. ſequendo impetū carnis. de carne & metet corruptionē ſcilicet culpe. & gehēne. qui aūt ſeminat in ſpiritu. ſequendo inſtinctū eius: de ſpiritu metet uitam eternā id ē uirtute ſpiritus ſancti eū mouentis cōſequet̄ uitā uerā. propter qđ ſubdit. Bonū aūt facientes. non deficiamus. ceſſando ab inchoato bono. tpe enim ſuo metemus. nō deficiētes. qa merces illa erit eterna: ideo cōcludit ergo dū tp̄s habemus ſcilicet metēdi. qđ ē breue: operemur bonū ad oīs generaliter maxime aūt ad domeſticos fidei. qa caritas eſt ordinata. Videte hec ē ultima p̄s huius epiſtole. que eſt preceden tium confirmatio. ut enim Galathe certi eſſent. q̄ preſens epiſtola eſſet Pauli ſcripſit hanc ultimam partem. manu propria. ideo dicit: uidete. & attendite. qualibus litteris ſcripſi uobis manu propria mea quaſi diceret. per conſiderationem litterarum poteſtis hoc perpendere. quia cognoſcebant manum ſuam. & quoniam intentio eius in hac epiſtola erat reprobare obſeruationem legalium. ut patet ex precedentibus: ideo reuertitur ad improbandum legalium obſeruantiam dicens. quicunq; enim uolunt placere Iudeis in carne id eſt in legalibus obſeruantis. que dicuntur iuſticie carnis. Hebre. ix. capitulo. ii cogunt uos circumcidi id eſt ad hoc uos inducūt. tantū ſupple hoc facūt: ut crucis Chriſti perſecutionē non patiantur ſcilicet a Iudeis p̄ſequentibus me. & alios predicantes euacuationem circumciſionis. per crucem Chriſti. falſi namq; Apoſtoli querentes apud Chriſtianos queſtum. & apud Iudeos quietem. predicabant ſimul legalia. cum Euangelio eſſe neceſſaria ad ſalutem. neq; enim qui circumcidūtur ſcilicet falſi Apoſtoli legem cuſtodiunt. quia in multis tranſgrediebantur. & uolunt uos circumcidi. ut in carne ueſtra glorientur id eſt de ueſtra circumciſione carnali ſe iactando. q̄ multos proſelitos legis fecerint quam gloriam tanquam malam. excludit a ſe Apoſtolus dicens. Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini id eſt in fide & predicatione Chriſti crucifixi. per quem mihi mundus crucifixus eſt id eſt concupiſcentia mundi. eſt mihi mortua. nullam uirtutem habens in me. & ego mūdo. qa nihil mundanum concupiſco. in Chriſto enim Ieſu neq; circumciſio aliquid ualet. neq; preputium. quia neutrum aliquid facit ad conſecutiōem uite uere. que datur per X̄pm. ſed noua creatura id eſt regeneratio per baptiſmum. in qua datur gratia. que eſt per creationem. & de nouo conſtituit hominem in eſſe gratie. & quicunq; hanc regulam id eſt certam doctrinam ſecuti fuerint fide. & opore. pax ſuper illos id eſt quies mentis & miſericordia id eſt remiſſio peccatorum. que totaliter tolluntur per baptiſmum. & ſuper Iſrael dei id eſt ſuper obſeruantes legem intellectu ſpirituali. Ro. ii. non enim qui in manifeſto Iudeus eſt. neq; que in manifeſto in carne eſt circumciſio: ſed qui in abſcondito Iudeus eſt. & circumciſio cordis in ſpiritu non littera. Decetero nemo mihi moleſtus ſit id eſt o uos Galathe non detis mihi decetero cauſam moleſtie. recipiendo doctrinam Pſeudo Apoſtolorum. ego enim ſtigmata id eſt ſigna militie Chriſti in corpore meo porto. per tribulationes quas pro ipſo ſuſtinui quaſi diceret. non debet mihi aliunde tribulatio inferri. & ſatis probabiliter poteſt dici. q̄ in eius corpore ſenſuabiliter apparebant ueſtigia plagaꝝ. & uerberum. que ſuſtinuerat pro Chriſto. ut dictū eſt: ſupra. ii. Cor. ii. gracia dei noſtri: & non ſeruitus legalis. cum ſpiritu ueſtro fratres. amen. que quidem gracia eſt arca glorie ad quam nos perducat etc.

Incipit epistola ad Ephesios. .Ca. .I.

PAulus Apostolus. Hic incipit epistola Pauli Apostoli ad Ephesios. que diuiditur in tres partes scilicet in salutationem. & narrationē ibi: benedictus deus. & confirmationem. ibi: ut autem uos sciatis. prope finem epistole. In salutatiōe uero. Primo ponitur persona salutans. quātum ad nomen. cum dicitur: Paulus. & quantum ad officium. ibi: Apostolus Iesu Christi. & quantum ad autoritatem. cum dicitur: per uoluntatem dei. qui uocauit eum ad apostolatū ut patet Actuū. xiii. Secundo ponuntur persone salutate. cum dicitur: sanctis omnibus. qui sunt Ephesi. ipsi enim accepto uerbo ueritatis. persticerunt in fide: ut dicit Hieronymus in prologo. & ideo nominat eos sanctos id est firmos in bono. sanctum enim in una significatione idem est. qđ firmum. Tertio ponuntur optata bona. cum dicitur: gratia uobis in presenti. & pax in futuro. beatitudo enim quietat totaliter appetitum: a deo patre uestro id est a tota trinitate. a qua datur. & domino Iesu Christo. per cuius meritū uobis donatur. Benedictus deus. Hic consequenter ponit narratio: in qua Primo ad gratiarum actiones Ephesios inducit. Secundo pro eis orationem ad deum effundit capitulo. iii. Tertio in moribus eos instruit capitulo. iiii. Prima in duas. quia Primo inducit eos ad gratiarum actionē absolute. Secundo cōparatiue capitulo. ii. Circa Primum sciendum. q efficatior modus inducendi alios ad aliquid agendum. est per exemplum. quod magis mouet in moralibus: q̄ uerbum. ideo Apostolus ut magis moueat Ephesios ad gratiarum actionem. simul gratias agit de beneficiis diuinis. & primo recolendo beneficia communia dicens. benedictus deus. & pater domini nostri Iesu Christi. sic exprimuntur due persone. & tertia exprimitur. cum dicitur: qui benedixit uos etc. hic accipitur benedictio pro liberali dono. sicut primo Regum uicesimo. v. Accipite benedictiōem quam attulit famula tua. spiritus autem sanctus est donum patris. & filii. & in quo omnia dona donantur. Ideo subdit: in omni benedictione spirituali in celestibus id est que finaliter habebitur in celestibus. in Christo id est per Christum. per quem prouenunt nobis dona diuina. tanq̄ per mediatorem dei. & hominum. sicut elegit uos ad participationem sue beatitudinis. in Christo id est ī filio. electio enim supponit notitiam electi. illa uero que pertinent ad notitiam in diuinis attribuunt filio. qui est sapientia patris. ante mundi constitutionē nam hec electio est ab eterno. effectus tamen eius in tempore. qui est sanctificatio rationalis creature: Ideo subditur. ut essemus sancti. per gratiam. in mente: & immaculati: per puritatem. in conuersatione. in cōspectu eius. & non solum in conspectu hominum. sicut sunt hypocrite. in caritate. sine qua non prosunt alia dei dona. ut dictum est supra prima Cor. xiii. Si linguis hominum loquar & angelorum. etc. Qui predestinauit uos in adoptionem filiorum. predestinatio enim est preparatio gratie in presenti. & glorie in futuro. per gratiam autem adoptio diuina inchoatur. & per gloriam cōsummatur. per Iesum Christum. qui est dei filius naturalis. in ipsum. quia filiatio adoptiua est quedam assimulatio ad filiationem naturalem. secundū ꝓpositum uoluntatis sue a qua dependet electio. & predestinatio. non ex meritis nostris. non solum in re. sed nec etiam in dei preuisione. in laudem glorie gratie sue id est ad laudandum eius gloriā. que electis communicatur per gratiam suam: in qua gratificauit uos id est fecit gratos sibi. in dilecto filio suo id est per dilectum filium suum. in quo habemus redemptionem. & que sit illa: subditur. remissionē peccatorū scilicet totalem

in ſacramento baptiſmi: in quo ſue paſſionis effectus plenarie uobis communicatur· ſecundum diuitias id eſt copiam gratie eius. Que ſuperabundauit: Hic conſequenter recolit beneficia dei ſpecialia. & primo facta Apoſtolis. Secundo Epheſiis. ibi: in quo & uos. Circa Primum dicit que ſcilicet gratia dei abundauit in uobis. uersus Apoſtolis. in omni ſapientia. quantum ad cognitionem diuinorum. & prudentia. quantum ad notitiam humanorum. neceſſariam ad ſalutem. Vt notum faceret uobis ſacramentum id eſt ſacramentum ſecretum: uoluntatis ſue. quod plenius fuit reuelatum Apoſtolis. q̃ alii. ſecundum beneplacitum eius. quia totum pendet in beneplacito diuino. nó aũt in humano merito. qđ propoſuit id eſt ab eterno facere diſpoſuit. in eo id eſt in filio qui eſt ſapientia patris. in diſpenſatione plenitudinis temporum id eſt in plenitudine temporis diſpenſati: qđ eſt tempus gratie & quid ſit ſacramentum ſupra poſitũ ſubdit̃: inſtaurare id eſt ad debitum ſtudium reducere: in Chriſto id eſt per Chriſtum. omnia que in celis: id eſt angelos. eoꝝ ſocietatem reparando. & que in terra ſunt id eſt homines. qui per peccatum deprauati erant: in nouitatem gratie reformando. in quo etiam & uos ſorte id eſt electione diuina. que dicitur ſors. quia non accipit perſonam. ſicut nec ſors. uocati ſumus ad apoſtolatum. predeſtinati id eſt preordinati ad hoc. ſecundum propoſitum eius id eſt ſecundum diſpoſitionem eternam dei. qui operatur ſecundum conſilium uoluntatis ſue: quia nihil operatur a caſu. nec de neceſſitate nature. ſed prei/uidens. & libere. ut ſimus in laudem eius glorie id eſt ut per uos alii laudent deum. qui per predicationem noſtram cõuertuntur ad ipſum. Ideo ſubditur: nos qui ante ſpe/rauimus in Chriſto. qa ante credidimus in ipſũ. In quo. Hic conſequenter ponit dona Epheſiis ſpecialiter data. & diuiditur in duas partes. quia Primo ponit eoꝝ uocationẽ Secundo inſurgit ex hoc ad gratiarum actionem. ibi: propterea. Circa Primũ dicit. in quo id eſt per quem ſcilicet Chriſtum. & uos. cum audiſſetis uerba ueritatis a nobis Euangelium ſalutis noſtre. quia annuntiat ſalutem audientibus. & dat credentibus. Ideo ſubditur: qui eſt pignus hereditatis ueſtre. de ratione pignoris eſt. ꝙ ſit rei non habite. & eiuſdem ualoris cum ipſa. ſic eſt in propoſito: quia ſi in preſenti non habet̃ actu hereditas. que conſiſtit in uiſione. & fruitione beata. tamen ſpiritus ſanctus habitus in preſenti per gratiam a fidelibus. eſt eiuſdem bonitatis in numero. cum bea/titudine obiecti ua. in redemptionem acquiſitionis id eſt ut redempti acquirant uitam beatam inamiſſibilem. in laudem glorie ipſius. nam ibi eſt laus continua. Pſal. lxxxiii. beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Propterea. Hic conſequenter Apoſtolus tanq̃ pater bonus gratias agit deo. de profectu Ephe/ſioꝝ dicens. Propterea & ego audiens fidem ueſtram. ſine admixtione alicuius erroris aut legalis obſeruatiõis. & dilectionem ueſtram. in omnes ſanctos. id eſt opera ueſtra caritatis erga omnes fideles: non ceſſo gratias agens pro uobis. de bonis preteritis. me/moriam ueſtri facien. in orationibus meis. deprecans ut magis proficiatis in futuro. ut deus domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundũ humanitatem. in qua eſt ſubiectus deo patri. det uobis ſpiritum ſapientie etc. id eſt augmẽtum in cognitione diuinorum. & omniũ ad ſalutem expedientium. Vt ſciatis. que ſit ſpes uocationis ueſtre id eſt res ſperata. ad quam uocantur credentes. que quantoplus cognoſcitur: tantoplus deſideratur. & que diuitie glorie hereditatis. id eſt hereditatis glorioſe nam ibi nihil deficit. & que ſit ſupereminẽs magnitudo uirtutis eius in uos. id eſt ad uos premiandũ. eſt enĩ infinita & ſic ſupereminet omne. qđ de deo poteſt cogitari: qđ declarat ulterius. per glori/ficationem hominis Chriſti dicens. ſcđm operationem etc. & exprimit eius ſuſcitationẽ dicens. ſuſcitans illum. Scđo eius exaltationẽ ad patris dextram. dicens. & cõſtituẽs etc

& exprimit quattuor ordines angelorum medios. superiorem de inferiori hierarchia. cum dicitur: super omnem principatum. & tres de media hierarchia: & per hoc. dicit. q̄ sit eleuatus super omnes ordines supreme hierarchie. deitas enim proprie non est nominabilis a quacunq; creatura: quia est incomprehensibilis ab ea. sic autem aliquid nominatur prout ab intellectu apprehenditur. Secundo Periermenias. nomina sunt note earum passionum. que sunt in anima. propter quod dicitur. xxii. propositione de causis: q̄ causa prima est super omne nomen. quod nominatur & omne subiecit sub pedibus eius. unde dixit Matthei ultimo. post suam resurrectionem: data est mihi omnis potestas in celo. & in terra. Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam militantem. & triumphātem. que est corpus ipsius scilicet mysticum. plenitudo eius scilicet corporis mystici Christi. qui omnia etc. legitur sic littera. plenitudo eius adimpletur id est perficitur supple per eum. qui est omnia in omnibus id est per Christum. qui p uirtutem sue diuinitatis. omnia bona in omnibus operatur. .II.

ET uos. Hic consequenter inducit Apostolus Ephesios ad gratiarum actionem. comparatiue. opposita enim iuxta se posita magis eluescunt. propter qđ Apostolus comparat dignitatem status. ad quem Ephesii sunt uocati. ad utilitatem status. unde sunt uocati. ut ex huius consideratione feruentius insurgant ad gratias agendū deo. & diuidit̄ in duas partes. secundum duas comparationes. Secunda ponitur ibi: propter quod prima autem comparatio est mortis. & uite. quia prius fuerant in statu mortis. culpe. & dispositi ad mortem gehenne. & uocati erant ad uitam gratie que disponit. ad uitam glorie. & hoc deducit Apostolus satis diffuse dicens. & uos cum essetis mortui per culpam. in delictis. quantum ad peccata omissiōis. & peccatis uestris. q̄ntū ad peccata commissionis. in quibus aliquando ambulastis. procedendo de peccato in peccatum. secundum seculum id est secūdum consuetudinem mundi huius id est peccatorum huius mundi. sicut dicitur Iohannis primo. mundus eum non cognouit. scđm principem potestatis aeris huius id est secundum uoluntatem principis demoniorum in hoc aere caliginoso habitantium. spiritus qui nunc operatur in filios diffidentie quasi diceret Princeps iste. est spiritus supple malignus: qui nunc operatur id est facit uoluntatem suam in illis. qui non ponunt fiduciam suam in celestibus bonis. sed tantum in terrenis. in quibus id est inter quos. & nos omnes alii conuersati sumus in desiderus carnis nostre. ea sequendo. & licet Apostolus esset uirgo. ut dictum est supra prima Cor. vii. tñ iungit se cum eis. ut melius recipiant uerba sua. & quia ante cōuersionē sequutus est aliqua alia carnis desideria. faciens uoluntatem carnis. in peccatis carnalibus. & eramus natura filii ire id est nati in peccato originali. quod dicitur peccatum nature. inquantum contrahitur a parentibus ex corruptione nature. consequenter ostendit. gratiam uocantis dei dicens. Deus aūt qui diues est id est copiosus in misericordia quia propium eius est misereri. & parcere. propter nimiam caritatem suam. & non propter merita nostra. cū essemus mortui peccatis. modo predicto: conuiuificauit nos Christo nos sibi per fidem formatā incorporando. cuius gratia estis saluati scilicet in spe. & conresuscitauit. consimiliter in spe. quia resurrectio Christi est causa resurrectionis nostre future. & consedere fecit in spe. que est certa expectatio future beatitudinis. ut ostenderet seculis superuenientibus id est curriculis annorum. usq; ad iudicīū: abundantes diuitias etc. hec enī omnia fuerunt ostensa in Xp̄i resurrectiōe. que fuit argumentis multis declarata. Actuum primo. in multis argumentis apparens eis. etc. & eius ascensione. oculis etiam corporalibus conspecta. & hec omnia fuerunt declarata iterum per Apostolorum doctrinam apertis miraculis cōfirmatā. Ideo subdit.

Gratia enim estis saluati per fidem. scilicet Christi. & non per legem Moysi. & hoc non ex uobis etc. quia principium credendi & omne opus meritorium est a deo. uidē/tium enim idem miraculum & audientium eundem sermonem. unus credit motus a deo alter uero non. ideo dicit Saluator Io. vi. capi. nemo potest uenire ad me. nisi pater qui misit me: traxerit eum. ut ne quis glorietur de propriis meritis. ipsius enim sumus factura. in esse nature. creati in Christo Iesu in esse gratie. in operibus bonis id est ad opera bona faciēda. que p̄parauit deus id est disposuit. ut in illis ambulemus de uirtute in uirtutem. ad beatitudinem prosequendam. Propter quod. Hic ponitur secunda comparatio que est extraneitatis. ad intraneitatem. & primo ponitur hec comparatio secundo infertur intenta conclusio. ibi: ergo iam non estis. Circa Primum sciendum. q̄ gentiles dicebantur extranei. triplici ratione scilicet quia a deo erant separati per idolatriam. & per consequens secundo a populo Israel quantum ad communicatiōem qui erat cultor unius dei. & tertio a spe promissionū Abrahe factarum. & semini eius per uocationem autē ad fidem Christi. sunt istis tribus incorporati. & hoc est: q̄ dicit Apostolus. memores estote. tanq̄ grati de beneficiis dei. quod aliqñ uos gentes id est gentiles. eratis in carne id est carnaliter uiuentes. qui dicebamini preputium id est circumcisi. ab ea que dicitur circumcisio etc. id est distincti. & separati a populo Iudaico circumciso. qui eratis illo tempore sine Christo id est sine fide Christi. non sic autem Iudei: quia eadem fides fuit patrum ueteris testamenti. que & noui. differens tantum secundum implicitum. & explicitum. alienati a conuersatione Israel. inhibitum enim erat populo Israel contrahere cum gentilibus amicicias. & connubia. & hospites testa/mentorum id est aduene. & extranei a testamento nouo. & ueteri. & sine deo scilicet uero. nam erant idolatrie dediti. Nunc aūt in Christo Iesu id est per Christum Iesum uos qui aliquando eratis longe a salute triplici ratione. facti estis prope in sanguine Christi id est per passionem ipsius cuius efficacia in sacramēto baptismi uobis est ple/narie communicata. ipse enim est pax uestra scilicet effectiue. qui fecit utraq; unum ex Iudeis. & gentilibus faciens unum populum Christianum. & medium parietem materie soluens. id est huius unitatis obstaculum remouens. quia remouit a gentilibus idolatriam. quam abhorrebant Iudei. & a Iudeis circumcisionem: quam detestabanē gentiles. inimicicias quasi diceret per hoc abstulit inimicicias. que erant inter gentiles. & Iudeos. in carne sua id est per immolationē sue carnis in cruce. per quam destructa est idolatria: & cessauerunt legalia. legem mandatorum. legem Mosaicam. quātum ad mandata cerimonialia. & iudicialia. decretis. s. euangelicis. euacuans remouendo onus cerimonialium. & temperando rigorem iudicialium: ut duos scilicet populos gentiles & Iudeos. condat in semetipso id est sibi incorporet per fidem formatam. in unū nouum hominem. id est in unum nouum populum. participatione enim unius speciei. plures homines sunt unus homo. & eodē modo gentiles. & Iudei. participatione unius noue legis dicuntur hic unus nouus homo. faciens pacem. modo predicto. ut recōciliet etc. iungatē sic littera. ut reconciliet ambos deo scilicet patri in uno corpore suo mystico per crucem. interficiens inimicicias. que erant inter deum. & genus humanū in semet/ipso id est in propria passione. & ueniens de morte ad uitam. in sua resurrectione. euangelizauit uobis id est euāgelizare precepit dicens. Matthei ultimo. Euntes ergo docete omnes gentes. baptizantes eos etc. qui longe fuistis. ut supra dictum est: & pacē uis. qui prope scilicet Iudeis. quia lex erat dispositio ad Christum. ut dictum est supra in epistola ad Galathas. qui per ipsum scilicet Christū habemus accessum ambo scilicet Iudei. & gentiles. in uno spiritu. scilicet caritatis. ad patrem omnium nostrum. Ergo.

Hic infertur intenta conclusio. scilicet de receptione gentilium ad consortium dei. & sanctorum. cum dicitur: ergo. Iam non estis hospites & aduene a deo. & sanctis eius. sed estis ciues sanctorum. id est de numero eorum. & domestici dei. in eius Ecclesia recepti. superedificati id est instructi super fundamentum Apostolorum. & Prophe/ tarum id est super doctrinam noui. & ueteris testamenti. superedificati in quam. ipso summo angulari lapide Christo Iesu. in edificatione enim templi Salomonis. ut dicit. fuit quidam lapis. qui pluries reiectus ab edificantibus. eo ꝙ non conueniebat loco. cui applicabatur: finaliter optime sedit in summitate edificii. in angulo duos parietes coniungente: & fuit figura Christi. Iudeos. & gentiles. tanq̃ duos parietes in unam Ecclesiam coniungentis eos. unde dicitur Psal. centesimo. xvii. lapidem quem repro/ bauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. a domino factum est istud: & est etc. & istā eandem figuram ponit hic Apostolus. ut dictū est: in quo omnis edificatio constructa tam ex Iudeis. q̃ ex gentilibus. crescit per augmentum uirtutū in templū sanctum id est quo usq; sit templum domini sanctum. in quo & uos coedificamini. cū aliis fidelibus. in spiritu sancto id est ipso operante. sine quo nullum opus est acceptū.

Huius rei gratia. Hic consequenter Apostolus pro Ephesiis .III. orat deuote. ut magis in bono proficiant. & diuiditur in duas partes. qa Primo se dispositum ad orandum ostendit. Secundo orationem effundit. ibi: huius rei gratia. Primum ostendit ex tribus scilicet ex sufficientia. obligatione. & confidentia. & scd̃m hoc diuiditur in tres partes. Secunda. ibi. mihi omnium. Tertia. ibi: in quo habemus. Circa Primum autem ostendit se sufficientem per hoc. ꝙ ipsi & alii Apostoli fuerunt pre ceteris diuinitus illuminati: & per consequens cognouerunt causam debitam. tps. & modum orandi. Primo igitur continuat se predictis dicens. huius rei gratia id est propter hanc rem immediate predictam scilicet ut coedificemini in habitaculum dei. ego Paulus uinctus in carcere Rome Christi Iesu id est pro Christo Iesu pro uobis gentibus. propter hoc enim erat Rome uinctus. quia predicauerat Iesum Xp̃m gentilibus: si tamē audistis id est intellexistis dispēsationem gratie dei etc. id est gratie apostolatus mihi a deo concessa. quoniam secundum reuelationem diuinam. notū mihi factum est sacramentum id est sacrum secretum. redemptionis facte per Christū. sicut supra scripsi in breui primo capitulo. huius epistole. ubi dicit. ut notum uobis faceret sacramentū etc. prout potestis legentes intelligere etc. quasi diceret licet sit breuiter dictum: tamen per illud potestis intelligere prudentiam meā in ministerio Christi id ē scientiam meam ad prosequendum ministeriū apostolatus mei in predicatiõe Euan/ gelii Christi gentilibus. quod ab aliis generationibus non est agnitum etc. id est ante tempus Apostoloꝝ. non fuit explicite cognitum. nisi forte aliquibus paucis Prophetis ueteris testamenti. qui tamen non cognouerunt ita clare. sicut Apostoli. & Prophete noui. ꝙ gentiles essent per Christum saluandi. sicut & Iudei. quibus erat promissum. unde & Actuū. x. dicitur ꝙ spiritu sancto descendente in signo sensibili sup Corneliū. & alios gentiles. qui erant cum eo. admirati fuerunt Iudei. qui uenerant cum Petro de hoc. ꝙ gratia spiritus sancti communicabatur gentilibus. sicut & ipsis. Ideo subdit: esse genus coheredes scilicet hereditatis eterne. sicut & Iudei credētes. & concorporales id est consimiliter incorporari Christo. & comparticipes promissionis Abrahe facte in Christo Iesu scilicet implete per Euangelium id est per conreceptionem Euangelice doctrine participant dicta bona gentiles. cuius scilicet Euangelii factus sum minister id est predicator. secundum donum gratie dei. etc. & non secundum proprium sensū scd̃m operationem uirtutis eius. in miraculis. quibus apostolica doctrina cōfirmabat

Marci ultimo. Illi aũt profecti predicauerunt ubiq; domino cooparante.& sermonẽ confirmante. sequentibus signis. Mihi omnium. postq̃ ostendit se sufficientem ad orã/ dum pro Ephesiis: Hic consequẽter ostendit se ad hoc obligatũ. quia erat Apostolus. & pater eoꝝ spiritalis.& ideo obligatus eis in promissione spiritaliũ bonoꝝ. sicut pater carnalis prouidere tenetur filiis in temporalibus bonis. ideo dicit mihi omniũ sanctoꝝ scilicet Apostoloꝝ minimo. hoc dicit ex humilitate.& qa ꝓsecutus fuerat Ecclesiã non aũt alii. data est mihi gratia hec apostolatus. in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi. quia non possunt ab hominibus perfecti cognosci. & illuminare oẽs per predicationem meam. que sit dispensatio sacramenti. id est redemptionis per Xp̃m facte. que dispensabilis est gentilibus. sicut & Iudeis. absconditi a seculis in deo. nam hec dispensatio non fuit reuelata ante. nisi ualde paucis. & obscure. ut predictum est. ut innotescat Principibus & Potestatibus in celestibus etc. quasi diceret non solum hominibus facit absconsum Christi mysterium: & maxime de uocatione gentium. sed etiam angeli sancti non cognouerunt ad plenum. donec predicantibus Apostolis fuit impletum. quia ante habuerunt tantum simplicem notitiam experimentalem. siue in/ tuitiuam sicut astrologus per motũ celi certitudinaliter cognoscit eclipsim futuram: tamen adhuc perfectius cognoscit. quando uidet eam actu existentem. ꝑ Ecclesiam id est per Apostolorum predicationem. tamen li per. non importat causalitatem. sic intelligendo. ꝙ Apostoli docuerunt angelos. de Christi mysteriis. sed econuerso. angeli docuerunt eos. per quos diuine reuelationes deferuntur ad homines. sed sic est intelligendum. ꝙ Apostolis predicantibus. uiderunt actu conuersionem gentilium ad fidem. quam ante non sic uiderant intuitiue. sic autem non est de deo. cuius intuitus ab eterno fertur super presentias rerum. eo ꝙ eius cognitio mensuratur eternitate. que complectit̃ omne tempus. multiformis sapientia dei. licet sit unica & simplicissima in deo: tamen est in effectibus multiformis. dicitur etiam multiformis propter multa mysteria in Christo adimpleta: ideo subditur. secundum prefinitiõem seculorum. id est eternam dispositionem tempore plenitudinis impletam. quam fecit in Christo id ẽ adimpleuit in Christo. In quo habemus. Hic ostendit se dispositum ad orandum ex confidentia. nullus enim orat: nisi aliqualiter exaudiri cõfidat. habebat aũt Apostolus hanc confidentiam obtinendi per mediatorem dei.& hominũ Iesum Christũ. habemus fiduciam & accessum ad deum patrem. in confidentia per fidem eius. uere enim credẽ/ tes in Christũ exaudiuntur per ipsum. unde dicit Io. xv. & qd̃cunq; petieritis patrẽ meũ. in nomine meo. dabit uobis. propter quod dispositiõe premissa: Hic consequẽter Apostolus ad orandũ pro Ephesiis accedit.& secundo deo totum attribuit. ibi. et aũt. Circa Primũ in oratiõe sua ꝓmo petit dari Ephesiis a deo robur patientie in aduersis dicens. Propter quod id est propter confidentiam quam habeo de Christo. peto ne deficiatis in tribulationibus meis id est territi ꝓpter tribulatiões meas a bono deficiatis pro uobis. id est quas sustineo eo predicaui nobis. ut exemplum patientie det̃ uobis. que est gloria uestra. si in tribulationibus non deficiatis. huius rei gratia scilicet ut nõ deficiatis in tribulationibus. flecto genua mea ad patrem. deum ipsum deuote depre/ cando. exquo oĩs paternitas etc. nam illa paternitas est prima. omnis enim emanatio creature a deo. secundum esse nature. secundum quam dicitur pater omniũ genera/ liter per creationem. & etiam emanatio secundum esse gratie. secundum quam dicitur pater hominum. & angeloꝝ. per adoptionem est posterior emanatione filii a patre. secundum quam dicitur per naturalem. & eternam generationem. propter quod ab ea nominatur omnis paternitas. que est in celo. & in terra. nam ab eo. quod est primum

in aliquo genere cetera habent esse. & nominari. ut det uobis secúdum diuitias glorie sue uirtutem scilicet patientie in aduersis. Ideo subditur: conroborari per spiritú eius interiorem hominem. licet enim in martyribus caro. que dicitur homo exterior laceraretur: mens tamen. que dicitur homo interior fortificabatur. Christum. Hic scdo petit Ephesius augmentum notitie. & resumatur: cum dicitur: ut det uobis Christum habitare per fidem in cordibus uestris. non solú firmiter adherendo eis. que sunt fidei sed etiam plenius. & clarius. ea que pertinent ad articulos fidei. cognoscendo. In caritate: Hic tertio petit eis augmentum caritatis. & per consequens aliorum donorum. que caritati cónectuntur. ideo dicit. in caritate radicati quasi diceret hoc peto a deo. ut sitis firmiter in caritate radicati ad modú arboris. que non potest euelli. & fundati. ad similitudinem stabilis edificii. ut possitis comprehendere non solum speculatiue. sed etiam pratice. que sit latitudo. scilicet caritatis ad omnes etiam inimicos se extẽdentis. & longitudo ipsius. quia caritas facit patienter expectare premium inlonginquum. sublimitas. quia nó solum facit ascendere Iudeum. sed etiam transformari qd̃ amodo in ipsum. & profundú scilicet humilitatis. & condescensionis ad proximú. unde Paulus Apostolus quando fuerat raptus ad tertium celum per caritatem. sic ad Christum descendebat: ꝙ etiam de actu matrimoniali ordinabat dicens. uxori uir debitú reddat. & similiter uxor uiro prima Cor. vii. capitulo. scire etiam etc. ordinetur sic littera. Scire etiam caritatem Christi id est postq̃ unimur Christo supereminentem scientie id est notitie quã habemus de Christo. ubi enim scientia foris stat. dilectio intrat. ꝓpter quod prima Cor. xiii. dicitur maior autem horum est caritas: ut impleamini in omnẽ plenitudinem dei id est ut impleamini donis & charismatibus: que donantur a deo. cum caritate. Et autem. Hic consequenter Apostolus attribuit deo totum a quo est omne bonum. & patet littera usq; ibi. scd̃m uirtutem scilicet diuinam. que operatur in uobis. quia uirtus prime cause operatur in omnibus secundis agentibus. ipsi gloria id est laus in Ecclesia. in Christo Iesu scilicet cógregata. in omnes generationes etc. id est eternaliter. quia eius gloria maxime relucet in Ecclesia triumphante. de qua dicitur Psal. lxxxiii. beati qui habitant in domo tua domine. in secula seculorum laudabunt te.

OBsecro itaq; uos. Postq̃ Apostolus induxit Ephesios .IIII.
ad gratiarum actiones. & effudit pro eis orationẽ. Hic consequenter informat eos in moribus. & Primo generaliter. Secundo quantum ad aliquos status specialiter. ibi mulieres. post medium quinti capituli. Tertio reuertit̃ ad instruendú cómuniter. ibi: decetero fratres circa mèdium sexti capituli. Circa Primum instruit generaliter in uerbo. Secundo Saluatoris exemplo in principio quinti capituli. Circa Primú scien/dum. ꝙ humilitas est fundamentum spiritalis edificii. propter quod p̃mo fundamẽtú istud collocatur. Secundo superedificat ibi solliciti seruare. igitur primo instruit eos de humilitate. & quibusdam aliis uirtutibus. sibi propinquis dicens. obsecro itaq; uos uinctus in carcere. in domino id est propter dominum. ut dictum est supra. ut digne ambuletis procedendo de uirtute in uirtutẽ uocatione. qua uocati estis ad fidem Catholicam. que requirit uitam uirtuosam. cum omni humilitate scilicet interiori. quãtú ad mentem. & exteriori. quantum ad conuersationem. & quoniam humilitas. facit hominem resilire in propriam paruitatem. habet mansuetudinem annexam. que reprimit motus ire. Ideo subditur: & mansuetudine repressio autem ire inducit ad patienter tolerandum mala illata: Ideo subditur: cum patientia. supportantes inuicẽ mutuos defectus. & labores. in caritate scilicet Christi. & nó intuitu tẽporalis cómodi Solliciti. Hic consequenter Apostolus instruit Ephesios de edificio uirtutum super

fundamentum humilitatis collocãdum: & quia quanto bonum est communius: tanto est diuinius: ideo primo eos inducit. ad seruandum Ecclesiasticam unitatem. Scdo ad habendum morum honestatem ibi: hoc igitur. prima in tres. quia primo facit propositum. Secundo ad hoc inducit exemplum. ibi. unus dominus. Tertio declarat quoddam dictum. ibi: unicuiq;. Circa Primũ dicit: solliciti supple sitis. seruare unitatẽ spiritus id est unitatem Ecclesie. quam facit spiritus sanctus. & per oppinionem eius scisma. facit diabolus. in uinculo pacis. sicut enim uiculum corporale unit ligata intra ipsum: sic pax. & tranquilitas seruat unitatem credentium. unum corpus scilicet sitis. qd̃ est corpus Christi mysticũ. & unus spiritus id est uius uoluntatis operandi bonum sicut uocati estis in una spe beatitudinis eterne uocationis uestre scilicet ad fidem catholicam: per quam habetis uitam eternã. Vnus dominus. Hic ad propositum inducit unum exemplum. de unitate domini fidei. & baptismi. ut magis moueat ad seruandã Ecclesiasticam unitatem. dicens unus dominus. cui seruitis. & ideo scisma non prouenit ex pluralitate dominorum contraria uolentium. una fides: quia licet sint articuli multi in fide catholica: tamen omnes innituntur ueritati diuine. propter quã eius assentimus. que est una. unum baptisma. licet enim sint multi ministri baptizantes exterius. tamẽ unus est: qui baptizat interius scilicet Christus Io. primo. hic est qui baptizat unus deus & pater omnium per creationem. qui super omnes creaturas per excellentiam. & per omnia per generalem rerum gubernationẽ: & in omnibus uobis scilicet fidelibus in quibus est specialiter per gratiã. Vnicuiq;. Hic declarat quoddam predictũ scilicet qualiter omnes fideles sunt unum corpus Christi mysticum. & diuiditur in duas partes quia primo declarat huius corporis distinctionem membrorũ. Secundo cõnexionem eorum. ibi: ueritatem. prima adhuc in tres. quia primo ponitur dicta distinctio. secundo distinctionis conditio. ibi: & ipse dedit. tertio eius duratio. ibi: donec. Circa primum dicit Apostolus. Vnicuiq; uestrum scilicet Christi fidelium. data est gratia secundum mensuram donationis Christi id est prout uoluit dare plus. & minus. scdm ordinem dispositionis sue. Christo enim datus est spiritus. non ad mensuram Iohannis iii. ceteris autem datur in mensura propter quod dicit scriptura Psal. lxvii. ascendẽs in altum scilicet Christus. in sua ascensione captiuam duxit captiuitatem id est patres qui prius tenebantur in lymbo. qui dicuntur hic captiua captiuitas. sicut frequenter in sacra scriptura fit talis reduplicatio: ut cum dicitur: uita uiuet. morte morietur. & consimilia. ad maiorem expressionem. dedit dona spiritus sancti hominibus. in die Pentbecostes uisibiliter. & quotidie inuisibiliter. Psal. lxvii. dicitur. q̃ accepit dona in hominibus. & est eadem sententia. accepit enim a deo patre. hominibus distribuẽda sicut expositum fuit ibidem. quicquid enim habet filius: habet a patre. cuius dona prouenium hominibus per filium incarnatum. mediatorem dei. & hominum. & consequenter declarat modum ascensus dicens. quod autem ascendit: quid est? id est q̃liter est intelligendum nisi quia. & descendit. primum in sua morte. in inferiores partes terre. scilicet ad lymbum patrum. in inferno. qui dicitur esse sub terra. uel aliter. nisi quia & descendit primum in sua incarnatione in inferiores partes terre id est in partes huius terre. que inferior est. respectu aliarũ partium mundi. qui descendit ipse est idem in persona. & qui ascendit super omnes celos. ascendere uel descendere Christo non conueniunt proprie. secundum deitatem. que de necessitate presens est ubiq;. sed secundum humanam naturam dicitur hic ascendisse super omnes celos. non sic intelligendo. q̃ ascendit totaliter super celum empyrium. ubi nullus est locus. nec creatura aliqua. sed sic intelligendo. q̃ ascenderit ad digniorem partem empyrei. qd̃ est locus

bonorum. & celum ſupremum. ut adimpleret omnia. que de eo per Prophetaſ erant ſcripta. qui non ſolum prophetizauerunt de eiuſ incarnatione. morte. reſurrectione ſed etiam de eiuſ aſcenſione. Et ipſe. Hic conſequenter ponitur dicte diſtinctioniſ conditio. ſicut diuerſiſ membriſ eccleſie data eſt ad menſuram gratia pluſ: & minuſ. ita conſtituta ſunt in diuerſiſ gradibuſ. & officiuſ. ſicut in corpore naturali diſtícta mẽbra habent diſtincta officia. & hoc eſt quod dicitur. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtoloſ. ſ. duodecim ad ordinandum. & regendam Eccleſiam. quoſdam aũt Prophetaſ ad futura predicendum: ut patet Actuum ſecundo &. xiii. alioſ autem Euangeliſtaſ ſcilicet quattuor. ad Euangelium ſcribendũ. alioſ autem Paſtoreſ ad curam animaꝝ. & doctoreſ ad informandum de fide. & moribuſ populum. & ex officio ſibi iniunctio ſiue ex commiſſione. ad conſummationem ſanctorum. id eſt perfectionem fidelium in moribuſ. & fide. in edificatione corporiſ Chriſti ſcilicet myſtici. quod eſt Eccleſia in q̃ Apoſtoliſ. ſuccedũt Epiſcopi. Prophetiſ. habenteſ gratiã obſcura ſcripturaꝝ ſanctaꝝ interpretandi. Euangeliſtiſ. archidiaconi. & diaconi. Paſtoribuſ. per quoſ intelligũt lxx. diſcipuli. ſacerdoteſ curati. doctoribuſ autem. quicunq; exercenteſ debite actum docendi. ſeu predicandi. Donec. Hic conſequenter oſtenditur dicte diſtinctioniſ duratio ſcilicet uſq; ad iudiciũ. tunc enĩ terminabit̃ tẽpuſ merendi. & per conſequens promotio inferiorum per ſuperioreſ ad bonum: & ſic ceſſabunt hec officia. & hoc eſt: quod dicitur. donec etc. id eſt dicta officia exercebuntur in Eccleſia militante. donec occurramuſ omneſ in unitate fidei etc. id eſt qui ſumuſ uniti in fide. & cognitiõe Xp̃i in uirum perfectum id eſt occuramuſ Chriſto uenienti ad iudicium. qui eſt uir oĩo perfectuſ in menſurã etatiſ plenitudiniſ Chriſti. oñeſ enĩ reſurgent in etate. xxxiii. annorum. que eſt etaſ plene perfecta. & qua Chriſtuſ paſſuſ fuit. Vt non iam ſimuſ paruuli etc. nũc enim homineſ uariantur. ſecundum diuerſaſ cogitationeſ. & actiõeſ. & frequenter decipiuntur. & in errorem ducuntur. per malorum perſuaſioneſ. que tunc ceſſabunt. unde ſubditur: & circumferemur omni uento etc. Veritatem. oſtenſa circa corpuſ Chriſti myſticum diſtinctione membrorum. Hic conſequenter oſtendit̃ connexio eorum. ſicut enim in corpore naturali a capite fit fluxuſ ad alia membra. cauſanſ ſenſum. & motũ. & connexionem. ſic a capite Chriſto: in corpuſ eiuſ myſticũ. fit in fluxuſ gratie. & uirtutum facienſ connexionem fidelium. & mutuam ſubuẽtionẽ. ad omne opuſ bonum. Ideo dicitur: ueritatem autem id eſt uite iuſticie. & doctrine. Facienteſ in caritate. creſcimuſ in illo id eſt in Chriſto. quia per omnia bona caritaſ meretur augeri. ut aucta mereatur & perfici. ex quo ſcilicet a capite Chriſti totum corpuſ compactum per uirtutem fortitudiniſ. & connexum per uirtutem caritatiſ. p omnem iuncturam & communicationem fidelium: bonam. ſubminiſtrationiſ id eſt per quam unuſ communicat alteri bonum. quod habet a Chriſto. ſecundum operationem in menſuram uniuſcuiuſq; membri: quia ſecundum graduſ membroꝝ eccleſie cõpetunt diuerſiſ actuſ maioreſ. & minoreſ. ſicut Epiſcopiſ. ſacerdotibuſ. & ſic de aliiſ. augmẽtũ corporiſ facit. ſcilicet in fluxuſ predictoſ a Chriſto capite. Hoc igit̃. Poſtq̃ Apoſtoluſ induxit Epheſioſ. ad ſeruandum eccleſie unitatem. Hic conſequenter eoſ inducit ad habẽdum morum honeſtatem. & primo reſpectu ſui. Secundo reſpectu proximi. ibi: propter qđ. Circa Primũ inducit eoſ ad puritatem mentiſ. & exterioriſ cõuerſationiſ per quam bene diſponitur homo reſpectu ſui dicenſ. hoc igitur dico: qđ ſequitur: ꝙ iam nõ ambuletiſ ut genteſ. fidem Chriſti non habenteſ. ambulant in uanitate ſenſuſ ſui id eſt innitenteſ ſapientie terrene. que eſt animaliſ & diabolica. Iacobi. iii. capi: obſcuratum habenteſ intellectum. quia uitia. & maxime carniſ cauſant hebetudinem

mentis. alienati a uita dei. per ignorantiam. que non excusat: sed magis aggrauat. qñ est per propriam maliciam acquisita. qui desperantes. se posse uitia dimittere. propter habitum prauum acquisitum. & inclinatum per modum nature. propter quod tales exponunt se. sine freno carnalibus uitiis. Ideo subditur: semetipsos tradiderunt impu/ dicicie. quantum ad honestatem sensuum. ut aspectibus. oculis. tactibus. impudicicias in operationem quantum ad perpetrationem operis. immundicie omnis. scilicet anime & corporis. aliter potest exponi qui desperantes etc. scilicet de premissis in alia uita. tra/ diderunt semetipsos impudicicie etc. propter quod in persona talium dicitur sapientie Secundo nos ex nihilo nati sumus. & per hoc erimus. quasi non fuerimus etc. sequité uenite ergo fruamur bonis. que sunt etc. sequitur nullum peccatum sit quod non pertranseat luxuria nostra etc. & quia pecunia ministrat materiam: seu facultatem talibus uitiis. Ideo subditur: in auaritia per quam illicite acquiritur pecunia. Vos aút ita non didicistis Christum id est Euangelium Christi quod docet contrarium. si tamẽ illum audistis id est intellexistis. & si in ipso edocti estis: non solum speculatiue. sed etiam practice. sicut est ueritas in Iesu qui cepit facere. & docere Actuú primo. ideo subdit: deponite uos secundum pristinam conuersationem id est relinquite uitia in qui/ bus fuistis tempore gentilitatis. ueterem hominem id est Adam. qui dicitur deponi. quando resistitur inclinationi carnis corrupte ab Adam contracte. qui corrumpetur secundum desiderium carnis id est licet delectetur secundum carnem. corrumpitur tñ uitiis. secundú mentem. & etiam secundum carnem dediti enim carnalibus uitiis: citius moriuntur ceteris. Renouamini autem. Per gratiam spiritu mentis uestre id est in spiritu. que est mens uestra: & induite nouum hominem id est Christum. per ipsius imitationem. qui secundum deum creatus est. secundum humanam naturam. in iu/ stitia. & sanctitate ueritatis. quia non fuit in eo duplicitas aliqua: uel hypocrisis. 1. Petri secundo capitulo. qui peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Propter quod. Hic consequenter Apostolus informat de moribus respectu proximi. ad quam bene se habet homo. per ueritatem in ore. zelum bonum in corde. largitatẽ in manu: & benignitatem in affectu. primum ponit dicens. propter quod deponentes mendatium: per quod proximus defraudatur. loquimini ueritatem. per quam cum eo recte uiuitur. quoniam sumus inuicem membra. propter quod debemus nos mutuo iuuare. Consequenter ponit secundum dicens. irascimini ira. per zelum. que non est contra naturam proximi. sed contra eius uitium. sed quoniam in hoc defacili mensura rationis. exceditur. propter quod legitur de Platone ꝙ seruum suum alteri dedit pu/ niendum: ne ipse mensuram rationis iratus excederet. Ideo subditur: & nolite peccare mensuram rationis excedendo. Sol non occidat quasi diceret si ira mensuram rationis aliqualiter excedat. tamen cito transeat. Tertium autem ponit dicens. qui furabatur: ante conuersionẽ de gentili errore. iam non furetur. Christianitatis tempore. magis autem laboret diligenter. & strennue. ut habeat non solum ad sufficientiam suam: sed etiam ad releuandum proximi indigentiam. Omnis sermo. Hic consequenter ponitur quartum dicens. omnis sermo malus etc. ex abundantia enim cordis: os loqt̃ Matthei. xii. capitulo. & ideo sermo malus: non procedit de corde benigno. sed si qs scilicet sermo exeat de corde uestro. bonus supple sit. ad edificationem fidei id est fi/ delium. Ideo subditur: ut det gratiam audientibus id est ut sit eis gratus. & quia debet homo magis uitare offensam hominum. Ideo subditur: & nolite contristare spiritum sanctum dei. ipsum peccatis uestris ad iracundiam prouocando in quo signati estis. per sacramentú baptismi. in quo character imprimitur in die redemptionis. licet enim

dies redemptionis humane generaliter sit dies passionis Christi. quia tamen in baptismo effectus huius passionis applicatur plenarie cuilibet baptizato specialiter. ideo dicitur tunc dies redemptionis sue. & quia baptismus dicit noua regeneratio. & per consequēs totius malignitatis ablatio. subditur. omnis amaritudo. quantum ad rancorem. & odiū & ira. quantum ad uindicte appetitum. & indignatio. quantum ad duritiam facies. & clamor. quantum ad contentionem contra proximum. & blasphemia: contra deum: tollatur a uobis: in Christo reuocatis. cum omni malicia. ut sic generaliter omne uitiū excludatur. & per oppositum excluditur. estote autem inuicem benigni bona com/municando. misericordes mutuam indigentiam releuando. & in malis compatiendo. donantes inuicem. offensas remittendo. sicut & deus in Christo id est per Christum donauit nobis remissionem peccatorum. .V.

Estote ergo. Postq̄ Apostolus instruxit Ephesios in moribus uerbo. Hic conse/quenter idem facit Saluatoris exemplo. & Primo ponit exemplum immitabile dicens. estote imitatores dei sicut filii carissimi. quasi diceret aliter essetis degeneres filii. & per consequens a deo reꝓbandi. Et ambulate. Hic cōsequenter inducit Ephesios: ad sequendum Christum qui est exemplar uerum. & primo in feruore caritatis. Scdo in decore sanctitatis. ibi: fornicatio autem. Tertio in splendore cognite ueritatis. ibi. uidete itaq;. Circa primū dicit. ābulate in dilectione procedendo per bona opera. ad augmentū caritatis. sicut & Christus dilexit uos li sicut non importat equalitatem. sed quandam conformitatem. & tradidit semetipsum pro nobis quasi diceret ita debemus in necessitate pro salute fratrum animas ponere. oblationem. & hostiam deo in cruce. in odorem suauitatis. fuit enim illa oblatio deo acceptissima. quia processit ex maxia caritate. Fornicatio. Hic consequenter inducit ad imitandum Christi munditiam. Secundo circa hoc remouet errorem ibi: nemo uos seducat. Circa Primum dicit For/nicatio autem. que est concubitus soluti cum soluta. & omnis immundicia. ut per hoc includantur omnia ad uitium luxurie pertinentia. aut auaricia in immoderata con/cupiscentia pecunie. unde dicitur auaritia quasi auidus eris. nec nominetur in uobis id est sic a talibus sitis elongati. ꝙ non possitis in aliquo notari. sicut decet sanctos id est Christianos. qui sancti dicunt. quasi sanguine tincti. quia Christi sanguine redēpti. aut turpitudo in dissoluto gustu. aut stultiloquiū. in turpi affatu. aut scurilitas. que ad rem non pertinet id est ad nihil ualet. sed magis nocet. si enim dicatur uerbum iocosum ad aliquam recreationē honestam. non nocet. sed magis ualet ad recreationē spirituū unde &. iii. Ethicorum circa hoc ponitur a Philo. quedam uirtus. que dicit eutropolia. qua aliquis scit conuertere dicta. uel facta. ad solatium honestum: sed magis gratiarum actio. deo & hominibus. de beneficiis. que accepistis. Consequenter predictorum uitiorum subdit causam dicens. hoc enim scitote. intelligētes etc. & patet littera. hoc excepto. aut auarus. quod est idolorum seruitus. non proprie. sed similitu/dinarie. quia de censu facit deum suum. ceteris preponendo. Nemo. Hic consequēter remouet errorem: dixerunt enim aliqui ꝙ prouidentia dei non se extendit ad actus humanos. in quoꝝ persona dicit Iob: xxii. circa cardines celi perambulat. nec nostra considerat. & per consequens non punit facta hominum. nec remunerat. hunc errorē remouet dicens. Nemo uos seducat inanibus uerbis. dicere enim. ꝙ prouidentia dei non se extendat ad actus humanos. est multum inane: quia sequeretur ipsum multa ignorare que nos scimus: quod est inconueniens. sicut arguit Philo. primo de anima contra Empedoclem. propter hoc enim id est quia aliqui credebant deū facta hominū non punire. nec remunerare. Venit ira dei id ē eius uindicta. in filios diffidentie id ē

in orando ad deū accedere. per mentis eleuationē. & hoc uocat oratio: que est ascēsus mentis in deū. Scdo quod queritur determinate proponere. saltem uerbo mentali: & hoc uocat petitio. ꝓpter qđ dicitur petitiōes uestre innotescāt etc. ad determinatum ꝓponentes. Tertio q ꝓponēs se disponat. ut exaudiri debeat: qđ hic uocat gratiarū actio. ꝑ hoc. n. q aliqs gratum se oñdit. de bñficiis acceptis: meretur recipere potiora. Quarto q exp̄mat illud. ꝑ qđ oratio fit exaudibilis. ex pte dei: q est eius sanctitas: & hoc uocatur obsecratio sicut cū dicimus. ꝑ passionē tuam libera nos dñe. & per hoc in orationibus Ecclesie ponit in fine ꝑ dñm nostrū Iesū Xp̄m etc. & pax dei. i. deus q est pax. uel quies mentis. que exuperat omnem sensum. eo q est ab omni intellectu creato incomp̄hensibilis. custodiat corda uestra. i. uolūtates uestras. in bono. que dicūt corda: qa sicut cor mouet alia corporis membra. sic uoluntas mouet alias aīe potētias ad suos actus in Xp̄o Iesu. i. ꝑ Xp̄m Iesum. quod aūt subdit in aliquibus libris. dño nostro. non est de textu. nec habet in libris correctis. Decetero. Hic inducit Philip. ad boni continuationē. & augmentationē. d. decetero fratres quecunq; sunt uera sine falsi mixtiōe. quecūq; pudica. sine lasciua dissolutiōe. quecūq; iusta erga proximum. quecūq; sancta circa cultū diuinū: quecunq; amabilia deo & hominibus bonis. quecūq; bone fame. i. digna boni nominis. si qua uirtus moralis & intellectualis: si qua laus disciplīne. i. disciplina moꝝ laudabilis. hec cogitate frequēter meditādo. que & didicistis per meā doctrinā. & accepistis. i. acceptastis tanq̄ digna teneri. & seruari. & audistis ab aliis predicatoribus ueris. & uidistis in me. qui non solum uerbo. sed etiam facto p̄dicaui uobis. hec agite. & nō solum cogitate. & deus pacis. i. dator uere pacis. s. īterne fraterne. & superne. erit uobiscū. per gratiā in p̄nti & gloriam in futuro. Gauisus sū. Hic consequenter Apostolus de liberalitate Philipp. gratulat. magis tñ ꝓpter eoꝝ meritū: q̄ ꝓpter usū ꝓp̄ū. d. gauisus sum aūt in dño uehementer. i. ualde. qm̄ tādem aliqñ refloruistis etc. loqt de ipsis per similitudinē arboris: que uidet arida. & postea reuiresc it. & floret. secundum reuolutionem tpis: sic Philippenses p̄mo ministrauerant Apostolo necessaria. postea cessauerunt ꝑ tps. & itez sibi remiserunt exeniū pro suis necessitatibus. Consequenter excusat cessationē intermediam. d. occupati aūt eratis. i. impediti prouidere mihi. eo q tribulationē incurrerant. non q̄si ꝓpter penuriā. s. meam. dico q gauisus sū uehementer: & subdit cām: ego. n. didici. i. consueui: in qbus sum. sufficiens esse. i. illis que habeo: contentus esse. scio & humiliari. qa non frangor per impatientiam: scio & abundare: quia inde non erigor. per superbiam. ubiq; & in omnibus. s. euentibus. institutus sum. i. informatus a deo. qualiter me debeo habere. & satiari supple scio sine excessu. & esurire. sine impatientie defectu. & abundare sine superbie fastu. & penuriam pati. sine tristicie luctu. oīa possum. i. omni fortuna bene possum uti: ūde dicit Philo. i. Ethi. de uirtuoso. q fortunas optime feret. q utiq; uere bonus: & tetragonus. sine uituperio. sicut. n. corpus tetragonū in quolibet latere bene sedet. sic uirtuosus in qualibet fortuna prospera. uel aduersa bene se habet. tñ multo melius ꝑ uirtutem a deo infusam. q̄ ex actibus acq̄sitam. ideo subdit Apostolus. in eo q me confortat. i. ꝑ ipsum deum. Veruntñ bñ fecistis mihi & uobis. cōmunicantes tribulatiōi mee. i. mittentes mihi subsidium tpale detento in carcere. scitis autem & uos Philipp. per ea. que audistis. uel uidistis. q in p̄ncipio Euangelii. i. qñ uobis Euāgeliū p̄dicare incepi. nulla Ecclesia mecū cōmunicauit in ratiōe dati. & accepti: rationabile n. est. ut accipientes spiritalia a predicatoribus. dent eis tpalia. nisi uos soli. & in hoc cōmendat eoꝝ liberalitatem pre ceteris. qa & Thesalonicam semel & bis in usū misistis s. bona uestra. in quibus ego & p̄dicatores alii debemus querere solum necessariū usū.

non quia quero datū principaliter. ſed requiro fructum abundantē in ratiõe ueſtra. qui dicit fructuſ abundanſ. quia inducit ad uitam beatam. habeo aũt oĩa que miſiſtiſ mihi. & habendo. non ſolum pro mihi neceſſariſ. ſed etiam pro neceſſitatibuſ aliorum. acceptiſ ab Epaphrodito muneribuſ. que miſiſtiſ per eum odorem ſuauitatiſ etc. nam elemoſyma eſt hoſtia deo acceptiſſima. & quia de beneficio regratiandū ē bñfactori: ideo ſubdit: Deuſ aũt meuſ impleat omne deſiderĩū ueſtrum. ſicut me repleuiſtiſ. ſcd̄m diuitiaſ ſuaſ in gloria. reddendo uobiſ pro temporalibuſ eterna. in Xp̃o Ieſu. i. per Xp̃m Ieſum mediatorē dei & hominū. & qa cuiuſlibet boni deuſ eſt principaliſ autor. ideo conſequenter gratiaſ agit ei. d. deo aũt & patri noſtro gloria etc. Salutate. Hic ultimo ponitur huiuſ epiſtole concluſio. per ſalutationem cum dicit̄. ſalutate omnem ſanctum in Xp̃o Ieſu. i. omnem ſanctificatum per lapſum Ieſu Xp̃i. ſalutant uoſ q̄ mecum ſunt fratreſ. mihi miniſtranteſ. & p̄ tpe p̄dicanteſ. ſalutant uoſ oēſ ſancti. i. Xp̃iāi generaliter. maxie aũt. qui de ceſariſ domo ſunt. per hoc innuit q̄ iſti ſpecialē affectũ habebant ad Philippenſeſ gratia domini noſtri Ieſu Xp̃i. cum ſpiritu ueſtro ſit & maneat ſemper. Amen.

Incipit Epiſtola ad Coloſſenſeſ. Ca. .I.

PAuluſ Apoſtoluſ. Hic incipit epiſtola ad Coloſſenſeſ que diuidit̄ in treſ parteſ. in ſalutatiõem & proſecutionem. ibi: gratiaſ agimuſ. & concluſionem. iiii. capi. ibi: que circa me ſunt. In prima parte exp̄muntur perſone ſalutanteſ. & perſone ſalutate. ibi: iſq̄ ſunt Coloſſiſ. & bona eiſ optata. ibi: gratia uobiſ etc. & patet ſentẽtia ex p̄dictiſ pluriēſ. in principiſ aliaq̄ epiſtolaq̄. Gratiaſ agimuſ. Hic incipit epiſtole proſecutio. Circa quã ſciendū. q̄ Apoſtoluſ non predicauit Coloſſenſibuſ perſonaliter. ut patet in prologo Hieronymi ſed per diſcipuloſ ſuoſ Archippum & Epaphram. & poſtea inducebant̄ a Pſeudo Apoſtoliſ ad recipiẽdum legalia. cum Euangelio. propter quod Apoſtoluſ qui in partibuſ illiſ erat ualde famoſuſ. ſcripſit eiſ: ipſoſ a legalibuſ retrahendo: & in fide. ac moribuſ ſolidando Et diuidit̄ in treſ parteſ. qa p̀mo inducit eoſ ad tenendū firmiter Euangelii ueritatē Secũdo ad precauendū Pſeudo Apoſtoloq̄ falſitatem. ca. ii. Tertio ad continuandū uite ſanctitatē. ca. iii. Prima in duaſ. qa primo ut uerba ſua meliuſ recipiant: oñdit. ſe eſſe benuolum: Secundo inducit eoſ ad pure tenendū Xp̃i Euangelium. ibi: qui ē imago. Primum aũt facit dupliciter. ſ: agẽdo gratiaſ de bona eoq̄ in cõmunicatiõe. Secundo orando deuote pro meliori conſũmatione. ibi: ideo & uoſ. Circa primũ dicit gratiaſ agimuſ deo & patri dñi noſtri Ieſu Xp̃i ſemper. i. omnibuſ boriſ. ad orandum deputatiſ. audienteſ per Epaphram ut habet̄ infra. fidem noſtram in Xp̃o Ieſu. que eſt fundamentũ ſpiritaliſ edificii. & qa fideſ ſine operibuſ mortua eſt. Iacobi. ii. capi. ideo ſequit̄. & dilectionē quã habetiſ in ſanctoſ omneſ. i. opa caritatiſ que exercetiſ erga oēſ fideleſ. nõ p̄ cõmodo terreno. ſed celeſti p̄mio. ideo ſubdit̄: Propter ſpē etc. quam audiſtiſ in uerbo Euangelii ueritatiſ. qd̄ non promittit bona terrena. ſicut lex uetuſ. ſed celeſtia. ut patet ex decurſu ipſiuſ. qd̄ peruenit ad uoſ. per predicationem diſcipuloq̄ meoq̄. ſicut & in uniuerſo mundo eſt: nam a tempore Apoſtoloq̄ p̄dicatũ fuit Euangeliũ per orbem terraq̄. ſicut declaraui pleniuſ ſupra p̀mo Pſal. xviii. In omnem terram exiuit ſonuſ eoq̄. & breuiuſ recapitulaui ſupra epiſtolam. ad Ro. x. ca. ubi hec autoritaſ allegat̄. & fructificat. & creſcit in aliq̄ gentibuſ. ſicut in uobiſ. ſ.

fructificat. ex ea die. qua audistis credendo. ut patet in littera. Ideo & uos. Hic consequenter Apostolus ondit se benuolum Colossensibus orando. pro eoꝝ felici con/ sumatioe. d. ideo & nos ex qua die audiuimus uestrum bonu principium. no cessamus pro uobis orantes. mente. & postulantes. ore: ut impleamini agnitioe uoluntatis eius i. ut pleniꝰ diuina uoluntatem cognoscatis. in omni sapientia. quantu ad cognitionē rerum ad uitam actiuam pertinentiu. & intellectu spiritali. quantum ad cognitioem spiritalium. ad contemplationem pertinentium: ut ambuletis digne. s. ad patriam. per uiam huius uite. deo per oia placentes. in speculabilibus. & operabilibus. in omni ope bono fructificantes. i. de bono in melius proficientes. qtum ad actiuam. & crescentes in scientia dei. quantu ad contemplatiuam. in omni uirtute. s. morali. & intellectuali. confortati secundum potentiam claritatis eius: hoc addidit: ad ondendum. ꝙ no loqt de uirtutibus politicis. sed infusis: que dantur a deo. cum gratia: per eum & similiter augmentant. in omni patientia per aduersoꝝ tolerantiam. & longanimitate. p certa premioꝝ expectationē. gratias agēdo deo. & patri. qui dignos uos gentiles. & Iudeos fecit. per gratiam baptismalem: in partē sortis sanctoꝝ. in lumine. qa gratia baptis/ malis dignum facit hereditate eterna. que habetur in clara dei uisione. Qui eripuit uos. de potestate tenebraꝝ. i. de potestate inimici per mortē filii sui. & transtulit uos. in regnum filii. qa eripiēdo uos de regno. & potestate diaboli transtulit uos in regnu filii sui. qui regnat hic in fidelibus per gratiā: & in beatis per gloriam. dilectioꝭ sue. hoc non est intelligendu. ꝙ filius procedat a spiritu sancto. qui est amor seu dilectio sed a solo patre. sed dicitur filius dilectionis paterne inquantu pater summe diligit eu. & uos per ipsum. in quo. i. per quem. habemus redemptorem a potestate diaboli. & re/ missionē peccatoꝝ per sacramēta baptismi. & penitentie. que hnt efficaciā a passione Xpi. Que est imago. Postq Apostolus ondit se benuolu Colossensibus. Hic cōsequē/ ter inducit eos ad tenendum firmiter Euangelii ueritatem: & diuiditur in tres partes. quia primo declarat autoritatem Euangelii. Secundo inuitat ad firmiter adherendu ei. ibi: & uos cum essetis: Tertio respondet tacite questioni ibi. cuius factus sum. au/ toritatem Euangelii declarat per excellentiam autoris ipsius. s. Xpi. cuius excellētia/ tripliciter declarat. Primo in cōparatioe ad patrem suum. Secundo ad totu uniuersu ibi: qm in ipso. Tertio ad corpus eius mysticum. & ipse est caput. quantu ad primum declarat duas excellentias Xpi. prima est. ꝙ est imago patris. i. expressa similitudo ipsius scdm deitatem. Sciendum tn. ꝙ imago alicuius pot dici dupliciter: Vno modo naturaliter sicut in humanis filius dicitur imago patris. qa procedit ab eo. per modum nature. & in eadem specie. Alio modo artificialiter sicut imago Herculis est in lapide. primo modo Xps est imago dei patris. tn in idemnitate numerali nature. qa diuina natura non ē multiplicabilis. creatura aut intellectualis est imago dei ꝛ natura aliena. & sic non est proprie eius imago. sed magis ad eius imaginem. primogenitus omnis creature. i. genitus ante omnem creaturam. qa generatio filii a patre est eterna. p/ ductio aut creature est tpalis. que pot dici large generatio. eo modo. quo deus dicit pater omniu per creationē. Quoniam in ipso. Hic consequenter ponit excellentias Xpi quantum ad uniuersum. nam oia preexistunt in eo. sicut in ca exemplari. ideo dicitur: qm in ipso condita sunt uniuersa. i. condisposita. omnes. n. creature cōparant ad deu. sicut artificiata. ad artificem. Sap. vii. omniu. n. est artifex. artificiatu. n. prius est in conceptu artificis: q in effectu. domus enim extra. fit a domo intra. vii. Meta. filius aut in diuinis est conceptus. siue uerbum patris. & ideo oēs creature pre/ existunt in eo exemplariter ab eterno. qa nulla nouitas est in deo uisibilia. quantum

ad creaturaſ corporaleſ. & inuiſibilia. quantum ad ſpiritaleſ. ſiue throni etc. exprimit quattuor ordineſ angeloꝝ. quoꝝ primuſ eſt de ſuprema hierarchia ſcđſ & quartuſ de media terciuſ uero de infima. & per hoc intelligunt̄ alii ordineſ. qui oēſ preexiſtunt in deo. ſicut in exemplari. & ſimiliter oía preexiſtunt in eo. ſicut in cauſa efficiente. & in eo quieſcunt. ut in fine. Pro. xvi. uniuerſa propter ſeipſum operatuſ eſt dñſ. ideo ſubditur. omnia etc. iungatur ſic littera. omnia per ipſum creata ſunt efficienter. & in ipſo ſupple quieſcunt finaliter. & ipſe eſt ante omneſ. ſ. creaturaſ. quaſ precedit duratiõe. & dignitate. & omnia in ipſo conſtant. quia per ipſum oía ſeruantur in eſſe ſicut. n. de nihilo creata ſunt. ſic in nihilum redigerentur: niſi per ipſum tenerentur. Et ipſe eſt caput. Hic cõſequenter ponunt̄ excellentie Xp̃i. quantũ ad corpuſ eiuſ myſticum. cum dicitur: & ipſe eſt caput corporiſ Eccleſie. influenſ ſenſum. & motum ſecundũ uitam gratie. Io. i. de plenitudine eiuſ omneſ noſ accepimuſ gratiam. p̃ gratia qui eſt principium. primogenituſ ex mortuiſ. licet. n. aliqui reſurrexerunt a morte añ Xp̃m. ut Lazaruſ. & plureſ alii. illa tñ nõ fuit pfecta reſurrectio. qa reſurrexerũt ad uitam mortalem. que magiſ dicit̄ morſ q̃ uita. quia eſt quedã tendentia ad mortẽ: unde & illi poſtea mortui ſunt. ſed Xp̃ſ primuſ reſurrexit ad uitam immortalem. que eſt uera & perfecta reſurrectio. & quia primo in aliquo genere eſt cã aliorum. ideo reſurrectio Xp̃i eſt cauſa reſurrectiõiſ noſtre. propter qđ dicit̄ hic principiũ. p̃mo genituſ ex mortuiſ. ut ſit in omnibuſ ipſe primatum tenenſ. non ſolum reſpectu hoím ſed etiam angeloꝝ. tũ propter plenitudinem gratie. que data eſt ei. non ad menſuram Io. iii. angeliſ autem ad menſuram data eſt. tũ quia licet humana natura Xp̃i ſcđm ſe accepta ſit inferior angelica. propter qđ dicit̄ Xp̃ſ ab angeliſ minoratuſ. Pſal. viii. tñ inquãtũ eſt unita diuinitati in ſuppoſito filii. excellentior ẽ effecta. ideo ſubdit̄: qa in ipſo hoíe Xp̃o cõplacuit toti trinitati. omnẽ plenitudinem. ſ. gratie inhabitare illa. n. plenitudo data fuit a tota trinitate. ſcđm excellentiam aũt uniõiſ ſic exponit̄ quia in Xp̃o hoíe complacuit filio dei. omnem plenitudinem inhabitare. i. ſecundum plenitudinem ſue diuinitatiſ. quia ſoluſ filiuſ eſt incarnatuſ. licet hanc incarnationem tota trinitaſ fecerit: & per eum reconciliari oía in ipſum deum patrem. pacificanſ per ſanguinẽ crucíſ eiuſ. qui fuit ſufficientiſſimuſ ad ſatiſfaciendũ p̃ omnibuſ. ideo ſubdit̄ ſiue que in terriſ ſunt. quantũ ad hoíeſ. ſiue que in celiſ. quantũ ad angeloſ: non tñ ſic intelligẽdo. q̃ peccatũ angeli ſit finaliter remiſſibile. per paſſionem Xp̃i. ut credidit Origeneſ. ſed quia per paſſionem Xp̃i eoꝝ ſocietaſ reſtauratur per hoc: q̃ homineſ ſancti p̃ Xp̃m redempti ibidem aſſummũt̄. ex iſtiſ aũt excellentiuſ apparet autoritaſ Euangelii: cuiuſ lator eſt Chriſtuſ. Et uoſ. Hic conſequenter inducit Coloſſenſeſ ad obſeruantiam ipſius. d. & uoſ cum eſſetiſ aliqñ alienati a deo per idolatriam. & inimici ſenſu. i. ſenſibiliter. & manifeſte in operibuſ maliſ. i. p̃ opera mala. ad ſenſum. patẽtia nunc aũt poſt ueſtram conuerſionem. reconciliauit uoſ ſupple. in corpore carniſ eiuſ. i. in corpore ſuo paſſibili per mortem. quam ſuſtinuit in corpore paſſibili: & per quam ſumuſ redẽpti: exhibere uoſ ſanctoſ. i. ſanctificatoſ p̃ baptiſmũ. in quo uobiſ plenarie cõmunicat̄ effectuſ paſſiõiſ. & imaculatoſ in perſoniſ propriiſ. & irreprehenſibileſ a proximiſ coram ipſo. i. cum rectitudine intentiõiſ. & non ſolũ coram mũdo p̃ fictionẽ hypocriſiſ: ſi tñ permaneteſ in fide. ſ. Chriſti fundati. & ſtabileſ. contra pſuaſioneſ Pſeudo Apoſtoloꝝ. & immobileſ a ſpe Euangelii. quod auditiſ. ut. ſ. ſperetiſ cõſequi uitam eternã per fidem Chriſti. & Eccleſie ſacramenta. & nullo mõ per legalia. quod predicatũ eſt in uniuerſa creatura. per uniuerſam creaturam intelligit̄ oíſ homo eo q̃ homo ſimilitudinem habet cũ omni creatura. ſecundũ qđ dicit Gregoriuſ homel. ix.

habet namq; commune esse cum lapidibus: uiuere. cum arboribus. sentire: cū aialibus: intelligere. cū angelis: nec est sic intelligendum. q̄ Euangeliū extunc fuerit p̄dicatū singulis hominibus de toto mundo: sed qa tunc fuit predicatū in omnibus ptibus mūdi. in quibus habitant hoīes. ex quibus aliqui crediderunt: sicut dictum est supra. Cuius factus sum. Hic Apostolus respondet cuidam tacite questiōi. quia posset aliq̄s dicere: quid pertinet ad Paulū ita scribere Colossensibus. cum eis non predicauerit? ut supra dictum est. nec etiam eos uiderit. ut habetur ca. sequenti. Ad quod respondet: q̄ hoc pertinebat ad eū. eo q̄ erat Apostolus gentiū. ut dictū est supra. Gal. ii. qui opatus est Petro etc. de quoꝝ numero erant Colossenses. & hoc est. qđ dicit: Cuius. s. Euangelii factus sum. ego Paulus minister. i. predicator apostolatus officio. qui nunc gaudeo in passionibus. i. in carcere. quem patior. pro uobis gentibus. eo q̄ predicauit Euangelium gentilibus. de quibus uos estis. licet. n. non predicauerit eis. per seipsum. predicauit tñ per suos discipulos. ut predictum est. & adimplebo ea. que desunt passioni Xp̄i. passiones aūt Xp̄i uno modo dicunt̄ in corpore proprio. in quo sustinuit famen. mortem. & sitim. & sic accipiendo. nihil erat ibi adimplendū. Alio modo prout patitur in membris suis. que sunt fideles. secundū qđ dicit Actuū. ix. Saule Saule qd me persequeris? & sic loqt̄ hic Apostolus. ideo subdit. in carne mea. & passiones sāctoꝝ sunt ad bonū totius Ecclesie. cuius sūt membra. pro corpore eius etc. cuius. s. Ecclesie. factus sū ego minister. Prelati. n. Ecclesie nō sūt dñi. sed ministri. scđm dispensationē dei. que data est mihi in uobis. inquantum a deo factus sum Apostolus gentium: ut impleam uerbū dei annuntiando illud uerbo. & scripto. mysterium. i. sacrum secretū. qđ absconditū fuit a seculis. & generationibus. quia ante tps Xp̄i. non fuit cognitū. nisi paucis Prophetis. Nunc aūt tpe gratie manifestatū est sanctis eius. i. sanctificatis per baptismum. quibus uoluit deus ex sua mera gratia notas facere diuitias glorie sacramenti eius. i. copiosam gloriā huius sacri secreti. in gentibus. quaꝝ sum Apostolus qđ. s. sacrū secretū est Xp̄s. q̄ est deus incarnatus. passus. & mortuus. & resuscitatus. & ad dextram patris eleuatus. in uobis spes glorie nam per ipsum consecutionē glorie certitudinaliter expectatis. si tñ in eo fiducialiter maneatis: quem nos annuntiauimus predicando. corripientes omnem hominem a ueritate Euangelii deuātem. & docētes omnem hoīem in omni sapientia. ad salutem necessaria. ut exhibeamus omnem hoīem perfectū. in Xp̄o Iesu. Circa quod sciendum. q̄ perfectū dicit̄ cui nihil deest quinto Meta. qđ dupliciter pōt intelligi. uno modo. quia nihil deest de necessariis ad salutē. & de hac perfectiōe loquit̄ hic Apostolus. Alio modo quia nihil deest de his que pñt inesse proficientia ad salutem: & sic non accipitur hic: quia talis perfectio nō habet̄ in uia. in qua potest homo semper proficere. ut dictum est supra. Philippen. iii. quo i. propter qđ & laboro certando contra aduersarios fidei. non solū uerbis. sed opibus miraculosis. ideo subditur: secundum operationem eius. i. dei. qui facit miracula: quam operatur in me. i. per me in uirtute. s. sua. & non mea. .II.

Olo. n. Hec est scđa pars. principalis in qua Apostolus inducit Colossenses ad precauendum Pseudo Apostoloꝝ falsitatem. & diuidit̄ in duas ptes. quia primo ponit suum motiuum. Secundo procedit ad propositum. ibi: hoc aūt dico. Motiuum aūt Apostoli fuit sollicitudo. quā habebat de salute Colossen. & aliorū fideliū. & hoc est. qđ dicit. uolo aūt etc. & patet littera. usq; ibi: ut consolent̄ corda ipsoꝝ. p spiritū sanctum inhabitantem. qui est cōsolator instructi in caritate que diffunditur in cordibus uestris per spiritū sanctū. Ro. v. ca. & in omnes diuitias plenitudinis intellectus ut sic non solum sint p̄fecti. quantum ad affectum: sed etiam quantū ad intellectum

in agnitiõe mysterii. s. secreti. dei patris Xp̃i Iesu. cognoscendo ꝙ pater & filius sunt distincte ꝑsone. & unus deus. in quo. s. Iesu sunt omnes thesauri sapientie. & ſcientie absconditi. nam in eo. secundum naturam diuinam. est sapientia diuina que ẽ infinita & secundũ naturam humanam. habet plenitudinem ſcientie. sicut & gratie. cognoscens cia. que cognoscit uerbũ ſcientia uisiõis. Hec aũt hic accedit ad propositũ. inducẽdo Colossenses ad precauendum desceptiõem Pseudo Apostolorũ. Circa qd̃ ſciendũ. ꝙ ad decipiendũ tripliciter conabant̃. uno modo argumentis philosophicis. nam aliqui eorũ erant in philosophia instructi. Alio modo ex autoritate legis. eo ꝙ data fuerat a deo Tertio mõ ex simulatiõe sanctitatis qua frequenter simplices decipiunt̃. primo ergo inducit ad euitationem primi. scd̃o scd̃i. ibi: & estis. tertio tertii. ibi: nemo uos seducat. Circa Primũ dicit. Hec aũt dico de sollicitudine mea pro uobis. ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonis. i. uerbis philosophicis. nam & si corpore absens sum a uobis. sed ſpiritu uobiscum sum. sicut ſpiritus Helisei erat pñs cum Giozi. qñ accepit munera a Naaman. ut dicitur. iiii. Regum. v. uidebat. n. Apostolus. in ſpiritu. que apud Colossenses agebantur. gaudens & uidens ordinem uestrũ. i. gaudens. ꝙ uideo uestrum modũ uiuendi ordinatum. & firmatũ etc. i. fidem uestram de Xp̃o firmam esse. sicut ergo accepistis Iesum Xp̃m. i. fidem eius. in ipso ambulate. de uirtute in uirtutem. radicati in caritate. & superedificati in Xp̃o per alias uirtutes: & confirmati fide. sicut didicistis a discipulis meis. abundantes in illo gratiarũ actiõe. i. abũdanter gratias agendo Xp̃o de uestra uocatiõe. Videte cauendo diligenter. ne quis uos decipiat per philosophiam. & inanẽ fallatiam. ratiões. n. philosophice contra fidẽ Xp̃i. sunt ianes & sophistice. procedunt. n. ex apparentibus sensui. & applicantur ad materiã sensum totaliter excedentẽ. concludẽdo ꝙ deus non possit humanari. uirgo parere. mortuus resurgere. & huiusmõi. sed nõ ualet: quia uirtus diuina. cum sit infinita. põt illa que sunt nature impossibilia. ideo subdit̃: secundum traditionem hoĩm. quorũ doctrina ex apparentibus sensui procedit. secundum elementa mundi. i. secundũ cursum. & uirtutẽ nature. & nõ scd̃m Xp̃m. i. uirtutem Xp̃i. que est infinita. Quia in ipso habitat oĩs plenitudo diuinitatis. i. diuinitas perfecta. non solũ per essentiã. pñtiam. & potentiã. per quem modũ est ĩ omnibus creaturis. uel per gratiam. per quem modũ ẽ ſpecialiter in sanctis: sed etiam per unionẽ: in triduo. n. mortis Xp̃i corpus fuit unitũ diuinitati quamuis esset ab aĩa separatum. Et estis. Hic consequenter inducit ad precauendum secũdũ decepciõis modum: qa gratia Xp̃i est sufficientissima ad tollendum omne peccatum. & conferendũ salutem absq; obseruatiõe legalium. ideo dicit: & estis in illo. i. p illum repleti gratia. qui est caput oĩs principatus. i. non solũ hoĩm. sed etiã angelorũ. propter qd̃ sine legalibus. põt uos adducere ad eorũ consortium. ideo subdit̃: in quo. i. per quẽ: & circumcisi estis. non circumcisiõe manu facta. i. non circumcisiõe carnali. sicut Iudei in expoliatiõe corporis carnis. i. in amotiõe pellicule partem generatiuam operientis. sed in circumcisiõe Christi. i. per Xp̃m data. que est ſpiritalis. in amotiõe peccatorũ. & hoc ꝑ baptismum. qui totaliter tollit peccatum: ideo subditur: consepulti ei in baptismo. i. totaliter mortui peccato. in quo & resurrexistis ad uitam gratie. per fidem operationis dei. i. quam deus operatur: qui suscitauit illum a mortuis. ad uitam immortalem Ro. vi. Xp̃s resurgens a mortuis iam nõ moritur etc. Et uos cũ mortui essetis in delictis. i. peccatis actualibus. & preputio carnis uestre. i. in originali peccato qd̃ per originem contrabit̃. conuiuificauit cum illo. uita gratie condonans uobis. i. gratis remittens oĩa delicta. tam originale peccatum. q̃ superhabita. delens quod aduersum uos erat. s. Iudeos. chirographum decreti. i. obligatiõis legis ueteris. quantum

ad cerimonialia. & iudicialia. quod erat contrarium uobis. eo q̄ erat onus importabile uobis. & patribus uestris. ut habetur Actuum. xv. affigens illud cruci. quia legalia mortificata sunt per passionē Xp̄i. & expolians principatus. & potestates. i. demōes. qui sic nominant̄: eo q̄ naturalia remanserunt in eis integra. qui fuerunt spoliati. q̄n Xp̄s eduxit de lymbo patres ueteris testamenti. transduxit confidenter. i. potenter ad celestia. triumphans illos. qđ dupliciter pōt exponi. Vno modo referendo si illos ad demones. quos deuicit. Alio mō referendo ad patres. quos sui triumphi fecit p̄ticipes. ut sit sensus: triumphans illos. i. triumphare faciens. in semetipso. i. p̄ uirtutem prop̄á. & non alienam. ex predictis igitur concludit: Nemo ergo uos iudicet transgressores in cibo. & potu. lege perhibito si utamini. aut in parte diei festi. a uobis nō celebrata. ut Pasche Pente. & huiusmōi aut Neomenie. i. prime diei mensis. aut sabbatorum in fine hebdomade. isti. n. dies in lege dicuntur celebres. sed hec celebritas cessauit tanq̄ figuralis. adueniente ueritate per Xp̄m: ideo subditur: que sunt. i. fuerunt tempore ueteris testamenti. umbra futurorum. tpe Xp̄i. corpus aūt. i. soliditas ueritatis. huius umbre Xp̄i. i. pertinent ad Xp̄m. per quem est impleta. Nemo. Hic consequenter inducit ad precauendum. tertiū deceptiōis modū. qui est per simulationem sanctitatis d. nemo uos seducat. uolens ambulare in humilitate ficta. & religiōe angelorum etc. i. oñdens se tanq̄ hic nūtius a deo missus. sicut angelus: qđ faciebant aliq̄ Pseudo Apo. ambulans frustra. i. perdens quicquid agit. inflatus sensu carnis sue. i. superbiens ex sui sensus presumptiōe. & non tenens caput. i. Xp̄m. per ueram & sinceram eius fidem. exquo. i. ex cuius influxu spiritali. totū corpus eius mysticū. qđ est ecclesia p̄ nexus & coniunctiōes adinuicem fideliū subministratū. & constructū. per officium sup̄iorum in inferiores. scđm diuersos status Ecclesie. crescit in augmentum uirtutū. & meritorum dei. i. ad honorem diuinū. ex quo cōcludit ulterius uitationē obseruationū legaliū. d. Si ergo mortui estis cum Xp̄o. i. configurati morti eius. & sepulture per baptismum. in quo plenarie cōmunicatur uirtus mortis sue. & per consequens. ab elementis huius mundi. supple separati. & dicunt̄ hic elementa. ueteris testamenti sacramenta. qa cō/sistebant in qbusdam rebus corporalibus. ut in ablutiōe aque lustralis & unctiōibus. in qbus nulla erat spiritalis uirtus: propter hoc dicuntur elementa egena. & infirma. Gal. iii. in sacramentis aūt noue legis. est uirtus spiritalis ad causandum gratiam. qd adhuc tanq̄ uiuentes mundo. & nō Xp̄o decernitis dicentes unus alteri ne tetigeritis immunda. secundū legem. ut morticinū. uel aliquid huiusmōi neq; gustaueritis cibū. lege prohibitū. ut porcum. uel aliqđ huiusmōi. neq; contractaueritis uendendo talia adinuicē. uel emendo. que sunt oīa etc. i. que oīa & similia sūt in interitū. i. ī peccatū post publicatum Euangelium. ipso usu. i. si quis utatur talibus obseruantiis. secundū precepta & doctrinas hominū. hoc dicit. qa ad cerimonias legis. illi qui erant sup̄iores in populo Iudeorum multa addiderant. de quorum obseruantia erant magis diligentes. q̄ de obseruantia diuinorum preceptorum. ut patet Marci. vii. qđ reprobat Saluator ibidē d. inuanum aūt me colunt. docentes doctrinas. & precepta hominū. relinquentes. n. mandatum dei tenetis traditiōes hominū etc. que sunt quidem hñtia rationem. i. speciē sapientie. sed non secundū ueritatē. ideo subdit̄: in superstitiōe. i. insuperflua. & uana religiōe. supple sunt tales obseruantie. & humilitate. s. ficta. de qua dicit̄ Ecclesiastici. xix. ē q nequiter se humiliat. & interiora eius plena sunt dolo. & non ad parcendū corpori etc. tales. n. coram simplicibus se iactabant sibi nō parcere a labore corpali. ad procurandam salutem proximi. & defugere honorem mundanum. & lautū uictū. per tales. n. simulatiōes frequenter decipiunt̄ simplices. propter qđ Apostolus docet

talia precauere. ſicut & Saluator Mat. vii. Attendite a falſis Prophetis qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. & eodem modo heretici decipiunt ſimplices.

.III.

Gitur. Poſtq̃ Apoſtolus induxit Coloſſenſes ad tenendũ fidei ueritatem: & ad cauendũ Pſeudo Apoſtolorũ falſitatem. Hic conſequenter inducit eos. ad ſeruandum uite ſanitatẽ. ipſos de moribus informando. & diuiditur in duas partes. quia primo facit hoc generaliter: quo ad oẽs. Secundo ſpecialiter. quo ad aliquos ſtatus ſpeciales. ibi: mulieres. Circa primum ſciendũ. q̃ finis imponit neceſſitatem iis. que ſunt ad finem. & ideo primo inſtruit eos de appetitu finis. Scd̃o de moribus ad hunc finẽ ordinatis. ibi mortificate. Circa primum dicit concludendo ex predictis. igitur ſi cõ/ ſurrexiſtis cum Xp̃o. per fidem caritate formatam. que ſurſum ſunt querite. i. bona celeſtia. deſiderate. ubi Xp̃s eſt in dextera dei ſedens. membra. n. debent ſequi caput. Xp̃s aũt eſt caput Eccleſie. ut predictũ ẽ: & ideo fideles. qui ſũt membra eius. debent eum ſequi per deſiderium. ut ſic ei coniungantur finaliter in celeſtibus. per premium obtentum. non que ſuper terram. in bonis terrenis. ponẽdo finem. & ſubdit rationem mortui. n. eſtis. peccato per baptiſmũ. & ſic in terrenis nõ debetis ponere finẽ ueſtrũ. ſed in bonis celeſtibus. que non apparent in p̃ſenti. ideo ſubdit: & uita ueſtra. ſ. eterna abſcõdita eſt cum Xp̃o in deo. in quo cõſiſtit obiectiue in uiſiõe deitatis p̃cipaliter. & humanitatis Xp̃i. ſecundario ideo dicit ſaluator Io. xvii. hec eſt uita eterna. ut cognoſcant te ſolum deum: & quem miſiſti Xp̃m Ieſum. cum. n. apparuerit Xp̃s in iudicio finali. uita ueſtra obiectiue. mõ dicto. tũc & uos apparebitis cũ ipſo in gloria q. d. tunc uita beata. que uobis eſt modo abſcondita: manifeſte uobis erit exhibita. Mortificate. Hic conſequenter inſtruit eos de moribus ad beatitudinem ordinatis. & primo quantum ad depoſitionem uitiorũ. Secundo quantũ ad acquiſitiõem uirtutũ. ibi. & induentes. prima adhuc in duas. quia primo docet deponere peccata carnalia. ſecundo ſpiritalia. ibi: nunc aũt. Circa primum dicit. mortificate ergo membra ueſtra que ſunt ſuper terram. i. que pertinent ad p̃ſentem uitam: que ſic ſunt mortificanda. p̃ auſteritatem uite. ut natura ſeruet ad ſeruiendũ deo. & uitia curentur: que impediũt ingreſſum celeſtiũ. ſecundum quod dicit Apoc. xxi. non intrabit in ea aliq̃d coinq/ natũ. ideo ſubdit: fornicationem. que eſt concubitus ſoluti cum ſoluta: & hoc multo/ fortius intelligitur adulterium eſſe deponendũ. immundiciam. quantum ad peccatũ contra naturam. libidinẽ. quantũ ad oſcula. tactus impudicos: & ſimilia. concupiſcẽtiã malã. quia nõ ſolũ actus exteriores ſunt refrenãdi. ſed etiam actus interiores mẽtis. & auaritiam. que eſt iniuſta pecunie acquiſitio. unde dicit auarus: quaſi auidus eris. reponit aũt hec inter uitia carnalia. quia fomẽtũ eis preſtat. q̃a per pecuniam h̃ntur cibi. & potus lauti. lecti molles. & huiuſmõi ad luxuriam excitantes. que eſt idolorũ ſeruitus. i. ſimilis idolatrie. inquantũ colit pecuniam ſuam ſtudioſe. propter que uitia predicta. uenit ira dei. i. eius uindicta ſuper filios incredulitatis. qui uitam aliam non credunt. propter q̃d ſine freno uite p̃ſtis carnalitatibus. ſe exponunt. propter quod in perſona eorũ dicitur ſapientie ſecundo umbre tranſitus eſt tempus ueſtrum. & non eſt reuerſio finis ueſtre. uenite ergo fruamur bonis. que ſũt etc: in q̃bus. i. inter quos & uos ambulaſtis aliq̃n. ſ. ante conuerſionem ueſtram taliter uiuẽdo. Nunc aũt. Hic conſequenter inducit ad ponendũ uitia ſpiritalia. d: nunc aũt deponite & uos omnia. non ſolum uitia carnalia. ſed etiam ſpiritalia. iram. i. appetitum illicitum uindicte. ſdignatiõem. i. eius ſignũ in facie. malitiam. i. mali machinationẽ in corde. blaſphemiã contra deũ turpem ſermonem detractionis. murmuratiõis. & deriſionis cõtra p̃ximum

nolite mentiri inuicem unus alterum decipiendo. expoliantes uos ueterem hoiem. i. statum gentilem. cum actibus eius malis. ut sic exponatur oia peccata. Et induentes. Hic cõsequenter inducit ad uirtutis acquisitionẽ. que sunt mentis indumenta. & ꝓmo ponit ad hoc motiuũ. Scd̃o ꝓsequẽt intentũ. ibi. induite uos. Motiuũ aũt ẽ. ꝙ homo ẽ ad imaginẽ dei. scd̃m mentem. que imago deformat̃ ꝑ uitia & reformat̃. ꝑ uirtutẽ propter qd̃ debet homo moueri ad uirtutis acquisitionẽ. ideo dicit: & induentes nouũ hominem. qui renouatus est per baptismum qui renouat̃. i. in hac renouatiõe ꝓficit. in agnitionem dei. i. per augmentũ fidei formatã caritate. secundũ imaginem eius etc. i. secundum partem intellectiuam. in qua est ad dei imaginem. ubi non est masculus. & fẽa. quia distinctio sexus. non est ex parte mentis. sed corporis. istud tñ masculus & femina. non est in libris correctis qui sic hñt: ubi non est gentilis. & Iudeus etc. & sic li ubi refertur ad deum. de quo immediate predixerat: qui creauit eum. nam apud deum non est personaꝝ acceptio. sed recipit omnem uenientem ad se per fidem. ita ꝙ nulla diuersitas ꝓiudicat siue natiõis: ideo subdit̃: gentilis & Iudeus. siue obseruatiõis. ideo sequitur circumcisio. & preputiũ. siue lingue barbarus & scytha. siue cõditiõis. seruus & liber. & per hoc intelligũt̃. alie diuersitates quecunq;. sed oia & in omnibus Xp̃s. i. Xp̃s ẽ i oñibus ꝑ gratiã. & omnia opera eoꝝ ꝓncipaliter opat̃. Induite uos. Hic cõsequẽter ꝓsequit̃ intẽtũ de uirtutibus. & primo in comparatiõe ad proximũ. Scd̃o ad deum. ibi: & pax Xp̃i. & patet ordo: nam ex notioribus ꝓcedit ad minus nota. dicit ergo cõcludẽdo ex ꝓcedẽti motiuo. d. Induite ergo uos. sicut electi dei. i. ꝑdestinati ab eterno. sancti. i. sanctificati per baptismũ in tpe. & dilecti per augmẽtũ gratie. uiscera misericordie qnantum ad pietatis affectum. benignitatem. quantum ad eius effectũ. unde dicit̃ benignus quasi bñ ignitus. ad bñ faciendũ proxio in effectu. humilitatem. que est uirtutum custos. & fundamẽtum. modestiam bñ utendo ꝓsperis patientiam bene se habendo in aduersis. supportantes inuicem. in infirmitatibus. & oneribus impositis. & donantes uobismetipsis. offensas remittendo. qd̃ est necessitatis. & iniurias qd̃ est perfectiõis. & super erogatiõis. ideo subdit̃: sicut & dñs donauit uobis etc. Super oia aũt hec caritatẽ habete. que ẽ maior alius uirtutibus. i. Cor. xiii. maior aũt hoꝝ est caritas. qd̃ est uinculum perfectiõis. quia sicut uirtutes politice cõnectũt̃ in prudentia. sic infuse in caritate. Et pax. Hic consequenter inducit ad uirtutes. in cõparatiõe ad deum: & primo quo ad perfectionem cordis. d. & pax Xp̃i. i. data. & cõmendata a Xp̃o exultet effectiue. in cordibus uestris. causando ibi exultationem i. extra saltationem spiritus uestri in deum. sicut dicitur Io. iiii. fiet in eo fons aque salientis. i. salire faciẽtis in uitam eternam. in qua. s. pace. & uocati estis. in uno corpe Ecclesie. sub capite Xp̃o. & grati estote. de tanto bñficio. secũdo quo ad perfectionẽ oris. d. Verbũ Xp̃i habitet in uobis. abundanter. i. ꝙ non sit solum in corde firmiter retinendo. sed etiam in ore per doctrinam alius committendo. ideo subditur: in omni sapientia. ad salutem necessaria. docentes. sic etiã in ore uestro deum laudando. ideo subditur: cõmouentes uos metipsos psalmis etc. i. uos mutuo ad diuinas laudes excitãdo canticis spiritalibus. ita ꝙ non sit tantũ laus oris. sed etiam spiritus. & cordis in gratia i. consideratiõe bonoꝝ dei. Tertio inducit ad perfectionẽ opis. d. Omne quodcunq; facitis sequitur. oia in nomine dñi. i. oia facite ad honorem diuini nominis. bonitas n. opis dependet ex rectitudine intentiõis. gratias agentes deo patri per ipsum. quia sicut dona dei nobis ꝓueniunt per Xp̃m mediatorem nostrum. sic oratiões nostre. & operationes sunt exaudibiles per eum. Mulieres. postq̃ Apostolus informauit de moribus generaliter Colossenses. hic idem facit quãtum ad aliquos status specialiter.

Circa quod primo ponit eoꝝ informationem. Secundo ſuam recõmendationem. ibi. orationi. Prima diuiditur in treſ. ſecundum treſ ſtatuſ. quoſ tangit. Secunda. ibi: filii. Tertia. ibi: ſerui. Primuſ ſtatuſ eſt coniugatoꝝ. Circa qđ primo informat mulieres. d. Mulieres ſubdite eſtote uiriſ: debent. n. per eoſ regi. tum quia femina. eſt maſ occaſionatuſ. tum quia ratio magiſ uiget in uiriſ. q̃ in mulieribuſ. ut diffuſiuſ dictũ fuit Ephe. v. ſicut oportuit in dño. i. in licitiſ. & honeſtiſ tm̃. Secũdo inſtruit uiroſ. d. uiri diligite uxoreſ ueſtraſ. quia uir & uxor ſunt una caro. quilibet aũt naturaliter diligit carnem ſuam. & nolite amari eſſe ad illaſ. tractando eaſ ut ancillaſ. ſed magiſ ut ſociaſ ꝓpter hoc Eua de latere uiri fuit formata. ut agnoſcatur ſocia. non ancilla. ut pleniuſ dictũ fuit Ephe. v. Filii. hec eſt ſecunda parſ in qua inſtruit patreſ. & filioſ. & ꝑmo filioſ. d. filii obedite per oĩa licita. & honeſta. parentibuſ: in quibuſ filii habent eſſe nutrimẽtum. & documentum: hoc. n. bñplacitũ eſt ĩ domino. qui dedit preceptum de honore parentũ. Exo. xx. Scđo informat patreſ. d. patreſ nolite ad indignationẽ i. impatientiam filioſ ueſtroſ prouocare. i. irrationabiliter excitare. & ſubditur ratio. cum dicitur: ut non puſillo aĩo fiant. i. ut non per duritiam ueſtram fracti a uobiſ fugiant. & ſic carenteſ diſciplina. peioreſ fiant. Serui. hec eſt tertia parſ. in qua docet dominoſ. & ſeruoſ. & primo ſeruoſ. ſecundo dominoſ. in principio. iii. ca. Circa ꝑmũ dicit. ſerui obedite per oĩa licita. & honeſta. dñiſ carnalibuſ. i. in iiſ que pertinent ad corpuſ. in iiſ aũt que pertinent ad animam. ſeruuſ non eſt ſubiectuſ dño. ſed deo & Eccleſie miniſtriſ. nõ ad oculũ ſeruienteſ. ſ. tm̃ bene in pñtia dominoꝝ. q̃ſi hominibuſ placenteſ. illi. n. qui ſic ſeruiunt placere hominibuſ tantum querunt. ſed in ſĩplicitate cordiſ. i. ſine plica ſimulatiõiſ. aut doloſitatiſ. timenteſ dominũ. & non homineſ tantũ. quodcũq; facitiſ. ex animo operamini. i. uoluntarie. ſicut domino. & non hominibuſ ſ. principaliter. ſed ſecundario. & principaliter deo. debent. n. ſerui cogitare ꝙ deuſ illoꝝ ſeruitutem ordinauit ad eoꝝ ſalutem per meritũ ſue humiliatiõiſ. & ſic ſeruiunt deo principaliter. & homini ſecundario. propter impletionẽ diuine ordinatiõiſ. ideo ſubditur: ſcienteſ ꝙ a domino recipietiſ retributionem hereditatiſ. ſ. eterne. reſpectu cuiuſ in nullo preiudicat conditio ſeruitutiſ humane: unde dicit Ambroſiuſ. in domio bona ſeruituſ. & bona libertaſ equa lance appẽdunt. qui. n. iniuriam facit: ſiue ſeruuſ ſit dominũ defraudãdo. ſiue dominuſ ſeruum angariando. recipiet quod inique geſſit per debitam penam infligendã a deo & ſubditur ratio. & nõ eſt perſonarum acceptio apud deum. pro maioritate hominiſ uel eiuſ minoritate parcendo. .IIII.

Omini. Hic conſequenter inſtruit dominoſ. d. domini quod iuſtum eſt & equũ ſeruiſ preſtate. utendo rationabiliter ſeruitio eoꝝ. & modeſte. & ſubdite: ad hoc ratio. ſcienteſ quoniam & uoſ dominum habetiſ in celo. qui puniet uoſ acriter: ſi aliter feceritiſ. ſecundum illud ſapientie. vi. capi. potenteſ potenter tormenta patientur.

Orationi. Poſtq̃ Apoſtoluſ inſtruxit perſonaſ diuerſoꝝ ſtatuũ. Hic conſequenter ſe recommendat eoꝝ rationibuſ. d. orationi inſtanteſ. per mentiſ eleuationẽ. uigilãteſ in ea. per debitam attentionem. in gratiaꝝ actiõe propter beneficioꝝ dei receptionẽ. oranteſ ſimul. nam oratio multoꝝ eſt magiſ exaudibiliſ. pro nobiſ. i. pro me & pro ſociiſ meiſ. ut deuſ aperiat nobiſ hoſtium ſermoniſ etc. i. ut det nobiſ libertatem. & facultatem predicandi Euangelium Xp̃i. propter quod etiam uinctuſ ſum in carcere. ne poſſim ad predicandum diſcurrere: ut manifeſtem illud. hoc refertur ad id. quod premittitur. aperiat nobiſ hoſtium ſermoniſ. ſ. ut manifeſtem illud. ſ. Xp̃i myſteriũ qđ adhuc pluribuſ gentibuſ eſt occultum. ita. ſ. conſtanter. & diſcrete. ut oportet me loqui de tanto myſterio. Conſequenter oſtendit. qualiter ſe habeant ad fideleſ dicenſ.

In ſapientia ambulate ad eoſ. qui foriſ ſunt. i. extra Eccleſiam redimentes tempuſ. i. diligenter querentes opportunitatem predicandi eis Euangelicā ueritatem. & ſubdit̄ moduſ debituſ. cum dicitur. ſermo ueſter ſemper in gratia. i. ſit taliſ. ut ſit audiētibuſ gratuſ. & quia hoc fit per ſapientiam. ideo ſubditur: ſale ſit conditus. ſapientia. n. ſal nominatur: eo q̄ eſt condimentum uerboꝝ. ſicut ſal ciboꝝ. ut ſciatis quomó oporteat unicuiq; reſpondere ſecundū conditionem perſone ſue. aliter. n. reſpondendū ē fideli: aliter infideli. aliter ſapienti. aliter ſimplici. & ſic de aliis. Que circa me ſunt. hec eſt ultima parſ huiuſ epiſtole. que dicitur eiuſ concluſio. uel cōfirmatio. & hoc dupliciter. Primo per nuntioꝝ miſſionem. Secundo per ſpecialem ſalutationē. ibi. ſalutant uoſ. Circa primum ſciendum. q̄ Apoſtoluſ miſit hanc epiſtolam per certoſ nuntioſ. ad cer/ tificandū Coloſſenſeſ. q̄ eſſet ſua epiſtola. & ad plenius dicendum eis ſtatum Apoſto. & ut confirmarent eoſ in fide. & conſolarent̄ pro tribulatiōibuſ que eis ſupuenerāt. ut dictum eſt ſupra. i. capi. & patet ex predictis ſententia. uſq; ibi. qui eſt ex uobis. i. uobis ualde coniunctuſ caritate. & forte erat gentilis natiōe. & de partibuſ Coloſſen. factuſ tamen diſcipuluſ Pauli. ſicut & Titus ex gentilitate conuerſuſ. ut dictum eſt ſupra Gal. ii. oīa que hic aguntur. circa me. & aliōſ fideleſ. Salutant. Hic ponitur confirmatio per ſalutationem bonoꝝ. & primo ſalutat Apoſtoluſ Coloſſenſeſ ex pte ſocioꝝ ſuoꝝ. Secundo Laodicenſeſ per miniſterium eoꝝ. ibi ſalutate. prima adhuc in duaſ: quia primo ponit ſocioſ natiōe Iudeoſ. ſc̄do gentileſ conuerſoſ. ibi: ſalutat uoſ. Circa primū dicit. Salutat uoſ Ariſtarchuſ concaptiuuſ meuſ. particepſ mei carceris. & laboris. & Marcuſ cōſobrinuſ Barnabe. de iſto Marco dicit̄ Actuū. xv. q̄ receſſit a Paulo & Barnaba in Pamphyliam. propter q̄d Pauluſ poſtea nolebat eū recipere in ſocietatem predicatiōis ſue. & ſic Barnabaſ aſſumpto Marco iuit ad predicandum in una regione. & Pauluſ & Sylaſ in alia uidens. tñ Pauluſ poſtea ex diuiſione illa utilitatem Eccleſie ſecutam: recepit dictum Marcum in ſua ſocietate. & mandauit Coloſſenſibuſ. & aliis. quibuſ erat minus dilectuſ propter predictum receſſum. quod ſi ueniret ad eoſ caritatiue recipient eum. de quo mandato ſubditur. de quo accepiſtis etc. & Ieſuſ qui dicitur iuſtuſ apud Iudeoſ. n. plureſ hoc nomine uocabantur. q̄ ſunt ex circumciſiōe. i. Iudei natiōe. hi ſoli. ſ. Iudei ſunt adiutoreſ mei pronunc in regno dei. ſ. predicando. qui mihi fuerūt ſolatio me conſolando in mea tribulatione. & ſup/ plendo uicē meā. in predicatione. Salutat uoſ. Hic exprimit ſocioſ ſuoſ de gentilitate cōuerſoſ. d. ſalutat uoſ Epaphraſ. q̄ ex uobis ē. i. caritate uobis ſpecialiter coniūctuſ. quia predicauerat eis. ut dictum eſt ſupra. i. ca. propter quod magis afficiebatur ad eoſ: dicitur etiā ex eis. q̄a de gentilitate cōuerſuſ. ſicut ipſi. & factuſ diſcipuluſ Pauli. ſicut Titus. & plureſ alii. cetera patent uſq; ibi. & pro his. qui ſunt Laodicee. & qui Hierapoli quibuſ predicauerat ſicut & Coloſſenſibuſ. Salutat uoſ Lucaſ Medicus cariſſimuſ fuit enim medicus corporalis. & ſpiritalis Paulo cariſſimus: quia fuit comes ſue peregrinatiōis uſq; ad eius martyriū. ut dicit Hieronymus in prologo ſup Lucā. & Antiochen. natiōe. Salutate. Hic conſequēter ſalutat Laodicenſeſ per miniſteriū Coloſſen. d. ſalutate fratreſ. qui ſūt Laodicee generaliter. & Nympham ſpecialiter. que predicatoribuſ miniſtrabat ſumptuſ. de ſuis facultatibuſ. & que in domo eius eſt Eccleſiam. i. eius familiam Xp̄ianam. Et cū lecta fuerit apud uoſ epiſtola iſta. quā uobis mitto. facite ut in Laodicenſium Eccleſia legatur etc. ut doctrina mea uobis communicata. eis proficiat ad ſalutem. & econuerſo. epiſtola tñ ad Laodicenſeſ apud uoſ non habetur. & dicite Archippo. qui receperat miniſteriū ſuper Eccleſiā Coloſ. uide. i. diligenter attende miniſterium quod accepiſti a domino. i. in diuinis rebus. ut

illud impleas ad honorem diuinum. & salutem animaꝝ. salutatio mea manu Pauli. hic scripsit Paulus manu propria. ad magis certificandum. ꝙ epistola ab eo esset missa. eo ꝙ Pseudo Apostoli aliqñ scribebant sub noie ueroꝝ Apostoloꝝ ad magis decipiēdū. ut dictum fuit supra. 1. Cor. ultimo. memores estote uinculoꝝ meoꝝ mihi compatiēdo & etiam in hoc si necesse fuerit: me imitando. Consequenter subdit. que sit sua salu / tatio. d. gratia domini Iesu uobiscum. supple sit que supplet omnem defectū. Amen.

Incipit Prima Epistola ad Thessalonicenses. Ca. I.

Paulus & Siluanus. & Timotheus. Hic incipit prima epistola ad Thessalonicenses. que diuiditur in tres partes. s. in salutationem & prosecutionem. ibi: gratias agimus. & conclusionem prope finē epistole. ibi. fratres orate. In prima parte ponuntur ṕmo psone salutantes. cum dicitur: Paulus & Siluanus iste est qui uocatur Sylas Actuū. xv. quem accepit Paulus in socium. ut dicit ibidē & Timotheus duo iunguntur Paulo in salutatiōe. quia cum eo laborauerunt in Thessalonicen. conuersione. Secundo ponuntur persone salutate. cum dicitur. Ecclesie Thessalonicensium. supple congregate in deo patre etc. Est aūt Thessalonica ciuitas metropolis in Macedonia que est quedam pars Grecie. Tertio ponunt̄ bona optata. ibi: gratia uobis in presenti. & pax in futuro. ubi totaliter qui/ etabit̄ appetitus. Gratias. Hic incipit epistole prosecutio. in qua primo reddit Aposto. Thessalonicenses benuolos. Scd̄o dociles. iii. ca. Tertio cautos. v. ca. Circa ṕmum reddit illos benuolos dupliciter. primo de bonis eorum deo gratias agendo. Secundo in aduersis eos consolando ca. ii. prima in duas: quia primo gratias agit de bona eorū inchoatiōe. scd̄o de bonitatis huius diffusione. ibi: & uos. circa primum ponit duplex motiuū huius gratiaꝝ actionis. primū est. bona eoꝝ conuersatio. ibi: gratias agimus deo semper. i. omnibus horis ad orandum deputatis. uel semper in habitu. & si non in actu. quia non potest homo semper actualiter orare. memoriam nostri specialem. & expressam facientes. in orationibus uestris. sine intercessione. exponatur dupliciter. sicut dictum est. de semper: memores operis fidei uestre. quia fides sine operibus mor/ tua est. & laboris in iis. que pertinent ad promotionem fidei & caritatis dei. & ꝓximi. & sustinentie spei etc. i. tolerantie tribulationum. quas patienter sustinuistis in spe recipiende mercedis. a domino Iesu Xp̄o. ante dominū. i. ita constanter uos habuistis. ac si deum presentem uideritis. Sciētes. Hic ponitur secundum motiuum. ad gratias agendum. qd̄ accipitur ex parte dei. eo ꝙ specialem dilectionem ostendit Thessalo. uocando eos ad fidem. non solū per predicationem. sed etiam per multoꝝ miraculoꝝ operationem. & hoc est. qd̄ dicit. Scientes fratres dilectissimi a deo etc. i. uos sciētes electiōem uestram. tanq̄ specialiter dilectoꝝ a deo. habemus. supple materiā gratias agendi. quia Euangelium uestrum. i. predicatio uestra. non fiat ad uos in sermone tantum: sed in uirtute. i. in miraculis uirtute domini sanctis. & in spiritu sancto id est datiōe spiritus sancti in signo uisibili. & in plenitudine multa. s. charismatū. & donoꝝ dei. sicut scitis: qui uidistis. quales fuimus in uobis. propter uos. q. d. talia mirabilia. p nos non fecit deus inter uos. pro nobis: qui tā ante eramus in Xp̄o firmati. sed ꝓpter uos. ut crederitis & in fide solidi essetis. & ita fuit. quia prestiterunt in fide. nec falsos Apostolos receperunt. ut dicit Hieronymus in prologo. Et uos. Hic consequenter Apostolus gratias agit de bonitatis eoꝝ diffusione. nam exemplo eoꝝ alii ꝓfecerunt

in fide. & operibus bonis. & hoc est. quod dicit. Et uos imitatores nostri facti estis in fide. & moribus. & domini. s. Iesu Xpi. quantum ad eius uitam. nō quantum ad fidē que in eo locum non habuit. eo q̄ habet obscuritatem annexam. sed ab instanti cō/ ceptiōis habuit claram uisionem. excipientes uerbum in tribulatiōe multa. in principio enim fue conuersionis. habuerunt persecutionem etiam a ciuibus suis. ut habetur infra ii. ca. cum gaudio spiritus sancti. & in hoc confirmabantur Apostolis. de quibus dicit Actuū. v. q̄ ibant gaudentes a conspectu concilii. q̄m digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. ita ut facti sitis forma. i. exemplar uirtutis omnibus credētibus in Macedonia. & Achaia: prouincie sunt Grecie. i. occasione uestra diuulgatum est uerbum dei. quia multi prius tacentes timore. exemplo uestri constantes effecti. pre/ dicauerūt publice. & in pluribus locis. ideo subdit: non solū in Macedonia & Achaia. sed in omni loco. regionū circumadiacentiū fides uestra. que ad deum. s. est ordinata. profecta est. i. processit ultra. ita ut non sit nobis necesse. quicq̄ loqui. s. de uobis ad alios incitandum. per uestrum exemplum & subditur causa. Ipsi. n. de uobis enuntiāt uos cōmendando. qualem introitum habuerimus ad uos. i. quam gaudenter. & pmpte fidem suscepistis ad predicationē nostram. non formidantes insurgentem tribulationē & quomodo conuersi estis ad deum. eligentes ei seruire idolatria electa. & expectare filium eius de celis uentur⁹ ad iudicium. sicut dicitur Actuū. i. hic Iesus qui assumptus est a uobis in celum. sic ueniet etc. qui eripuit uos de ira uentura. i. a gebenne pena.

Am ipsi scitis. Postq̄ Apostolus reddidit Thessalonicenses .II.

benuolos. de bonis eor⁹ gratias agendo: Hic consequenter idem facit in aduersis eos consolando. & diuiditur hoc in duas partes. quia primo facit hoc. per conformi/ tatem ad seipsum. Secundo per conformitatem ad Ecclesiam Hierosolymorum. ibi: uos. n. Circa primum facit talem rationem. nullus debet desolari. sed magis consolari. de conformitate ad suum magistrum. quia in hoc consistit eius perfectio. Luce. vi. perfectus omnis erit: si sit sicut magister eius. ego uero. qui sum magister & doctor uester. sustinui multas tribulatiōes & sustineo: propter quod debetis in tribulatiōibus consolari. qa in hoc conformamini mihi. In hac aūt ratiōe sic procedit. quia primo de/ clarat minorem. huius rationis per tribulationes. quas sustinuit ad eos ueniendo. scd̄o per eas. quas sustinuit cū eis manendo. ibi: memores. n. prima adhuc in duas. quia p̄mo ponit suam declarationē. secundo remouet multiplicem obiectionem. ibi: exhortatio. Circa primum dicit: nam & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos. i. modum in/ troeundi. quia non fuit manis. i. leuis. & facilis. sed ualde grauis. sed ante passi grauia uerbera. & contumelius afflicti. per uerba aspera sicut scitis. quia hoc non fuit longe a ciuitate uestra. ideo subditur: in Philippis que est ciuitas Macedonie. ut habetur Actuum. xxv. ibi. n. Paulus. & Silas fuerunt grauiter uirgis cesi. & incarcerati. ut habet ibidē. fiduciā habuimus in dño nostro loq ad uos etc. q. d. ex illis tribulatiōibus non fuimus territi. sed in dño confidentes uenimus ad predicandum uobis Euangeliū dei. & circa hoc fuimus ualde solliciti. q. d. propter hoc in tribulationibus debetis cō/ solari. tanq̄ nobis conformes effecti. Exhortatio. Hic consequenter remouet multi/ plicem obiectionē. posset. n. aliquis dicere. q̄ nō esset consolabile Paulo cōformari: eo q̄ esset defectuosus in uita. & doctrina. sicut dicebant Pseudo Apostoli de ipso. propter quod hoc remouet excludendo illa. per que posset impingi in eius doctrinā. uel uitam. d. Exhortatio. n. uestra nō est de errore circa fidem. qualis erat hereticor⁹ doctrina. sed de ueritate mera. neq; de immundicia: sicut erat doctrina Epicureor⁹. que tunc uigebat: ut habet Actuū. xvii. neq; in dolo. sicut docebant falsi Xpiani.

qui aliqñ dicebant uera de fide Catholica. ut dep̄hēderent̄ Xp̄iani. sicut de Torquato legitur in legenda sancti Tyburcii. sed sicut probati sumus a deo. i. approbati ab ip̄o ut crederetur nobis. tāquam fidelibus ministris. Euangelium. i. predicatio Euāgelii. ita loquitur fideliter predicando. querentes dei beneplacitum. & non hominum. sicut scitis ex uisu. & auditu: neq; in occasione auaritie. predicando propter questum: nec ꝓpter glorie uane fastū. sicut predicabant Pseudo Apostoli cū possemus uobis oneri esse: accipiendo sumptus a uobis. & etiam honorem ut Xp̄i Apostoli ueri: quibus talia debentur. sed facti sumus paruuli in medio uestrum. inter uos humiliter conuersando: & non solum humiliter. sed etiam caritatiue. ac dulciter. tanq̄ si nutrix foueat filios suos lacte. & nutrimento corporali. ita desiderantes nos. & nō uestra. cupide. i. intēse. desiderantes uestram salutem. uolebamus tradere non solum uerbis Euangelium dei. qđ est spiritale nutrimētū. sed & aīas nostras. i. uitas nostras. parati fuimus exponere pro salute uestra. qm̄ carissimi facti estis nobis. maiorem. n. caritatem nemo habet. q̄ ut aīam suam ponat quis pro amicis suis. Memores. n. Postq̄ Apostolus oñdit se tribulationes passum. ad Thessalonicenses ueniendo. d. memores mei estis fratres. q. d. non est diu. ꝙ uidistis. & sic non estis obliti laboris nostri in corpore. & fatigationis propter excessum laboris. nocte & die orantes manualiter horis exceptis. quibus intendebat predicatiōi. & oratiōi. ut ipse & sui uiuerent de proprio labore. ne quem uestrū grauaremus. accipiendo a uobis sumptus. predicauimus in uobis Euangelium dei gratis. cum tñ sumptus de iure possemus accipere. uos testes estis. quantum ad exteriora. & deus. quantū ad interiora: q̄ sancte erga deum. & iuste. erga proximum. ita ꝙ nullus poterat conqueri de nobis: qualiter ununquēq; uestrum. sicut pater filios suos deprecantes uos. i. paterno affectu inducentes uos ad bonum. & consolantes si quis uestrū fuerat desolatus. propter peccata. commissa. uel alia de causa. testificati sumus. i. sub testimonio sanctoꝝ uos adiurauimus. ut ambularetis digne. de uirtute. in uirtutem procedendo: qui uocauit uos in regnum suum. i. ut essetis de regno eius. per gratiam in p̄senti. & gloriā in futuro. & quia sic fecerūt Thessalonicenses. deo gratias agimus subdit. Ideo & nos gratias agimus deo. sine intermissiōe. i. omnibus horis ad hoc aptis. qm̄ cum accepistis a nobis per predicationem nostram uerbum auditus dei. i. uerbum Euangelicum. nobis diuinitus reuelatum. accepistis illud: non ut uerbum hominum. sicut est doctrina phisica. sed sicut ē uere uerbū dei. i sic accepistis deuote. sicut recipi debet uerbum habitum ex diuina reuelatione. qui operat̄ in uobis. docendo interius. homines. n. solū mouent auditum exterius. ideo dicit Saluator Io. xv. sine me nihil potestis facere. Vos. n. fratres. Postq̄ Apostolus consolatus est Thessolonicenses per conformitatem ad seipsum. hic idem facit per conformitatem ad Ecclesiam Hierosolymoꝝ. in Hierusalem. n. primo incepit Ecclesia: prout diuidit̄ cōtra Synagogam. ut patet Actuū. i. & inde primo deriuata est ad alia Iudee loca. & ille Ecclesie constanter sustinuerūt ꝑsecutiones a Iudeis. qui Xp̄m occiderant. & Prophetas: & in hoc Ecclesia Thessalonicen. erat eis conformis. que persecutiōes sustinuerat a ciuibus suis. qđ debebat esse sibi consolationis materia. propter conformitatem ad Ecclesiam pristinā. & hoc est: qđ dicit: Vos. n. fratres imitatores facti estis etc. & patet littera usq; ibi. prohibentibus uos gentilibus loqui. s. Euangelium Xp̄i ut salue fiant. s. gentes: ut impleant. i. augeant peccata sua. semper. s. Iudei in sua perfidia obstinati. deo permittente. & diabolo procurante. peruenit. n. ira dei super illos. qua subtraxerat iuste gratiam suam ab eis. usq; ad finē mundi: tunc. n. sunt ad fidem conuertendi: sicut dictum est supra frequenter. etiam potest aliter exponi. usq; in finem. i. eternaliter.

quãtum ad illos. qui in sua perfidia moriuntur: Nos aũt. Postq̃ Apostolus cõsolatus est Thessalonicenses scripto: hic cõsolat eos nuntio. & primo describit mittendi rationẽ Secundo ipsam missionẽ. in p̃ncipio. iii. ca. ratio aũt cõsistit in hoc. qa desiderauerat ire Thessalonicam. & Ecclesiam consolari. sed habuit impedimentum: propter quod ad hoc misit nuntiũ. dicit ergo. Nos aũt fratres desolati a uobis ad tempus. i. desolati propter hoc. q̃ uobiscum non eramus. ore aspectu. non corde. i. licet non possemus uobis loqui. nec uos uidere: tñ habebamus uos in corde. ideo subditur: abundantius festinauimus. ideo disposuimus festinanter uenire ad uos. ad uestram consolationem. Ego quidam Paulus. cum socius meis. sed impediuit nos Satbanas. tacet autem modũ impediendi. & similiter glo. nec ego uolo in hoc diuinare. Consequẽter subdit rationẽ quare desiderabat uidere eos. & consolari in domino. que est augmentatio sui meriti. & premii dicens. que est. n. uestra spes in presenti. de augmento meriti. & premii. aut gaudium spiritale. aut corona glorie. i. ratio consequẽdi premium aureole. que doc/ toribus debetur. nõne uos. q. d. sic. quia conuerterat eos ad fidem. ideo sequitur. uos n. estis gloria mea. & gaudium. s. materialiter. habebat. n. materiam gloriãdi in dño. & gaudendi de eoz conuersione. & bona conuersatione . .III.

PRopter quod posita ratione mittendi nuntium. Hic consequenter mittit eum. & diuiditur in duas partes. quia primo describitur hec missio. Secundo Pauli de/ precatio. ibi: ipse aũt deus. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur utilitas missiõis. Secundo reuersionis. ibi: nunc autem. Circa primum continuando se precedentibus. dicit propter quod. i. quia gloria nostra estis. & gaudium: non sustinentes amplius. i. non expectantes ultra certius scire. statum uestrum. placuit nobis. i. mihi. & Siluano. remanere Athenis solis. i. sine Thimotheo. qui est tertius in salutatiõe positus. ut dicit hic glosa. sed quia non est consuetum q̃ nuntius epistole ponatur in eius salutatione. cum uadat personaliter ad salutatos. ideo uidetur aliis. q̃ est Timotheus. qui dicitur hic missus. cum subditur: & misimus Timotheum. est aliis a predicto. quia plures erãt eiusdem nominis. fratrem uestrum religione Xp̃iana. ministrum dei in Euangelium Xp̃i. i. in predicatione Euangelii. ad confirmandũ uos in omni bono. & exbortãdos pro fide uestra stabilienda. ut nemo moueat̃ ab ea. in tribulationibus istis. que nobis & uobis superne uenerunt. a fidei aduersariis. ipsi. n. scitis. q̃ in hoc positi sumus. i. dis/ positi. Xp̃o dicente Io. xv. uenit hora. ut omnis qui interficit uos: arbitret̃ obsequũ se prestare deo. & subdit quare debebãt hoc scire. d. nam etc. & patet. sicut & factũ est in uobis. Propterea & ego non amplius sustinens aliquam dilationem nisi ad cog/ noscendum fidem uestram. per certum nuntium & fidelem: ne forte temptauerit uos is qui temptat. i. diabolus. qui semper nititur per tẽptatiões suas subuertere & inanis fiat labor uester. si uos subuerterit quod absit. Nunc aũt. Hic consequenter ponitur utilitas conuersionis. cum dicitur: nũc aũt ueniẽte Thimotheo ad uos a nobis. expleto suo ministerio. & annuntiante nobis fidem uestram stabilem. & caritatem accensam ad proficiendum in melius. & quia memoriam nostri habetis bonam. orando pro nobis. desiderantes semper etc. eo q̃ ista supple speramus audire in reditu eius. ideo consolati sumus tam in spe in uobis. in omni necessitate etc. ita q̃ omnis tribulatio & angustia nobis superueniens minuitur propter bonum fidei uestre. qm̃ nunc uiuimus. i. quasi de morte ad uitam suscitati sumus. Si uos statis in domino. immobiles. & infirmi. nec suf/ ficeremus ad reddendum gratias deo. de tanto bono. ideo subditur: Quoniam enim gratiarum actionẽ etc. & patet littera usq; ibi. & compleamus que desunt fidei uestre. licet. n. haberẽt noticiam fidei quantum ad ea. que sunt ad salutem necessaria. tñ ad

magnum eorum profectum cederet. si Apostolus uenire posset ad magis explicandum aliqua: que non potuit eis ad plenum dicere: quando fuit presens cum eis. quia fuit compulsus exire propter commotionem ciuitatis. ut habetur Actuú. xvii. Ipse aút Hic consequéter ponit Apostoli deprecatio pro Thessalonicen. ut deus sua gratia. suppleat. quod ipse facere nó poterat. ideo dicit: ipse aút deus omnium per creationē. & pater. s. fidelium specialiter. per gratie adoptionē. & dominus Iesus Christus. qui est mediator dei & hominum. dirigat uiam nostram ad uos. remouendo impedimenta a Sathana ꝓcurata. uos aút multiplicet numero & numerato. & abúdare faciat cari/tate: q̄ crescente crescút alie uirtutes infuse. i inuicē. caritatiue mutuo subueniēdo. & in omnes. etiā infideles. eos ad fidem cóuertendo. quēadmodum & nos in uobis abun/damus caritate. ad confirmanda corda uestra in moribus. & fide. ut sitis sine querela. i. sine reprehensione aliqua. in sanctitate aút dñi. i. in sanctitate uera. & nó simulata. que est coram hominibus tm̄. in aduentu dñi nostri etc. i. ut in aduentu eius ad finale iudicium sitis de numero. & consortio sanctoꝝ. & subditur. Amen. ad confirmationem precedentium.

.IIII.

DEcetero. Hic incipit tertia pars principalis. in qua reddit Thessalonicenses dociles. eos de moribus informando. & de defectibus corrigendo licet. n. com/munitas eoꝝ esset sancta. tñ ibi erant aliq de defectibus corrigendi. specialiter de. iii. & secundum hoc presens ca. in. iiii. partes diuiditur. que patebunt prosequendo. Circa quod sciendum. ꝙ gentiles reputabant simplicem fornicationem esse licitam. & ideo. propter cōsuetudinem pristinam. aliqui de gētilitate cōuersi. erant adhuc fornicarii. propter quod Apostolus corrigit hoc uitium. ad uirtutem oppositam inducendo. d. decetero ergo fratres rogamus uos. & obsecramus. i. per rem sacram adiuramus. ꝙ debet plus uos mouere. q̄ simplex deprecatio nostra. ut quēadmodú accepistis a nobis uerbo. & exemplo. quomodo oporteat uos ambulare in uia morum. & placere deo. caste. & munde uiuendo. sic ambuletis. & abundetis magis in iis semper proficiendo. scitis. n. i. scire debetis. que precepta dederim uobis. per Iesum Xp̄m. i. de mandato ipsius. cui simpliciter est obediendum. hec est. n. uoluntas dei. eius mandato expressa sanctificatio uestra. i. emundatio a carnalibus peccatis. ut abstineatis a fornicatione. tanq̄ a deo prohibita. ad eam enim sequitur incertitudo prolis. ex uario concubitu. que est directe contra bonum humane nature. pater. n. debet filius nutrimentum. & documentum. aliter non possent bene stare. nullus autē est sollicitus de talibus. circa prolem sibi incertam. ut sciat unusq̄sq; uas suú. i. corpus proprium. quod uas dicitur. eo ꝙ í ipso formato per naturam. anima a deo infunditur per creationem. possidere permanentes in sāctificatione. & honore. corpus enim fornicationi deditum. debo/noratur. quia bestiale efficitur Psal. xlviii. homo cum in honore esset. non intellexit comparatus est iumentis insipientibus etc. non in passione desiderii. i. non sequendo passionem concupiscentie. uenereoꝝ. que est nimis uehemens: sicut gentes. que ignorāt deum. supple sequuntur ipsam. credentes fornicationem simplicem esse licitam. Et ne quis. Hic incipit pars scd̄a. in qua corripit cupiditatis uitium. inducēs ad oppositum: & primo ponit hanc inductionem. Secundo quandam excusationem. ibi. de caritate. Circa primum dicit. Et ne quis supergrediatur opprimendo proximum. ut ab eo ex/torqueat iniuste possessiónem suam. uel rē aliam. neq; circumueniat ipsum decipiendo. & illa querendo debitis per usuras. uel mercationes malas. & similia. quoniam uíndex ē dominus de iis omnibus grauiter puniendo. sicut prediximus uobis. apud uos existētes & testificati sumus. i. per testimónium scripturarum ostendimus. nó enim uocauit nos

deus in immundiciã. i. ut seruiamus ímundicie peccati cuiuscúq;. sed in sanctificationẽ. i. ut uiuimus sancte. itaq; qui hec spernit que predixi. nó hominẽ spernit tm̃. sed deú. cuius sunt mandata. qui etiam dedit spiritú sanctum in uobis. in adiutorium ípletiónis mandatorum suorum. De caritate aút fraternitatis. Hic ponit executionem suam. s. scribendi Thessalonicen. de operibus pietatis. d. de caritate autem fraternitatis. i. de operibus pietatis. ad pauperes fideles. non necesse habemus scribere etc. qa Thessalo. diligenter exercebant talia. & istud obuiat ei: quod predictum est. de correctione cupiditatis. quia frequenter inueniunt̃ aliqui exercentes usuras. & mercationes malas. qui tamen erga pauperes faciunt opera pietatis. Rogamus aút. Hec est tertia pars principalis huius ca. in qua corripit otiosos. & uagabundos. d. Rogamus autem uos fratres ut abundetis magis in operibus bonis. & operam detis. i. diligenter exhibeatis. ut quieti sitis. & nó uagabundi. quia tales solent cadere in aliqua uitia. s. curiositatis. & carnalitatis. & ut uestrum negotium agatis. quia homines circa hoc negligentes de/ pauperantur. & quia uolunt tenere modú uiuendi consuetú. per consequens latrones & raptores efficiuntur. & operemini manibus uestris ad euitandum otiositatem que ẽ sentina omniú uitiorum. & ad conseruandam sanitatem. quam facit labor moderatus & ut honeste ambuletis ad eos. qui foris sunt. i. ad infideles. ut ex bona uestra cóuer/ satione conuertantur ad fidem. in moralibus enim magis mouent exemplа. q̃ uerba. & nullius aliquid desideretis. ita q̃ non solum caueatis a malo actu exteriori. sed etiã interiori. Nolumus aút: Hec est quarta pars principalis. in qua corripit aliquos im/ moderate lugentes mortuos. & diuidit̃ in tres partes. quia primo arguit luctú. Scdo ponit occasionaliter future resurrectionis modum. ibi: hoc enim. Tertio concludit intentum. ibi: itaq;. Circa primum dicit. Nolumus aút uos fratres ignorare de dormi/ entibus. i. de defúctis qui dormiunt sõno mortis. a quo excitabunt̃ tpe resurrectiónis. ut non contristemini: ideo subditur: sicut ceteri qui spem non habent scilicet future resurrectionis. & sic credunt amicos perisse totaliter. & ad semper. propter hoc habẽt occasionem lugendi eos quasi inconsolabiliter. non sic autem X̃piani qui habent spem resurgendi. propter quod uitiosum est eis immoderate mortuos lugere: quia in hoc assimulantur infidelibus. spem future resurrectionis non habentibus. lugere tamen defunctos moderate. est opus pietatis. q̃ autem resurrectio mortuorum sit futura: ostendit. d. Si. n. credimus etc. & accipit̃ hic si pro quia. nã ad articulos fidei ptinet credere Iesum uere mortuũ fuisse. & resurrexisse. ita & deus qui suscitauit Iesum. eos qui dormiunt. somno mortis. per Iesum. tanq̃ per mediatorẽ dei. & hominum: adducet cum eo: ad uitam immortalem resuscitando. Hoc enim. quia locutus est Apostolus de resurrectione futura. ideo hic consequenter declarat modum resurrectionis illius. Ad cuius intelligentiam sciendum. q̃ aliqui dixerunt: q̃ X̃po ueniente ad iudicium. aliq̃ homines reperientur uiui. qui transferentur ad statum immortalitatis. sine morte in/ termedia. sic exponẽtes. quod hic dicitur: deinde nos qui uiuimus. qui relinquimur. s. uiui. usq; ad aduentú X̃pi. simul rapiemur cum illis. i. cum mortuis resuscitatis obuiam X̃po descẽdenti ad iudicium. & dicunt q̃ Apostolus se connumerat eis. eo q̃ pertinet ad idem corpus Ecclesie. Sed hec expositio primo deficit in hoc: quia dicit aliquos sine morte ad immortalitatẽ transire: quia omnes descendẽtes ab Adam preter X̃pm. Et matrem eius. incurrunt originale peccatum. cuius pena est mors: & ideo omnes soluerunt: uel soluent penam mortis. propter quod alii dixerunt: q̃ illi qui in aduẽtu X̃pi reperientur boni. in raptu illo obuiando X̃po subito morientur: & statim re/ surgent. sed adhuc hoc uidetur inconuenienter dictum. quia conflagrationis ignis.

purgant elementa. & incinerant corpora mixta. precedet aduentū Christi ad iudiciū. & sic nulli homines reperientur uiui. qui obuient Xpō uenienti. nisi de resurgentibus. post ignem dictum. preterea ꝙ Apostolus connumeret se predictis. eo ꝙ pertinet ad idem corpus Ecclesie cum eis. non uidetur rationabiliter dictum. nam eadem ratione diceretur de omnibus fidelibus preteritis. & futuris. propter qđ. saluo meliori iudicio. uidentur mihi uerba Apostoli aliter exponenda: cum dicit. Hoc enim uobis dicimus. de modo future resurrectionis. in uerbo domini. i. sicut reuelauit nobis: quia nos qui uiuimus. qui residui sumus. in hoc mundo. a patribus defunctis: non preueniemus in resurrectione eos: qui dormierunt. citius resurgendo illis. qui iam ante diu mortui sūt. quia resurrectio fiet uirtute diuina. que operatur in instanti ideo subditur: quoniam ipse dñs Iesus Christus in iussu. dicendo surgite mortui ad iudiciū. & in uoce archāgeli. s. Michaelis. qui est Princeps Ecclesie: sub quo intelligunt angeli alii. qui ministerii adhibebunt in resurrectione. colligendo cineres: & magnū sonum facient. tanq̄ iudicii preconis. potest enim aliter exponi. ut illud dictum surgite mortui ad iudicium. sit archangeli Michaelis executiue. & Christi imperatiue. cuius uirtute infinita. fiet resurrectio. & sic cum dicitur in iussu refertur ad Christum. & ꝙ subditur. & in uoce archangeli. ad Michaelem archangelū. & in tuba dei: ista tuba non est aliud. q̄ uox predicta: que dicitur tuba. propter similitudinem tube materialis ueteris testamenti. qua fiebat uocatio. ad consilium. preparatio ad bellum. & inuitatio. ad festum. quia tunc omnes congregabuntur in iudicio. & armabitur creatura ad ultionem inimicorū. & inuitabuntur iusti ad festum angelorum. descendet de celo: nam iudicabit in forma humana apparens. secundum quod dicitur Actuum primo. hic Iesus qui assumptus ē a uobis in celū. s. in forma humanitatis. sic ueniet. s. ad iudiciū. & mortui. qui in Xpō sunt: resurgēt primi deinde nos etc. ista prioritas. & posterioritas. non potest referri ad actum resurgēdi. ita ꝙ aliqui resurgant prius alius. prioritate temporis: nam oēs resurgent in eodem instanti. secundum quod dicitur. i. Cor. xv. omnes quidem resurgemus. & subdit. in momento in ictu oculi etc. nec pōt hic accipi prioritas dignitatis. quia patres ueteris testamenti. in resurrectione non erunt digniores Apostolis. q erāt assessores Iudicis Matthei. xix. sedebitis super sedes. xii. etc. de quibus dicit hic Apostolus deinde & nos etc. propter qđ saluo meliori iudicio uidetur mihi ꝙ ista ꝓritas. & posterioritas. sit referēda ad quietem in Christo per bonam mortem sic iungendo litteram. & mortui qui in Christo sunt. i. quiescunt in eius fide mortui. primi respectu nostri. qui adhuc uiuimus. resurgent cum posteris. Deinde nos qui uiuimus supple quiescemus. in Christo in eius fide moriendo: simul rapiemur cum illis. iam resuscitati. cum ipsis. obuiam Christo. uenienti ad iudiciū: in aera. ubi proferet sententiam iudicii. super uallem Iosaphat. ut dictum fuit Ioelis. iii. & sic semper cum domino erimus. qa electi a Christo non separabuntur ampliꝰ. sed semper erunt sibi coniuncti. non solū in anima. sed etiam in corpore. Itaq; hic ex dictis concludit intentum scilicet ꝙ fideles non debent immoderate lugere defunctos. sed de ipsis consolari. ex quo sunt ad uitam immortalem. & felicem resuscitandi. & hoc est. quod dicit: itaq; consolamini inuicem in uerbis istis. de resurrectione fidelium predictis. .V.

DE temporibus. Postq̄ Apostolus reddidit Thessalonicen. benuolos. & dociles. Hic consequenter eos reddit cautos. Circa quod sciendum. ꝙ cautela maxime requiritur circa illa. de quibus certum est. ꝙ uenient. tamen hora ueniendi est simpliciter ignota. sic autem est de die iudicii: secundum quod dicitur. Matthei. xxiiii. de die illa. & hora. nemo scit. neq; angeli in celo etc. propter quod Apostolus circa eam

reddit Theſſaloni. cautoſ. ſed diuiditur in duaſ parteſ. quia primo eiuſ incertitudinē oſtendit. Secundo Theſſalonicenſeſ cautoſ reddit. ibi: uoſ aũt. Circa primum ſciendũ q̄ dieſ iudicii dupliciter accipit̄ in ſcriptura. Vno modo pro ipſa die iudicii generaliſ. in fine mundi. Alio modo pro die iudicii particulariſ. que eſt dieſ mortiſ cuiuſlibet hominiſ. nam in illo ſtatu in iudicio finali preſentabitur. in quo in morte inuenietur. intentio uero Apoſtoli uidetur hic magiſ eſſe de die mortiſ. quia ipſe ſciebat diē iudicii multum diſtare. ut patet in epiſtola ſequenti. Ipſe autem. Hic hortatur Theſſaloni. ut ſint cauti. ne repente ueniat ſuper eoſ dieſ domini. & inueniãtur imparati. uerũtñ utroq; modo littera exponetur. & primo modo de die finaliſ iudicii. cum dicitur: de temporibuſ & momentiſ pertinentibuſ ad diem iudicii finaliſ. nõ indigetiſ ut ſcribamuſ uobiſ. quia talia ſcire ad uoſ non pertinet: ſecundum quod dicitur Actuum primo. nõ eſt ueſtrum noſce tempora & momenta que pater poſuit in ſua poteſtate etc. ipſi enī diligenter ſupple ſcripturaſ conſiderando: ſcitiſ. qa dieſ domini. i. dieſ iudicii. qui dicit̄ dieſ domini: quia tunc Chriſtuſ apparebit ut dominuſ: qui in p̄mo aduentu apparuit ut ſeruuſ. ſicut fur in nocte. non eſt per hoc intelligendum. q̄ dominuſ ſit ueniturus ad iudicium tempore noctiſ. ſed magiſ clara die. ſicut in celum aſcendit. Actuum. i. hic Ieſuſ qui aſſumptuſ eſt a uobiſ in celum ſic ueniet etc. ſed quia ueniet ſubito hominibuſ hoc non preuidentibuſ. Cum enim dixerit pax: & ſecuritaſ etc. gloſa ſuper locũ iſtum dicit. q̄ hoc intelligitur de ſociiſ Antichriſti. qui poſt mortem eiuſ credenteſ eſſe in pace. & ſecuritate. faciunt feſta. & conuiuia exercenteſ diuerſa loca. Sed iſtud non uidetur cõuenienter dictum. quia glo. premittit q̄ Antichriſtuſ fulminabitur. & maxima parſ ſui exercituſ peribit cum eo. propter quod. non eſt ueriſimile. q̄ remanenteſ eſſe debeant in tanta ſecuritate. & iocunditate. ſed magiſ in timore. & ſic uidet̄ glo. ſibimet repugnare. Item uidetur eſſe contra commune dictum doctorum. & ſãctoꝝ. qui dicunt cõmuniter: q̄ mortuo Antichriſto & falſitate eiuſ manifeſte detecta, omneſ genteſ conuertentur ad Chriſtum. & ſic non remanebunt aliqui in ſecta Antichriſti. nec poteſt dici ſuſtinẽdo glo. premiſſam. q̄ illi qui fuerant de ſecta Antix̄pi. predicta feſta. & conuiuia faciant: eo q̄ ſint conuerſi ad fidem Chriſti. quia de ipſiſ dicẽtibuſ pax & ſecuritaſ. ſubdit Apoſtoluſ: tũc repẽtinuſ ſuperueniet eiſ interituſ etc. quod non poteſt exponi de beñe gaudẽtibuſ. propter quod uidetur meliuſ reduci ad tempuſ dominationiſ Antichriſti. quando obtenta ciuitate. & templo. oſtendit ſe tãq̄ ſit deuſ: ut dicitur epiſtola ſequenti: & tunc ſatelliteſ eiuſ gaudebunt de poteſtate dñi ſui. ſed repentinuſ ſuperueniet eiſ interituſ. quia ſubito fulminabit̄ Antichriſtuſ. cũ maxima parte exercituſ ſui. nec obuiat huic expoſitioni q̄ dñatio Antichriſti & eiuſ fulminatio precedent diem iudicii: de qua loquitur Apoſtoluſ ante immediate: quia frequenter priuſ facta poſteriuſ narrantur in ſcriptura ſacra: ut patuit ſupra in pluribuſ lociſ ueteriſ teſtamenti. Sc̄do exponenda eſt littera de die mortiſ ſic: de tpibuſ autem. & momentiſ in quibuſ debeat morſ uenire. non indigetiſ: ut ſcribamuſ uobiſ quaſi diceret. quia non ſcriberem uobiſ. niſi illud. q̄d tam ſcitiſ ſcilicet q̄ hoc eſt totaliter incertum. ideo ſubditur: ipſi enim diligenter ſcitiſ. per experientiam quotidie uidenteſ: quia dieſ domini id eſt mortiſ. que dicitur dieſ domini: quia tunc ueniet ad particulare iudicium ipſius moriẽtiſ. ratione ſupradicta. tanq̄ fur in nocte etc. id eſt ueniet repente. & ex improuiſo ideo ſubditur. cum enim dixerint homineſ mundani. pax & ſecuritaſ. credenteſ diu uiuere in deliciſ. & temporali pace. repentinuſ ueniet illiſ interituſ ſcilicet mortiſ corporaliſ: ſicut dolor in utero habẽti. quantum ad penã inferni. & non effugient: quia in inferno nulla eſt redemptio. de hoc ponit exemplũ

Saluator Luce. xii. de illo. qui dicebat aíe ſue anima mea habeſ multa bona repoſita in multoſ annoſ. quieſce. bibe: comede. epulare: dixit autem ad illum dominuſ. ſtulte hac nocte repetent animam tuam a te. que autem congregaſti: cuiuſ erunt? Voſ aút. Hic Apoſtoluſ reddit Theſſalonicenſeſ cautoſ contra diem mortiſ. & per conſequenſ contra diem iudicii generaliſ. qui ſicut dictum eſt qualiſ in morte quiſ inuenit̃ ſcilicet iuſtuſ. aut iniuſtuſ: taliſ in iudicio preſentabitur. Cautela uero ad hoc eſt. ut hominеſ ſemper ſint parati per bonam uitam. ad recipiendum mortem. hoc autem fit per hoc: q̃ homo bene ſe habet ad ſeipſum: ad proximũ. & ad deum. propter quod ad hec tria inducit Apoſtoluſ. & ſecundum hoc diuidit̃ in treſ parteſ. que proſequendo patebũt. igitur ad primum inducit dicenſ. Voſ autẽ fratreſ non eſtiſ in tenebriſ ſcilicet erroriſ. ſicut ſunt infideleſ. ut uoſ dieſ illa ſcilicet mortiſ. tanq̃ fur cõprehendat id ẽ imparatoſ. omneſ enim uoſ filii lucis eſtiſ id eſt Chriſti. qui eſt lux uera. illuminanſ omnem hoíem Iohanniſ primo. cuiuſ eſtiſ filii per baptiſmum. & filii diei id eſt noui teſtamenti. q̃d dicitur dieſ Romanoſ. xiii. nox preceſſit. dieſ appropinquauit. non ſumuſ noctiſ id eſt iudaice obſcuritatiſ: neq; tenebrarum id eſt diuerſorum errorum gentilium. Igit̃ non dormiamuſ in peccatiſ. ſicut ceteri qui ſunt increduli. ſed uigilemuſ per attenti/ onem mentiſ ad ea. que ſunt ſalutiſ. & ſobrii ſimuſ. ex parte corporiſ. utenteſ tpalibuſ ad nature ſuſtentationem. & bonam ſenſuum diſpoſitionem. qui enim dormiunt in uoluptatibuſ. & peccatiſ. nocte dormiũt ſcilicet ignorantie. nam ignorat omniſ maluſ: ſecundum quod dicit Philoſophuſ Ethicorum tertio. & qui ebrii ſunt immoderate utenteſ bonis corporalibuſ. unde dicitur ebriuſa bria q̃ eſt menſura. quaſi extra mẽ/ ſuram exiſtenſ. nocte ebrii ſunt ſcilicet ignorantie ratione dicta. Noſ autem etc. & patet ſententia ex dictiſ. induti loricam fidei. ſicut enim lorica conficitur ex pluribuſ maculiſ inuicem ſe complectentibuſ. ſic fideſ integratur ex pluribuſ articuliſ. adiuicẽ connexiſ. & caritatiſ: que eſt forma fidei. ſicut autem lorica protegit corpuſ. ſic fideſ caritate formata protegit animam a demonum inſultibuſ. & galeam. ſpem ſalutiſ. ſicut enim galea munit caput: quod eſt ſuperior parſ corporiſ. ſic ſpeſ ſuperiorem partem anime. ipſam ad celeſtia eleuando: quoniam non poſuit noſ deuſ in iram id eſt in dam/ nationem eternam. ſed in acquiſitionem ſalutiſ id eſt ut acquiramuſ uitam beatam. ex operibuſ meritoriiſ. per dominum noſtrum etc. ſine cuiuſ adiutorio nullum opuſ poteſt eſſe meritoriũ. ut ſiue uigilemuſ. corporaliter uiuẽdo: ſiue dormiamuſ. mortiſ corporaliſ ſomno. ſimul cum illo uiuamuſ. uita gratie. que eſt in anima immortali. Propter quod conſolamini inuicem. in laboribuſ uite preſentiſ. & edificate alteruꝝ uerbiſ boniſ. & exempliſ. ſicut & facitiſ. ſemper tamen proficiendo in iſtiſ. Rogamuſ autem. Hec eſt ſecũda parſ in qua inducit Theſſalonicenſeſ ad hoc. q̃ bene ſe habeãt ad proximum. & primo ad perfectoſ. eoſ honorando dicenſ. rogamuſ autem uoſ fra/ treſ. ut noueritiſ etc. oſtẽdatiſ per effectũ uoſ noſcere Prelatoſ. debite eoſ honorãdo cum ratione uite: cum ratione doctrine: ideo ſubditur: & mouent uoſ: ideo ſunt pre/ ceteriſ diligendi. quanto ſpiritalia corporalibuſ preferũtur. propter opuſ illorum ad ueſtram ſalutem ordinatum. pacem habete cum eiſ. obediendo eiſ humiliter. & deuote. Secundo hortatur eoſ. ut bene ſe habeant ad imperfectoſ dicenſ. Rogamuſ autem uoſ fratreſ corripite caritatiue. inquietoſ id eſt gyrouagoſ. & contentioſoſ. conſola/ mini puſillanimeſ id eſt in tribulationibuſ deficienteſ. ſuſcipite infirmoſ. mente. uel corpore. infirmitateſ eorum. quantum ſecundum deum poteſt fieri: ſupportando: quando enim ex tali ſupportatione inſoleſcunt eoſ non expedit ſupportare. quia hoc

eſſet malum nutrire. patienteſ eſtote ad omneſ. non ſolum fideleſ. ſed etiam infideleſ. & intelligiē iſta patientia quantū ad actū animi interiorē? quantum aūt ad actum exteriorē. ſ. defendendi ſe uel ſua. aut repetendi rem. uel iniuriam a iudice: non ſemp expedit. utpote. ſi ex hoc audatia malefaciendi tribuaē. niſi ex tali repetione maiuſ malū. utpote. graue ſcādalū orireē. uidete ne qſ malū pro malo alicui reddat. hoc. n. eſt uīdicare ſeipſū. qđ ſemper eſt malū. cū nulluſ ſit iudex in cauſa ſua. ſi tamē aliqſ non habeat ſuperiorem iudicem. iniuriam ſibi factam debet. & poteſt punire. non tamen liuore uindicte. ſed zelo iuſticie. ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini inuicē. id ē fideliſ ad fidelem. in omneſ id eſt etiam erga infideleſ. ſemper gaudete in domino. & ſi non actu. quem oportet aliquando interrumpi. ſaltem in ſomno. tamen in habi/ tu. & eodem modo intelligitur: quod ſubditur: ſine intermiſſione orate. uel hoc eſt referendum ad horaſ ad hoc aptaſ. uel conſtitutaſ: quarum nulla eſt intermittenda. in omnibuſ. proſperiſ. & aduerſiſ. gratiaſ agite deo: qui aduerſa ordinat pro ſalute ueſtra. per meritum ueſtre patientie: ſicut patet de ſancto Iob. & ſubditur cauſa. Hec eſt enim uoluntaſ dei etc. cui eſt in omnibuſ obtemperandum. Spiritum. Hec eſt tertia parſ. in qua hortatur eoſ bene ſe habere erga deum dicenſ. ſpiritum ſcilicet deuotioniſ. erga deum. nolite extinguere per immoderatam curam rerum tempora/ lium. prophetiaſ id eſt expoſitioneſ ſacrarum ſcripturarum nolite ſpernere. quia frequenter reuelatur uni ſimplici. quod occultatur prudenti. Matthei ſecundo abſconditi hec a ſapientibuſ. & reuelaſti ea paruuliſ. Veruntamen quia expoſitoreſ aliquando deficiunt. ſubdit: omnia autem probate id eſt dicta eorum diſcutite? quod bonum eſt. tenete. contra multoſ in quibuſ lectionibuſ. & predicationibuſ male dicta meliuſ retinent. q̄ utilia. ab omni mala ſpecie abſtinete uoſ. non ſolum enim abſtinendum eſt a malo. ſed etiam ab eo. quod habet apparentiam mali. propter ſcandalum uitandum. ſaltem quouſq; declaretur. quod illud eſt licitum. Ipſe autem deuſ pacīſ id eſt dator. & autor pacīſ ſanctificet uoſ per omnia ad corpuſ. & ad ani/ mam pertinentia. ideo ſubditur: ut integer ſpirituſ ueſter & anima etc. & dicitur ſpirituſ quantum ad ſuperiorem anime partem. & anima quantum ad inferiorem. in aduentu domini ad iudicium. ſeruetur. & q̄ iſtud ſit ſperandum. ſubditur: fideliſ eſt. qui uocauit uoſ ad fidem ſcilicet deuſ. qui etiam faciet: quia nulli deficit. quantū ex ſe. Fratreſ. Hec eſt ultima parſ. que eſt concluſio epiſtole. in qua ponitur ſui recommendatio. & aliorum ſalutatio: ideo dicit: fratreſ orate etc. in oſculo ſancto. non libidinoſo: nec proditorio. ſicut plenius fuit expoſitum Romanoſ ultimo. ubi idē: & ſub eiſdem uerbiſ ponitur. adiuro uoſ per dominum id eſt iniungo uobiſ per ipſum. ut legatur. epiſtola hec omnibuſ ſanctiſ id eſt baptiſmate ſanctificatiſ. gratia domini noſtri Ieſu Chriſti uobiſcum ſupple ſit in preſenti. & gloria in futuro. Amen.

Incipit Secunda Epistola Ad Thessalonicenses.

Paulus & Siluanus: Hic incipit secunda Epistola ad Thessalon. & diuidit in tres partes scilicet salutationem. & prosecutionē ibi. gratias agere: & conclusionem ibi. salutatio mea: in fine Epistole Sententia prime partis patet ex dictis in principio precedentis Epistole. Gratias agere: hic incipit prosecutio que diuidit in tres partes: nam Apostolus primo reddit Thessalonicenses benuolos. Secundo cautos. ca. ii. Tertio dociles siue doctos ibi. uos autem: primū facit dupliciter scilicet gratias agendo de bona eorum conuersatione & orādo pro meliori cōsūmatione ibi. in quo etiam oramus. Circa primum dicit. gratias agere debemus deo: a quo est omne bonum .s. semp actu uel habitu uel semper in omnibus horis ad hoc ordinatus. pro uobis fratres: quia bonum discipulorum redundat in magistrum ita ut dignū est. q. d. digni estis ut hoc agamus. quoniā supercrescit fides uestra intensiue firmus iis que sūt fidei adherēdo. & etiam extensiue ea que sunt fidei magis explicite cognoscendo: & eam uerbo & exemplo ad alios dertuando. & abundat caritas: in affectu interiori & opere exteriori: ita ut nos ipsi in uobis glorietur: id est de uobis. in Ecclesiis dei: pponendo aliis Ecclesiis uitam uestram pro exemplo: Ideo subditur. pro pacientia uestra: solida. & fide: firma. sustinetis in exemplum iusti iudicii dei: & per hoc sensibiliter apparebit iudicium dei esse iustum. pacientiam uestram premiando: ideo subditur. ut digni habeamini etc: & persecutores uestros puniendo: ideo subditur. si tamē iustum est: & accipitur hic si pro quia: quia iustum est apud deum retribuere tribulationem: id est gehenne penam iis qui uos tribulant persequendo. & uobis qui tribulamini: pacienter sustinēdo requiem uobiscū: qui similiter tribulamur. & subditur retributionis tempus: cū dicit: in reuelatione dñi Iesu de celo: i. manifeste apparebat ueniens ad iudicium sicut dicit Math. xxiiii. sicut fulgur exit ab oriente: & apparet usq; in occidentem ita erit aduentus filii hominis: cum angelis uirtutis eius: qui erunt executores diuini iudicii. in flamma ignis dantis: id est facientis. uindictam qui non nouerunt deum: id est fidem eius non receperunt: sicut sunt Pagani & Iudei obstinati. & qui non obediunt Euangelio: ipsū ope ad implendo: sicut sūt mali Xpiani habentes fidem sine operibus que mortua est: qui penas dabūt: id est soluēt siue sustinebunt. a facie domini etc. id est per sententiā ab ore eius egredientem quādo dicet: Ite maledicti in ignem eternum etc. Math. xxv. & electis: Venite benedicti patris mei etc. ideo subditur. cum uenerit glorificari in sanctis suis: id est dare eis gloriam suam numerabilem. nam excedit intellectus creati capacitatē. i. Corint. ii. oculus non uidit & auris non audiuit & in cor hominis non ascendit. que preparauit deus iis qui diligunt illum. quia creditum est testimonium uestrum super uos: id est quia credidistis illud quod testificati sumus uobis predicando. in die illo .i. de die illo glorificationis sanctorum ita q; li in tenet hic materialiter. sicut cum dicitur Imago Herculis est in lapide. In quo: hic consequenter reddit Thessalo. benuolos orando pro eorum felici consūmatione. d. in quo: id est pro quo scilicet die glorificationis obtinendo: oramus semper pro uobis: exponatur li semper ut supra. ut dignetur uos: i. faciat uos. dignos uocatione sua: ad gloriam sicut uocauit ad fidem. ideo subdit. & impleat omnem sue bonitatis uoluntatem: tunc enim implebit omne desiderium electorum & opus fidei: quod est constans confessio Ro. x. corde creditur ad iustitiā: ore autem confessio fit ad salutē. in uirtute: id est in constantia martyrii pro fide impleat in uobis in presenti

ut sic non solum habeatur auream cómunem omnium sanctorum: sed etiam aureolá. que est propria martyrum. ut clarificetur nomen domini: in palma martyrii uestri. hoc enim modo dicitur Io. ultimo. de Petri martyrio: Cum autem seruieris extendes manus tuas: & alius te cinget. & ducet te quo tu non uis. & subdit Euangelista exponendo: hoc autem dixit significans qua morte esset clarificaturus deum. & uos in illo: ipsum in patria clare uidendo. .II.

Rogamus autem: Hic consequenter Apostolus: reddit Thess. cautos. Circa quod sciendum q̄ aliqui Thessalonicensium credebant diem iudicii esse propinquá tum propter tribulationes quas sustinebant: ut Xp̄us in Euangelio dixerat Ecclesiam maxime tribulari apropinquante die iudicii: ut patet Math. xxiiii. propter quod timebant adhuc maiores persecutiones incurrere: tum quia Apostolus dixerat Epistola precedenti ca. iiii. nos qui uiuimus qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Xp̄o scilicet uenienti ad iudiciū ut dictum fuit ibidem: quod aliqui Thessalonicenses male intelligentes. credebant illam obuiationem tempore Pauli futuram: eo q̄ dixerat: nos qui uiuimus simul rapiemur etc. propter quod eos assecurat de diei iudicii longa distantia reddens eos cautos ne decipiant circa hoc ex cuiuscunq; doctrina. Et diuiditur in duas partes: quia primo remouet errorem. Secundo docet ueritatem ibi: quoniam ubi: Circa primum dicit. Rogamus autem uos fratres: per aduentum dñi ad iudicium: & uestre congregationis in ipsum: tunc enim electi congregabuntur ad eum: Math. xxiiii. ubicúq; fuerit corpus congregabuntur & aquile. & non cito moueamini a uestro sensu: i. uestro intellectu. neq; terreamini: quasi instet tribulatio maxima que predicta est fore prope iudicii diem: neq; per spiritum: scilicet malignum transfiguratum in angelum lucis. & asserentem uobis contrarium scilicet q̄ dies iudicii sit propíqua. neq; per sermonem: alicuius Pseudo Apostoli. neq; per Epistolam tanq̄ per nos missá qđ exponit dupliciter: uno mó sic neq; p epistolá etc. i. p epistolá alterius sub nomine uestro uobis missam. nam aliqñ falsi Apostoli & heretici mittebant epistolas sub nomine uerorum Apostolorum Xp̄i ad fidelium deceptionem: ut supra dictum est. Alio modo sic. neq; per Epistolam etc. id est per epistolam uestram precedentem q̄ instet dies domini eo q̄ ibi diximus: deinde nos qui uiuimus etc. quia non fuit intellectus q̄ dies iudicii esset propinqua: ut ibidem fuit dictū ne quis uos seducat ullo modo hoc addit ad excludendum omnem deceptionis modū circa materiam istam Quoniá: hic docet circa diē iudicii ueritatē de quo dicit q̄ duo notabilia p̄cedent primū ponit cū dicit: qm̄ nisi uenerit dissessio primū: quod exponunt aliqui de discessione a Romano Imperio: quod florebat tēpore Pauli: a quo iam receserūt quasi omnia regna negantia ei subiici. & redditionem tributi iam a multis annis. Illud etiá imperiū caruit Imperatore pluribus annis & tamen non uenit adhuc Añxp̄us qui tum debet uenire completa illa discessione ut dicere uidetur Apostolus infra. & tunc reuelabitur ille iniquus etc. propter quod alii exponunt de recessu ab obedientia Ecclesie Romane a qua iam diu recessit grecia. Sed saluo meliori iudicio mihi uidetur melius intelligēdum de recessu a fide Catholica sicut exponunt aliqui: non tamen sic intelligendo q̄ omnes sint a fide Catholica recessuri: quia dominabit in aliquibus usq; ad finem mūdi: sed quia maior pars credentium discedet ab ea. quia secundum testamentū Saluatoris Math. xxiiii. apropinquante Añchristi tempore abundabit iniquitas: & refrigescet caritas multorū & per consequens fides uera deficiet in multis. & tunc ueniet Añxp̄us facta dispositióe ad receptionē ipsius. huic dicto etiā cócordat dictū apostoli ifra ad Timotheū. iiii. ubi dicit q̄ in nouissimis tēporibus discedent quidam a fide attendentes

ſpiritibuſ erroriſ etc. & ſecũda ad eundem. iii. in nouiſſimiſ diebuſ inſtabunt tempora periculoſa. & erunt homineſ ſe ipſoſ amanteſ etc. ſequitur ibidem. homineſ corrupti mente reprobi circa fidem etc. Et reuelatuſ fuerit: hic ponitur ſecundum notabile qđ precedet diem iudicii ſcilicet aduentuſ Antexp̃i. cuiuſ primo ponit̃ ſuperbie exceſſuſ. Secũdo tempuſ ueniendi & eiuſ caſuſ ibi. & tunc reuelabit̃. Tertio demoniſ effectuſ ibi cuiuſ eſt aduẽtuſ. Exceſſuſ uero ſuperbie erit quia faciet ſe ſicut deũ adorari. dicit, igitur. Et reuelatuſ fuerit: id eſt manifeſte oſtenſuſ. homo peccati: id eſt totaliter dedituſ peccato ſicut homo dedituſ agriculture: dicitur homo agri. Filiuſ perditioniſ. i, dignuſ perditione. ſicut ſecundo Reg. xii. dicitur filiuſ mortiſ quia dignuſ morte. qui aduerſatur & extollitur loquit̃: de futuro per modum preſentiſ propter certitudinẽ Propbetie. loquitur enm de Antexp̃o propbetice. ſupra omne quod dicit̃ deuſ: q̃tum ad deoſ gentiliũ. qui dicũtur dii ſed non ſunt. aut quod colitur: quantum ad ſanctam trinitatem: que colitur ut unuſ deuſ ueruſ. omnem enim talem cultum exterminare conabitur ut ipſe ſoluſ tanq̃ deuſ ab hominibuſ adoretur. ſimile dicit̃ Iudith. Tertio de Nabuchodonoſor qui precepit exterminare omneſ deoſ terre ut ipſe ſoluſ deuſ diceretur. ita ut in templo dei ſedeat: reedificato in Hieruſalem ab ipſo & Iudeiſ ſibi adherentibuſ. Alii autem exponunt in templo id eſt ſic ſe oſtendet: ac ſi ipſe ſit templũ dei eo modo quo humanitaſ Xp̃i eſt dei templum. non retineriſ etc. q. d. non deberet elabi a memoria ueſtra. exnunc quiſ detineat: id eſt que ſit cauſa in ore ipſiuſ. ſcitiſ: Sciebant enim q̃ omnia futura a deo diſpoſita ſunt determinatiſ temporibuſ: uentura ideo ſubditur. ut reueletur in ſuo tempore: a deo diſpoſito: licet autem Antechriſtuſ ſit uenturuſ perſonaliter: uenit tamen figuraliter ſicut dictum fuit de Antiocho Illuſtri. Daniel. ii. q̃ fuit figura Antichriſti & eodem modo dicitur hic de Nerone: qui tunc imperabat. & primuſ de Romaniſ Principibuſ mouit perſecutionẽ Eccleſie cum dicitur: nam myſterium: id eſt figura. iniquitatiſ: id eſt Antichriſti qui dicitur iniqtaſ in ſubſtracto propter exceſſum ſue malicie ſicut homo multum liberaliſ dicitur ipſa liberalitaſ. iam operatur: in Nerone Eccleſiam perſequentium: ſupple reſtat. ut qui tenet nunc: Romanum Imperium ut exponunt aliqui. teneat donec de medio fiat: id eſt donec deficiat Imperium Romanum: per diſceſſum ab obedientia ipſiuſ. Sed mihi uidetur meliuſ exponi de diſceſſione a fide ratione ſupradicta ſic tantum ſupple reſtat. ut qui tenet nunc fidem Catholicam. teneat: eam firmiter in perſecutione Neroniſ & aliorum Tyrannorum ſequentium. donec de medio fiat. id eſt donec deficiat modo ſupradicto. Et tunc etc. quia ſicut predict̃ũ eſt deficiente ſic fide. apparebit Antichriſtuſ: ideo dicitur & tunc reuelabit̃ ille iniquuſ: ſic antonomatice dictuſ quem dominuſ Ieſuſ interficiet ſpiritu oriſ ſui: quia de mandato eiuſ fulminabit̃ per miniſterium Michaeliſ archangeli: & deſtruet in anima & corpore in illuſtratione aduentuſ ſui: id eſt in aduentu ſuo claro. Cuiuſ: Hic conſequenter circa Antechriſtum ponitur demoniſ effectuſ. habebit enim Antechriſtuſ demonem priuatum qui a deo permiſſuſ faciet mirabilia ad eiuſ nutum in ſubuerſione fidelium. & hoc eſt q̃ dicitur: cuiuſ aduentuſ: ſecundum operationem ſathane. in omni uirtute: id eſt temporali poteſtate. & ſigniſ & prodigiſ mendacibuſ: nam aliqua fiunt per illuſionem ſenſuum a demone que uidebuntur eſſe: & non erunt. & alique erunt reſ uere ſicut demon ſuper oueſ Iob fecit ignem uerum deſcendere. dicuntur tamen ſigna mendacia: quia fient ad aſſertionem mendacii. & in omni ſeductione iniquitatiſ: utpote nimiſ promiſſiſ & aliſ modiſ exquiſitiſ. hiſ qui peremit: in illiſ enim habebit eiuſ deceptio effectum: eo q̃ caritatem ueritatiſ. i. quia ueritatem Euangelicam que eſt lex amoriſ: nõ receperũt

credendo ut ſalui fierent: quia extra ueritatem Euangelicam non eſt ſaluſ. ideo id eſt propter eorum demerita: mittet illiſ deuſ: id eſt mitti permittet: operationem erroriſ: id eſt ducentem in errorem modiſ dictiſ ut credant mendacio : qui repulerunt ueri/tatem. ut iudicentur omneſ etc. ſcilicet iudicio condemnationiſ: Noſ autem. Hec eſt tertia parſ in qua reddit Theſſalonicenſeſ docileſ eoſ in moribuſ in formando & primo quantū ad operationē boni. Secūdo q̄tū ad euitationem mali ibi. denuntiamuſ: prima in treſ: quia primo de bono eorū gratiaſ agit. Secundo quantum ad perſeuerandum eoſ inducit ibi. itaq; fratreſ. Tertio orationeſ eorum petit in principio tertii capituli. Circa primum dicit. noſ autem debemuſ gratiaſ agere etc. quia bonū diſcipulorum re/dundat in magiſtrum. quod elegit noſ deuſ: ſua gratia. primitiaſ in ſalutem: fuerūt enī de primiſ credentibuſ ex gentilitate. in ſanctificatione ſpirituſ: per baptiſmū in quo datē gratia ſpirituſ ſancti ſanctificāſ. & fide ueritatiſ: id eſt in fide Catholica que ſola eſt uera. in qua: ſcilicet fide & uocauit uoſ per Euangelium ueſtrum: id eſt p̄ noſtram predicationem Euangelii in acquiſitione glorie etc. id eſt ut per hoc gloriā acquiratiſ Itaq; hic conſequenter ad perſeuerandum eoſ inducit. d. itaq; fratreſ ſtate: firmi in moribuſ & fide & tenete traditioneſ que didiciſtiſ a nobiſ. ſiue per ſermonem: uoſ pre/ſentialiter docendo: ſiue. per epiſtolam noſtram: quam abſenteſ uobiſ miſimuſ uoſ do/cendo. & quia ad perſeuerandum in bono indiget homo adiutorio diuino: ideo ſubdit deprecando: ipſe autem dominuſ etc. & patet littera. .III.

DEcetero : Hic conſequenter Apoſtoluſ petit Theſſalonicenſibuſ orationum ſuffragia quia caritaſ eſt reciproca. dicit ergo. decetero fratreſ orate pro nobiſ: inſtanter & deuote. ut ſermo dei: id eſt predicatio Euangelii currat ſiue impedimento ad aliaſ genteſ. & clarificet per miracula ueritatem eiuſ: declarantia: ſicut & apud uoſ iam factū eſt. & ut liberemur ab importuniſ: id eſt Pſeudo apoſtoliſ importune falſa ingerentibuſ. & a maliſ hominibuſ: predicationem. Euangelii qualitercunq; impedie/entibuſ: non enim omnium eſt Fideſ: id eſt non dum acceperunt omnem fidem per me qui ſunt accepturi. fideliſ autem deuſ: in promiſſiſ ad implendiſ: qui conformabit uoſ: contra deceptioneſ Pſeudo apoſtolorum. & cuſtodiet a malo: ſcilicet impacientie in perſecutionibuſ tyrannorum. confidimuſ autem de uobiſ in domino: id eſt de ueſtra bona obediēcia ad deum: quoniā que precepimuſ facitiſ & facietiſ: q̄a nō precepimuſ ea autoritate propria ſed diuina ideo ſubdit: dominuſ autem dirigat corda ueſtra: ad im/plendum ſua mandata. in caritate dei: erga omneſ. & pacientia Xp̄i : erga ueſtroſ perſecutoreſ. denūciamuſ: hic conſequenter informat eoſ q̄tum ad euitationem mali & primo facit propoſitionem. Secundo remouet falſum intellectum ibi. uoſ autem. Circa primum dicit denunciamuſ autem uobiſ fratreſ in nomine domini: id eſt ex eiuſ autoritate ut ſubtrahatiſ uoſ ab omni fratre ambulante inordinate declinando ab or/dine legiſ nature & legiſ ſcripture ut dicit̄ Pſal. xvii. Cum peruerſo peruerteriſ: & non ſolum traditionem quam acceperunt a nobiſ facto & uerbo. ipſi enim ſcitiſ: per experientiam operiſ quemadmodum oporteat imitari noſ in operibuſ noſtriſ: quoniā non inquieti fuimuſ inter uoſ: id eſt uagabundi & ocioſi. neq; gratiſ panem mandu/cauimuſ: petenteſ uobiſ miniſtrari ab aliquo ueſtrum. ſed in labore. & fatigatione: corporali : nocte & die operanteſ: ad acquirendum uictum ueſtrum exceptiſ boriſ ad orandum & docendū aptiſ. non quaſi non habuerimuſ poteſtatē: accipiendi ſūptuſ a uobiſ ſecundum formam Euangelicam Luc. x. ubi dicitur predicatoribuſ edenteſ & bibenteſ que apud illoſ ſunt. dignuſ eſt enim mercenariuſ merce de ſua. ſed ut noſ/metipſoſ formam daremuſ uobiſ etc. quia ſi noſ habenteſ poteſtatē accipiendi ſumptuſ

abstinuimus ab hoc uiuentes de nostro labore multomagis alii. qui non habent talem potestatem: debent de labore suo uiuere. cetera patent usq; ibi: ii autem qui huiusmõi sũt denũciamus etc. & cũ silentio operantes: id est quieti non uagabundi suum panem id est proprio labore acquisitum. manducent: & non alienũ: Vos autem: hic remouet circa dicta falsum intellectum: quia posset aliquis credere q̃ pauperibus laborare nõ potentibus & occupatis in negotus spiritalibus non essent ad ministrandi necessarii sumptus ideo hoc remouet. d. uos autem fratres: facultatem habẽtes. Nolite deficere benefacientes: id est nolite desistere a bñfaciendo talibus personis. q̃ siquis non obedierit uerbo nostro per Epistolam hunc uocate: mihi scribendo ut possim eum corripere. & non immisceamini cum illo: sotietatem eius uitando ut. confundatur: & sic resipiscat a malo suo: & nolite quasi inimicum existimare: quia si uitium sit odiendum nata tamen est diligenda. ipse autem: deus pacis autor & dator: det uobis pacem sempiternam in omni loco: id est in terra & in celo. dominus sit cum omnibus uobis: in p̃senti per gratiam & per gloriam in futuro . Salutatio : Hec est ultima pars que est Epistole cõclusio uel confirmatio per signum in fine scriptum de manu Pauli quod enim supra positũ est scriptũ erat per manũ notarii. sed istud ultimũ de manu Pauli erat scriptũ. & similiter faciebat in aliis suis Epistolis ad certificandum illos quibus mittebantur q̃ essent a Paulo directe & ad excludendum Epistolas a Pseudo apostolis sub nomine Pauli scriptas in quibus finis non erat scriptus de manu Pauli. ex dictis patet littera.

Incipit prima Epistola ad Timotheum.

Paulus Apostolus Iesu Xp̃i: Hic incipit prima Epistola ad Timotheum que diuidit̃ in duas partes. s. salutationẽ & p̃secutionẽ ibi. sicut rogaui: In prima parte ponitur persona salutans & exprimitur quantum ad tria scilicet quãtum ad nomen propriũ ibi. Paulus: & quãtum ad officium ibi. Apostolus Iesu Xp̃i: & q̃tum ad autoritatem officii cum dicitur. secundum Imperium dei sicut Actuum. xiii. dixit spiritus sanctus segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod assumpsi eos. opera uero Trinitatis sunt in diuisa ppter quod idem est Imperium trium personarum. & ideo una expressa alie intelliguntur. & Iesu Xp̃i spei nostre: id est per quem speramus obtinere gloriam. Secundo ponitur p̃sona salutata cum dicitur. Timotheo dilecto filio in fide: ad ostendendũ q̃ erat filius eius spiritalis & non carnalis. Tertio ponuntur bona optata cum dicitur. gratia & misericordia & pax: misericordia in remissione peccatorum. gratia: in ampliatiõe meritorũ & pax: in consecutione premiorũ. a deo patre: qui est autor & dator istorũ. & Xp̃o Iesu: qui quantum ad deitatem est eadem principalis causa cum patre & spiritu sãcto & quantum ad humanitatem est causa instrumentalis coniuncta sicut manus est organum coniunctum artifici. secundus autem separatum. & hoc modo alie creature sũt instrumenta dei separata. Sicut rogaui: Hic incipit huius Epistole prosecutio. Circa quod sciendum q̃ Apostolus ordinauit Timotheum Episcopum Ecclesie Ephesiue. & ideo in hac Epistola instruit eum de iis que pertinent ad Episcopi officium . ad quod spectant septem specialiter . & secundum hoc prosecutio huius Epistole diuiditur in septem partes: que patebunt prosequendo. Primus autem actus pertinens ad Ep̃m est extirpatio false doctrine. sicut remotio impedimenti prior est in aliquo opere: ad hoc autem inducit Apostolus Timotheum in hoc ca. primo quod in tres partes diuiditur.

nam primo ad hunc actum inducit. Secũdo incidenter deo gratiaſ agit ibi. gratiaſ ago Tertio ad propoſitum redit ibi. hoc preceptum: Prima adhuc in treſ. nam primo inducit Timotheum ad falſitatiſ extirpationem. Secundo ſubdit ad hoc rationem ibi. finiſ autem: Tertio remouet obiectionem ibi. ſcimuſ autem. Circa primum. ſicut rogauit te: o Timothee ſic ſupple faciaſ. & quid ſit illud de quo rogauit: conſequenter oſtendit. d. ut remaneres: Epheſi pro regimine Eccleſie. ut denunciareſ quibuſdam: Pſeudo apoſtoliſ ne aliter docerent q̃ tradidi Epheſiſ. uolebãt enim iſti Pſeudo apoſtoli inducere Epheſioſ. ad obſeruantiam legalium. & traditioneſ Iudeorum tanquã neceſſaria ad ſalutem. neq; intenderent etc. id eſt & ut denunciareſ auditoribuſ ut nó intenderent talibuſ friuoliſ & erroribuſ. ideo ſubditur. fabuliſ & genealogiiſ determinatiſ: dicuntur autem fabule ille quibuſnon ſubeſt ueritaſ: cuiuſmodi erat obſeruatio legalium que tota erat figuraliſ figurando noui teſtamenti ſtatum. & ideo ipſo completo ceſſat illa obſeruatio. & dicere ꝙ maneat: eſt dicere ꝙ ſtatuſ figuraliſ adhuc durat. & ꝙ Chriſti myſterium non eſt impletum adhuc. quod non ſolum eſt falſum ſed etiam erroneum. dicuntur etiam hic fabule traditioneſ Iudeorum irritum faciebant diuinum mandatum ſecundum ꝙ improperat eiſ Saluator Matheı. xv. tanq̃ falſum euidens continenteſ. genealogie uero interminate ſecundum aliquoſ hic dicuntur generationeſ Ade de alia uxore q̃ Eua ex qua aliqui Iudei genealogiaſ multiplicabant. ſed quia gloſe Iudeorum de iſta ſecunda uxore non loquũtur: ideo uidetur meliuſ dicendũ ꝙ aliqui Iudei falſo genealogizabant generationeſ a Dauid deſcendẽteſ ut per hoc excluderent Ieſum Nazarenum a Dauid deſcendiſſe & per conſequens uerum Meſſiam non fuiſſe quẽ ſcripture dicunt a Dauid deſcendere. & dicunt interminate quia non terminantur ad aliquid certum & uerum: que queſtioneſ magiſ preſtant: id eſt liteſ & contentioneſ inter diſputanteſ q̃ edificationem dei id eſt edifitium ſpirituale uirtutũ. que eſt in fide: id eſt cuiuſ edificii fideſ eſt ſtabilimentũ propter quod p̃dicta non conſtruunt: ſed deſtruunt edificiũ ſpirituale. Finiſ autem: Hic ad predicta ſubdit Apoſtoluſ rationem ſcilicet quare non ſit attendendũ in legalibuſ obſeruãtiiſ & genealogiiſ interminatiſ quia non faciunt ad impletionem legiſ diuine. ſed magiſ ad oppoſitum. quia lex ordinat ad diligendum deum & proximum. ad quod predicta non faciunt: ſed magiſ impediunt. ideo dicit. Finiſ autem precepti eſt caritaſ: quod patet. quia precepta prime tabule ordinant finaliter ad dilectionem dei. precepta uero ſecunde tabule ad dilectionem proximi. ut patet Exo. xx. Alia uero p̃cepta quecũq; non ſunt niſi ad explicationem iſtorũ: ut concluſioneſ ab eiſ deriuate non tamen eodẽ modo: quia alique ſequũtur neceſſitatem. alique uero non. & ex hoc ſequitur ꝙ aliq̃ de huiuſmodi preceptiſ ſemper manent: ut moralia. Alia uero tantum ad tempuſ ut iudicialia. & cerimonialia. de corde puro quãtum ad appetitũ: qui dicitur hic cor. nam uoluntaſ que eſt appetituſ intellectuſ mouet aliaſ anime potentiaſ ad agendum. ſicut cor membra corporiſ ad operandum. & conſcientia bona: quantum ad intellectum. Eſt enim conſcientia applicatio ſcientie ad aliquod ꝑticulare agibile. & ideo quãdo ſcientia recta applicatur ad bonum operabile dicitur bona. econtrario uero mala. & fide non ficta: id eſt uera & non ſimulata. quam habebant aliqui ſubdoli fingenteſ ſe eſſe Chriſtianoſ ut ſimpliceſ deciperent. & alioſ facerent capi: ſicut dicit̃ de Torquato in legenda ſancti Tyburcii. a quibuſdam aberranteſ: id eſt declinanteſ. reuerſi ſunt in uaniloquii: aſſerendo de legalibuſ predictiſ & traditionibuſ ꝙ naturam ſit ea obſeruari poſt aduentum Chriſti uolenteſ eſſe legiſ doctoreſ cum non fuerint ad hoc ſuffitienteſ diſcipuli: ideo ſubdit̃. non intelligenteſ neq; que loquũtur etc. i. nó intelligẽteſ

conclusionef de quibuf loquũtur. nec fcripturaf per quaf probare nituntur. Scimuf hic cõfequenter remouet obiectionef: qa poffet aliquif obicere. de legalibuf q fuerũt a deo inftituta. ut patet in Exo. & Leuit. & per confequenf bona & feruãda. ad hoc autem refpondet. Ad cuiuf intelligentiam fciendũ: q lex habet uim dupliçem fcilicet regulatiuam & coactiuam. primo igitur foluit obiectionem quantũ ad primam. Secundo quantum ad fecundam ibi. fcientef hoc: uif autem regulatiua legif ordinat hominif autem bonum potef aliquid dici dupliciter. Vno modo fimpliciter & fecundum omne tempuf: & fic uetuf lex quantũ ad precepta moralia ordinat hominef ad bonũ propter quod omni tempore funt feruanda. Alio modo dicitur aliquid hominif bonũ fecundum aliquod tempuf determinatũ ficut uti leuibuf ueftimentif eft bonũ homini tempore eftiuali non autem byemali. propter quod ueftimenta priora dimittuntur & alia accipiuntur: & hoc modo lex uetuf quantum ad precepta cerimonialia ordinabat hominef ad bonum pro tempore ueterif teftamenti. erant enim inftituta ad figurandum Xpi myfterium uenturũ. propter quod ille cerimonie ceffant Xpi myfterio adimpleto. & alie funt inftitute uerbi gratia inter cerimonialia ueterif legif principalia erant oblationef & facrifitia que figurabant Chriftum in cruce offerendum & immolandũ propter qđ ipfo iam oblato & imolato: offerre dictaf oblationef & facrificia & maxime poft publicatum Euangelium eft fignificare q oblatio Chrifti in cruce & eiuf immolatio non dum fit impleta. quod eft falfum. propter quod oportuit aliud facrificium inftitui: quod effet fignificatiuũ oblationif Chrifti iam complete. & fic Xpuf inftituit facramentum Euchariftie quod eft memoriale paffionif dominice. Luc. xxii. hoc eft corpuf meum quod pro uobif tradetur: hoc facite in meam cõmemorationem: & fic de aliif cerimonialibuf fuo modo. quãtum autem ad iudicialia precepta lex non ordinabat ad aliquid figurandum per fe & directe: fed ad modum feruandi iuftitiam inter hominef propter quod aduenięte Chrifto non fũt euacuata ut morti facti ficut cerimonialia quia poffunt feruari: dum tamen non feruentur ut obligantia ex lege illa: quia fuerunt inftituta ad obferuandũ iuftitiam inter hominef: pro ftatu ueterif teftamenti qui fuit totuf figuralif refpectu ftatuf noue legif. 1. Corinth. x. omnia in figura contingebant illif: propter quod precepta iudicialia per accidenf fuerunt figurata & ideo feruare illa ex obligatione ueterif legif eft fignificare facto q ftatuf illiuf populi adhuc durat. quod eft falfum. poffunt tamen feruari ex alia ratione utpote ex noua inftitutione Ecclefie uel principif alicuiuf uel huiufmodi fic igitur dicit Apoftoluf. fcimuf autem quia bona eft lex fiquif ea legittime utatur: fcilicet moralibuf ad femper cerimonialibuf ufq; ad paffionem Chrifti. extunc enim fuerunt mortua quia non obligabant. poterãt tamen feruari dum tamen non poneręt fpef in eif: & hoc ufq; ad publicationem Euangelii. fed extunc fuerunt mortifera ficut fupra plenius dictũ eft in Epiftola ad Galath. & in epiftola ad Ro. Iudicialibuf autem tempore ueterif teftamenti tanquam ex lege obligantibuf tempore uero noui ex alia obligatione ut dictum eft. Scientef hoc: Hic confequenter foluit obiectionem predictam quantum ad uim legif coactiuam que penaf cohibet a malif & quãtum ad hoc dicit. fcientef hoc, q lex iufto non eft pofita: q̃tum ad uim coactiuam quia iuftuf non cohibeę timore pene a malif fed uirtutif amore. & fic eiuf uoluntaf: non eft legi confona propter qđ per legem non cogitur: quia coactio uiolentiam importat. fed fic lex pofita eft: malif hominibuf propter quod fubdię. fed iniuftif: id eft inique agentibuf: contra proximũ & non fubditif: id eft rebellibuf fuperioribuf fuif. impif: agentibuf contra deum fic per oppofitũ pietaf uno mõ accepta idẽ eft q cultuf diuinuf. & peccatoribuf. ex infirmitate

delinquẽtibuſ. ſceleratiſ: q peccãt ex certa malicia. & cõtaminatiſ: peccatiſ carnalibuſ cetera patẽt uſq; ibi: plagiariſ: id eſt aſſuetiſ plagaſ & uerbera aliſ inferre. mẽdacibuſ: mendacio pernicioſo. & ſiquid ſane doctrine aduerſatẽ: omne tale quid eſt per legem puniendum. que: ſcilicet ſana doctrina. eſt ſecundum Euangeliũ: cui concordat oñiſ ueritaſ. glorie beati dei: dicitur autem Euangelium glorie beati dei quia predicat hãc gloriã dei. quod: ſcilicet Euangelium. creditum eſt mihi: tanq̃ fideli ipſiuſ predicatori Gratiaſ: quia fecit mentionem de Euangelio ſibi credito ideo hic incidẽter agit gra/ tiaſ deo de ſua uocatione ad fidem & ad apoſtolatum. d. gratiaſ ago qui me cõfortauit Xpo Ieſu: ſecundũ q dicitur Actu. ix. Sauluſ autem multomagiſ cõualeſcebat & confundebat Iudeoſ etc. quia fidelẽ ſe exiſtimauit: id eſt iudicauit. ponẽſ in miniſterio apoſtolatuſ qui priuſ blaſphemuſ fui: contra perſonam Xpi. & perſecutor & cõtume/ lioſuſ: cõtra membra eiuſ. perſecutor: in factiſ. contumelioſuſ: in uerbiſ. ſed miſericor/ diam dei conſecutuſ ſum: id eſt remiſſionem peccatorum quia ignorans feci: quod enĩ ignoranter cõmittitur: faciliuſ ignoſcitur q̃ illud quod ex certa malicia perpetratẽ. in incredulitate: id eſt falſo credens bene agere. ſuperabũdauit autem gratia domini. q. d. non ſolum conſecutuſ ſum remiſſionem peccatorum ab eo ſed etiam collationem donorum ſuorum ideo ſubditur. cum fide & dilectione fidei enim: per caritatem for/ mate cõnectuntur alia dona & gratia ad gratum facientem pertinentia. fideliſ ſermo id eſt ueruſ. & omni acceptione dignuſ: quia eſt utiliſ audientibuſ. & quiſ ſit ille ſubdit quia Xpuſ Ieſuſ uenit in hunc mũdum in carne paſſibili. peccatoreſ ſaluoſ facere: ſua benedicta paſſione cuiuſ effectuſ in baptiſmo cõmunicatur. quorum primuſ ego ſum nõ ordine temporiſ ſed magnitudine iniquitatiſ ut exponit glo. ſed quia multi grauiuſ peccauerunt Xpm etiam in perſona propria nequiter perſequenteſ: ideo dicendum uidetur meliuſ: q tum dicitur. quorum primuſ ego ſum: ſic intelligatur ſcilicet inter illoſ qui de peccato ad gratiam reuocantur: quia hec reuocatio fuit in Paulo ualde numerabiliſ propter quod in Eccleſia ſolemnizatur. & ſic li primuſ excellentiã notat huiuſ uocationiſ & huic concordat littera ſequens cũ dicit: ut in me primo: i. princi/ paliter Ieſuſ Xpuſ. omnem patientiam: id eſt perfectam patientiam. oſtenderet: me ſic numerabiliter reuocando: cum eſſem in actu perſequendi eum in membriſ ſuiſ. ad informationem eorum qui crediturí ſunt: ut nulluſ propter enormitatem peccati ſui. deſperet conſequi miſericordiam Xpi & ulteriuſ uitam eternam: ideo concludit ulte/ riuſ. Regi autem ſeculorum. id eſt trinitati eterne. eternitaſ enim que eſt ſimplex & indiuiſibiliſ non comprehenditur a nobiſ niſi per comporationem ad tempuſ infinitũ: quod deſignatur nomine ſeculorum. immortali: ad differentiam Iouiſ & Saturni & huiuſmodi qui fuerunt homineſ mortaleſ. inuiſibili: ad differentiam Idolorũ que ſũt de materia ſenſibili. ſoli deo: per hoc non deſignatẽ in deo ſolitudo cum in eo ſint treſ perſone ſed per hoc fit excluſio omniſ alteriuſ a cultu deo debito. ideo ſubditẽ: honor & gloria etc. Hoc preceptum: incidenti poſito hic Apoſtoluſ redit ad porpoſitum. inducendo Timotheum ad reſiſtendum uiriliter doctoribuſ falſitatiſ. d. hoc preceptum cõmendo tibi: tanq̃ fideliter ad implendum. ſecundum p̃cedenteſ in te prophetiaſ: id eſt ſecundum illud quod ſpirituſ ſanctuſ reuelauit mihi de te futurum anteq̃ ordinarem te Epiſcopum. ut militeſ in illiſ: id eſt contra illoſ ſcilicet Pſeudo apoſtoluſ. militiam bonam: eiſ uiriliter reſiſtendo. & eorum falſitatem confutando. habenſ fidem: ſcilicet rectam & firmam. & conſcientiam bonam, ita q uita tua ſit doctrine confirmatiua. quam: ſcilicet conſcientiam bonam. quidam repellenteſ: ſcienter malum agenteſ circa fidẽ naufragauerũt: i. pierunt. abyſſuſ enĩ abyſſum inuocat. & dicit naufragauerũt

quia ſicut nauta patienſ naufragium pit. & alii cum eo: ſic taleſ a fide cadenteſ inducũt alioſ ad infidelitatem. ex quibuſ eſt Hyemeneuſ & Alexander: nomina ſunt propria hominum. quoſ tradidi ſathane: eoſ excõmunicando etc. uexationi demoniſ ſubdẽdo demoneſ enĩ in inferno ſunt executoreſ diuine iuſtitie & etiã aliquando in hoc mũdo ſicut dicitur Pſal. lxxvii. miſit iram in indignationiſ ſue indignationem & iram & tribulationem in miſſioneſ per angeloſ maloſ ut diſcant: non blaſphemare correcti ꝑ experientiam pene. excõmunicatio enim & taliſ afflictio medicinaliſ eſt. .II.

OBſecro: Hec eſt ſecunda parſ huiuſ epiſtole in qua ponitur actuſ ſecunduſ pertinenſ ad Epiſcopum qui eſt oblationeſ orationum offerre deo ſecundũ ꝙ dicit Hebr. v. omniſ Pontifex ex hominibuſ aſſumptuſ pro hominibuſ conſtituitur in uſ que ſunt ad deum: ut offerat dona & ſacrificia pro peccatiſ etc. igitur primo inſtruit Timotheum de actu orandi. Secundo populum ſubiectum ſibi. ibi: uolo ego: Prima adhuc in duaſ: quia primo inſtruit eum de actu orandi. Secundo reddit rationem ſui dicti ibi: hoc enim. prima adhuc in duaſ: quia primo docet orandi modum. Secundo pro quibuſ ſit orandum ibi. pro omnibuſ: Circa primum ſciendum ꝙ ad actum orãdi tria requiruntur: Primum eſt acceſſuſ orantiſ ad deum: qui oratur. & hoc fit per eleuationem mentiſ in deum: quod fit per orationem: que ſecundum Damaſcenum eſt aſcenſuſ mentiſ in deum & ſecundum hoc dicit Apoſtoluſ. obſecro primũ omnem fieri orationeſ: Secundum eſt propoſitio eiuſ ꝙ in oratione petit̃: quod fit dupliciter. uno modo in generali ut cum dicitur. deuſ adiuua me: & quantum ad hoc dicit petitioneſ: Alio modo in particulari: ut cum petitur aſſecutio alicuiuſ boni uel euaſio mali determinati & ſic dicit. poſtulationeſ: Tertium ꝙ requiritur eſt illud per quod oratio fit exaudibiliſ. & hoc eſt duplex: unum eſt ex parte dei: quod eſt eiuſ ſanctitaſ uel aliquid ab eo ſanctificatum: ſicut cum dicitur. per ſanctam reſurrectionem tuam libera noſ domine: uel aliquod huiuſmodi & ſic dicit. obſecrationeſ: id eſt per rem ſacrã deprecationeſ: propter quod in fine orationum Eccleſie dicitur per Xp̃m dominum noſtrum. Aliud eſt ex parte orantiſ que eſt gratitudo de beneficiiſ acceptiſ. ille enim qui de beneficio accepto oſtendit ſe gratum dignuſ efficitur ut aliud ſibi detur. & q̃tũ ad hoc dicit. gratiarum actioneſ: pro omnibuſ: Hic conſequenter oſtendit pro qbuſ ſit orandum cum dicitur: pro omnibuſ hominibuſ: generaliter. pro regibuſ & omnibuſ qui ſunt in ſublimitate conſtituti: ſicut ſunt Principeſ & Prelati pro quibuſ eſt orandum ſpecialiter. nam ex eorum bona diſpoſitiõe dependet bonũ cõmune: ideo ſubdit̃: ut quietam & tranquillam uitam agamuſ ſub eorum regimine. in omni pietate: id eſt cultu dei debito: ut dictũ eſt ca. precedenti. & caſtitate: mẽtiſ que eſt integritaſ fidei & corporiſ que conſiſtit in repreſſione carnaliſ concupiſcentie. Et notandum ꝙ non ſolũ pro Principibuſ Xp̃ianiſ eſt orandum ſed etiam pro infidelibuſ ſub quibuſ manent Chriſtiani: qa per hoc poſſunt Chriſto fideliter & quiete ſeruire. ſic enim inforꝫabat Hieremiaſ Iudeoſ in captiuitatem Babylonicam ductoſ. d. ex parte domini. querite pacem ciuitatiſ ad quam tranſmigrare uoſ feci. & orate pro ea dominum quia in pace illiuſ erit pax ueſtra. hoc enim: hic conſequenter reddit rationem ſui dicti ſcilicet quare ſit dicto modo orandum. Secundo declarat dictum ſuum ibi. unuſ enim: Circa primum dicit. hoc enim bonum eſt: id eſt utile nobiſ temporaliter ut oſtenſum eſt & acceptũ. coram Saluatore noſtro deo: id eſt meritoriũ apud ipſum uite eterne. quia omneſ homineſ uult ſaluoſ fieri etc. ſed cum nõ omneſ ſaluẽtur: uidet̃ ex hoc ꝙ uoluntaſ eiuſ ſit inefficax uel dictũ Apoſtoli minuſ uerũ: propter quod hoc dictũ Apoſtoli tribuſ modiſ exponitur. Vno modo ut ſit ibi diſtributio accomoda ut ſit

ſenſus deus uult ſaluos fieri omnes homines qui ſaluãtur: quia nullus fit ſaluus quẽ nõ uelit ſaluum fieri. Secundo modo ut ſit ibi diſtributio pro generibus ſingulorũ & non pro ſingulis generum ſicut cum dicit̃ omne animal fuit in arca Noe quia de omnibus generibus animalium fuerunt ibi aliqua individua. & ſic deus de omnibus ſtatibus hominum uult aliquos ſaluos fieri. & ſaluat. Tertio modo ut intelligatur dictũ Apoſtoli de uoluntate dei antecedente ſed non conſequente & dicitur uoluntas antecedens qua quis uult abſolute: conſequens autem qua uult aliquid conſideratis circũſtantiis & conditionibus particularibus. Primo modo uult iudex ciuitatis omnes homines uiuere inquantum ſunt membra ciuitatis. & ſub iſta conſideratione hoc eſt bonum. Si tamen conſideratur aliquis ut fur uel homicida ſic non uult eum uiuere: quia non eſt bonum ſed mori eo ꝙ turbat bonum cõmune. & hoc mõ: deus uult oĩs hoĩes ſaluos fieri: inquantum ſunt homines ipſius capaces per cognitionem & amorem. conſideratis tamen conditionibus particularibus ſecundum quas aliqui ſunt iuſti aliqui peccatores ſic uult ſecundum ordinem ſue iuſtitie aliquos ſaluos fieri & aliquos damnari. Sciendum tam ẽ ꝙ uoluntas fertur in res ſecundum ꝙ in ſe ſunt & ideo illud uult ſimpliciter quod uult prout exiſtit in re ſecundum ſuas conditiones & circũſtantias ideo uoluntas conſequẽs eſt uoluntas ſimpliciter dicta: antecedens uero ſecundum quod: propter quod ab aliquibus uelleitas nominat̃. & ad agnitionem ueritatis Euãgelice uenire per fidem formatam caritate. Vnus enim: Hic conſequẽter declarat dictum ſuum ſcilicet ꝙ deus uelit omnes ſaluos fieri modo predicto. d. unus enim deus: creator omnium hominũ ad ſuam ſimilitudinem. unus & mediator dei & hominum: qui paſſus eſt pro ſalute omnium quãtum ad ſufficientiam: non quantũ ad efficatiam. quod prouenit ex defectu aliquorum quibus propter eorũ demerita non proficit paſſio Xp̃i quantũ ad effectũ cuius: ſ. mediatoris. teſtimoniũ tẽporibus ſuis confirmatum eſt: quia tempore ueteris teſtamenti confirmatum eſt per Prophetas eius aduentum prenunciantes & tpe noui per eius predicationem miraculis confirmatam & per Apoſtolos predicantes & in nomine Xp̃i multa miracula facientes, in quo: ſcilicet teſtimonio predicãdo. poſitus ſum ego predicator & Apoſtolus: eſt autem Apoſtolus nomen dignitatis ſiue ſtatus predicator uero nomen actus conuenientis ſtatui illi. ueritatem dico & non mentior in aliquo. doctor gentium: ad quem ſpectat uerũ dicere. doctor: inq̃. in fide & ueritate id eſt in iis que pertinent ad fidem & mores in quibus conſiſtit ueritas uite. Volo ergo Hic conſequenter docet orandi modum quantum ad populum Epiſcopo ſubiectum. & primo quantum ad uiros. d. uolo ergo uiros orare in omni loco: & non ſolũ in Eccleſia ſed etiam alibi opportunitate habita leuantes puras manus: & dicit. puras: ab operibus iniquis. & leuantes: ut per hoc deſignet̃ eleuatio mentis in deum. motus enĩ animi interius redundat in corpus exterius. ſine ira: ad proximum: quia oranſ debet habere cor quietũ. & diſceptatione: id eſt heſitatione ad deũ non dubitanſ de exaudiciõe: ſi tamẽ oret pie perſeueranter & pro ſe quia ſi non ſtatim exaudiatur in effectu exaudietur tamen tempore competenti. Secundo quantum ad mulieres. d. Similiter & mulieres: ſupple orare uolo. in habitu ornato: id eſt decẽti & honeſto. cũ uerecũdia que eſt precioſum ornamentum mulieris quo caret fronſ meretricis Hieremie. xxx. fronſ mulieris meretricis facta eſt tibi. noluiſti erubeſcere. & ſobrietate: geſtus decẽtis ornantes ſe: non curioſe ideo ſubditur. non in tortis crinibus: id eſt criſpatis. & capitibus non uelatis. aut auro. id eſt ornamentis aureis. aut margaritis: affixis auro uel argento uel in ueſtibus conſutis circa collũ & manus. aut in ueſte precioſa: & iſta ſũt intelligenda ultra modũ ſtatus aut perſone ga ſunt curioſitatis & incitant ad peccatũ

luxurie. sed quod decet mulieres. scilicet habere uestes simplices & honestas. ꝓmittētes pietatem per bona opera: ita ꝙ pecunia non expendatur in talibus uanis & curiosis. sed in operibus pietatis que debent esse ornamenta mulieris. mulier insilendo discat: s. a predicatiõe in Ecclesia. & a uiro suo in domo. cũ omni subiectione id est humilitate docere autem mulieri non permitto. quia docere est opus sapientis. sapientia uero nõ uiget in mulieribus de cõmuni cursu. nec dominari in uirum: scilicet suum: sed esse in silendo scilicet ei non contradicendo. sed in licitis & honestis ei obediendo: quod declarat per primum hominem & feminam. d. Adam enim primum: id est primo formatus est Genñ. i. deinde Eua Genñ. ii. & hoc de costa Ade ad ostendendũ ꝙ uir est mulieris principium quod prefertur ei quod est a principio. & Adam non est seductus scilicet in hoc ꝙ crederet esse uerum serpentis dictum eritis sicut dii: fuit tamen seductus in hoc ꝙ ad exhortationem mulieris comedit de ligno uetito ut non contristaret eam: & quia credidit illam transgressionem: non sic esse puniendam. mulier autem seducta in preuaricatione fuit quia dictum serpentis uerum esse credidit. ista tamen secũdo sententiarum diffusius pertractanẽ: saluabitur autem per filiorum generationem. q. d. si non saluetur per doctrinã quã sibi nõ concedo: saluabit tamẽ per educationẽ prolis. ad dei seruitutem que cedet sibi ad meritum uite eterne si permanserint in fide: erga deum. & dilectione: erga uirũ. & sanctificatiõe cum sobrietate circa ꝓpriũ subiectũ.

Fidelis sermo: Hec est tertia pars in qua instruitur .III.
Timotheus de tertio actu ad Episcopum pertinente qui est ordinare gradus. Et diuiditur in duas partes quia primo ponit̃ hec instructio. Secundo instructionis ratio ibi: hec tibi scribo: Prima adhuc in duas quia primo ponit̃ instructio de gradu maiori. Secundo de minori ibi. Diaconos: Circa primũ dicit. fidelis sermo: id est uerus quod subditur in aliquibus libris. & omni acceptione plenus: non est in libris correctis siquis Episcopatum desiderat bonum opus desiderat: q. d. non est desiderandus ꝓpter officii dignitatem: sed propter annexum laborem: qui est ordinatus ad honorem dei & proximi salutem: unde dicitur ab epi. quod est supra & scopos intentio quia debet semper intendere saluti plebis sibi cõmisse dicunt autem hic aliqui ꝙ per Episcopatum intelligit sacerdotum quod est officium intendendi saluti populi sibi cõmissi quia immediate post agit de statu diaconi ut patet in littera. & nõ est uerisimile ꝙ scribẽdo de statu Episcopi statim transiret ad statum diaconi sacerdotio ꝑtermisso. Alii dicũt ꝙ Timotheus erat factus primas eo ꝙ Ecclesia Ephesiua erat principalis totius prouintie in qua erant multi Episcopi ꝑ Timotheũ instituendi propter quod Apostolus instruit eum qualis sit instituendus in Episcopum. d. oportet ergo Episcopum etc. potest conuenienter dici ꝙ instruit eum de utroq;. sub nomine Episcopi sacerdotis officium comprehendens quia sicut est dictum ad utriusq; officium pertinet subintendere populo: magis tamen extensiue ad officium Episcopi scilicet in tota Diocesi sua ad officium uero sacerdotis in parrochia sua. sic igitur docet qualis sit instituendus in utroq; officio. d. oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse id est sine notabili defectu & integre fame ista tamen conditio & alie sequentes magis debent relucere in Episcopo q̃ in sacerdote curato. unius uxoris uirum: scilicet post baptismũ si enim añ baptismum habuit uxorem & mortua fuit: non ꝓiudicat ei quin post baptismũ possit accipere unam aliam. quia baptismus tollit illam irregularitatem ut dicitur etiam in glosa. sobrium: in cibis & potibus. ornatum: in moribus. prudentem: in agibilibus. pudicum: id est honestum in exteriori gestu. hospitalem: in pietatis actu. doctorem: id ẽ habilem ad docendum ratione scientie & facundie. non uinolentum: id est potatione

uini assuetum. non percussorem: ex iracundia. sed modestum per repressionē passionū non litigiosum: ita q̄ non solū ex ira non percutiat: ut dictū est: sed nec etiam uerbis iniuriosis contendat. non cupidū: quia uictus & uestitus debent esse diuitie Xp̄ianoꝝ & maxime Episcoporū & sacerdotum infra. vi. c. habentes alimēta: ex quibus tegamur iis contenti sumus sue domui bene prepositum: id est diligenter de bona prouisione domus sue & maxime circa prolem in moribus informandam. ideo subditur. filios subditos habentes: id est reuerentes & obedientes cum omni castitate: ut non sint sicut fili beli qui dormiebant cum mulieribus que excubabant ad hostium tabernaculi primo. Reg. ii. Siquis autem domui sue preesse nescit negligenter se habens circa eā. quomodo Ecclesie dei diligētiam habebit? q. d. non est uerisimile. quia quilibet naturaliter inclinatur circa prouisionem uxoris & filiorum: unde bruta animalia naturali instinctu circa huiusmodi curam sunt sollicita. non neophyton: id est de nouo conuersum ad fidem & dicere a neos quod est nouum & phytos q̄ est plāta. ne in supbiā elatus: ex sua promotione festiua. in iudicium incidat diaboli: id est adiciatur a statu gratie & dignitatis propter suam superbiam sicut diabolus propter superbiā fuit dejectus. oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt: id est ab infidelibus. ut non in obprobrium incitat: id est in contemptū non solum sue pſone sed etiam Ecclesie in quam redundat contemptus rectoris eius. & laqueum diaboli: i. in odium & rancorem contra illos a quibus percipit se contemni. Diaconos: Hic consequenter instruit Timotheum de statu minori & primo de Diaconibus. Secundo de mulieribus ibi. mulieres. Circa primū dicit. Diaconos similiter: supple oportet esse pudicos. id est maturos & honestos in aspectu & exteriori gestu. non bilingues: quia per hoc suscitantur in Ecclesia discensiones. non multo uino deditos: quia per hoc auferē sensus discretionis qui requiritur in Ecclesie ministris. non turpe lucrū sectātes: odium habendo magis ad temporale bonum q̄ ad spiritale ministerium. habentes mysterium fidei: id est cognoscentes circa fidem illud quod est simplicibus laicis occultū ut possint eos docere in conscientia pura: id est in tali doctrina quantum non attendendo. sed bonorem diuinū & hi autem probentur primū etc. id est anteq̄ applicent ministerio Ecclesie probentur de moribus & fide nullū crimen habētes: quia debent esse integre fame aliter eorum in famia in dedecus Ecclesie redundaret. Mulieres: hic instruit eū de mulieribus. d. mulieres similiter: supple oportet esse pudicas. id est non solū castas interius sed & honestas in sensibus exterioribus. hoc enim proprie importat pudicitia. non detrahentes: quod frequenter contingit mulieribus. sed uxores ministrorum Ecclesie debent pre ceteris moribus pollere: sobrias in cibo & potu & uestitu. fideles in omnibus: scilicet uerbis & factis & reuertitur ad diaconos. d. Diaconos unius uxoris sint uiri: exponatur ut supra. qui filios suos bene presint: eos in moribus informando. & suos domibus: uxorem & familiam debite regendo qui enim bene ministrauerint in gradu Diaconii. gradum bonū sibi acquirent: id est merebunt quod fiant sacerdotes uel Episcopi. & multam fiduciam: habendi finaliter uitam beatam. in fide: id est per fidem Iesu Christi. Hec tibi: posita instructione in gradibus Ecclesie hic cōsequēter ponit huius instructiōis ratio cū dicit hec tibi scribo: q̄ subdit filii Timothee: nō est de textu sed est quedā glosa interlinearis inserta textui p scriptores sperās me uenire etc. q. d. si aliter deus dispposuerit: ita q̄ non possim te docere uerbo de ordinatione Ecclesie doceam te saltem hoc scripto: ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari etc. id est Ecclesiā conuenienter regere & ordinare. columna: recta & fortis ad sustinendum. & firmamentum ueritatis: scilicet Euangelice quā Ecclesia sustinuit

firmiter etiam in persecutiónibus maximis. & manifeste magnū est pietatis sacramentū. id est sacrum secretum scilicet incarnatio uerbi diuini quod dicitur sacramentum pie/tatis. ex maxima enim pietate & occulta patris processit incarnatio filii ut esset hostia immolanda pro salute mundi. quod manifestatum est in carne: scilicet assumta. p hoc enim q̄ Xp̄us tactu sue manus sanabat leprosos & uerbo suo suscitabat mortuos & imperatiue tanq̄ propria uirtute apparebat q̄ uirtus diuinitatis sub carne latebat. iustificatum est in spiritu: id est per spiritum sanctum iustitiam Xp̄i testificantem: secundum q̄ dicitur Io. xvi. cum uenerit spiritus ueritatis ille arguet mundum de peccato. & de iustitia. & de iudicio. & subditur: de iustitia uero quia ad patrem uado tunc enim erat mittendus spiritus sanctus in signo uisibili scilicet post ascensionē Xp̄i Io. vii. nondum enim erat spiritus datus quia nondum erat Iesus glorificatus: spiritus sanctus apparens in signo uisibili erat testimonium euidens iustitie Xp̄i. & q̄ erat unus deus cum patre sicut dixerat: quod tunc declarauit Petrus ut patet Actu. ii. propter quod tunc crediderunt tria milia apparuit angelis: licet enim ante cognouerint my/sterium Xp̄i tamen ipso completo in effectu cognouerunt non modo scilicet noticia experimentali seu intuitiue ut declaratum fuit diffusius supra Ephes. iii. predicatum est gentibus: per Apostolos & specialiter per Paulum qui specialiter fuit Apostolus gentium Gallath. xx. qui operatus est Petro in apostolatum: circūcisionis. operatus est mihi inter gentes etc. creditū est in mundo. nam a tempore Apostolorū in oīmibus mundi partibus predicatum fuit Xp̄i mysterium & ab aliquibus creditum: ut decla/ratum fuit plenius supra Ro. x. assumptum est in gloria: quia Christus in corpore glorioso resurrexit & sic in celum ascendit ut habetur Actuū. i. .IIII.

Spiritus: Hec est quarta pars in qua instruit Timotheum de alio actu pertinente ad Episcopum qui est docere populum. Et diuiditur in duas partes quia primo excludit modum docendi erroneum. Secundo ponit uerum ibi: hec proponens. Circa primū dicit. spiritus autem: scilicet sanctus. manifeste dicit: id est reuelat mihi. & alius prout sibi placet: & dicit manifeste quia reuelationes diuine certe sunt illis quibus fiūt quia in nouissimis temporibus: potissime circa tempora Antixp̄i discedent quidam: id est alique notabiles persone a fide: sicut dictum fuit plenius supra. xx. Thess. secūdo super illo uerbo. quoniam nisi uenerit discessio primū: etc. attendentes spiritibus: scilicet malignis. erroris: id est ducentibus homines in errorem. & doctrinis demoniorū in falsis Propheris. sicut enim Saluator premisit discipulos in omnem ciuitatē & locū quo ipse erat uenturus ut habetur Luc. x. & illi loquebantur in spiritu sancto sic & Antichristus premittet Prophetas suos loquentes spiritu diabolico. in hypocrisi: id est in sanctitate similata. loquentium mendacium: ut propter speciem sanctitatis facilius credatur mendacii: & cauteriatam: id est obstinatam in ardore sue malicie & concu/piscentie. est enim cauterium ferrum ignitum quo uritur caro & per duritiam ferri intelligitur obstinatus in malo & per eius igneitatem ardor malignitatis & cōcupiscētie prohibendum nubere: quasi hoc sit malum per se cum tamen Xp̄us nuptias fecit tāq̄ bonas. Gen̄. secundo. & eas approbauerit Math. v. dimittere tamen nuptias ꝓpter continentiam seruandā ut liberius deo seruiat' est dimittere minus ꝓpter bonū maius. abstinere a cibis: tanq̄ imundis per se & illicitus quod tamen est falsū cum sint dei crea/ture: omnis autem creatura dei per se bona est: potest tamen aliquis cibus fieri malus alicui per accidens ut quia prohibetur sibi a superiore. & sic alii cibi fuerunt illiciti Iudeis tempore ueteris testamenti quia lege prohibiti. sed quia talis abstinentia pertinet ad cerimonialia que cessant in noua lege ut dictum est supra primo capitul. ideo talis

obſeruatio non eſt licita ut obligant ex ueteri lege. poteſt tñ homo ab illiſ & aliqbuſ eorum abſtinere alia ratione ut propter maceratiõnem ſue carniſ uel propter conſer/uationem ſue ſanitatiſ. quoſ deuſ creauit ad percipiendũ: id eſt utendũ. cum gratiarũ actione: de beneficio dei fidelibuſ & pro id eſt iſ. qui cognouerunt ueritatem: ſcilicet Euangelicam per quam legalia ceſſauerunt. quia omniſ etc. patet ex dictiſ. & ſubdit̃ ratio cum dicitur: ſanctificatur enim per uerbum dei: id eſt incarnatum. & per ora/tionem: ſcilicet fidelium qui gratiaſ agunt de cibo a deo ſibi preſtito & ſic non ſolum cedit eiſ ad ſalutem corporiſ ſed etiam anime. hec proponenſ: excluſo modo docendi erroneo hic conſequenter proſequitur uerum docendi modum & primo quantum ad omneſ generaliter. Secundo quantum ad aliaſ perſonaſ ſpecialiter ibi: ſeniorẽ: docere uero bene ſupponit uitam uirtuoſam & ſcientiam ſine quibuſ actuſ docendi non eſt efficax. ideo Apoſtoluſ primo inducit Timotheum ad docendi actum. Secundo ad uirtutiſ exercitium ibi: & exercere teipſum: Tertio ad ſacre ſcripture ſtudium ibi: dũ uenio: Circa primum dicit. hec proponenſ: ſcilicet q̃ nuptie ſunt bone & cibi liciti ut predictum eſt. fratribuſ: id eſt fidelibuſ. boniſ eriſ miniſter Xp̃i Ieſu: exequenſ eiuſ doctrinam & uolũtatem. enutritus uerbiſ fidei: Catholice. & bone doctrine apoſto/lice. quam aſſecutus eſ: per gradum Epiſcopatuſ. nam Epiſcopi ſunt ſucceſſoreſ Apo/ſtolorum ut dicitur in Decretiſ. xxi. di. c. in nouo teſtmento. ineptaſ autem & aniles fabulaſ: id eſt quaſ anuſ ſolẽt narrare & que pro nihilo ſunt cõputande. de uita: talia enim in doctrina fidei non ſunt proponenda. Et exerce: hic inducit Timotheum ad uirtutiſ exercitiũ. d. exerce autem teipſum ad pietatẽ: & accipit̃ hic pietaſ dupliciter. Vno modo ut pietaſ id eſt q̃ cultuſ diuinuſ. in quo debet exerceri Epiſcopuſ. Alio modo prout pietaſ importat condeſcenſionem ad proximum quod etiam pertinet ad Epiſcopum tam in corporalibuſ q̃ etiã in ſpiritalibuſ. & ſubdit rationẽ huiuſ exercitii. d. nam exercitatio corporaliſ: in ieuniiſ uigiliiſ & huiuſmodi. ad modicum utiliſ eſt. ſ. ad repreſſionem concupiſcentie carniſ in eo qui ſic exercitatur: quod modicum in Ti/motheo ualebat: cuiuſ caro ſufficienter erat repreſſa tam ex infirmitate corporiſ ut habetur. c. ſequenti q̃ ex bono uirtutiſ exercitio. pietaſ autem ad omnia utiliſ eſt: ut patet ex dictiſ: cum bene diſponat hominem ad deum. & ad proximum. promiſſionẽ habenſ uite que nũc eſt: ſcilicet gratie. & future ſcilicet glorie. ideo ſubdit Apoſtoluſ. fideliſ ſermo: id eſt ueruſ. & omni acceptione dignuſ: quia credenti proficuuſ. in hoc enim laboramuſ & maledicimur: id eſt obprobria ſuſtinemuſ pacienter quia ſperamuſ in deum uiuũ. qui fideliſ eſt in reddendo premium. ideo ſubditur. qui eſt Saluator omnium hominum: quantum ad ſufficientiam ex parte ſui. maxime fidelium: dicitur. maxime quia illorum. eſt Saluator quantũ ad ſufficientiã & efficatiam. precipe hec ut habenſ autoritatem. & doce: ut habenſ ſcientiam. nemo adoleſcentiam tuam con/temnat id eſt licet ſiſ iuuenis etate ſiſ tamen ſenex moribuſ: ut nulluſ habeat occaſionẽ te contemnendi ideo ſubditur: ſed exemplum eſto fidelium: in uerbo ſane doctrine. in conuerſatione: ſancte uite. in caritate: quantũ ad perfectionem affectuſ. in fide: q̃tũ ad perfectionem intellectuſ. licet enim caritaſ & fideſ ſint interiuſ in mente tñ relucẽt exteriuſ in opere in caſtitate: id eſt ímundicia corporiſ & anime. dum uenio: hic con/ſequenter inducit Timotheum ad ſacre ſcripture ſtudium. d. attendite lectioni: legiſ Prophetarum & Euangelii. & quia illud quod accipitur in ſtudio: debet refundi per exhortationem & doctrinam in populo: ideo ſubdit̃. exhortationi: quantũ ad agẽda & doctrine: quantum ad credenda: noli negligere gratiam que eſt in te: ne de talẽto abſcondito arguariſ: que data eſt tibi: p̃ prophetiã anteq̃ enim ordinaret̃ Epiſcopuſ

reuelatum est Paulo bonum futurum Ecclesie ex eius ordinatione & sic p prophetiã fuit ordinatus cum. impositione manuum presyterii. Est autem presbyteriũ dignitas uel officium presbiteri & accipitur hic presbiteriũ pro Episcopatu sicut econuerso sub nomine Episcopi uel Episcopatus comprehenditur presbiter seu Prelatus in principio capituli precedentis. & dicit manuum in plurali quia in consecratione Episcopi plura requiruntur. hec meditare: scilicet sacram lectionem: ut predictum est: & officii tui dignitatem. in iis esto in opere exequendo: per doctrinã & alia pertinentia ad Epi/scopalem dignitatem. ut profectus tuus manifestus sit omnibus: ita ꝙ omnes capiant te proficere non solum tibi sed etiam Ecclesie. attende tibi qualiter uiuas & doctrine qualiter doceas: sicut Xp̃us cepit facere & postea docere. iusta in illis: diligenter exe/quendo. hec enim facies etc. & patet ex dictis sententia: Seniorem: premisso actu docendi generaliter quo ad omnes: hic consequenter ponit modum docendi quantum ad personas speciales nam sicut dicit Grego. in Pastorali secundum qualitatem audi/torum debet formari sermo doctorum. sciendum etiam ꝙ corripe aliquem uerbo. est eum docere dicit ergo. seniorem ne increpaueris: arguendo eum uerbis duris: sed ob/secra ut. patrem: ut caueat ab indecentibus sue senectuti. hoc tamen non est intelli/gendum de senibus in sua malicia obstinatis qui sunt acriter arguendi: sicut Daniel dure coram omnibus increpauit senes impudicos. Dañ. xiii. iuuenes ut fratres: ut per/cipientes effectum dilectionis facilius corrigantẽ. anus ut matres: ut honorifico uerbo ad bonum magis moueantur. Iuuenculas ut sorores: ut mansuetudine corrigantur secundum illud Psal. lxxxix. quoniã superuenit mansuetudo & corripiemur. uerũtñ quia talis mansuetudo non debet esse nimis allicies. ideo subditur: in omni castitate: ut nec uerbo nec aliquo signo possit aliquis Episcopum notare de aliqua leuitate erga iuuenculas.

.V.

Uiduas honora: Hec est quinta pars huius Epistole in qua Timotheum instruit de quinto actu ad Episcopum pertinente qui est bona Ecclesie fideliter dis/pensare que dispensanda sunt ministris Ecclesie: & pauperibus. nam Episcopus pater est pauperum. inter pauperes autem uidetur maxime compaciẽdum esse pauperibus uiduis. & primo instruit Timotheum de uiduis. Secundo de Ecclesie ministris ibi: qui bene presunt: Prima in duas quia primo proponit intentũ in generali: Secũdo pro/sequitur magis in speciali ibi. siqua autem: Circa primũ sciendum ꝙ honor dupliciter accipitur in scriptura: Vno modo pro reuerentie exhibitione. Alio mõ pro necessa/riorũ ad ministratione. unde dicit Saluator Math. vii. ꝙ illi qui sub specie religiõis faciebant oblationem de hoc unde parentes debebant sustentari: erant trãsgressores diuini precepti de honore parentum. Sciendum etiam ꝙ uidue uere sunt in duplici gradu quia alique sunt diuites & illis debetur honor. Primo modo dictus. Alie uero pauperes quibus debetur honor. Secundo modo dictus. & sic intelligendum est uerbũ Apostoli cum dicit. uiduas honora: hoc modo uel illo secundum earum conditionem. que uere uidue sunt: hoc dicit ad excludendum illas que meritum uiduitatis perdunt. Siqua autem: hic consequenter prosequitur intentũ magis in speciali: & ostendit ꝑmo que sunt uere uidue nominande. Secundo qualiter sunt sustentande ibi: siquis fidelis: Prima in duas: quia primo ostendit que dicende sunt uere uidue ratione morum: Se/cundo ratione annorum: ibi. uidua eligatur: Prima adhuc in duas quia primo ponit quandam distinctionem. Secundo unius membri rationem. ibi: siquis autem: distinctio uero est de uiduis diuitibus & pauperibus & qui debent esse mores utrunq; & quantũ ad diuites dicit. Siqua autem uidua filios uel nepotes habet: indigentes sua educatiõe

diſcat primũ domũ ſuam regere familiam ſuam gubernando: & in moribuſ informãdo & mutuam uicem reddere parentibuſ: eiſ reuerentiam exhibendo & neceſſaria miniſtrando ſi indiguerint licet alita fuit ab eiſ. hoc enĩ acceptũ eſt coram deo: cui placẽt opera pietatiſ. conſequẽter dicit de pauperibuſ. que autem uere: uidua eſt & deſolata id eſt deſtituta boniſ temporalibuſ ſicut & marito. ſperet in deum: q̃ per prouiſionem Eccleſie habebit ſufficientem uictum. & inſtet obſecrationibuſ & orationibuſ: nocte ac die: id eſt omnibuſ boriſ ad hoc opportunis qualiter autem differant obſecrationeſ & orationeſ dictum eſt ſupra in principio ſecundi capituli. nam que in deliciis eſt uiuens: molliter tacendo & orationem p̃termittendo. mortua eſt: id eſt propinqua morti ſpirituali quia delicie inclinant ad actum luxurie ideo ſubditur. & hoc precipe: tam diuitibuſ q̃ pauperibuſ uiduis. ut irreprehenſibileſ ſint: id eſt abſq; defectu notabili uñ poſſint aliqui rationabiliter ſcandalizari. Siquis: hic reddit rationem primi membrum quo dictum eſt q̃ uidue diuites debent eſſe ſollicite de nutritione filiorum nepotum & parentum. hic reddit rationem huius dicti. d. ſiquis autem ſuorum: id eſt attinentiũ ſibi quomõcunq; curam non habet: eoſ negligendo. & maxime domeſticorum: id eſt exiſtentium de domo uel cognatione. fidem negauit: id eſt fidelitatem quam debet habere ad perſonaſ dictaſ: quam negauit facto debitum auxilium eiſ ſubtrahendo. & eſt infideli deterior: id eſt in hoc peccat grauius q̃ paganus fidem Xp̃i non habens. nã quanto ſtatus eſt altior: tanto caſus eſt grauior. uidua: hic conſequenter oſtendit que ſint uere uidue ratione annorum & oſtendit primo q̃ taleſ ſunt honorande. Secundo q̃ alie ſunt uitande ibi: adoleſcentioreſ. Circa primum dicit: uidua eligatur: tanq̃ honorabilis modo ſupradicto. non minus ſexaginta annorum. tunc enim fomes libidinis eſt refrigeratus. que fuerit uniuſ uxor: nam ſecunde nuptie ſunt ſignum incontinẽcie ſunt tamen licite. in omnibuſ boniſ teſtimonium habens: nam eſſe debet integre fame ſi filioſ: ſibi dilectoſ. educauit: bene & ſancte ſecundũ ſuã poſſibilitatẽ. & ſimiliter q̃ ſubditur. ſi hoſpitio etc. ſi ſanctorum pedes lauit: id eſt diſcurrentium pro predicatiõe ſi tribulationem pacientibuſ: id eſt incarceratus & in firmis ſubminiſtrauit: ſecundum poſſibilitatem ſuam: utpote uictum: ſi fuerit diues uel aliquod obſequium: ſi pauper. ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt: ſecundum poſſibilitatem & decentiam ſui ſtatus. Adoleſcentioreſ: Hic conſequenter oſtẽdit que uidue ſunt uitande. d. adoleſcentioreſ autem. uiduas. in quibus uiget adhuc ignis cõcupiſcentie carnalis de uita. quia ſocietas earum & familiaritas eſt periculoſa etiã uiro quantũcunq; caſto. Vnde dicit Iſidorus ſoliloquiorum. li. Si uis a fornicatione eſſe tutus eſto a muliere corpore & uiſitatione diſcretus. circa ſerpentem enim non eris diu illeſus. ante ignem conſiſtens & proximus periculo diu tutus non eris ferreus ſis: aliquãdo tamẽ diſſolueris. cum enim luxuriate fuerint: frangendo continentiam uidualem. in Xp̃o nubere uolunt: habentes damnationem ex hoc patet q̃ loquitur de illis que fecerant uotum continentie uidualis: quibus non ſolũ nubere: ſed etiã uelle nubere dãnabile eſt: ſi enim uotũ non feciſſent de hac obſeruantia licitũ eſt eis uelle nubere & ipſum nubere quia primã fidem factã deo per uotum de continentia uiduali irritam fecerunt per caſum luxurie. ſimul aũt & ociose: a boniſ operibuſ. diſcunt circuire domoſ: ad audiendum friuola. & uidendum inhoneſta ſpectacula. ſed & uerboſe: cum tamen deberẽt eſſe taciturne. & curioſe: in ueſtitu diſſoluto. loquenteſ que non oportet: ſcilicet ſcurrilia que non decent ſtatum uidualem propter quod concludit. uolo ergo iuniores nubere. propter fornicationis periculum. filioſ procreare: ad ſeruiendum deo in fide Catholica. matreſ familias eſſe ut occupate circa curam domuſ & familie impediant̃ a diſcurſu uago & curioſo. nullã

occasionem dare aduersario: id est infideli maledicti: id est maledicendi gratia. querũt enim infideles unde possint mordere uitam fidelium. iam enim quedam conuerse sunt retro: uoto continentie uidualis fracto. post sathanam: eius suggestioni consentiendo & ideo tales non sunt computande inter uiduas Ecclesie. Siquis: ostenso que uere uidue sunt dicende hic consequenter ostendit qualiter sunt sustentande q̄ si alique sint pauperes habentes tamen aliquos propinquos notabiles uiros & diuites bonum est q̄ sustententur ab illis ut sic alius non habentibus tales amicos possit melius prouideri & absq; cõmunitatis grauamine. & hoc est quod dicitur: siquis fidelis impotentia & bonestate notabilis: habet uiduas in domo uel cognatione sua subministret illis necessaria. cetera patent ex dictis. Qui bene: hic consequenter instruit de ministrorũ Ecclesie prouisione. d. qui bene presunt presbiteri: faciendo deuote diuina officia ut ãministrando subditis ecclesiastica sacramenta. duplici honore digni: habeantur & hoc dupliciter: honor est ut eis exhibeatur reuerentia & ãministrentur necessaria ut supra dictum est: maxime qui laborant in uerbo instruẽdo alios de fide & doctrina de moribus. Consequenter probat per scripturã q̄ necessaria sint eis ãministranda & p̄mo per scripturam ueteris testamenti. Deut. xxv. non infrenabis os boui trituranti per hoc figuraliter p̄ceptum fuit q̄ r̃ó negẽter necessaria predicatori qui triturat in aera domini. Secundo per scripturam nouidignus est operarius mercede sua quod dicitur de predicatoribus Luc. x. Aduersus: Hec est sexta pars principalis hunc epistole in qua instruit Timotheum de actu iudicandi & puniendi subditos in foro exteriori: qui pertinet ad Episcopum. & primo instruit eum quantum ad accusationem & testificationem. d. aduersus presbiterũ accusationem noli recipere: quia contra p̄sonã tanti status non est leuiter credendũ nisi sub duobus uel tribus testibus idoneis ad hoc & probatis in ueritate. Secũdo instruit eum de punitione. d. peccãtes coram oĩbus argue: ut sicut peccatũ est notum ita & punitio. ut & ceteri timorem habeant: & sic a malo retrahantur: ne similem punitionem incurrant. Tertio instruit eum de inquisitione diligenti que debet precedere iudicium & punitionem. d. testor coram deo etc. modus est iurandi ad mouendum efficatius Timotheum. ut hec custodias: que dicta sunt & etiam que sequuntur sine preiuditio id est sine precedenti examinatione diligenti. nihil facies: maxime in punitionibus. in aliam partem: declinando a rectitudine iustitie propter defectũ examinationis debite ideo subditur. manus cito nemini imposueris: ipsum precipitanter puniendo. neq; cõmunicaueris peccatis alienis: id est illorũ qui male accusauerunt eum Aliqui autem exponunt hoc de ordinatione nimis festina alicuius insufficientis. & sic Episcopus communicat peccatis suis indigne ministrantis. Teipsum: Hec est pars incidentalis in qua monet Timotheum de sui ipsius custodia diligenti eo q̄ instruxerat eum de punitione aliorum & Iudex iustus debet esse immunis ab illis que punit in aliis & diuiditur in duas quia primo facit propositũ: Secundo declarat quoddam superius dictũ ibi. quorũdam. Circa primũ dicit. teipsum castum custodi: id est mundum purum. & sine reprehensione. & quia Timotheus pro custodia castitatis nimis affligebat corpus suũ ideo subdit. noli adhuc aquam bibere: cuius potus notabiliter nocet stomacho languenti & egrotatiuo corpori sed uinum modicum non nocet castitati: & ualet ad sanitatem seruandam: que necessaria est ad exercendum officium Episcopi. Quorundam: hic manifestat quoddã superius dictũ dixerat enim q̄ Timotheus nihil ageret sine diligẽti examinatiõe preuia: ideo declarat que sunt illa que indigent tali discussiõe & que non. d. quorundã hominũ peccata manifesta sunt: ex euidentia facti & talia non indigent accusatiõe testificatione seu

examinatione ideo subditur. precedentia ad iuditiū id est ad examinationem quia sūt per se notiora & sic punienda sine discussiōne. quorundā autem subsequunt̄: id est sūt latentia ita q̄ non apparent punienda nisi post discussionem. similiter & facta bona: supple aliquorum manifesta sunt ex euidētia rei & sic non indigent discussione ad ap/probationem sui & que aliter se habent ita q̄ non sunt manifeste bona. abscondi non possunt: id est non abscondunt̄ de facili habita de eis examinatione diligenti ꝓpter quod talia sunt discutienda anteq̄ approbentur. dicuntur autem talia abscondi non posse illo modo impossibilitatis quo aliquid dicitur impossibile fieri eo q̄ difficile est fieri. v. Metaphisice uel aliter abscondi non possunt diuino iudicio licet abscōdi pos/sunt humano. .VI.

foris mittit timorē. & sic patet ex predictis q̄ oīa legis p̄cepta aliquo mō p euāgeliū euacuant. ꝓpter qđ dicit Apostolus ad Rom. iii. alloquens Iudeos in lege gloriantes ubi est gloria tua tu Iudee qui in lege gloriaris ut supra p̄miserat Ro. iii. c. excluſa est. i. euacuata sequit̄ per quā legem sanctorū? q. d. non. legē enim sanctorū nomiat legem ueterē nulla aūt res excludit se ipsam uel euacuat. sequit̄. Sed per legē fidei: legem fidei uocat legē nouā. qa sicut dictū est euacuat & excludit legē ueterē. patēt autem tria p̄dicta in uerbo primo notata. s. impfectio legis Mosaice perfectio legis euangelice & ordo utriusq̄. Ad maiorē aūt euidentiā sequentiū & p̄cedentiū. Queritur an hec epistola sit Pauli Apostoli. Et arguit̄ ꝑmo q̄ non qa in hac epistola non tenet̄ modus scribēdi qui est in aliis epistolis Pauli ꝓponēdo. s. nomē suū & sui apostolatus cfficium ut patet: ergo etc. Item qa elegātior est stilus in hac epistola q̄ in alius. Ad contrariū est usus & cōsuetudo Ecclesie in qua allegat̄ ista epistola tanq̄ ab apostolo scripta. Respōdeo dicendo q̄ ꝓpter rationes p̄dictas ab aliquibus fuit opinatū q̄ hec epistola non esset Pauli Apostoli ꝓpter qđ aliqui dicebāt q̄ erat Clementis Pape & Martiris. & mouebant̄ ex hoc q̄ ipse scripserat epistolā Athenīēsibus quasi per omnia similē. Alii aūt dicebāt q̄ erat epistola Luce euāgeliste & mouebant̄ ex hoc qa ipse scripsit eam ꝑmo grece ut dicit̄ in prologo. Alii aūt dicebant q̄ erat Tertulliani qui fuit propinquus Apostolorꝫ tempori. sed mō indubitanter tenet̄ q̄ est epistola Pauli quod probat̄ multiplici ratiōe. ꝑmo autoritate Ecclesie cuius est talia dubia determinate. in Synodo autem Nicena recepit Ecclesia istam epistolā tanq̄ a Paulo scriptā sed hoc idem ꝓbat̄ per autoritatē antiquorꝫ doctorū & potissime beati Dionisii qui fuit discipulus beati Pauli iste aūt i scriptis suis allegat dicta huius epistole tanq̄ dicta Pauli magistri sui. Tertio hoc probat̄ ex autoritate Chrysostomi super epistolā istā dicentis q̄ Paulus eam scripsit Rome existens postq̄ ení biēnio Rome fuerat: ꝓpter appellationē factam ad Cesarē de qua habet̄ in Actibus Apostolorꝫ habuit licentiam trāseundi in Hispaniā & Iudeos ibi uidit: & postea Rome rediens de illo loco hanc epistolā eis scripsit: ut dicit Chrysostomus. Quarto patet ꝓpositū ex iis que dicuntur ultimo ca. huius epistole uidelicet q̄ missa fuerit hec epistola per Timotheū qui fuit spiritalis Pauli Apostoli. Quinto hoc idē arguit̄ ex zelo Apostoli ad salutē Iudeorꝫ de quo zelo dicit ad Ro. ix. optabam anathema esse pro fratribus meis qui sunt cognati mei ex quibus Xp̄us scd̄m carnem. & ad Ro. xx. q̄diu sum Apostolus gentium ministeriū meū honorificabo si quomō ꝓuocem ad emulandū carnē meā: i. Iudeos ut saluū faciam aliquos ex eis: & ideo non est aliquo mō ꝓbabile qm̄ Paulus scripserit Iudeis ad eorū salutem: qui tot alia scripsit aliis gentibus pro salute earundem. nulla autem alia epistola Pauli dicit̄ scripta Hebreis nisi ista. ergo etc. Sexto probat̄ ꝓpositū ex zelo Pauli Apostoli ad euāgelicā uirtutē ex quo zelo reprehendit Petrū manifeste ut habet̄ ad Gala. Scd̄o núc autem ita est q̄ sicut necessariū fuit ecclesiasticam ueritatem p̄dicari ad conuersionē infideliū sic necessariū fuit eam scribi ad confutationē hereſū insurgentiū: ꝓpter qđ Iohannes Euāgeliū suū incepit a natiuitate Xp̄i eterna quia uidebat heresim Hebanitarꝫ insurgere qui dicūt Xp̄m añ Mariā non fuisse Paulus aūt Apostolus uidit tempore suo heresim Nazareorū insurgere qui dicunt esse necessariū ad salutem seruare legē ueterē & nimiū inualuit hoc dictū. ita q̄ etiā Petrus aliquo mō offendit in obseruatiōe legaliū. ꝓpter quod Paulus ei restitit in faciem ut dictū est ideo non est uerisimile qm̄ Paulus Apostolus scriberet conuersis de Iudaismo aliquid ad confutationem huius erroris hoc autem fit in hac epistola ut patebit dño concedente: & ideo tenendū est indiscusse q̄ ista epistola fuit

a Paulo Apostolo scripta. Ad primū argumentū patet solutio in prologo. non enim erat Apostolus Iudeorū sed gentiū scd̄m quod ipse dicit Gala. ii. Creditum est mihi Euangeliū p̄putii sicut & Petro circūcisionis etc. & ideo non scripsit in hac epistola que dirigebat Iudeis nomen sui officii. similiter & nomen p̄sone qa ipse erat odiosus Iudeis ut patet in Actibus Apostolor̄ in multis. ꝓpter qd̄ epistola fuisset minus recepta ab eis si nomē Pauli eēt p̄positū. Ad secūdū dicendū ꝙ stilus est elegantior quia quilibet elegantius loquit̄ linguā ꝓpriā q̄ alienā ipse aūt scripsit hanc epistolā solam Hebraice & ideo loquit̄ magis ornate. Sed cōtra hoc insurgit unū dubiū qa per infusionē spiritus sancti habuit donū linguar̄ scd̄m qd̄ habet̄. i. Corinth. xiii. gratias ago deo meo ꝙ omniū uestrū liguā loquor. dona aūt spiritus sācti p̄fecta sunt ergo ita perfecte loquebat̄ alia Idiomata sicut Hebraicū dicendū ꝙ donū linguarū datū est Apostolis put faciebat ad efficatiā p̄dicationis. ad hoc aūt non multū facit ornatus uerborū sed aliqñ magis impedit ut patet p Apostolū p̄ma ad Corint. ii. sermo meus & p̄dicatio mea non in p̄suasilibus humane sapiētie uerbis etc. & ideo non est mirum si Paulus Apostolus habuit aliquē ornatum uerbor̄ in Hebraica lingua ex humana acquisitiōe quem non habuit in alis. habuit tamen omnia Idiomata inquantū ualent ad efficaciam predicandi.

Cap. I.

QVltipharie etc. sicut predictū est Apostolus hāc epistolā scripsit aliqbus cōuersis ad fidem X̄pi de Iudaismo uolentibus seruare legalia cum Euāgelio quasi non sufficeret ad salutē gratie X̄pi: & ideo in hac epistola ostēdit euidētiā noui testamēti respectu ueteris ostendēs ꝙ uetus compatur ad nouū sicut dispositio ad formā & sicut impfectū ad perfectū qd̄ euacuat̄ & cessat aduenīte p̄fecto ut dicit̄. i. ad Corin. xiii diuidit̄ aūt hec epistola in duas partes in probemiū & executionē. Scda pars incipit ibi qui cum sit splendor: In prima aūt pte ꝓponit excellentiā noui testamēti respectu ueteris ex tribus uidelicet ex tpe ex legis latione & ex modi tradēdi diuersitate. differentia tpis tangit̄ in hoc: ꝙ uetus testamentū olim fuit traditū: nouū aūt diebus istis nouissimis. gratia enim p̄ficit naturā. & ideo cōsimilis est processus gratie sicut & nature suo mō. nunc aūt in cognitiōe naturali processus est de cognitione confusa & indeterminata ad determinatā & p̄fectam: ut patet. i. Physi. ꝓpter hoc ut ibidē dicit̄ pueri in principio uocāt oēs uiros patres. postea distincte cognoscūt & similiter est in cognitione supnaturali quia in ueteri testamēto fuit cognitio impfecta in nouo autē quod posterius est datū ueritas est manifeste reuelata. Excellētia aūt ex parte legislatoris ostendit̄: quia licet utrunq; testamentū sit a deo datū: uetus tamē tradidit per angelū qui loquebat̄ Moysi in p̄sona dei ut habet̄ Actu. vii. hic est Moyses qui fuit in Ecclesia in solitudine cū angelo qui loquebant̄ ei in mōte Synai. nouū aūt testamentū tradidit deus per seipsum quia per filiū incarnatū qui est unus deus cum patre. & hec excellētia noui testamēti ad uetus tangit̄: cum dicit̄: ꝙ deus olim erat loquens patribus in Prophetis. in nouo aūt testamēto locutus est nobis in filio. Excellētia aūt ex mō tradēdi est: quia uetus testamētū traditū est obscure sub uelaminibus & figuris nouū aūt testamentū traditū est lucide & apte & hoc notat̄: cum dicit̄ loquutus est. s. plane & sensibili uoce & humana unde Io. xvi. dictū fuit ipsi X̄po ab Apostolis ecce nūc palā loqueris & prouerbiū dicis. his dictis patet sentētia. multipharie: i. p diuersas figuras & uelamēta in sacrificiis & sacramētis & huiōi que erāt figure eorum que sunt facta tpe X̄pi. multisq; modis: quia aliqñ fit reuelatio per uisionē corpalē sicut Dañ. v. appuerūt digiti manus scribētis i piete. aliqñ p uisionē imaginariā sicut dicit̄ Isaie vi. uidi dominū sedentē sup̄ soliū excelsū etc. Aliqñ p uisionē intellectualē tantū sicut

de Dauid dicit in ꝓlogo ſuper Pſal. olim deus loquenſ: i. ab antiquo & ex multo tpe. ut paulati aſſuefacti creſcerēt hoīes in cognitiōe myſteriorꝫ incarnatiōis & ueritatis que per Xp̄m facta eſt ut dicit Io. i. patribus in ꝓphetis: quibus angeli reuelabant occulta diuina. & ipſi ulteriuſ populo denunciabāt. nouiſſime diebus iſtis: i. tpe gratie & ueritatis reuelate. locutus eſt nobis in filio: i. per filiū incarnatū. quē cōſtituit heredē uniuerſorū: q̄tum ad naturā aſſumptā: eo enim ipſo q̄ natura humana a uerbo aſſumpta eſt in unitate ſuppoſiti eo ipſo cōſtituta eſt in omnē creaturā per quē fecit & ſecula: quantū ad naturā diuinā pater enim opatur per filiū ſicut per artem. quia ſc̄m Augu. filius eſt ars omnipotētis dei plena rationibus omniū uiuentiū. ſecula ſūt reuolutiōes & ſpacia tpm quia a patre per filiū non ſolum facta ſūt incorruptibilia & eterna a parte poſt: ſed etiam corruptibilia & temporalia. Qui cum ſit ſplendor: hic ponitur executio i qua declarat illud quod p̄miſſum eſt. ſ. eminentiā noui teſtamēti reſpectu ueteris. quia differētia utriuſq; teſtamēti ex parte tpis manifeſtata eſt. ideo hoc dimittit tanq̄ manifeſtaui. ſed ſc̄m ꝓbat & declarat. ſ. eminentia ex pte legiſlatoris & p cōſequens alia eminentia erit declarata que eſt ex mō tradēdi. igit̄ executio huius epiſtole diuidit̄ in duas partes qa primo oſtendit̄ eminentia datoris noui teſtamenti. Sc̄o oſtendit̄ qualiter & per que adherendū eſt ipſi legiſlatori & noue legi. Sc̄a ꝓ incipit in principio capituli. ii. ibi. eſt aūt fides etc. Circa primū aduertendū q̄ uetuſ teſtamentū traditū eſt per angelū ipſi Moyſi & per Moyſen ſacerdotibus. & per ſacerdotes populo. & ideo p̄mo oſtendit eminentiā Xp̄i legiſlatoris noſtri reſpectu angelorū. ſc̄o reſpectu Moyſi. Tertio reſpectu ſacerdotis ueteris tēſtamēti ſecūda incipit. iii. c. ibi unde factuſ. tercia. v. ca. omnis Pontifex p̄ma adhuc in duas diuidit̄: qa p̄mo p̄fert̄ ipſe Xp̄us angelis. Sc̄o ex hoc concludit̄ quanta reuerētia ſit exhibēda doctrine noue legis. Sc̄a incipit. ii. c. ꝓterea habundantius: p̄ma adhuc diuidit̄ in duas pt̄es quia p̄mo ponit̄ excellentia Xp̄i & oſtendit̄ q̄ ab ea deficiūt angeli. Sc̄o probat̄ utrūq; per ſcripturā ueteris teſtamēti ibi. cui enim dixit aliqn̄ angelorū. Excellentia aūt Xp̄i pandit̄ in quattuor. p̄mo qa eſt patri coeternuſ. ſecundo qa cōſubſtātialis. Tertio qa equalis eſt ei in ptāte. Quarto qa equalis in dignitate. ab iſtis aūt deficiunt angeli. coeternitas aūt tangitur ibi. qui cum ſit ſplendor filius enim ꝓcedit a patre ſicut ſplendor a ſole: qui ſplendor eſt ſoli coeternuſ. & eſſet eternuſ ſi ſol eſſet eternuſ. ſed non ſolum dicit̄ filius ſplendor ſed ſplendor glorie: qa gloria eſt clara noticia cū laude. filius aūt procedit a patre ſicut noticia de noticia qa filius eſt ſapientia genita: ideo dicitur ſplendor glorie conſubſtantialitas autem filii ad patrem tangit̄ ibi. figura ſubſtantie eius: accipit̄ aūt figura hic pro imagine. filius enim eſt imago naturalis ipſius patris. homo aūt eſt quaſi imago artificialis: ꝓpter q̄d dicit̄ magis ad imaginem dei q̄ eius imago ſicut aliter eſt eius imago regis in filio ſuo naturali & in denario ſeu ſtatua. filius igit̄ in diuinis eſt imago naturalis & ideo dicit̄ imago uel figura ſubſtantie. i. eiuſdem ſubſtantie cum patre & quia illa eſt indiuiſibilis per conſequens eſt eadem ſubſtantia numero in patre & filio. non ſic aūt eſt in Rege & eius filio: qa eſt eadem in ſpecie tantū. equalitas aūt potentie tangit̄ ibi. portās oīa etc. potentia enim dei patris apparet in duobus. p̄mo in creaturarū productiōe & cōſeruatione. ſubtracta enim eius influentia in nihilū redigerent̄. & quia pater & filius ſunt una cauſa creature. Ideo eſt cauſa conſeruans creature. ſicut & pater: & hoc eſt quod dicit̄. portans omnia: i. ſuſtentans & conſeruans ineſſe. uerbo ueritatis ſue: id eſt ſuo imperio uirtuoſo quia ſuum dicere eſt facere. Sc̄o apparet dei potentia in iuſtificatione impiorū: quia nō minus eſt iuſtificare impium: q̄ creare celū & terram ſc̄m

Augu. In hoc aũt filius est equalis patri & hoc est quod subdit̃. purgationẽ pecorũ faciens. equalitas aũt dignitatis filii ad patrem tangit̃: cum subdit̃. sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: quia si hoc referat̃ ad diuinã naturã eadem diuinitas est patris & filii sicut eadem natura: si aũt referat̃ ad humanã naturã sic non est ibi equalitas qa scd̃m illam est minor patre. dicit̃ tamẽ & scd̃m hoc filius sedens ad dexterã patris p modum cuiusdã assotiatiõis inquantũ humana natura uerbo est cõiuncta. & sic eadẽ ueneratiõe uenerat̃. uel aliter dicit̃ sedens ad dexterã etc. in potioribus bonis. & quia a quattuor predictis excellentius angelis deficiũt. ideo concludit de Xp̃o tanto melior angelis effectus q̃nto pre illis nomẽ hereditauit: quia ipse dicit̃ uerus deus & dñs cõsubstantialis patri. ipsi aũt dicunt̃ serui. Cui enim dixit aliqñ. hic cõsequẽter probat de Xp̃o quattuor cõditiões p̃dictas excludẽdo eas ab ãgelis & p̃mo p̃bat hoc de cõsubstialitate. Scd̃o de eq̃litate potentie ibi. & tu dñe in principio. Tertio de coeternitate ibi. ipsi pibunt. Quarto de dignitatis equalitate ibi. ad que aũt dixit angelorũ. p̃mũ aũt probat per quattuor equalitates ueteris testamẽti scd̃a ibi. & rursum: tertia ibi. & cum iterum: Quarta ibi. ad filiũ aũt. Ad euidentiã p̃mi aduertendũ q̃ ea que sũt fidei: non possunt efficaciter per rationẽ p̃bari: qa excedũt facultatẽ intellectus uestri & ideo probatio in talibus debet fieri per autoritatẽ diuinã que non potest continere falsitatẽ. & ideo per ipsam est efficax p̃batio illius qui recipiũt eam ut diuinã. Iudei aũt accipiũt uetus testamentũ sicut a deo datũ: & ideo p̃batio Apostoli efficax est & quia procedit per autoritates ueteris testamẽti. Vlterius considerandum q̃ licet sacra scriptura habeat multiplicẽ sensum: non tamẽ habet̃ efficax argumentũ nisi p sensum litteralẽ ut dicit Augu. in epistola ad Vincentiũ Donatistã. quia in argumẽto semp est fallacia equiuocatiõis uel ampbibolie per sensuũ multiplicationẽ. igit̃ ostendendũ est q̃ autoritas ab Apostolo ĩducta intelligit̃ ad litterã de Xp̃o. quod patet p illud quod habet̃ Actuũ. iii. ca. ubi Apostoli habuerũt intelligentiã scripturaꝝ p reuelationẽ spiritus sancti exponũt illũ Psal. Quare fremuerũt gẽtes etc. de Xp̃o p̃dictũ: sicut patet litterã intuẽti. & per cõsequẽs hec autoritas que inducit̃ hic ab Apostolo de illo Psal. intelligẽda est ad litterã de Xp̃o. hoc etiã patet p̃ litterã Psal. qa ibi dicit̃ ego hodie genui te: qd̃ non põt de Dauid intelligi. sed de filio dei cuius generatio nõ transit in preteritũ. Item p̃ hoc q̃ ibidem subdit̃. dabo tibi gentes hereditatẽ tuam & possessionẽ tuã terminos terre: qd̃ non põt intelligi de Dauid cuius regnũ se non extendenbat ad gentes sed ad Iudeos tantũ. Iterũ regnũ eius se non extendebat ad terminos terre sed tantũ in Iudeã que est parua terra hoc etiam dicũt antiqui doctores hebreoꝝ sup̃ Psal. isto q̃ est de Xp̃o intelligẽ dũ qd̃ plenius declarau sup̃ libro psal. hoc igit̃ supponẽs Apostolus tanq̃ manifestũ illis quibus scribebat qui erãt docti in lege & Prophetis dicit. cui dixit aliqñ: angelorũ filius meus es tu ego hodie genui te? q. d. nũquã quia angeli non sunt eiusdẽ nature cum deo & per consequens non p̃nt dici eius filii p̃prie loquẽdo sicut nec artificiũ filiũ artificis. Item licet eorũ creatio posset dici quedã generatio large tñ de ipsa non potest exponi illud qd̃ dicit̃. ego hodie genui te: quia eorũ creatio fuerat a principio mũdi. & ideo transierat in p̃teritũ. & ideo non potest dici uerbũ predictũ nisi de dei filio cuius generatio non transit in p̃teritũ & sic p̃bata est cõsubstantialitas patris in filiũ inquantũ naturaliter & eternaliter ab eo gignit̃ & genitus est: ex quo arguit̃ idemtitas nature in utroq; saltem in specie. & per consequens idemtitas numeralis qa natura diuina non est multiplicabilis. Et rursum: hic enim probat hoc per aliam scripturam que habet̃. i. Paralyp. xxii. que licet sit de Salomone cum dicit̃ de eo: put fuit figura Xpristi & ideo de ipso intelligitur

ad litterā. Ad cuius intellectū sciendū ꝙ nihil potest esse figura alicuius nisi in se sit res aliqua. illud enim ꝙ nihil est nō potest aliquid figurare: & ideo res que est figura uel signū alicuius potest tripliciter cōsiderari. Vno mō ut res tantū. Alio mō ut signū tantū. Tertio mō ut res & signū simul. sicut circulus pendens ante tabernrm pōt cōsiderari ꝑut est corpus rotundū tm̄. Scđo ut est signū uenditiōis uim tantū. tertio utroq; mō eodem mō est dicendū de Salomone qui fuit figura Xp̄i: quia aliqua cō/ ueniunt ipsi Salomoni scđm se & talia de ipso sūt exponenda ad litterā. & nullo mō de Xp̄o. eo ꝙ deprauatus per mulieres factus est Idolatra & similia. Aliqua aūt dicūt̄ de Salomone prout fuit signum Xp̄i tantū & talia sūt exponenda de solo Xp̄o ad litteram sicut illud qđ habet̄ Psal. lxxi. & dñabit̄ a mari usq; ad mare. & a flumine usq; ad terminos orbis terrarū. qđ non potest uerificari de Salomone cuius regnum fuit satis paruū. sed tantū de regno Xp̄i qui est lapis abscisus de mōte siue manibus & impleuit uniuersam terram Daniel. ii. & ideo in Psal. p̄dicto sub nomine Salomonis describit̄ Monarchia Xp̄i. hoc etiam patet per illud qđ sequit̄ in eodem Psal. ante solē permanet nomen eius & illud qđ ibidem dicit̄ adorabūt de ipso semper : que solū Xp̄o cōueniūt: & non Salomoni. Aliqua aūt dicunt̄ in scriptura de Salomone utroq; mō uidelicet scđm se & ut fuit figura Xp̄i. & talia sūt illa que impleta sunt in utroq; ad litteram. in Xp̄o tamen perfectius. in Salamone minus ꝑfecte & talia exponunt̄ ad litterā non solū de Salamone sed etiā de Xp̄o. & ꝑfectius q̄ de ipso Salomone. huiusmōi autem autoritas p̄dicta p̄mo Paralyp. xxii. quia Salomon fuit filius dei adoptiuus per gratiā saltem in principio regni sui ꝓpter qđ Nathan Prophetа uo/ cauit eum amabilē dño. Xp̄us autem filius est dei naturalis que est filiatio pfectior. & ideo hanc filiationē ꝓbat Apostolus per consubstantialitatē filii ad patrem cum dicit̄. ego ero illi in patrē etc. dato etiā ꝙ hec autoritas non posset exponi de Xp̄o ad litteram sed tantū scđm sensum mysticū tamen eam bene inducit Apostolus ad suū propositū licet enim argumentū efficax non habeat̄ de scriptura per sensum mysticū ut supra dictum est ꝓpter quod ex solo sensu mystico non est arguendū: tamē si p̄us habeat̄ autoritas in sensu litterali adprobandū: ꝓpositum bene potest alia autoritas adiungi in sensu mystico ad idem declarandū de congruo. & hoc est ꝙ dicit Augus. in epistola ad Vincentiū Donatistam quis aūt non impudicissime nitat̄ aliquid in alle/ goria positum pro se adducere nisi habeat & manifesta testimonia quorum lumine il/ lustrent̄ obscura? sicut igit̄ autoritas p̄dicta inducit̄ ab Apostolo cōuenienter ad suū propositū. Sed cōtra hoc uidet̄ qa loquit̄ ibi ꝑ modū futuri: ego ero illi in patrē etc. generatio enim filii eterna est & per cōsequens non expectat aliquid futurū sicut nec transit in preteritū sicut supra dictū est: dicendū ꝙ loquit̄ de futuro propter incar/ nationem tūc futurā per quā humana natura erat ad filiationē eternā assumenda. & quia hec assumptio facta est uirtute diuinitatis ideo subdit̄: ego ero illi etc. q. diceret uirtute mea fiet hoc. Et cum iterū: hic ad propositū ostendendū inducūt aliqui scrip/ turam de illo Psal. dñs regnauit exultet etc. Ad cuius euidentiā considerandū ꝙ ma/ gister dicit in glo. ꝙ Dauid fecit hunc psalmū q̄n restitutū est ei regnū post mortem Absolon. & dicit hunc esse titulū psalmi psal. Dauid quando terra eius restituta est ei & scđm hoc esset exponendus ad litteram de ipso Dauid. sed dictum Magistri non uidet̄ uerū: p̄mo quia in Hebraico iste psalmus est sine titulo. Scđo quia tituli sūt q̄si clauos ad intelligendū ea que in Psalmo dicunt̄ psalmus aūt iste non loquit̄ de regno Dauid sed solū de regno Xp̄i. & hoc est ꝙ dicit Paulus & cum introducit p̄mogenitū in orbem terre: dicit. & adorent eum etc. i. cū ꝑ scripturā sacram ipsū introducēdum

ad regnum in orbē terre p̄dicit ex quo patet: q̄ hec scriptura non loquit̄ de aduētu Xp̄i p̄mo: qa tūc uenit cum humilitate: & ideo tūc dixit regnum meū non est de hoc mūdo Io. xvi. sed loq̄t̄ hec scriptura de scd̄o aduētu qñ uenīet ī gloria cū nubibus & maiestate ut dicit̄ Mat. xxiiii & Dañ. vii. Ecce cū nubibus celi q̄si filius hoīs uenīet & usq; ad ātiquū dierū puenīet & sequit̄ & dedit ei ptātē & honorē & regnū ptās ei⁹ ptās eterna que nō auferet̄ etc. & ideo de ipo ī tali honore cōstituto dicit pater adorēt eū omnes angeli etc. sed nostra littera sic habet. adorate eum omnes angeli eius: Apostoli enim non semp curauerāt allegare scripturā de uerbo ad uerbū sed sufficit eis accipe sensum. ex hac autem scriptura ostendit̄ sufficiēter q̄ in Xp̄o sit diuina natura: quia nulla natura adorat̄ a natura angelica ut supior nisi diuina. & ideo ex quo scriptura hoc ostēdit: q̄ filius est ab omnibus angelis adorandus etiā p cōsequens ostēdit: q̄ Xp̄s sit deus. & per consequens ostendit̄ deo patri cōsubstantialis. quia natura diuina est indiuisibilis. scd̄m quod dicit̄ Exo. xx. audi Israel dñs deus tuus unus est. sequit̄: & ad angelos quidē dicit. i. quid ptineat ad naturā angelorū exp̄mit per naturā dicens: qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flāmam ignis: q. d. licet angeli tante excel/lentie sint: q̄ sint spiritalis nature: non tamē sūt idem q̄ deus: sicut filius sed sūt serui & ministri non solū ipsū adorando: sed etiam nobis p̄pter ipsum quodāmō ministrādo. uerūtamē quia suū ministeriū in deū referūt: ideo in hoc dicūt̄ sicut flāma ignis: que semp ascēdit in altū. Ad filiū aūt: hic adducit tertiā autoritatē ad probandum suum propositū que accipit̄ de psalmo. xliv.. Ad cuius euidentiā cōsiderandū q̄ Iudei mo/derni ne cogant̄ recognoscere diuinit atē Xp̄i exponūt hūc psal. de Assuero & dicūt q̄ iste psalmus factus est de Mardocheo. sed hoc patet falsū p̄mo p̄ psalmi titulū. qa non intitulat̄ a Mardocheo sicut aliqui psal. intitulāt̄ ab Asaph q̄ eos fecit: ut patet in titulo psalmi. xlix. & in pluribus aliis locis. iste aūt psal. intitulat̄ a Dauid ut patet in Hebraico. hic etiā patet per litterā psalmi sequentē: qa iste Rex de quo est Psal. habet̄ tanquā deus adorandus scd̄m qd̄ ibidem dicit̄ cōcupiscet Rex decorē tuū: qa ipse dñs deus tuus & adorabūt eum: & translatio Hieronymi sic habet. & adora eum. si aūt ista uerba dicant̄ de Assuero Rege sequit̄ q̄ Mardocheus induceret totū po/pulū & potissime ipsam Hester ad quā dirigunt̄ uerba p̄missa scd̄m expositionē eorū ad adorandū Assuerū sicut deū. qd̄ manifeste patet falsū. quia in eodem libro dicit̄. q̄ noluit genu flectere corā Aman: ne honorē dei transfert in hoīem. hoc etiā patet per translationē Chaldaicā sup̄ psalmū istū. que autētica est apud Hebreos. ubi ent̄ in hoc psal. habemus sic. speciosus forma p̄ filius hominū diffusa est gratia in labiis tuis: Chaldaicū sic habet: pulchritudo tua messia maior q̄ filiorū hominū. datus est spiritus p̄phecie in labiis tuis. sic igit̄ patet ex p̄dictis q̄ autoritas que hic īducit̄ de illo psal. intelligēda est ad litterā de Xp̄o hoc aūt supposito p̄bat̄ p̄ hoc ipsius Xp̄i diuinitas & p̄ cōsequēs cōsubstātialitas eius ad patrē. & dictio in p̄sona. qa ibi dicit̄. thronus tuus deus in seculū seculi etc. p̄pterea unxit te deus deus tuus: & sic patet q̄ Xp̄s est deus ūctus a deo ungēte qa filius dei in humana natura ūctus ē plenitudine gratie & nō p̄ñt eē plures dii: ut supradictū est ex hoc seqt̄ cōsubstātialitas patris & filii. cetera que sūt in autoritate patēt. Et tu dñe in p̄cipio: hic cōsequēter p̄bat eq̄litatē po/tētie in filio & patre. & breuiter trāsit qa p̄bato q̄ Xp̄s scd̄m naturā diuinā sit cōsub stātialis patri: p̄cōsequēs sūt p̄bate alie tres cōditiōes. s. eq̄litas p̄tātis dignitatis dura/tiōis potētia aūt dei relucet potissime increatiōe rerū de nihilo. & earū cōseruatiōe. & hoc nō solū cōuenit deo patri: sed etiā eius filio q̄ est eiusdē nature cū ipso ideo dicit p̄pheta: & tu dñe in p̄ncipio terrā fūdasti. & opa manuū tuarū. i. tu dñe pater fecisti

terram de nihilo & cõseruasʒ in stabilitate. & hoc exprimit̃ ꝑ hoc ꝙ dicit̃. fũdasti: & quia nulla creatura est inferior ipsa terra. sicut in domo illud dicit̃ fũdatũ qđ est infimũ. sed qa in hoc ope cõmunicat filius cũ patre tãq̃ eiusdẽ potẽtie ideo dicit: in p̃ncipio: i. in filio. i. per filiũ ꝑ quẽ opat̃ pater sicut ꝑ artẽ suã ut supra dictũ est. ꝙ aũt filius dicat̃ principiũ patet Io. viii. ubi Xp̃s Iudeis querẽtibus ab eo tu qs es? respõdit principiũ qui & loquor uobis & opa manuũ tuaʒ sũt celi: manus aũt diuine metapho. dicunt̃ uirtus sue potẽtie & nominant̃ hic celũ & terra que sũt extrema in creaturis ut ꝑ hoc intelligant̃ creature medie qa oĩs creatura a patre & filio simul est ꝑducta & cõseruata. & sic patet eq̃litas potẽtie. ipsi pibũt: hic cõsequenter Apostolus probat filiũ patri coeternũ. Ad cuius euidentiã sciendũ ꝙ sicut tps sequit̃ motũ & mutationẽ. ita eternitas ĩmutationẽ solus aũt deus est ĩmutabilis per om̃em modum: ideo ipse solus mensurat̃ eternitate eo mõ quo põt ibi dici mẽsura. ꝙ enĩ in oĩ creatura sit aliq̃ mutabilitas: patet qa angeli sũt mutabiles scđm actũ intelligẽdi. & uolendi. loquẽdo de cognitiõe & affectiõe naturali sũt etiã mutabiles deesse ad nõ eẽ si dimittãt̃ a diuina cõseruatiõe. similiter celi supiores hoc scđo mõ sũt mutabiles. & cũ hoc mutant̃ q̃tũ ad situũ. celi aũt inferiores. s. ignis & aer cũ istis modis mutationẽ sũt mutabiles q̃tum ad alterationẽ. & generationẽ. & ꝑ cõsequẽs alia elemẽta & mixta ex eis in oĩ autem motu & mutatiõe est aliqua corruptio scđm philosophũ. iii. Physicoʒ. & etiã scđm Augu. status aũt mũdi ĩmutabiliter in fine qa celũ cessabit a motu cõpleto numero electoʒ. ad quẽ numerũ finaliter ordinat̃. & ꝑ cõsequẽs generatio & alteratio in elemẽtis que etiã elemẽta ꝑ ignẽ cõflagratiõis purgabũt̃. & ideo sicut dictũ est: tam in celesti corpe q̃ in elemẽtis erit mutatio. & sic ꝑ cõsequẽs pibũt quodãmõ a statu ĩ quo sũt. & hoc est qđ dicit. ipsi pibũt. s. celi supiores: & inferiores: sed qa non corrũpent̃ q̃tum ad substãtiã ideo subdit̃. & uelut amictũ mutabis eos: sicut enĩ cessante frigore mutat̃ uestis que erat cõtra frigus necessaria nõ quidẽ mutat̃ sic uestis: ꝙ corrũpat̃: sed qa frigus cessat: sic celi & elemẽta dicunt̃ mutari: qa motus celi & elementoʒ alteratio que sũt ꝓpter generationẽ: ut impleat̃ numerus electoʒ: quo impleto cessabũt. manẽte tñ substãtia electoʒ deus aũt solus omĩno est ĩmutabilis ut iam dictũ est. ideo cõcludit: tu aũt ipse es. s. ꝑ omnẽ modũ ĩmutabilis & ꝑ cõsequens. ãni tui nõ deficiẽt: i duratio tua nõ ꝙ in duratiõe diuina sit aliqua succesio. sicut & in ãnis sed qa eternitas diuina in se simplicissima nõ põt appõbendi a nobis nisi ex cõpactione ad tẽpus. & ꝑ cõsequẽs ex ꝓprietate tpm eã ex ꝓmimus. ex hoc patet coeternitas filii ad patrẽ. quia ex quo sũt unius substãtie ut supra ꝓbatũ est sequit̃ ꝙ ipsis est unũ esse. & eadem immutabilitas & ꝑ cõsequens eternitas. Ad quẽ aũt: hic cõsequenter ꝓbat Apostolus eq̃litatẽ dignitatis in Xp̃o ꝑ autoritatẽ psalmi. cix. qui psal. de Xp̃o est intelligẽdus ad litterã. Ad cuius euidentiã considerandũ ꝙ Iudei moderni aliqui dicũt ipsũ debere intelligi de Abrahã & ꝙ Eliezer eius dispensator fecit illũ psal. ad reddendũ gratias deo de uictoria quã habuit Abrahã cõtra illos reges q captiuauerũt Loth nepotem eius scđm qđ habet̃ Gñ. xvi. sed hoc patet falsũ ex titulo psal. q nõ intitulat̃ ab ipo Eliezer sed a Dauid ideo dicũt alii ꝙ est psal. factus a Dauid nõ tñ loquit̃ de Xp̃o. sed de ãgelo suo ut sit sensus. dixit dñs dño meo: i. deus celi angelo me custodiẽti. sed hoc patet falsũ quia infra dicit̃: tu es sacerdos ĩeternũ etc: qđ non põt intelligi de angelo Dauid qa sacerdotiũ nõ cõpetit angelis & ideo dicendũ ꝙ ad litterã est Psal. factus a Dauid loquens de Xp̃o. & hoc patet ꝑ translationẽ Chaldaicã: qa ubi habemus: dixit dñs dño meo: Chaldaicũ sic habet. dixit dominus uerbo suo etc. iterũ per illud ꝙ sequit̃: ex utero ãte luciferũ genui te. i. ex substãtia mea ãte omnẽ creaturã

hoc autem non potest competere nisi soli deo filio qui filius est uerbum dei. hoc igit̃ supposito patet ꝙ Apostolus bñ inducit autoritatẽ huius psal. ad ꝓbandũ eq̃litatem dignitatis in Xp̃o que est in deo patre introducẽs uerbũ dei patris ad filiũ dicẽtis sibi sede a dextris meis: i. ad equalitatem dignitatis mee si psalm. referatur ad Xp̃m scd̃m diuinã naturã sicut supra expositũ est eodẽ ca. sequit̃ donec ponã ĩimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ: hoc aũt erit in iudicio futuro qñ oĩa subiicient̃ ꝑfecte ipsi Xp̃o q̃tum ad executionẽ: qa q̃tum ad autoritatẽ oĩa iam sũt ei subiecta. sed de hoc plenius uidebit̃ Sed insurgit hic dubiũ qa uidet̃ ꝙ Xp̃s non debuit sedere ad dexterã patris ineternũ sed añ usq; ad tp̃s determinatũ in quo oĩa sũt subiiciẽda ꝙ uidet̃ importari ꝑ hoc aduerbiũ donec. dicẽdũ ꝙ hoc aduerbiũ donec tenet̃ finite aliqñ qñ. s. significat terminũ illius cui adiungit̃: sicut cũ dicit̃. sede hic: donec ueniã. sensus est ꝙ in aduentu meo terminet̃ sessio tua. Aliqñ tenet̃ indeterminate & tũc non significat talẽ determinationẽ sicut cũ dicit̃: iste non penituit de peccatis suis donec uixit sensus est ꝙ nunq̃ penituit nec penitebit: qa post mortẽ non est locus penitẽtie. isto scd̃o mõ ponit̃ hic aduerbiũ cum sic dicit̃. sede a dextris meis donec ponã etc. & ideo sensus est ꝙ nunq̃ cessabit sedere ad eq̃litatẽ dei patris hec aũt equalitas non cõpetit angelis ideo subdit Apostolus nõne oẽs sũt ad ministratorii spiritus? q. d. sic sicut enim in artificialibus uidemus ꝙ aliq ꝑcipiũt in opibus. s. architetonici & ꝑncipales: aliq exequũt̃ impata sicut inferiores artifices materiã ꝑpantes: tñ oẽs isti dicunt̃ artifices ut habet̃. i. Metaphisice sic in angelis aliq dicunt̃ deo assistere: aliqui aũt exequi impata tñ oẽs dicunt̃ administratores uel ad ministratoriis sp̃us. i. spiritales substãtie ĩ ministeriũ missi supiores einm angeli mittũt̃ tamẽ missione interiori medios & inferiores illuminãdo ordine hierarchico. inferiores aũt mittunt̃ ad aliqua circa nos exequẽda & sic mittũt̃ missiõe exteriori & sic patet ꝙ oẽs sũt in ministeriũ missi licet diuersimõe istud aũt ministeriũ exercẽt ãgeli ꝓpter salutẽ electoꝝ ut natura humana que est ĩferior reducat̃ in deũ per ãgelicã tanq̃ ꝑ supiorem. ꝓpter hoc subdit̃: ꝓpter eos q capiũt hereditatẽ salutis scd̃m enĩ Dionysiũ hec est lex diuinitatis ut infima ꝑ media reducãt̃ in sup̃ma. .II.

PRopterea abũdãtius: postq̃ Apostolus in ca. ꝑcedẽti declarauit eminentiã Xp̃i hic cõsequenter ex hoc ostẽdit quãta reuerẽtia sit exhibẽda legi noue ab ipso date & circa hoc duo facit: qa ꝑmo ponit quandã cõuenientiã: & scd̃o cõfirmat eam ibi. non enĩ angelis: Cõuenientia talis est: lex uetus fuit data per angelos immediate: ut dictum est capitulo. precedenti. & tamen fuit suscepta a populo Israel cum: reuerẽtia magna: secundum quod patet. Exodi. decimonono. ubi dicitur ꝙ populus ante susceptionem legis per duos dies uestimenta sua lauit & a ꝓpriis uxoribus cõtinuit ut esset ꝑatus die tertia ad legẽ reuerẽter suscipiendã. similiter illa lex facit diligẽter obseruata qa eius transgressores puniebãt̃ morte: ergo multofortius lex noua que data est Apostolis ĩmediate a Xp̃o qui est dominus angeloꝝ & mediãtibus Apostolis mũdo diuulgata est ꝑ ꝑdicationẽ & cõfirmationẽ miraculoꝝ suscipiẽda est cum reuerẽtia & diligenter obseruãda. & trãsgressores illius magis punient̃: hoc est igitur qd̃ cõcludit Apostolus. ꝓpterea: i. ꝓpter excellẽtiã legis noue a Xp̃o date. abũdãtius optet obseruare nos Xp̃ianos ea que audiuimus a Xp̃o. s. & Apostolis: ne forte pereffluamus. fluit enim homo per penã corꝑalem scd̃m qd̃ dicit̃. ii. Reg. quasi aque dilabimur in terram que nõ reuertunt̃. sed ulterius effluit per culpam sed perfluit. i. perfecte fluit per eternam damnationem qd̃ cõtingit non obseruantibus Xp̃i legem ideo bene dicit Apostolus. ne forte perfluamus: i. eternam damnationẽ incurramus quod probat consequenter per legem ueterem que est minoris autoritatis dicens: qui

enim per angelos est dictus sermo: id est firmiter iniunctus ad custodiendū. & omnis preuaricatio: i. transgressio legis per peccatū cōmissionis: qđ est contra precepta negatiua. & in obediētia. i. peccatū cōmissionis qđ est cōtra p̄cepta affirmatiua. accepit iustam retributionē mercedis: i. penam debitā quantitatē & q̄litatē criminis: ut patet in ueteri testamēto in multis locis. si ergo ita est: quomō nos. s. Catholici. effugiemus penā debitā. si tantā neglexerimus salutē? i. si in obediētes fuerimus legi noue in qua sola est salus uite eterne. q. d nullo mō Et cōsequēter oñdit Apostolus q̄liter hec lex noua a Xp̄o p̄mo data est Apostolis & per Apostolos publicata. d. que: s. lex noua cum initiū accepisset enarrari per dominū: qui Apostolis in p̄ncipio eam dedit. ab eis qui audierūt a Xp̄o: i. ab ipsis Apostolis & alii discipulis. in nos cōfirmata est: p̄ predicationē ipsorū. cōtestāte deo: i. cōfirmante eorū p̄dicationē per miracula uaria & multa sicut dicit Marc. ult. dño coopante & sermonē cōfirmante sequētibus signis: sicut enim ea que subsunt rationi: cōfirmant p̄ hoc qđ ad p̄ncipia per se nota reducunt: ita similiter ea que excedūt facultatē intellectus humani cuiusmōi sūt credibilia sufficienter confirmant: qñ ad restitutionē talis doctrine miracula facultatem tocius create nature excedentia a deo ppetrant. quia cum deus non possit esse testis falsitatis p̄ hoc sufficienter ostendit. q̄ talis doctrina meram cōtinet ueritatem. & hoc est qđ dicit hic in hoc cōfirmata est: s. lex euāgelica cōtestante deo: i. cōfirmāte ipsam signis & prodigiis etc. i. uariis miraculis. Ad cuius intellectū sciendū est q̄ miracula p̄ que cōfirmata est ista doctrina euāgelica sunt in duplici differentia. qa aliqua sunt que p̄nt fieri per naturā q̄tum ad substantiā facti: non tñ q̄tū ad modū fiendi: sicut sanatio febris aliqñ fit uirtute nature & aliqñ uirtute medicine ipsā naturā adiuuāte & tunc non est miraculum: quia habet causam naturalem. sanatio autem facta isto modo fit in tempore quia natura non potest operari in instanti. Si autem sanatio febris perfecta facit in instanti: hoc non poceſt esse nisi uirtute diuina sicut socrus Petri sanata est a febribus a Xp̄o ut patet Mathei. viii. & talia miracula uocantur hic signa. Alia aūt sūt que non p̄nt fieri per naturā nec q̄tū: ad substantiā facti: nec quantū ad modū fiendi: sicut est illuminatio ceci & sanatio leprosi & talia dicunt hic prodigia & dicit prodigiū quasi procul a digitor. aliqđ remotū ab ostensiōe uel cognitione humana. qđ est supra naturā humanā & quantū ad substantiā & quantū ad modū fiendi. Alia autem sunt que non solum excedunt naturā. sed etiam uident esse contra naturam sicut q̄ uirgo manens uirgo pariat: & q̄ habēs uerū corpus per corpora absq; diuisione eorū transeat sicut ipse Xp̄us intrauit ad discipulos ianuis clausis. & similia. & talia dicunt portenta. & dicit portentū quasi in longinquū tensum uel extensum ad denotandū rei magnitudinē talibus autem confirmata est fides Catholica ut dicit hic. signis & prodigiis: & non solū istis sed etiā uariis uirtutibus. & spiritus sancti distributionibus. uirtutes hic dicunt fides. spes. & caritas. quas uirtutes dedit deus p̄dicatoribus noue legis. distributiones spiritus sancti sunt diuisiones gratiarū que date sūt Apostolis ad edificationē ecclesie sicut donū linguarū & p̄phecie & cōsimilia. de quibus loquit Apostolus. i. ad Corint. xii. ista aūt non dant p̄dicatoribus ecclesie ex suis meritis sed ex diuina liberalitate ideo subdit: scd̄m uoluntatē suā. Non enim angelis etc. hic cōsequēter Apostolus cōfirmat dictā cōuenientiā. s. q̄ magis est obediendū legi noue date a Xp̄o q̄ legi ueteri date per angelos quia dominiū Xp̄i maius est q̄ dominiū angelorū. igit circa hoc duo facit: qa primo ostendit dominiū Xp̄i esse maius dominio angelorum per scripturam. Scd̄o eam exponit de Xp̄o ibi. eum autē qui in modico. Ad euidētiā p̄mi notandū q̄ duplex est status orbis. unus qui primus

est scdm generationem & corruptionem ad electorū productionem. Aliuſ ſtatuſ erit poſt iudiciū in quo ceſſabit omniſ taliſ tranſmutatio nūc autem ita eſt ꝙ licet ſit idem orbiſ quantū ad ſubſtantiā nūc & poſt iudiciū: nō tamē eſt idem ſcdm ſtatū ut uiſum eſt. & ideo orbiſ quodāmō duplicat̄ ſcdm diuerſitatē ſtatuſ ita ꝙ dicit̄ orbiſ preſens ſcdm ſtatū qui currit uſq; ad iudiciū dicit̄ aūt orbiſ futuruſ ſcdm ſtatum qui erit poſt iudiciū. orbiſ aūt ſcdm ſtatum pñtem ſubiectuſ eſt quodāmō ipſiſ āgeliſ qa miniſterio eorū mouent̄ corpora celeſtia & p conſequēſ tranſmutant̄ iſta inferiora per ipſoſ. & illumināt̄ homineſ de diuiniſ. oīa aūt iſta ceſſabūt in iudicio & orbiſ futuruſ non erit angeliſ ſubiectuſ ſed ipſi Xp̄o: qa tunc omnia erūt ipſi ſubiecta plene non ſolū q̄tum ad diuinitatē ſed etiā q̄tum ad humanitatē ut magiſ uidebit̄ infra dicit igit̄. non enim angeliſ ſubiecit deuſ orbē terre futurū. i. orbem ſcdm futurū ſtatū de quo loquimur: quia de hoc ſtatu Apoſtoluſ intēdit loqui qđ aūt orbiſ ſcdm illū ſtatū ſubiiciat̄ Xp̄o probat per ſcripturā. d. teſtatuſ in quodā loco: i. in pſal. quiſ dicēſ. Sic aūt loquit̄ in cōmuni qa ſcriptura hec nota erat illiſ quibuſ ſcribebat & ſimiliter ſcriptor eiuſ. quid eſt homo qđ memor eſ eiuſ? etc. uerba ſūt ipſiuſ Dauid admirātiſ exaltationē humane nature in ipſa incarnatiōe & ideo dicit. quid eſt homo etc. q. d. modicum eſt & quaſi nihil reſpectu diuine nature & angelice & tamē memor eſ eiuſ ipſum mirabiliter uiſtando & tibi uiuēdo. ſequit̄. minuiſti eum paulominuſ ab angeliſ: qa natura humana ſic exaltata in ipſa incarnatiōe fuit minorata ab angeliſ in ipſa paſſione qa angeli nō ſunt paſſibiliſ nature ſequit̄. gloria & honore coronaſti eum: qa per meritā paſſioniſ obtinuit gloriā corpiſ qđ ante paſſionē & reſurrectionē non fuit glorioſum ſed paſ/ſibile & mortale ad implendū noſtre redēptiōiſ myſteriū & qa extūc autoritatiue ſūt omnia ei ſubiecta ſcdm qđ dicit̄ Mat. ult. dicenſ Apoſtoliſ poſt reſurrectionē ſuam: data eſt mihi omniſ pt̄āſ in celo & in terra ideo ſequit̄. & cōſtituiſti eum ſup opa ma/nuū tuarū. oīa ſubieciſti ſub pedibuſ eiuſ etc. uerūtamē qa non omnia ſūt ei ſubiecta executiue ſed hoc complebit̄ perfecte in iudicio ſequit̄. nūc aūt: i. tpe moderno quod currit uſq; ad iudiciū. nec dum uidemuſ oīa ſubiecta ei. ſ. q̄tum ad executionē. Eum autem qui in modico: hic cōſequenter exponit p̄dictam ſcripturā de Xp̄o & diuidit̄ in duaſ p̄teſ qa primo ponit expoſitionē ſuā. Scđo remouet circa hoc quandā dubi/tationem ibi. decebat enim: Exponit igit̄ primo autoritatē predictā eo mō quo ex/poſita eſt in p̄te p̄cedenti. d. eum aūt q in modico quā angeli minoratuſ eſt. i. Ieſum Xp̄m qui minoratuſ eſt pluſ q̄ angeli in paſſione ut dictū eſt. uidemuſ Ieſum ſic mi/noratū p̄pter paſſionem mortiſ: i. ex merito paſſioniſ. gloria & honore coronatum: differt enī honor & gloria qa honor eſt exaltatio alicuiuſ in teſtimoniū uirtutiſ que ſi fiat in ſecreto uel corā paucīſ dicit̄ honor: ſed gloria p̄prie dicit̄ taliſ honor alicui exhibituſ coram multīſ unde ſcdm Ambroſ. gloria eſt clara noticia cum laude & ideo dicit. uidemuſ Ieſum gloria & honore coronatū qa per fidem firmiter tenemuſ ipſum exaltatum coram multitudine ciuiū ſuperno⁊ & hoc ex merito paſſiōiſ ut dictū eſt & quia hoc non fuit factū ex noſtriſ meritiſ ſed ex diuina gratia & liberalitate. ideo ſequit̄. ut gratia dei pro omnibuſ guſtaret mortem: & dicit pro omnibuſ: qa licet eiuſ efficacia non ſe extendat niſi ad iuſtoſ: eiuſ tamen ſufficientia extendit ſe ad omneſ. decebat enim: hic conſequēter remouet quoddā dubiū ex predictiſ ortū: dixerat enim p̄mo ca. ꝙ Xp̄uſ p̄eminet angeliſ ſicut dn̄ſ ſeruiſ ſuiſ & in hoc ca. dixit: ꝙ in paſſiōe fuit minoratuſ ab angeliſ: & iſtud ſcdm uidet̄ repugnare primo dicto: ideo quaſi re/mouenſ hanc repugnantiam apparentem oſtendit ꝙ Xp̄uſ q̄uiſ ſit maior angeliſ & autor noſtre ſalutiſ tamē conuenienter paſſuſ eſt & hoc oſtendit triplici ratione. p̄ma

accipitur ex parte dei patris passionem Xp̃i ordinantis. Secunda ex parte filii pro redemptione nostra passionem sustinentis ibi: qui enim sanctificat. Tertia ex parte nature humane redemptione indigentis ibi. nusq̃ angelos: Prima ratio talis est deus pater est causa efficiens & finalis omniú & per consequens habet prouidentiã de omnibus reducendo ea ad finem debitum. sed specialı modo habet prouidentiã de electis qui deducũtur ad habitudinẽ spiritalem propter quod predestinatio que est respectu electorum tantum dicit̃ quedam pars spiritalis ipsius diuine prouidentie ut patet p̃mo sententiarum: igitur cum deus pater omnia cõuenientissime faciat: quia disponit oĩa suauiter ut dicitur Sapientie. viii. per consequens redemptio electorũ per quã ip̃ius deducuntur ad gloriam conuenientissime facta est. modus autem conuenientissimus est ut Xp̃us qui est uerus homo & uerus deus in humana natura passus est: ut sic nõ remaneret dedecus culpe sine decore iusticie: & qui per culpam aduersus fuerat a deo reduceretur per penam. cõuenientissimum enim erat q̃ hanc penam sustineret ille: qui est deus & homo: ut sic puniretur homo qui peccauerat: & satisfaceret deus: qui poterat. quia offensa primi hominis quandam infirmitatem continebat. hanc autem scientiam breuiter tangit Apostolus dicens. decebat enim eum: id est deum patrem. propter quem omnia sunt: finaliter ut dictum est: & per quem omnia sunt: efficienter. qui multos filios in gloriam adduxerat: id est ad gloriam adducere ab eterno disposuerat: & loquitur hic de effectu predestinationis que non potest falli. decebat enim deum patrem consummare: id est ad finem nostre redemptionis adducere. autorem salutis eorum: id est Iesum Xpristum qui est autor salutis electorũ. per passionem: quia passio sua fuit conueniens modus nostre redemptionis ut uisum est. Qui enim sanctificat: Hic ponitur secunda ratio que accipitur ex parte Xpristi passionem sustinentis: & est talis. Xpristus enim secundum humanam naturam est eiusdem speciei nobiscum & per consequens caro nostra: & frater noster: & ideo sicut communicat nobiscum in natura passibili ita conueniens fuit ut communicaret nobiscum in passionibus carnis & per hoc nobis impassibilitatem donaret: hoc est ideo quod dicitur hic. qui enim sanctificat: id est Xpristus. & qui sanctificatur: id est populus Catholicus. ex uno omnes: id est ex uno patre licet diuersimode quia ipse est filius dei naturalis: nos autem sumus filii adoptiui. propter quã causam: i. propter cõmunicationẽ in natura & filiatione predicta. non confunditur: id est non erubescit. fratres eos uocare: id est ipsos fideles quos uocat fratres. d. Psal. xxi. nunciabo nomen tuum fratribus meis etc. ille enim Psalm. loquitur de passione Xpristi unde ibidem premittit̃. foderunt manus meas & pedes meos: quod non potest intelligi de Dauid aut de Mardocheo de quo dicunt Iudei moderni illum Psalmũ debere intelligi. ex quo patet eoꝝ falsitas quia nec Dauid nec Mardocheus fuerunt sic confossi & ideo illa scriptura ad litteram intelligenda est de Xpristo: qui post passionem suam resurgens a mortuis nunciauit nomen dei patris fratribus suis. i. Apostolis. & in medio Ecclesie laudauit: q̃n in medio Apostolorũ & discipulorum stetit. & per. xl. dies eos de lege dei docuit: ut habetur Actu. i. sequit̃ & iterum. ego ero fidens in eum: hec scriptura loquit̃ de certa expectatione resurrectionis sue quam expectabat Xp̃us a deo patre. Et iterũ hic ponit cõsequenter aliã autoritatem que habetur Isaie. viii. ad idem probandum. s. q̃ Xpristus debuit participare nobiscum in passionibus carnis: quia uocat nos pueros suos & per consequens eiusdem nature passibilis cum ipso. q̃ autem illa autoritas: Isaie intelligatur de Xpristo patet per illud: quod premittitur ibidem dominum exercituũ ipsum sanctificare. & infra sequit̃ & erit nobis in sanctificationem. in lapidem autem

offensionis & petram scandali duabus domibus Israel quia gentibus recipiētibus Xp̄m Iudei pro magna parte scandalizati sunt. & excecati. & sequit̄ ibidē liga testimoniū signa legem in discipulis meis. quia lex euangelica data est a Xpristo ipsis Apostolis & aliis discipulis. & tunc sequit̄ illud quod hic ponit̄: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dñs: pueri hic uocantur fideles Catholici dati ipsi filio a deo patre secundum q̄ ipsemet dicit Io. xvii. manifestaui nomen tuū hominibus quos dedisti mihi. tui erant & dedisti eos mihi. hoc igit̄ supposito arguit Apostolus. d. quia ego pueri cōmunicauerunt carni & sāguini: i. fideles cōmunicauerūt Xp̄o in natura passibili & ipse similiter participauit eisdem per passionem carnis: hoc enim fuit decens ut per mortē suā destrueret eum qui habebat mortis imperiū. i. diabolū. habebat enim diabolus mortis imperium inquantū ex persuasione sua natura humana ducta est ad mortem culpe. & ex cōsequenti ad mortem nature. quia per culpam natura humana incurrit moriendi necessitatem. & liberaret ipse. s. Xpristus a seruitute legis eos qui timore mortis id est per legem ueterem que dura fuit quia erat lex timoris: dicit̄ etiam timor mortis quia penam mortis infligebat per totam uitam. obnoxii: id est obligati erant seruituti ab hac enim seruitute cui eramus obligati per legem liberauit nos Xpristus per suam mortem. nusq̄ angelos: hic ponitur tertia ratio que accipitur ex parte nature redēptionē indigentis. nam indigens redemptiōe est natura intellectualis subiacens peccato remediabili. cuius ratio est quia natura carens intellectu non potest peccare & per consequens non indigent redemptione. similiter natura humana ante lapsum nō subiacebat peccato. & ideo redēptione non non indigebat: licet indigeret perduci ad beatitudinem luce supernaturali. natura etiā angelica post lapsum licet subiaceat peccato tamen non indiget redemptione: quia illud peccatum est irremediabile. nunc autem ita est q̄ natura humana assumptibilis est a uerbo ad opus redemptionis ut satisfaciat natura que peccauit: & ideo natura humana assumpta est a uerbo & non angelica: & hoc est: q̄ dicit hic Apostolus: nusq̄ angelos apprehendit: id est nullo loco sacre scripture inuenit̄: q̄ natura angelica a supposito diuino assumatur. sed semen Abrahe apprehēdit. i. naturam humanā sibi uniuit: sicut probatū est supra per scripturā ueteris testamenti. propter hoc sequit̄: unde & debuit: s. ipse Xp̄us, pero mnia fratribus similari: hoc est quantū ad omnes ꝓprietates nature passibilis quia talia faciunt ad opus nostre redemptionis non tamen debuit assimilari quantū ad defectū culpe: quia hoc non ualeret ad opus redemptionis nostre: sed magis impediret sequitur. & misericors fieret per hoc enim q̄ ipse habuit naturam passibilem: habuit quādam aptitudinē ad compaciendum nobis. & fidelis pontifex ad deum: seipsum misericorditer & caritatiue offerēdo pro nobis ut repropiciaret delicta populi pro eis satisfaciendo. in eo enim in quo passus est ipse: i. natura in qua passus est: que est natura humana: & temptatus: primo a demone in deserto postea ab hominibus. in sua passione potens est. & eis qui temptant̄ auxiliari. i. ex natura in qua passus est & temptatus habet quandam aptitudinem ad deferendū nobis auxiliū in passionibus & temptationibus nostris. Ad euidentiam hic quod dictum est in hoc ca. & precedēti: querit̄ utrum oīa sint subiciēda Xpristo secundū humanitatē in futuro seculo & arguit̄ primo q̄ non quia creatura intellectualis subiicitur Xpristo per conformitatē uoluntatis ad ipsum: sed homines damnati & angeli nunq̄ sic ei conformabuntur: quia habebunt uoluntatem resistentē ei quantum potuerint ergo nunq̄ ei subiicientur. Item si angeli erunt ei subiecti aut hoc erit ratione nature aut ratione gratie non ratiōe nature quia natura humana in Xpristo inferior est angelica natura quia Xpristus secundum q̄ homo fuit eiusdem

ſpeciei nobiſcū. nec ratione gratie quia bonis angelis data est gratia ſcđm ꝓportionē naturalium ſecundum quod diffuſius tractatur. Secundo ſententiarum & per conſequens in eis est maior gratia q̄ in Xp̄o: quia Xpristus ſecundum humanā naturam inferior est angelis ſecundum quod iam dictum est. & ſecundum hanc naturam: est receptiuus gratie & non ſecundum diuinam. ergo etc. Contrarium uidetur quia dictum est ꝙ Xpristo homini ſubiicientur omnia. Reſpondeo in hac queſtione ſunt erroreſ contrarii unus est error Origenis qui poſuit ꝙ omnia sic ſubiicientur Xp̄o ꝙ demoneſ & hominеſ damnati ſubiicientur Xpristo ſecundum conformitatem uoluntatis. quia poſuit quod per aliquod tempus certū poſt iudicium demoneſ & damnati recipientur ad penitentiam & ulteriuſ ad gloriam. Sed hic error damnatur per illud quod habetur Mathei. uicesimoquinto. ubi uniformiter deſcribitur eternitas pene damnatorum & glorie beatorum: ſecūdum quod ibidem dicitur. ibunt hi in ſupplicium eternum. iuſti autem in uitam eternam. & ideo pari ratione ꝙ damnati dicerētur redire a pena eadem ratione diceretur: ꝙ bene poſſent cadere a gloria. Aliuſ est error negantium ipſum eſſe uerum hominem quia ad hoc ſequitur ꝙ Xpristo nihil ſubiiciat quantum ad humanitatem ſi enim uera humanitas non fuit in Xpristo nihil ſubiicit et inquātum homo: hoc autem ſequitur. ad dictum Arii: qui poſuit ꝙ uerbū aſſumpſit ſolam carnem humanam. Sed non aſſumpſit animam quia uerbum ſupplet locum anime. & confirmabat dictum ſuum per illud quod habetur. Io. i. cap. uerbum caro factum est etc. ad hoc autem ſequit. ꝙ Xpristus non sit homo quia ꝙ aliquis sit homo non habens animam est implicatio contradictionis cum anima ſit forma hominis. nec ualet ſi dicatur ꝙ uerbum ſupplet locum anime: quia non poteſt ſupplere uicem eſſe formalis materiam perficientis. modus autem dicendi deſtruit ſeipſum: quia caro nō poteſt habere ſpeciem carnis niſi per animam. & ideo dicere ꝙ uerbum aſſumpſit carnem: & non animam: est implicare contradictionem. Ad iſtud inconueniens euadendū dixit aliuſ hereticus. ſ. Apollinaris & ſui ſequaces ꝙ uerbum aſſumpſit animam ſenſitiuam: non tamen aſſumpſit animam intellectiuam quia uerbum ſupplebat uicem ipſius intelligentie. Et ad iſtam ſicut ad primam ſequitur ꝙ Xpristus non ſit homo: qui reponitur in ſpecie humana per animam intellectiuam. homo enim per intellectum differt ab aliis ſpeciebus animalium: ut habetur primo Metaphiſice. Similiter hec opinio deſtruit ſe ipſam quia dato ꝙ per animā ſenſitiuam Xpristus habuiſſet carnem: nō tamen poſſet dici ꝙ haberet carnem humanam ſed tantum brutalem: que caro non poteſt dici humana niſi ab anima intellectiua. que est hominis forma. Item utrunq; dictum ſcilicet Arii & Apollinaris est manifeſte contra Euangelicam ueritatem. & etiam contra ueteris teſtamēti ſcripturam ubi expreſſe fit mentio de Xpristi humanitate uera quod est impoſſibile ſecundum eorum dicta. Item utraq; ſcriptura dicit Xpristum uerum filium uirginis ſecundum quod habetur Mathei primo & Iſaie vii. Ecce uirgo concipiet & pariet filium etc. hoc non eſſet uerū niſi Xpristus eſſet eiuſdem ſpeciei cum uirgine ipſa & per conſequens uerus homo. Multis etiam aliis uiis poſſent impugnari predicte hereſes. ſed propter prolixitatem uitandam ad preſens omitto. Supponendo igit ſcđm ueritatem fidei Cathlice ꝙ Xpristus ſit uerus homo. & uerus deus. dico ad ipſam queſtionem ꝙ oīa ſunt ſubiicienda ipſi Xp̄o. etiam ſcđm humanitatem quia ꝙ ſint ſubiecta ſcđm diuinitatem non est dubium. ꝓpoſitum autē oſtenditur triplici uia. Prima accipitur ratione unionis quanto enim aliqua natura creata est propinquior ipſi primo principio tanto est ſublimior ſicut patet. corpora celeſtia preſunt quodammodo ipſis generalibus & corruptibilibus & iſta generabilia &

corruptibilia ſunt eiſ ſubiecta. propter quod dicitur primo Metaphiſice ꝙ elementa contiguanť ſuperioribuſ lationibuſ: ut omniſ uirtuſ eorum gubernet̄ inde ꝙ aũt iſta inferiora magiſ diſtant a principio primo patet per Philoſophum de generatione & corruptione ubi dicit ꝙ iſta inferiora corruptibilia ſunt propter lōge diſtare a principio primo. patet igitur aſſumpta propoſitio in corpalibuſ. ſ. ꝙ quanto ſunt aliqua propinquiora p̄mo principio tanto alia ſunt eiſ magiſ ſubiecta. & eadem ratione natura angelica p̄eſt ipſiſ corporalibuſ ſcd̄m quod dicit Augu. vii. de Trinitate. Nunc autem ita eſt ꝙ natura humana in Xp̄o propiquior eſt q̄̃ natura aliqua angelica qa coniuncta eſt ipſi deo non ſolū per unionem operationiſ ſicut angeli beati: ſed ſcd̄m eſſe hypoſtaticū quia in unitate ſuppoſiti ergo tota angelica natura eſt ſibi ſubiecta. & per conſequenſ omnia alia. Secunda ratio accipitur ex merito ſue paſſioniſ quod fuit quaſi infinite efficacie ratione ſuppoſiti quia actioneſ ſunt ſuppoſitorum: & ideo licet humana natura eſſet ratio tolerandi paſſionem & merendi illud tamen meritum erat ſuppoſiti diuini. nunc aũt ita eſt ꝙ per illam paſſionem meruit ſuam exaltationē & per conſequenſ meruit exaltari ſuper omnem creaturam. hanc autem rationem tāgit Apoſtoluſ ad Philipen. ii. humiliauit ſemetipſum factuſ obedienſ uſq; ad mortem: mortem autem crucis. propter quod & deuſ exaltauit illum: & dedit illi nomen: quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine Ieſu omne genu flectatur celeſtium terreſtrium & infernorum. Tertia ratio accipitur ex parte ſtatuſ future beatitudiniſ qui reſpicit ordinem gratie magiſq̄̃ nature & ideo ubi eſt gratia maior per conſequenſ & dignitaſ ſeu excellentia ſublimior. in Xp̄o autem homine eſt gratia maxima non ſolū uniōniſ ſed etiam perſone ſingulariſ ſecundum qd̄ dicitur Io. iii. ꝙ ſpirituſ eſt ei datuſ nō ad menſurā & per conſequenſ eſt excellentior & ſublimior omnibuſ angeliſ etiā ſcd̄m humanitatē. & hanc rationem tangit. Io. i. ca. uidimuſ eum quaſi unigenitū a patre plenum gratie & ueritatiſ. unigenitū dicit qa ipſe ſoluſ eſt naturaliſ filiuſ & prīcipaliſ omneſ aũt alii beati ſunt tantūmō filii adoptiui & participatiue dicti & per cōſequenſ ei ſubiecti. Conſiderandū tamen ꝓpter ſolutionem argumentoꝝ ꝙ iſtam excellentiā & dignitatem habuit Xp̄uſ ſcd̄m quod homo ab inſtanti illiuſ beate unioniſ nature humane in diuino ſuppoſito. ſed hoc fuit tantum autoritatiue. eo ꝙ illa natura adhuc erat paſſibiliſ & paſſionibuſ ſubiecta. ſed poſt reſurrectionem ſuam habuit eam exercitiue inquantū illa natura fuit plene glorioſa. & omnibuſ angeliſ p̄poſita. ideo tunc dixit Apoſtoliſ data eſt mihi omniſ ptās in celo & in terra. Mat. ult. ſed plenarie eam habebit iudiciū quando uoluntaſ eiuſ & ſententia adimplebit̄ in omnibuſ tam beatiſ q̄̃ damnatiſ per hoc patet ad argumēta. Ad primū dicendū ꝙ licet dānati nunq̄̃ ſint habituri uoluntatem Xp̄o conformē: tamen erunt ei plene ſubiecti inquantū ſententia ſue ſapiētie & uolūtatiſ complebit̄ in eiſ p̄ penā debitā. Ad ſecundū dicendū ꝙ angeli ſūt ei ſubiecti ratiōe gratie duplicis. ſ. uniōis & p̄ſone ſingulariſ ut dictū ē. & taliſ ordo ſubiectiōis cōpetit ſtatui beatitudiniſ qd̄ addit̄ qa angeli receperūt gratiā ſecundū p̄portionē naturaliū & ſic ubi ē dignior natura ibi ē maior gratia dicēdū ꝙ uerū eſt: ſi cōpet̄ natura āgelorꝝ adinuicē qa excellētioreſ in naturalibuſ fortiuſ cōuerſi ſūt ad deū: & ſic receperūt maiorē gratiā ſed nō eſt uerū: ſi cōpet̄ natura āgelica ad naturā humanā Xp̄i: qa gratia nō ē data ipſi Xp̄o hoīi ſcd̄m conatū liberi arbitrii in deū. qui nō accipit gratiā p̄ talē modū. ſed ab inſtāti creatiōis illiuſ anime & uniōis in p̄ſona diuina quia fuit idem inſtanſ utriuſq; recepit anima Xpriſti plenitudinē gratie ſcd̄m menſuram uoluntatiſ diuine & potentie obedientialem ipſiuſ anime & ſic licet anima Xpriſti ſit inferior ſecundum gradum nature tamen recepit maiuſ donum gratie.

UNde fratres sancti etc. Postq̃ Apostolus declarauit excellentiam .III.
noui testamenti respectu ueteris per hoc ꝙ preeminet Christus angelis: hic cō/
sequenter ostendit hoc idem per hoc ꝙ excellit Moysen. & diuiditur in duas partes.
quoniam primo ostendit propositum. & secundo ex hoc concludit quantum sit Xpo
obediendum: ibi: quapropter. prima adhuc in duas: quia ꝑmo declarat quādam simi/
litudinem. & secūdo ostendit ipius Christi respectu Moysi excellentiam ibi: amplioris
enim glorie. Circa primum aduertendum ꝙ dulciter alloquitur illos quibus scribebat:
ut animos eorum ad intellectum sequentium magis alliciat dicens: unde fratres sancti:
uocat eos fratres propter mutuam caritatem. sanctos propter eorum puram & inno/
centem conuersionē. quia talia debent refulgere in Christi fidelibus. uocatiōis celestis
participes quia de Iudaismo erant uocati ad fidem Catholicam ad quam nullus potest
efficaciter & meritorie puenire nisi pater celestis eum traxerit tractu gratie: scd̄m ꝙ
dicitur Io. vi. nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. consi/
derate Apostolum & Pontificem confessionis uestre Iesum. dicitur autem Pontifex
quasi pontem faciens quia per passionem suam fecit nobis pontem ut possemus transire
ad beatitudinē. dicitur etiam Pontifex confessionis nostre quia nō sufficit corde cre/
dere tantum sed oportet etiam confiteri ore: scd̄m ꝙ dicit Apostolus Rom. x. corde
enim creditur ad iusticiam. ore autem fit confessio ad salutē qui fidelis est ei qui fecit
illum id ē ipsam humanitatem Christi. dicitur etiam fidelis deo patri: quia in omnibus
querebat gloriam patris: & non suam: scd̄m ꝙ ipsemet dicit Io. viii. ego gloriā meā
non quero etc. sicut & Moyses fidelis fuit. in omni domo eius id est in congregatione
fidelium que est domus ipsius dei quam inhabitat per gratiā. ꝙ autem Moyses fuerat
in hac domo non quarens gloriam propriam sed gloriam dei patet Pertateuchum in/
sipienti. Amplioris. Hic consequenter ostendit Christum excellentiorem Moyse quia
licet uterq; fuerit fidelis in domo dei que est congregatio fidelium: principalior tamē
in hac domo est Christus q̃ Moyses. quia ille qui fabricat aliquam domum & eam in/
habitat ut ꝓpriam excellentior est q̃ ille qui habitat in ea ut in aliena. Christus autē
habitat in hac domo sicut dominus & fabricator ipius. quia homines non possunt cō/
gregari in fide nisi ipo deo hoc faciente. Moyses autem habitauit in hac domo tantū
ut seruus. ergo in hac domo principalior est ipse Christus. & hoc est ꝙ dicit ipse Apos.
Amplioris enim glorie id est maioris dignitatis iste id est Christus pre Moyse dignus
habitus est quod probat consequenter dicens: quanto ampliorē honorē habet domus
id est in domo ille qui fabricauit illam id est edificauit tanq̃ suam propriam quod uer
est de Christo: & non de Moyse: ut dictum est. Omnis nanq; domus fabricatur id est
compaginatur ab aliquo: sicut enim partes domus materialis nō coniunguntur adinuicē
nisi per aliquem artificem eas unientē: ita similiter domus Ecclesie non est cōpaginata
ex diuersis gentibus. s. Iudeis & gentilibus nisi per ipm Christum qui pōt unire corda
fidelium propter qd̄ dicitur Io. x. alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili & illas
oportet me adducere & fiet unum ouile & unus pastor. ꝙ autem talis cōgregatio nō
posset fieri nisi a deo probat consequenter cum dicit: qui autem creauit oīa deus ē.
eiusdem aūt est creare mundum & recreare homines per fidem & gratiam. ꝓpter qd̄
dicitur Iacob. i. uoluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis ut simus initium aliquod
creature eius. deus autem pater omnia operatur per filium: quia indiuisa sunt opera
trinitatis. & per consequens fabricauit domum Ecclesie non sic autem Moyses. & hoc
est ꝙ dicit. & Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius: scilicet dei tanq̃ famulus in
testimonium eorum que dicenda erant. i. legis date populo Israel Christus uero tanq̃

filiuſ in domo ſua: id eſt Eccleſia habitat que domuſ ſumuſ noſ. quia Eccleſia non eſt parieteſ materialeſ ſed fideleſ Chriſti. quia ſicut in domo materiali requiritur firmitaſ ſic in fidelibuſ X̄pi ad hoc ꝙ ſint domuſ principaliſ dei requirit̄ ſtabilitaſ fidei. ꝓpter hoc ſubdit iſtam conditionem: ſi fiduciam & gloriam ſpei uſq; ad finem futuram reti/ neamuſ. Quapropter etc. Hic conſequenter cōcludit ex predictiſ ꝙ Chriſto firmiter eſt obediendum. & circa hoc tria facit: quia primo ad hoc inducit autoritatē ſcripture hic exhortantem. Scd̄o exponit illam ſcripturam ibi: uidete fratreſ. Tertio ex auto/ ritate & expoſitione probat ſuam intentionem ibi: timeamuſ ergo fratreſ: in p̄ncipio ſequentiſ ca. prima in duaſ: quia in autoritate ſcripture quam adducit primo quedam monitio ponitur. Secundo ad hoc inducitur exemplum ibi: ſicut in exacerbatione. dicit igitur primo ſic: quia excellentior eſt Moyſe ut dictum eſt: ideo q̄ſi reludendo & admonendo per ſcripturam dicit: quapropter ſicut dicit ſpiritus ſanctus loquens ꝙ oſ Pſalmiſte. hodie. i. tempore gratie in quo ueritaſ eſt reuelata. tēpuſ enim legiſ fuit quaſi tempuſ noctiſ: ſecundum ꝙ dicit Apoſtoluſ ad Ro. xiii. nox preceſſit dieſ autē appropinquauit: ſi uocem eiuſ audieritiſ id eſt ipſius Chriſti. & ponitur hic ſi pro quia quia uox ipſius Chriſti loquētiſ audita eſt in Euangelio in natura humana aſſumpta: in ueteri autem teſtamento audita eſt uox Prophetarū eiuſ: ſecundum ꝙ dicit Auguſ. libro de ſermone domini in monte: exponens illud Mat. v. & aperiens oſ ſuū docebat etc. tunc enim ille aperuit oſ ſuum qui in ueteri lege aperiebat ora Prophetar̄ꝙ. nolite obdurare corda ueſtra per inobedientiam. homo enim inobediens deo ab eo ſe auertit. & per cōſequens deuſ iuſte gratiam ſuam ei ſubtrahit. & quia gratia dei cor mollificat per conſequens ſequitur ipſius hominiſ obduratio ſicut plenius uidebitur. Sicut in ex/ acerbatione. Hic ponitur exēplum de obduratione antiquorum Iudeorū qd̄ habet̄ Numeri. xiii. &. xvi. ubi dicitur ꝙ exploratoreſ qui miſſi fuerant ad conſiderandum terram filiuſ Iſrael promiſſam terruerūt corda populi & tunc increduli domino qui tot ſigna & miracula eis oſtenderat in deſerto: uoluerūt reuerti in terram Egypti: ꝓpter quod dominuſ iratuſ uoluit eoſ delere: ſed precibuſ Moyſi impedita eſt percuſſio po/ populi. uerūtamen per. xl. annoſ impedituſ eſt populuſ ab ingreſſu terre ꝓmiſſionis quouſq; omneſ qui egreſſi fuerant de Egypto a. xx. annis & ſupra mortui ſunt in de/ ſerto nec intrauerunt promiſſionis terram propter eorum incredulitatē duobuſ tamē exceptiſ. ſ. Ioſue filio Mun. & Caleph filio Iephone qui ingreſſi ſunt terram ꝓmiſſi/ onis propter eorum obedientiam & fidelitatē. hoc eſt ergo ꝙ dicitur hic: nolite ergo obdurare corda ueſtra ſicut in exacerbatione temptationiſ ueſtre in deſerto. dicit̄. n. illud peccatum exacerbatio propter ſimilitudinem. fructuſ enim acerbuſ non eſt ac/ ceptabiliſ ad cibum. & opponitur maturo. ita peccatum illud fuit maxime obſtina/ tionis. quia ſicut dictum eſt: erant increduli domino uiſis tot ſignis & miraculis. & ideo noluit totaliter placari eis ut dictum eſt: ſicut fructuſ acerbuſ non acceptat̄: ſed reiicitur. Sequitur: ſecundum diem temptationis: quia plures in deſerto temptauerunt deum: ut patet in decurſu ueteris teſtamenti. ideo ſequit̄: ubi temptauerūt me patreſ ueſtri: dubitando de diuina exiſtentia in eis. & querendo ſuper hoc importune ſigna a Moyſe: cum tamen uiderent dei mirabilia quaſi omni die: & longo tempore. ſ. xl. annis quibuſ fuerunt in deſerto. & hoc eſt quod dicit: probauerunt & uiderunt opera mea. xl. annis. & ideo grauius erat peccatum incredulitatis ipſoꝝ & magis puniendum. ideo ſequitur: propter quod offenſus fui generationi huic. in pſal. ponitur: ꝓximuſ fui generationi huic. proximuſ. ſ. ad punitionem infidelitatis ipſorum: & in idem re/ uertitur. Sequitur: & dixi ſi errant corde etc. iſte error procedebat in eis ex malicia

quia uiderat frequentissime dei mirabilem uirtutem in eis. & ideo dubitare de ea & eam nescire non poterat ex simplici ignorantia ꝓcedere: sed ex aurium obstinatione in cō/ trarium. & talis error non excusat: sed magis aggrauat peccatum. propter qđ sequit: quibus iuraui in ira mea. i. firmiter decreui & irreuocabiliter punire eos. dicitur enim deus iratus metaphorice quando punit: quia ad modum irati se habet. que fuerit autē illa punitio subditur: si introibunt in requiem meam. i. non intrabunt in terram pro/ missionis que dicitur requies: quia in illa requieuerūt filii Israel postea unusquisq; sub uite sua & ficulnea sua: secundum ꝙ habetur. iii. &. iiii. Re. in pluribus locis. & iterū quia per illam requiem figurata est requies conscientie qua homo requiescit in deo per gratiam. & requies fruitionis eterne qua requiescit in deo per gloriam. ꝙ autem in re/ quiem promissionis non intrauerunt filii Israel qui egressi sunt de Egypto patet ex predictis: quia mortui sunt in deserto propter peccatū predicte exacrbatiōis. Videte fratres. Hic consequenter exponit predictam autoritatem. & quia in predicta auto/ ritate tria premiserat. s. exhortationem ad bonum operandum: culpam malorum ad uitandum: & penam pro ea inflictam ad timendum: ideo hec tria facit: quia primo exponit quod facit ad exhortationem. Secundo quod pertinet ad malorum culpam: ibi: quidem enim audientes. Tertio quod pertinet ad penam inflictam ibi: quibus aūt offensus. Circa primū dicit sic: uidete fratres. i. diligenter considerate quilibet in seipso & etiam in proximo suo: quia scđm ꝙ dicitur Eccle. xxvii. unicuiq; mandauit deus de proximo suo: ne forte sit in aliquo uestro malum. i. uoluntas mala. sicut enim ex corde oritē sensus & motus in aliis membris: ita uoluntas mouet omnes potentias anime ad agendum. incredulitatis. licet incredulitas sit in intellectu sicut in subiecto sicut & fides que est eius oppositum: tamen credere est actus ipsius intellectus moti a uolun/ tate: & per consequens discredere. dicit enim Augus. super Iohannem ꝙ nullus credit nisi uolens. discedendi a deo uuo. sicut enī bonum anime est adherere deo per fidem formatam: ita malum anime est recedere ab eo per incredulitatem. Sequitur: sed ex/ hortamini uos metipsos per singulos dies: cōtinue conscientias ꝓprias discutiēdo: donec hodie cognominat̄. i. uocatur dies ꝓ quandam similitudinem: propter noticiā ueritatis reuelate quod non erat tempore legis: ut supra dictum est. ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. hoc aūt dicit: quia licet obduratio sit aliquo modo a deo tamen principium eius est a libero arbitrio inclinante se ad peccatū ut uidebitur. Participes Christi effecti sumus. quia recipiētes fidem eius de plenitudine eius accepimus: si tamē inicium substantie eius usq; in finem firmiter teneamus. qui enim baptizat̄ in Christo suscipit quandam nouam naturam per fidem formatam: quia fides est substantia spe/ randarum rerum: ut dicitur infra. ii. capi. & hoc uocatur hic inicium substantie quod debemus usq; in finem firmiter retinere: dum dicitur: hodie id est tempore gratie. dum uocem eius audieritis etc. hoc totum est supra expositū. Quidam enim audiētes. Hic consequenter exponit quod in autoritate precedente dixerat de culpa exacerbatiōis predicta. d. Quidam enim audientes exacerbauerunt: quia populus Israel audiens uerba exploratorum incredulus domino uoluit in Egyptum reuerti: ut predictum ē. sed nō uniuersi qui ꝓfecti ab Egypto per Moysen. hoc dicit ꝓpter Caleph & Iosue qui nō exacerbauerūt dominū cum aliis sed fideles & obedientes domino ꝑmanserūt. & sic patet qui peccauerunt: & qui non. Quibus autem. Hic exponit de pena ꝓpter culpam predictam inflicta. & hoc est quod dicit: quibus autem offensus est. xl. annis ipse? scilicet deus puniens eos. nōne illis qui peccauerunt? quasi. d. sic: & non aliis: quod patet per sequētem effectum cum dicitur: quorum cadauera prostrata sunt in deserto

in penam predicti peccati. Quibus autem iurauit? id est firmiter statuit. non introire in requiem eius. i. in terram promissionis. nisi illis qui increduli fuerunt? quasi. d. alius non iurauit. quia Caleph & Iosue qui fuerũt creduli: ipsi introierunt. & ideo cõcludit: & uidemus. s. per effectum predictum: quia nõ potuerunt introire propter incredulitatem predictam. Ad euidentiam predictorum queritur utrum obduratio cordis sit attribuenda homini. & arguitur primo ꝙ non: quia illud quod est proprium dei non est attribuendum homini: obduratio cordis ẽ huiusmodi ergo etc. maior patet minor probatur per illud quod habet ad Ro. xix. cuius uult miseretur: & quẽ uult ĩdurat. Item idem per suam presentiam & absentiam est causa contrariorum: scd̃m ꝙ dicit̃. ii. Phisicorum. nauta enim per suam presentiam est causa salutis nauis & per suam absentiam est causa periclitationis eiusdem. sed deus per sui presentiam est causa mollificationis cordis: ergo per sui absentiam est causa obdurationis. Contrariũ patet ꝑ illud quod dicitur in littera: nisi obduratio cordis esset ab homine frustra admoneret Apos. d. nolite obdurare etc. Respondeo dicendum ꝙ nõ est inconueniens eundem effectũ attribui diuersis causis diuersimode tamen. obduratio cordis est obstinatio hominis in peccatum. dicitur enim cor durum metaphorice ad similitudinem corporis. corpus enĩ dicitur durum quod nõ cedit tangenti sed resistit: ut habetur. iii. Metaurorum. & ad similitudinem huius dicitur cor hominis durum seu uoluntas quia cor accipitur hic ꝑ uoluntate: ut dictum est: quando non cecidit uel non obedit monitioni ad bonum sed magis restitit. talis autẽ obduratio est ab homine inchoatiue & demeritorie inquantũ per liberum arbitrium adheret peccato & per consequens auertit a deo quantũ in se est: & sic demeretur ꝙ deus subtrahat ei gratiam suam: sicut si ipse Sol materialis illuminaret hec inferiora per cognitionem & arbitrii libertatem iuste retraheret lumen suũ ab eo qui se uellet quantum in se esset: ab eius lumine subtrahere. deus autem beneficium gratie dat hominibus ex cognitiõe & mera liberalitate. & ideo iuste eam retrahit ab eo qui se per peccatum auertit a deo. cor autem humanum per gratiam dei mollificatur: & ideo ipsa subtracta per peccatum obduratur. & sic patet qualiter obduratio diuersimode deo & homini attribuitur: quia attribuitur homini inquantum est culpa. deo autẽ attribuitur inquantũ est pena iuste inflicta. & sic patet ex predictis ad questionem & argumenta ex utraq; parte inducta. .IIII.

TImeamus ergo. Postq̃ Apostolus induxit autoritatem scripture & expositionẽ illius ad ostendendum ꝙ Christo est firmiter obediendum: hic consequenter ex autoritate predicta & expositione eius arguit ad ꝓpositum: & diuiditur in duas ptes: quia primo ostendit ꝙ nobis imminet sollicitudo intrandi in requiem celestem que per ingressum terre promissionis figurata est. Scd̃o ex hoc concludit ꝙ debemus ad hoc festinare ibi: festinemus ingredi. Prima in duas: quia ꝑmo arguit propositum. Scd̃o probat quoddam quod in argumento erat suppositum ibi: & quidem operibus. uirtus autem sui argumenti in hoc consistit: sicut patribus promissa est requies temporalis in terra promissionis ita figuraliter nobis ꝓmissa est requies eterne beatitudinis: quia oĩa in figura contingebant illis: ut dicit Apostolus. i. ad Cor. x. sed illi qui fuerũt solliciti seruare deo fidem & obedientiam introierunt requiem illam terrenam: ut patet ex ꝓdictis: & non alii. ergo similiter si uolumus ingredi requiẽ celestem de hoc debemus eẽ solliciti. dicit igitur: timeamus ergo. i. solliciti simus: quia timor sollicitudinem inducit: ne forte relicta pollicitatione. i. promissione diuina. introeundi requiem eius. i. requiẽ celestem. & existimetur aliquis ex uobis deesse. hoc dicit quia illa completio ꝓmissiõis diuine nulli deficit nisi ipse deficiat. & enim uobis nunciatum est de requie .s. eterna

quemadmodum & illis qui fuerũt in ueteri testamento fuit primo denunciatũ de reqe eterna. sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei. quia licet ꝓmissio illa fuit omnibus facta : tamen illi soli qui fuerunt creduli perceperunt illius promissionis effectum. & ideo concludit. Ingrediens igitẽ in requiem. s. celestem. qui credidimus ipsi Christo quemadmodum dixit ipse. s. incredulis. quibus iuraui in ira mea etc. patet expositio per predicta : quia sicut fideles admittantur ad requiem celestem ita increduli excluduntur. Et quidem operibus. Hic probat illud quod suppositum est in argumẽto scilicet ꝙ requies celestis sit figurata per requiẽ terre promissionis. & diuiditur in duas partes scd̃m ꝙ hoc probat dupliciter per scripturam. & in ista rursum. prima ꝓbatio talis est: productis omnibus creaturis in mundi principio dicit scriptura ꝙ deus requeuit die septima etc. ista autem requies non potest intelligi requies terre promissionis: sed magis requies per quam deus requiescit in seipso & hec est requies beatorũ: quia mens humana non potest quiescere nisi in deo. & ista figuratur per requiẽ terre ꝓmissiõis sicut perfectum per imperfectum: & ueritas per umbram. hoc est igitẽ ꝙ dicit Apost. & quidem opibus ab institutione mundi perfectis in suis speciebus & naturis. dixit. n. in quodam loco. s. Gen. i. loquitur tamen sic in generali: quia illa scriptura erat nota & famosa illis quibus scribebat de die septima sic. s. loquitur predicta scriptura. & requeuit deus die. vii. ab omnibus operibus suis in seipso quiescendo. & in hoc stat uirtus rationis predicte. quia per hoc habetur ꝙ est alia requies uera & ꝑfecta a requie data filiis Israel in terra promissionis: & ꝑ consequens figurata per illam ut predictum est. Et in isto. Hic ponit aliam scripturam ad probandum hoc idem. & est probatio talis. Dauid Rex fuit per magnum tempus postq̃ filii Israel obtinuerant terram ꝓmissiõis sub Iosue: & in ea quieuerant: & tñ ipse determinat quendam nouum modum intrandi in requiem dicens: hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra ne ꝓueniant requie promissa sicut patres uestri propter suam incredulitatem. patet igitur ex dicto Dauid ꝙ est alia requies perfecta que est quies beatorum figurata per quietẽ filiorum Israel in terram ꝓmissionis: quia si Iosue dedisset filius Israel ꝑfectam quietẽ & ultimatam Dauid qui per magnum tempus post eum fuit : non hortaretur fideles denouo ad ingrediendum requiem: hoc est ergo ꝙ dicit Apostolus. & in isto rursum: hoc est in isto loco scripture ipsius Dauid iam allegato. si introibunt in requiem meã. patet propositum: ideo sequitur: quoniam ergo superest introire quosdam in illam. i. in requiem perfectam de qua loquitur Dauid. & hi quidem prioribus nunciatum est de requie in terra promissionis que fuit figura huius. non introierunt propter eorum incredulitatẽ: ut patet ex predictis. ideo iterum terminat. i. determinat sacra scriptura: diem quendam hoc est tempus aliud ingrediendi requiem ꝑfectam. dicendo in Dauid id est per ipsum Dauid. hodie etc. post tantum temporis: sicut supra dictum est. i. post multum tempus: postq̃ filii Israel sub Iosue habuerunt requiem in terra promissionis: dicit Dauid: hodie si uocem eius audieritis etc. id est isto tempore quod uocatur hodie respectu ueteris testamenti. ex hoc patet ꝙ cũ loquitur de alia requie: q̃ fuit requies in terra promissionis: propter quod subditur. nam si eis id est filius Israel Iesus. i. Iosue requiem prestitisset. i requiem perfectam & ultimatam dedisset in terra promissionis eos introducendo: nunq̃ de alia loqueretur. i. ipse Dauid nõ loqueretur de alia requie uel de alio tempore intrandi in requiem. post hanc diem id ẽ post illud tempus in quo Iosue dedit filius Israel requiẽ in terra ꝓmissionis. ex quo cõcluditur. ergo relinquitẽ sabbati sinus populo dei id est requies perfecta beatorum ubi dei populus recuperetur que quidem quies per quietem terre ꝓmissionis figuratur. & illa quies cõsistit ꝑfecte

in fine ultimo & perseueranter apprehenso. & hoc est qđ subditur: qui enim ingressus est in requiem eius & ipe requieuit ab operibus suis deus: hoc est dictu: quia sicut post rerum productionem deus requieuit in seipso: sic beati qui requiescunt a laboribus suis habent quietem in deo ipso pfruendo licet alia sit beatitudo dei & beatorum loquēdo formaliter: quia aliud est actus uiuendi & amandi hic & ibi: tamē est eadem beatitudo obiectiue loquendo: quia est idem obiectum beatitudinis dei & sanctorum. Considerandum tamen q̄ beati non quiescunt ab omnibus operibus generaliter loquēdo quia cōtinue & eternaliter uident amant & laudant deū: sed requiescūt ab operibus laboriosis: scd̄m q̄ dicitur Apoc. xiiii. amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Festinemus ergo. Ostenso q̄ debemus esse solliciti de ingressu ad requiē celestem hic consequenter concludit q̄ debemus festinare ad ipsam. & diuiditur in duas partes. quia primo hortatur nos ad istam festinationem. Secundo inducit ad hoc rationem: ibi: uiuus enim est sermo. primo igitur dicit sic: festinemus etc. exquo ita est q̄ nobis incumbit sollicitudo de ingressu requiei celestis. festinemus ingredi in illam requiē que festinatio est per fidem per dilectionem operantem: ut ne in idipsum quis incidat in credulitatis exemplum. i. ne incidamus in consimilem penā in quam inciderūt incredduli ueteris legis: qui propter incredulitatem suam fuerūt excluſi a requie terre pmissiōis & pena eorum data est nobis in exemplum: ne consimiliter priuemur requie celesti: si fuerimus tardi & pigri ad ingrediendum. Viuus enim etc. Postq̄ posuit suam ammonitionem: hic consequenter ponit sue monitionis rationem. & diuiditur in duas partes secundum duas rationes quas fecit. Secunda ponitur ibi: habentes ergo Pontificem. Prima ratio pcedit ex X̄pi excellentia in natura diuinitatis: & est talis ei qui habet excellentiam diuine nature & uirtutis infinite generalis cognitionis & supreme auctoritatis credendum est de impletione sue promissionis & per consequens secure est festinandum ad ipsam obtinendam: sed X̄pus in natura diuina habet. iii. p̄dicta ergo etc. In ista ratione sic procedit Apostolus: q̄ maiorem propositionem presupponit tanq̄ manifestam: sed minorem ponit: & declarat eam. d. uiuus est sermo dei: in quo primū scilicet excellentia diuine nature in Christo tangitur. quia sermo hic accipitē p uerbo unde & in Greco hic habet logos qd̄ significat idem qd̄ uerbū. uerbū aūt in diuinis ē eiusdem nature cū eo cuius est uerbū. cū igitē X̄pus sit uerbū dei: scd̄m q̄ habet Io. i. uerbum caro factum ē etc. sequitē q̄ in eo sit excellentia diuine nature. & bene dicitē: uiuus est sermo: quia dei uerbum uiuit uita nobilissima. quia eius uiuere est diuinum intelligere quod est respectu obiecti nobilissimi. & ppter hoc concludit Philosophus xii. Metaphisice q̄ primum ens siue deus uiuit uita nobilissima & optima. & sic patet primum. Consequēter declarat secundum. s. q̄ in Christo sit efficacia uirtutis infinite cum subdit: & efficax: tanta est enī eius efficacia q̄ se extendit ad omnia secundum q̄ dicitur Sapientie. vii. omniū enim est artifex: omnem habens uirtutem etc. sed considerandum est q̄ uirtus aliorum artificū attingit tantummō rei factib lis exteriora: sed uirtus dei tanta est q̄ attingit cuilibet rei intima: quia est causa eius dans esse & conseruans & principia rei cuiuscunq; unions & contungens: ppter q̄ intimior est ipi rei q̄ ipsa res sit sibipsi: & ad hoc denotandum dicit: & penetrabilior omni gladio anceps. i. habenti acutiem ex utraq; parte: & sic nō impeditur eius penetrabilitas ex aliq̄ parte: simile est de uirtute Christi que a nullo potest impediri quin ptingat ad intima rei: & ad maiorem huius expressionem subdit: & pertingens usq; ad diuisionem anime & spiritus etc. anime dicit: propter potentias eius animales que sunt anime & corporis cōmunes: spiritus dicit: ppter potētias anime extractas quibus cōuenit in substancia

ſpiritalibuſ. per hoc uult dicere ꝙ uirtuſ Chriſti attingit rei intima quantumcũq; ſint occulta. Sequit: compagum quoq; & medullarum. compageſ ſunt corporiſ iuncture neruiſ alligate. medulle ſunt intra oſſa incluſe. per hoc uult dicere ꝙ uirtuſ Chriſti attingit omnia quantumcunq; ſint ligata & incluſa: & ſic patet ſecundum. ſ. efficacia uirtutiſ. Conſequenter declarat tertium. ſ. generalitaſ ſue cognitioniſ que ſe extẽdit ad omnia in particulari etiam quantumcunq; ſint occulta: & hoc eſt quod dicit: & diſcretor cogitationum que ſoli deo cognite ſunt ſcd̃m cõmunem opinionem doctorum. & hoc uidetur per illud ꝙ dicitur. 1. Re. deuſ autem intuet̃ cor. Conſiderandum etiã ꝙ licet aliq doctoreſ dicãt ipam cogitationẽ noſtram eẽ cognoſcibilem pure ſubſtãtie ſpiritali: tamen de intentione cogitationiſ concedunt ꝙ eſt cognoſcibiliſ deo ſoli: uerbi gratia ſi cogitem de muliere dicũt ꝙ hoc poteſt cognoſcere angeluſ bonuſ ſiue maluſ etiam ex naturalibuſ. ſed ſi cogitẽ de muliere intentione decipiendi ipſam uel ad bonũ informandi cognoſcit ſoluſ deuſ: & propter hoc ſubdit Apoſt. & intentionem cordiſ: quia cognitio Chriſti non ſolum ſe extendit ad ipſaſ cogitationeſ: ſed etiam ad cogitationum intentioneſ. ex dictiſ patet ꝙ Xp̃uſ cognoſcit ea que ſunt ad cognoſcendũ difficillima. ex quo concludit ulteriuſ ꝙ cognoſcit omnia alia. d. nõ eſt ulla creatura inuiſibiliſ in conſpectu eiuſ. & quia non ſolum uidet reſ in ſuperficie ſicut noſ cum uidemuſ hominem ueſtitum: non uidemuſ ea que latent ſub ueſte: ſed omnia in ꝓfundo. ideo ſubditur: oĩa nuda & aperta ſunt oculiſ eiuſ. & ſic patet tertium. Conſequẽter ponit quartum. ſ. excellentiã autoritatiſ in Chriſto: cum dicit: ad quem nobiſ ſermo. ipſe enim eſt conſtitutuſ Iudex uiuorum & mortuorum: ideo neceſſario habemuſ ſermonem ad ipſum: quia oportet noſ reddere rationẽ corã deo de omnibuſ factiſ noſtriſ & cogitatiſ. & ſic patet quartũ. & ꝓ conſequenſ patet minor premiſſe rationiſ quantũ ad eiuſ. iiii. parteſ. ſ. ꝙ in Chriſto ratione diuinitatiſ eſt excellentia nature efficacie cogitationiſ & uirtutiſ. & per conſequenſ debemuſ feſtinare ad id quod nobiſ precipit & promittit. ſ. ingredi in requiem celeſtem. Habenteſ ergo Pontificem etc. Hic ponitur ſecunda racio ad idem oſtendendum & accipitur ex parte humanitatiſ Chriſti. & eſt ratio taliſ. Chriſtuſ in ſua humanitate habet magnitudinem per quam poteſt noſ adiuuare. habet etiam pietatiſ teneritudinem per quam paratuſ eſt nobiſ compati: & condeſcendere: ergo ſecure feſtinemuſ ingredi in requiem celeſtem confiſi de eiuſ adiutorio tempore opportuno: quod eſt tempuſ preſenſ. quia eſt tempuſ gratie. iſta ratione ſic procedit Apoſtoluſ: quia primo declarat Chriſti magnitudinem etiam ſecundum ſuam humanitatẽ. dicebatur enim Pontifex in lege magnuſ: quia ſemel in anno intrabat Sactum ſanctorum in ſanguine alieno: ergo multo fortiuſ Chriſtuſ debet dici Pontifex magnuſ qui intrauit celum in ſanguine proprio. Item dicebatur Pontifex legiſ Magnuſ qui erat de filiiſ Aaron: & multo fortiuſ Chriſtuſ debet dici Maguuſ quia eſt naturaliſ dei filiuſ. nec pót dici filiuſ dei adoptiuuſ etiam ſecundum humanitatem. & hoc eſt ꝙ dicit Apoſtoluſ: habenteſ ergo Pontificem magnum qui penetrauit celoſ Ieſum filium dei igitur exquo eſt ita magnuſ teneamuſ confeſſionem ore & opere eiuſ magnitudinem confitendo: & ei obediendo. Conſequenter oſtendit pietatiſ teneritudinem in Chriſto: cum dicit: non enim Chriſtuſ in carne paſſibili aſſumpta pro nobiſ paſſuſ eſt in cruce: & temptatuſ in deſerto a demone: & ideo ex tali experientia habet quandam aptitudinem ad cõpatiendum infirmitati noſtre: & hoc eſt quod dicit Apoſtoluſ. non enim habemuſ Pontificem qui non poſſit compati infirmitatibuſ noſtriſ temptatum autem per omnia. Conſiderandum ꝙ licet Chriſtuſ temptatuſ fuerit in carne paſſibili ſicut & noſ: tamẽ alio mó: quia ex temptationibuſ

frequenter in delectationem peccati & conſenſum incidimuſ. iſte autem nullo modo. & ideo eiuſ temptatio fuit tantum exteriuſ. & hoc eſt ꝙ dicit Apoſtoluſ. pro ſimilitu/dine abſq; peccato: quia in ſimili carne temptatuſ ſed non ſimili modo. & quia X̄puſ habet poteſtatem noſ adiuuandi & aptitudinem ad hoc propter pietatiſ teneritudinē ideo concludit Apoſtoluſ: adeamuſ ergo in fide per dilectionem operante cum fiducia de X̄pi pietate & miſericordia. ad thronum gratie eiuſ ut miſericordiam conſeq̄mur ingrediendi requiem celeſtem & gratiam inueniamuſ ſine qua non poſſimuſ ingredi ad illam. in auxilio opportuno: hoc eſt moderno tempore quando eſt tempuſ gratie. Ad euidentiam maiorem eorum que dicta ſunt circa principium huiuſ ca. queritur utrū requieſ beatorum fuerit figurata per requiem filiorum Iſrael in terra promiſſioniſ. & arguitur primo ꝙ non: quia ſtatuſ beatorū figuratur proprie per nouū teſtām̄tum: quia nouum teſtamentum medium eſt inter ſtatum ueteriſ teſtamenti & inter ſtatum beatorum. & ideo ea que fuerunt in ueteri teſtamento ſunt figura eorū que in nouo: ita facta noui teſtamenti ſunt figura eorum que ſunt in gloria celeſti: ſed illud qđ eſt proprium noui teſtamenti: non eſt attribuendum ueteri: ergo requieſ filiorum Iſrael in terra p̄miſſioniſ nō fuit figura requiei celeſtiſ. Item ſi requieſ beatoꝝ eſſet figurata in ueteri teſtamēto: ibi promitteretur aliquo modo: ſed hoc eſt falſum: quia lex uetuſ non poterat illam requiem dare: ut patet ex predictiſ: & ſic promitteret illud ꝙ eſſet ſibi impoſſibile etc. Item figura debet reſpondere figurato: ſed Moyſeſ legiſlator per uetuſ teſtamentum requiem terre promiſſioniſ non intrauit: ergo nec lex uetuſ requiē celeſtem figurauit. contrariū patet in littera. Reſpondeo. hic duo ſūt uidenda. primū eſt: que ſit requieſ beatorum. Secundum qualiter figurata fuit per requiem in terra promiſſioniſ. Circa primū conſiderandum ꝙ requieſ non accipitur hic prout opponit̄ motui & laſſitudini corporali. & hoc duplici de cauſa. primo quia taliſ requieſ poteſt haberi in uita preſenti. Secundo quia requieſ beatorum idem eſt realiter ꝙ beatitudo ipſorum. beatitudo autem iſta eſt perfectio anime ſcđm partem ſuperiorem uidelicet ſecđm uoluntatem & intellectum: ubi requieſ que opponitur motui corporali & fatigationi non habet locum. & ideo quieſ bonorum accipitur prout opponitur motui in ſpiritalibuſ que mouentur ad aliquid per amorem & deſiderium: ſicut enim mouentur amoribuſ ſic corpora ponderibuſ: ſecundum ꝙ dicit Auguſ. libro confeſſionum. Amor meuſ ponduſ meum: eo feror quocunq; feror: & ſic quieſ bonorum conſiſtit in hoc ꝙ appetituſ eorum totaliter quietat̄ p adoptionē ſummi boni potentiſ quietare appetitum: propter quod dicit Auguſ. libro Confeſſ. inquietum eſt domine cor meum donec requieſcat in te. Ex predictiſ patet ꝙ eadem realiter eſt quieſ dei & beatorū ſi tamen accipiatur quieſ obiectiue: quia idem eſt obiectum beatitudiniſ utriuſq;. ſi aūt accipiatur formaliter: differunt ſicut creatū & increatū: ſicut de beatitudine dei & ſanctorum dictum eſt: & ſic patet primum. Circa ſcđm conſiderandum ꝙ illud qđ eſt figura alicuiuſ oportet ꝙ in ſe ſit reſ aliq̄: quia ꝙ nihil ē in ſe nō pōt aliud figurare. Et ideo illud quod eſt figura alicuiuſ poteſt accipi tripliciter. uno modo ut eſt reſ tantū. Alio modo ut reſ & figura. iſto triplici modo inuenitur in ſcriptura aliquid dictum de requie terre promiſſioniſ: quia aliquando aliquid dicitur de ipſa ſecundum ſe. & hoc mō pōt dici figura requiei beatorum: ſicut eſt illud quod ſcribitur Deut. xxxii. Incraſſatuſ ē dilectuſ & recalcitrauit etc. quia quieſ in abundantia illiuſ terre fuit occaſio idolatrie. Inuenitur etiam aliquid ſcriptum de ip̄a inquantū eſt figura tantum ſicut ē illud qđ habetur Eze. xliii. fili hominiſ locuſ ſolii mei: & locuſ ueſtigiorum pedum meorū ubi habito in medio filioꝝ Iſrael in eternū: & ſic ſenſuſ litteraliſ huiuſ autoritatiſ ē tm̄m mō

de requie celesti. Inuenitur etiam aliquid scriptum de requie predicta inquãtum erat res & figura sicut est oñe illud ubi promittitur requies in terra ꝓmissionis filius Israel in premiũ uirtuose opationis: quia premiũ debet excedere meritũ: sicut finis melior ẽ iis que sunt ad finem. nunc aũt ita est ꝙ operatio uirtutis melior est q̃ fuerit quies illa corporalis. & ideo quies illa corporalis nó potest esse principale premium uirtutis. sed fuit quoddam bonum minus sensibile: tamẽ eis promissum: & sub hoc intelligit̃ ꝓmissa principaliter quies bonoꝝ. ista autem quies bonorum hic incboatur per gratiam scd̃m ꝙ dicitur Lu. ii. In terra pax hominibus bone uoluntatis. & cõsúmatur ꝓ gloriam. utrunq; autem datur nobis per ipsum Xp̃m qui est autor noui testamenti: & sic patet ꝙ quies terre promissionis fuit figura requiei celestis ut exhibende nobis per Xp̃m & sic non fuit nobis figura immediate ipsius sed mediante statu noui testamenti: & sic patet scd̃m. Ad argumenta patet per predicta: quia non concludunt nisi ꝙ requies terre promissionis non fuit immediate figura requiei celestis ut patet intuenti.

OMnis nanq; Pontifex etc. Postq̃ Apostolus ostendit excellentiã .V.
noui testamenti respectu ueteris per hoc ꝙ Christus preeminet angelis & etiam Moysi per quos data est uetus lex: hic ostendit hoc idem per hoc ꝙ sacerdotium Xp̃i preeminet sacerdotio Aaron. & circa hoc duo facit: quia primo ostendit Xp̃m esse Pontificem. Secundo ostendit ipsum excellentiorem esse Pontifice ueteris testam̃ti: secunda pars incipit in principio. vii. ca. hic enim Melchesedech. Circa primum duo facit: quia primo ostendit Xp̃m esse Pontificem. Secundo preparat animos auditoꝝ respectu sequentiũ. secũda ibi: de quo nobis grandis sermo. prima adhuc in tres: quia primo describitur Pontificis status. Secundo sui officii debitus usus ibi: qui condolere possit. Tertio debite consecutionis modus ibi: nec quisq̃. Circa primũ considerandum ꝙ ille qui constituit̃ Pontifex debet eẽ homo nó angelus: quia debet esse talis nature ꝙ subditi possint ad eum familiariter & facilter recurrere. & hoc est ꝙ dicit Aposto. omnis nãq; Pontifex ex hominibus. i. de numero hominũ debet esse. uerũtamen licet sit similis alius in natura tamen debet eos excedere in gradu dignitatis: & in uita: ideo sequitur: assumptus. i. ex cõmuni statu hominum sup alios eleuatus. & quia nõ debet querere proprium cõmodum uel honorem sed subditorum salutem: ideo sequitur: ꝓ hominibus constituitur: & quia nõ instituit̃: ut presit in temporalibus: sed magis in spiritalibus: ideo subdit̃: in iis que ad deum. i. in spiritalibus & diuinis: & quia talia debẽt exerceri libere non coacte nec mercennarie: ideo subditur: ut offerat dona. i. uoluntarie oblata non uiolenter extorta. & sacrificia pro peccatis. s. populi. Qui condolere possit. Hic consequenter describitur modus debitus utendi officio pontificali: quia sit uicarius ipsius dei cuius proprium est parcere & misereri: ideo debet peccata tantum misereri: & hoc ẽ ꝙ dicit: qui cõdolere possit iis qui ignorant. i. peccant ex ignorantia. & errant. i. iis qui peccant ex infirmitate uel quocũq; alio errore: quia infirmitas passionis peruertit iudicium rationis. debet autem Pontifex moueri ad misericordiã circa tales ex consideratione proprie fragilitatis unde & dominus permisit beatum Petrum in peccatum cadere ut sciret alios compati ex consideratione proprii delicti: propter hoc sequit̃: quoniã ipse circũdatus ẽ infirmitate: ꝓpterea & quẽadmodum ꝓ populo ita & ꝓ semetipso offerre dona pro peccatis. unde & in ueteri lege determinat̃ ꝓ priũ sacrificiũ pro peccato Pontificũ & in noua lege dicit sacerdos in canone misse: nobis quoq; peccatoribus etc. percutiendo proprium pectus in recognitione sui peccati pro quo offert sacrificiũ sicut pro peccato populi. Nec quisq̃. Hic consequẽter ostendit̃ debitus modus assequendi pontificale officiũ quia homo non debet sibi ipsum assumere

uiolentia prece precio & ſimulatione: ſed ſi ſibi imponatur pro utilitate populi: debet cum timore ſuſcipere. Vnde dicit Auguſ. xix. de Ciuitate dei: ocium ſanctum querit caritaſ: negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitaſ caritatiſ: quam ſarcinam ſi nulluſ imponit: contemplande ueritati uacandum eſt: & hoc eſt quod dicit Apoſ. nec quiſq; ſumit ſibi honorem ſed qui uocatur a deo tanq; Aaron. ille enī a deo uocatur qui modo debito inſtituitur. Sic & Xp̄uſ etc. Oſtenſo quid requiritur in Pontifice: hic conſequenter oſtendit illud Chriſto cōuenire. & diuidit in duaſ parteſ: quia primo declarat ꝓpoſitū. Secundo ex hoc concludit intentum appellatuſ a deo. Circa primū ſic procedit: quia primo oſtendit Chriſtum eſſe Pontificem factum a deo. Secundo agit de eiuſ officio: ibi: qui in diebuſ carniſ ſue. Tertio de pietatiſ exercitio ibi: & quidem cum eſſet filiuſ dei. prima in duaſ: quia primo probat Chriſti pontificatū eſſe a deo patre per duplicē autoritatē ſcripture: ſcđa ibi: quēadmodum & in alio loco. Circa primū dicit ſic cōtinuanſ ſententiam littere immediate precedenti. ſic & Xp̄uſ non ſeipſum glorificauit ut pontifex fieret: ſicut ambitioſi & hypocrite: ut poſſint ad dignitateſ eccleſiaſticaſ aſcendere ſed qui locutuſ eſt ad eum. i. deuſ pater clarificauit Chriſtum & hoc eſt intelligendum ſcđm naturam humanam: quia in diuina natura habet eandem claritatē & gloriam cum patre. poteſt etiam intelligi ſcđm diuinā naturam non ſic ꝙ deuſ pater filio aliquam claritatem uel gloriam de nouo dederit: ſed quantum ad diuinitatē quā abeterno habuit a patre in tpe pater ipſam manifeſtauit: ꝓpter ꝙ petebat Saluator Io. xiii. clarifica me pater apud temetip̄m claritate quā habui priuſ q; mūduſ fieret. hanc autem claritatem filii declarat pater dicens quod ſequitur: & accipitur de Pſal. ſcđo. filiuſ meuſ eſ tu ego hodie genui te. & hoc expoſitum eſt ſupra primo ca. Quē/admodum & in alio loco. Hic conſequenter inducit Apoſtoluſ aliā auctoritatē Pſal. ad probandum ſacerdotium Xp̄i eſſe a deo: quia eſt uerbum patriſ ad filium dicētiſ: tu eſ ſacerdoſ ineternū ſecundum ordinem Melchebeſedech. dicitur autem ineternum ad differentiam ſaceodotii ueteriſ legiſ: quia illud tm̄ erat temporale & figurale. ſacerdotium autem Chriſti eſt eternū & uerum: quia noſ introducit ad claram uiſionē in uita eterna quod nō poterat facere ſacerdotium ueteriſ legiſ. additur etiam alia differētia per hoc ꝙ dicitur: ſcđm ordinem Melchebeſedech: quia ſacerdotium ueteriſ legiſ fuit ſecundum ordinē Aaronicum ſeu Leuiticum. ſacerdotium aūt Xp̄i ſecundum ordinē ſuperiorem qui figuraliter tangitur cum dicitur: ſcđm ordinem Melchebeſedech: ſcđm ꝙ inferuſ diffuſe determinat Apoſ. vii. ca. & ibidem pleniuſ hoc uerbum exponetur. Qui in diebuſ. Hic conſequenter agitur de officio pontificatuſ Xp̄i primo declaranſ tempuſ debitum. d. qui in diebuſ carniſ ſue. i. paſſibilitatiſ: quia ante reſurrectionem habuit carnem paſſibilem ſed nō peccabilem: & illud fuit tempuſ debitū utendi officio Pontificiſ offerentiſ pro nobiſ ſacrificiū. Secundo tangit modum offerendi deuotum cum dicit: preceſ ſupplicationeſq;. dicit preceſ: quia apud patrem fecit petitioneſ. dicit ſupplicationeſ: quia in orando habuit modum humilem & deuotū. ad eum qui poſſet eum ſaluare a morte id eſt ad patrem qui poſſet eum ſaluare a morte faciendo ꝙ non moriretur: ſi uellet. ſed tamen noluit propter redemptionem noſtram adimplendam: que per mortem Xp̄i cōuenientiſſime impleta eſt. ſaluauit tamen eum a morte alio modo. ſ. eum a mortuiſ ſuſcitādo: cum clamore ualido & lachrymiſ offerenſ. ſ. corpuſ ſuū cum precibuſ in cruce. qđ aūt morienſ ualde clamauerit dicunt euangeliſte: ſed ꝙ ibi lachrymatuſ fuerit non habetur de euangelio ibi expreſſo. poteſt tamen haberi p ſimile: quia Io. ii. dicit ꝙ Xp̄uſ in morte Lazari lachrymatuſ ē ex pietate & magiſ probabile eſt ꝙ lachrymatuſ fuerit in cruce pro totiuſ humani generiſ redemptione.

dicitur etiam Io. ult. ꝙ multa fecit Ieſus que non ſunt ſcripta: & ideo cum Apoſ. dicat ipſum tunc lachrymaſſe tenendum eſt hoc tanꝙ certum quãuis in Euangelio non ſit ſcriptum. exquo patet ex predictis ꝙ oratio & oblatio Xp̃i facta fuerit humili mó deuoto & feruenti. ideo merito fuit exaudibilis & accepta: & hoc eſt quod ſubditur. & exauditus eſt pro ſua reuerentia. i. quia utendo officio Pontificis. ſ. orando p̃ populo & offerendo ſuum ſacrificium habuit modum deuotum & reuerendiſſimú. Et quidem. Hic conſequenter oſtendit ꝙ in Xp̃o fuerit maxima miſericordia: que debet eſſe in Pontifice: quia cum eſſet deus ab eterno in qua natura pati nó poterat: ex ſua pie/tate & miſericordia: quia uiſitauit nos oriens ex alto: aſſumpſit naturã humanã paſ/ſibilem in qua pro nobis pateret & ex paſſionis experientia ad cõpatiendum qd̃ammó aptior redderetur: & hoc eſt qd̃ dicit Apoſtolus. & quidem cũ eſſet filius dei abeterno exiſtens in natura diuina dicit ex tpe in natura humana: ex iis que paſſus eſt: obedi/entiam: ſed hoc fuit tm̃ noticia experimentali: quia noticia habituali non profecit: ſed eam totam ab inſtanti conceptionis habuit: & quia p̃ ſuam paſſionẽ meruit gloriã ſui corporis & exaltationem: & conſequenter aliorum glorificationem: ideo ſequit̃: & conſúmatus factus in breui: quia in ſua reſurrectione habuit gloriam conſummatã in corpore: quia prius erat perfecta tm̃ ex parte anime. factus eſt obtemperantibus ſibi per ueram fidem. cauſa ſalutis eterne. uidemus enim in naturalibus ꝙ illud qd̃ eſt perfectum poteſt facere alterum ſibi ſimile. ſimiliter Xp̃us in gloria perfectiſſimus ẽ aliis cauſa glorie inquantum deus per modum principalis effectiui & inquantũ homo per modum merentis & inſtrumenti coniuncti tm̃ in unitate ſuppoſiti. Alii aũt ſancti ſe habent ad deum per modum inſtrumenti ſeparati: ſicut manus artificis aliter ẽ in/ſtrumentũ eius & aliter ſecuris. Appellatus. Oſtenſo ꝙ Xp̃us habuit p̃fecte illa que debent eſſe in Pontifice: hic conſequenſer concludit propoſitũ principale. ſ. ꝙ Xp̃us appellatus eſt Pontifex realiter & uere. d. Appellatus eſt Pontifex a deo ſcd̃m or/dinem Melchiſedech. hoc autem addit: quia ſacerdotium Xp̃i non conſiſtit in obla/tione brutorum animalium ſicut conſiſtebat ſacerdotium Leuiticum. ſed conſiſtit in oblatiõe corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti ſub ſpecie panis & uini ſicut Melchiſedech qui erat ſacerdos dei altiſſimi obtulit panem & uinum: ut habetur Gen. xiiii. ca. De quo eſt grandis ſermo. Oſtenſo ꝙ Chriſtus ſit uerus Pontifex: hic conſequenter p̃/parat animos audientiũ reſpectu ſequentiũ. & diuidit̃ in tres partes: quia p̃mo reddit auditores attentos. Secũdo docilẽs in p̃ncipio ſequentis ca. quapropter intermittẽtes. Tertio benuolos ibi: & hoc quidem faciemus. Circa primũ conſiderandum ꝙ animus auditoris excitatur ad attentionẽ quando doctor inſinuat ei dicendorũ difficultatẽ: que quidem difficultas poteſt contingere dupliciter: uno mó propter materie ardui/tatem. alio mó propter audientis imbecillitatem ad capiendum: & tarditatem. utrúq; autem contingit in propoſito: quia materia incarnationis de qua loquitur Apoſtolus eſt ualde ardua & difficilis. Iterum illi quibus ſcribebat. ſ. Iudei erant imbecilles ad ca/piendum propter aſſuefactionẽ ad contrariũ: & hoc eſt ꝙ dicit Apoſtolus: de quo. ſ. Pontifice noſtro Ieſu Chriſto: eſt nobis grandis ſermo & ininterpretabilis ad diſcendũ id eſt interpretatione indigens propter materie difficultatem. & iterũ alia eſt cauſa: quoniã imbecilles facti eſtis ad audiendum. i. ad intelligendum de quo eos reprehẽdit. & enim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus. i. propter diuturnitatem tẽporis hoc dicit Apoſtolus quia ip̃i fuerũt inſtructi a iuuẽtute in lege & Prophetis: rurſus indigetis ut uos doceamini que ſint elem̃ta exordii ſermonũ dei. in Grãmatica elem̃ta dicuntur littere quas pueri primo addiſcunt. ad ſimilitudinẽ huius dicuntur elem̃ta illa

que ſunt prima & cõmunia in fide que quilibet debet ſcire. Conſiderandum tamen q̃ Apoſ. non dicit hoc ut uelit eoſ de talibuſ inſtruere: ut in principio ſequentiſ capituli patebit. ſed ut ſic loquẽdo poſſit eoſ meliuſ excitare. propter qd̃ etiam adhuc ſubdit: & facti eſtiſ quibuſ lacte opuſ ſit: non ſolido cibo: ſicut enim paruulis datur lac quod eſt cibuſ defacili conuertibiliſ: & non dantur ei carneſ uel piſceſ uel aliuſ cibuſ dure di/geſtioniſ: ita ſimiliter nouicius in fide & ſimplicibuſ non ſunt ꝓponenda difficilia fidei ſed ea tantũ que poſſunt defacili capi: propter qd̃ ſequitur: omnis enim qui lactis eſt particepſ. i. indigens doctrina facili. expers ẽ ſermonis iuſticie. i. ineptus ad capiendũ difficillia que tm̃ ſunt proponenda perfectis: cuiuſ ratio ſubditur: paruulus eſt enĩ. i. nouellus & impotens ad talia. perfectorum autem eſt ſoliduſ cibuſ. i. doctrina ſubtilis in iſ que ad fidem pertinent: eſt tm̃ proponenda perfectiſ: & qui taleſ ſint: oſtendit conſequenter. d. eorũ qui pro ipſa conſuetudine in exercitio ſcripturarũ. exercitatoſ habent ſenſuſ. i. uirtuteſ intellectualeſ que per ſenſuſ aliquãdo deſignanẽ: ſicut alicui dicitur: uideſ tu hoc. i. intelligis & ad quid ualeat tale exercitium ſubdit. d. ad diſcre/tionem boni & mali. i. ueri & falſi. in iſ que ſunt fidei: quia uerũ eſt bonũ intellectuſ & falſum eſt malum eiuſ. Ad maiorem euidentiam huiuſ partiſ ultime queritur utrum myſteria & ſubtilia fidei ſint omnibuſ indifferenter proponenda. Et arguitur primo q̃ ſic: quia dicitur Marci ultimo: predicate Euangelium omni creature. ſed in Euã/gelio continentur om̃ia fidei myſteria: igit̃ etc. Item credere articuloſ fidei explicite eſt de neceſſitate ſalutiſ quantum ad omneſ: ſed non poſſunt talia credere niſi eis ꝓpo/nantur: ergo articuli fidei ſunt om̃ibuſ ꝓponendi. ſed articuli cõtinent fidei myſteria & difficilia: ergo etc. Contra per illud qd̃ habet̃ in textu: & facti eſtiſ quibuſ lacte opuſ ſit non ſolido cibo etc. Reſpondeo myſteria fidei poſſunt dupliciter proponi: uno mõ ut credenda ſimpliciter per ſimplicem aſſenſum. Alio mõ proponunt̃ ut ali/qualiter intelligenda per rationẽ prout põt haberi in tali materia. loquẽdo igitur de primo mõ proponendi dicendum q̃ fidei myſteria non ſunt om̃ibuſ proponenda: quia non debent ꝓponi infidelibuſ obſtinatiſ: quia ex hoc non ſequit̃ eorum cõuerſio: ſed tantum fidei deriſio & proponentiũ morſ ſiue occiſio: & hoc eſt quod dicit Saluator Mat. vii. nolite ſanctum dare canibuſ: neq; mittatiſ margaritaſ ante porcoſ: ne forte conculcent eaſ pedibuſ ſuiſ & caneſ conuerſi diſrumpant uoſ. per ſanctum & marga/ritaſ intelligitur hic doctrina fidei ſancta & preciosa. per caneſ & porcoſ intelligunt̃ obſtinati in infidelitate & in immundicia ſua. ſed fidelibuſ & credere uolentibuſ & illiſ de quibuſ ſperatur conuerſio ꝓponenda eſt fidei doctrina. Aduertẽdum tm̃ q̃ in fidei doctrina aliqua ſunt omnibuſ cõmunia: quia om̃eſ tenent̃ credere illa explicite: ſicut eſt articuluſ incarnationiſ Xp̃i paſſioniſ & reſurrectiõiſ & conſimilia que cõmuniter predicant̃ in Eccleſia: & talia ſunt omnibuſ proponenda etiam ſimplicibuſ non tamẽ ſubtiliter ſed per groſſa exempla ab eis capibilia: quia aliter daret̃ eis occaſio errandi. alia que ſunt in doctrina fidei que ſequunt̃ ex articuliſ que ad credendum explicite non tenentur ſimpliceſ: ſed illi tm̃ qui ſunt in Eccleſia ſuperioreſ: talia nõ ſunt ſimpli/cibuſ proponenda niſi probabiliter timeret̃ q̃ in talibuſ eſſent male informati ab he/reticiſ. in tali enim caſu ſunt de talibuſ inſtruẽdi: quia perfidia hereſiſ non tm̃ cõtingit in errore circa articuloſ ſed etiam in errore eorum que ſequunt̃ ex articuliſ. ſicut enĩ hereticum eſt dicere q̃ deuſ nõ ſit incarnatuſ: ita hereticum eſt dicere q̃ nõ aſſumpſit ea que ſunt de ueritate humane nature. & ideo Manicheuſ cõdemnatuſ ẽ ut hereticuſ qui dixit filium dei aſſumpſiſſe carnẽ phantaſticã. & ſimiliter multi alii qui negauerũt in Xp̃o eſſe aliqua que pertinent ad naturam humanã. Si aũt loquamur de ſcd̃o mõ

proponendi ea que sunt fidei .s. inquantum sunt per rationem intelligenda sic tm̄mō proponenda sunt hominibus intelligentibus & exercitatis in scriptura: qui possunt capere talia: non autem simplicibus & capere non potentibus: quia hoc posset eis esse erroris materia. Argumenta patent per predicta.

.VI.

QVapropter intermittentes. In parte immediate precedenti Apostolus reddidit auditores attentos ostendendo dicendorū difficultatem: hic consequenter reddit eos dociles ostendendo eorum ordinem: quia ostendit que sunt dimittenda & que ꝓsequenda. illi enī quibus scribebat: erant exercitati in scriptura: & ideo dicit ꝙ intēdit dimittere ea que solent dici nouiciis sed intendit prosequi ea que solent dici perfectis & hoc est quod dicitur: quapropter intermittentes inchoationis Xp̄i sermonē .s. facilia a quibus incipit fidei doctrina. ad perfectionem feramur. i ad doctrinam perfectoꝝ & que sint illa que intendit dimittere breuiter tangit. & sunt sex. Primū est penitētia a peccatis preteritis: sicut enim in motu naturali prior est recessus a termino a quo q̄ accessus ad terminū ad quē: ita in processu gratie que perficit naturam primū est penitentie sacramentū qđ est quidam recessus a peccatis. & hoc tangit̄ cum dicitur: non rursum iacientes fundamentū penitētie ab operibus mortuis. i. peccatis que sunt opa mortuorū. dicit̄ autem fundamentū qm̄ est illud qđ est primū in processu gratie: ut dictum est: sicut fundamentum est id qđ est primū in edificatione. Secundum qđ est dimittendum est fides simpliciū ꝑ quē fit accessus ad diuina scđm qđ dicit̄ infra. xi. c. accedentem oportet credere quia ē etc. & hoc tangitur cum dicitur: & fidei. Tertium est baptisma qđ est quedā speritalis generatio. & hoc tangit̄ ibi: baptismatū doctrīe. & dicit in plurali: quia triplex ē baptima .s. fluminis. flaminis. & sanguinis. uerūtamē habet tm̄ uirtutem unius baptismi. & ideo dicit Apostolus Ephes. iiii. una fides unum baptisma. Quartū est sacramentū confirmatiōis in quo dat̄ spiritus sanctus ad robur sicut in baptisma dat̄ ad consequēdum eē spiritale. & hoc notat̄ ibi impositionis quoꝝ manuū. Quintum & sextum pertinent ad terminū spiritalis processus. expectamus. n. resurrectionē corpoꝝ futuram: quia hoc amoto inanis esset fides nostra: ut dicitur. i. ad Cor. xvi. & hoc tangitur ibi: ac resurrectionis mortuoꝝ: que est quintū. Expectamus etiā remunerationē nobis fiendam in iudicio extrēo: & hoc notat̄ ibi: & iudicii eterni. dicit̄ aūt illud iudiciū eternum: quia sententia ibi data ineternū durabit. Ista sex predicta non intendit Apostolus prosequi mō: quia sunt quedam fidei rudimēta de quibus fidei nouicii sunt instruēdi. & de talibus instruebant̄ in primitiua Ecclesia ut patet Act. xvii. & in pluribus aliis locis. Et hic quidem faciemus. Hic consequēter reddit Apostolus auditores beniuolos ostendendo eis sue doctrine possibilitatē & utilitatē. & diuiditur in tres partes. quia primo proponit in generali ꝙ sua doctrina est conueniens & possibilis. Scđo ostendit in speciali quibus ē impossibilis ibi: impossibilis enim eos. Tertio quibus est possibilis ibi: confidimus aūt. Circa primū considerandum ꝙ Apostolus in principio huius capi. dixit se instruere illos quibus scribebat de iis que pertinent ad perfectionē doctrine Xp̄i: & q̄uis istud sit difficile: tamen hoc est bene possibile cum adiutorio dei: & hoc est qđ dicit Apostolus: & hoc qđ faciemus: siqdem permiserit deus. i. adiuuerit. minus enim dicit: & plus significat. Impossibile enim. Hic ostendit quibus sua doctrina est impossibilis. & diuidit̄ in duas ꝑtes. quia primo ostēdit propositū. Scđo ad hoc inducit exemplum ibi: terra enim. dicit igit̄ ꝙ sua doctrina est inutilis illis qui post multa beneficia diuina recepta per ingratitudinem labunt̄ de peccato in peccatū: quia de se resurgere non possunt: & iuste a deo ꝑmittunt̄ depressionere peccatorū: talibus in peccato sic profundatis: & per consequens qđammodo sic

obstinatis: scd̄m ꝙ scribitur Prouerbio. xv. impius cum in profundum peccatorum uenerit contemnit: inutilis est doctrina Apostoli: quia nō recipiūt humanā ꝑsuasionē & hoc est qd̄ dicit Apost. impossibile est enim eos qui illuminati sunt semel: recipientes baptismi sacramentū qd̄ dicit̄ sacramentū fidei: quia illuminat ꝑ fidem. & bene semel dicitur: quia hoc sacramentū non pōt adhiberi bonū nisi semel cum non sit iterabile. gustauerūt etiā donū celeste: quia in sacramento baptismi confert̄ gratia que de celo datur. & participes facti sunt. s. quia uaria dona spiritus sancti dant̄ cum gratia que quidem dona fuerūt in Xp̄o ꝑfecte: ut habet̄ Esa. xi. & in nobis sunt participatiue. gustauerunt nihilominus bonū dei uerbum: quia a Xp̄o recepimus non solum donoꝝ spiritus sancti largitionē: sed etiā spiritalem nutritionē ꝑ sanam doctrinam. nō enim in solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo qd̄ procedit de ore dei Mat. iiii. uirtutesq; seculi uenturi. uirtutes iste sunt dotes anime & copis. dotes anīe sunt aperta dei uisio firma tentio continua fruitio que habentur in patria perfecte: sed hec a uiris ꝑfectis habentur inchoatiue. s. in fide. spe. & caritate. quibus succedunt ille dotes. habent̄ etiā aliqñ ex speciali gratia in quadam diuine dulcedinis expientia que conceditur. dotes uero corporis nō habent̄ hic nisi in spe: quia magna ingratitudo ē post tanta bñficia cadere a fide & a gratia: ideo sequit̄: & prolapsi sunt illi. s. qui predicta perceperunt. rursus renouari ad penitentiam est impossibile: quia ad hoc refert̄ aliud impossibile & tamen hic accipit̄ ꝑ difficili sicut dicimus ꝙ non pōt ambulare: quia male & de difficili ambulat sicut predicti cadentes difficiliter resurgunt ad penitentiam: non tñ est impossibile simpliciter q̄diu sunt in uia. sequit̄: rursus crucifigentes sibimetipsis filiū dei: quia quantū est in ipsis reiterant causam sue crucifixionis & ostentui habentes: quia per hoc uident̄ irridere mortem Xp̄i quasi ꝑ modico eam habentes. Aliter exponit̄ ab aliquibus littera ista ab illo loco. & prolapsi sunt etc. & dicunt ꝙ Apostolus hic remouet errorem quorūdam qui de Iudaismo erant cōuersi ad fidem catolicam: & ideo sicut apud Iudeos ablutiones & baptismata frequēter fiebant: sicut patet in euāgelio in pluribus locis: ita opinabant̄ baptisma Xp̄i posse pluries iterari circa eundem hominem: delendo eius peccata. sed hoc remouet Apos. d. ꝙ impossibile est eos qui semel illuminati sunt per baptismū qui est fidei sacramentū rursum renouari ad penitētiam si lapsi fuerint: quia per penitentiam sequentem nō possunt redire ad renouationem baptismalem: quia baptismus est lauacrū renouationis & regenerationis: ut habet̄ ad Ti. iii. & ideo non dicit Apost. ꝙ sit impossibile penitere sed renouari modo p̄dicto: quia sacramentū baptismi non est iterabile. Sequit̄: rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei. in baptismo enī configuramur morti & sepulture Christi: ut habetur Ro. vi. quicunq; baptizati sumus in Xp̄o Iesu in morte ipsius baptizati sumus consepulti sumus cum illo per baptismū etc. & ꝑ consequens dicentes baptismum reiterari dicunt qd̄ammodo mortem Xp̄i iterabilem & sic derident eam. ꝓpter quod sequitur: & ostentui habentes: licet aūt hec expositio sit subtilis: prima tñ magis uidet̄ concordare littere. Terra enī etc. Quia in parte precedenti dixit ꝙ illi qui ꝑ ingratitudinē diuinorū beneficioꝝ labunt̄ in peccatū qd̄ammodo sunt impossibiles ad resurgendum ideo hic consequenter inducit qd̄dam exemplum de terra que multo labore culta est & trita: si faciat fructus bonos benedicit̄: si aūt spinas & tribulos maledicitur magis q̄ si non fuisset ita diligenter exculta: sic est in ꝓposito de homine diuina beneficia recipiente: & ideo in fine concludit̄: cuius cousūmatio in combustionē: quia tales ingrati finaliter deducunt̄ ad gehennam. alia littera patet ex dictis. Confidimus autem. Hic consequenter ostendit Apostolus q̄bus sua doctrina est conueniens & utilis. & diuidit̄

quia primo ponit intentum. Scđo probat propositum ibi: non enim iniustus. Circa primum sciendum ꝙ ex predictis uerbis Apostoli possent illi quibus scribebat opinari ꝙ ipsi essent tales ꝓut immediate predixerat: & ꝓ consequens eius doctrina eis inutilis esset: ideo Apos. hoc remouet. d. Confidimus aũt de uobis dilectissimi: & ꝓ consequẽs ostendit ꝙ eos reputabat esse aptos ad capiendum perfectionẽ doctrine Xp̃i. ꝓpter quod subdit: meliora & uiciniora saluti. s. confidimus de uobis tãet si ita loq̃mur. q. d. non sic locutus sum in p̃cedentibus eo ꝙ tales sint. s. ingrati & ad doctrinã Xp̃i iepti sed ad cautelam futuroꝝ ne efficiamini tales ꝓ casum. Non enim iniustus. Hic ꝓbat propositum primo ex eorũ conuersatione: & scđo ex Abrahe ꝓmissione ibi: Abrahe nanq;. Ex prima ꝑte dicit sic: rationabiliter dixi ꝙ meliora confidimus de uobis: cuius causam subdit. d. non enim iniustus est deus ut obliuiscat̃ opis uestri. i. sancte cõuersationis uestre. & dilectionẽ quam ostendistis in nomine ipsius: & que sit ista dilectio ostendit ex facto. d. ꝙ ministrastis sanctis. i. fidelibus Xp̃i paupibus necessaria prebendo. & ministratis: opus caritatis cõtinuando. & ꝙa uirtus laudata crescit: ideo post cõmendationem hortat̃ eos ad uirtutis cõtinuationẽ & augmentationem. d. cupimus enim unumquẽq; uestrum eandem ostentare sollicitudinẽ. i. monstrare per effectum euidentem. ad expletionẽ fidei usq; in finem: quia per continuationẽ boni opis usq; in finem explet̃ spes que est certa expectatio future beatitudinis inquantũ consequitur actualiter glorie premiũ: ideo subdit: ut non segnes efficiamini. i. pigri: sed uirtuosi in bono proficientes sicut fuerunt sancti patres: & hoc est ꝙ dicit: uerũ ꝓ sed imitatores eorum que fide & patientia hereditabunt ꝓmissiones. s. hereditatis celestis. Abrabe nãq; etc. Hic consequenter idem probat ꝑ ꝓmissionẽ Abrahe factam. & diuidit̃ in tres partes: quia primo proponit illam promissionem. Scđo ostendit eius infallibilitatem ibi: homines enim ꝓ maiorẽ. Tertio ex hoc concludit ueritatem intentam ibi: ut per duas res. Circa primũ sciendum ꝙ Abrahe facta est promissio de bonis tpalibus & etiam de celestibus: propter hoc dictum est ei ꝙ semen eius erat futurũ sicut arena maris & sicut stelle celi: & promissionẽ illam iuramento firmauit. & hoc est qđ dicitur Abrahe nãq; ꝓmittens deus bona terrena & celestia ad confirmationẽ huius ꝓmissiõis iurauit per semetip̃m q̃m neminẽ. i. nullam rem habuit per quã iuraret maiorẽ: & qd iurauerit: subdit. d. ut benedicens benedicam te etc. subintelligit̃: deficiat uirtus mea: nisi fiat sic. & sic longanimiter ferens. i. Abraham patiẽter expectans adeptus est repromissionẽ: quia tandem consecutus est gloriam. Homines enim. Hic consequenter ostendit huius promissionis infallibilitatẽ. Ad cuius intellectum sciendum ꝙ dispositio dei eterna immutabilis est: que est idem qđ eius consiliũ. & ideo q̃n in sacra scriptura aliquid denunciat̃ ꝓut habet esse in diuino consilio immutabile est nec retractat̃: & hoc mõ. i. Re. xv. dicit̃ de abiectione Saulis. porro Triũphator Israel non parcet nec penitudine flectet̃. q̃n aũt in sacra scriptura aliquid denunciatur scđm exigentiã meritoꝝ non tñ ꝓut habet diuinũ consilium sicut subuersio Niniuitaꝝ Ione. iii. hoc bene retractat̃ sicut subuersio Niniuitarũ a domino predicta ꝓpter penitentiã eorũ fuit retractata. & hoc est qđ dicit̃ Ieremie. xviii. Repente loquar aduersus gentẽ & aduersus regnũ ut eradicẽ & destruam & disperdam illud si penitentiam egerit gens illa a malo suo: agam & ego penitẽã super malo: qđ cogitaui ut facerem ei. & quia talis cõminatio dicit̃ sententia dei ideo dixerunt doctores nostri ꝙ sententia dei mutatur non tamen eius consilium. nunc aũt ita est ꝙ q̃cunq; in sacra scriptura aliquid denunciat̃ a deo sub iuramẽto illud procedit ex diuino consilio & ideo promissio facta Abrahe patet infallibilis ex duobus. primo ratione diuini consilii ex quo procedit: qđ

non mutatur: & ex additione iuramēti diuini per qđ confirmat̄. iis uisis attendendum est ad litteram. homines enim ꝑ maiorē sui iurant: quia confirmatio alicuius rei nō est nisi ꝑ aliquid certius & stabilius. ꝓpter hoc dicit Philosophus. i. Metaphisice ꝙ antiq posuerunt aquā principiū omniū: quia dixrunt eam esse iuramentū deorū. & omnis controuersie eorū finis est iuramentū: quia facta hominū sunt fallibilia: ideo ad confirmationē oportet recurrere ad diuinam ueritatē infallibilem que in iuram̄to uocat̄ in testem. in quo id est in iuramento Abrahe facto abundantius uolens deus ostendere pollicitationis heredibus: quia facta est Abrahe pro se & ꝓ heredibus suis. immobilitatem consilii sui interposuit iusiurandum. per hoc enim ex abundanti eam immobilē ostendit. erat enī firma ex hoc ꝙ ꝓcedebat ex diuino cōsilio. & id iuramentū additū firmauit eam ex abunditi qñ ꝓmissioni prius facte ipsi Abrahe fuit additū: ut habet̄ Gen. xxii. Vt per duas res etc. Hic ex predictis concludit Apos. intentū ꝙ uidelicet ii qui sunt de semine Abrahe si fuerint imitatores fidei ipsius certitudinaliter consequent̄ ꝓmissionem Abrahe factam primo mō formatam. & hoc est qđ dicit̄ hic: ut ꝑ duas res immobiles. s. diuinū consiliū & eius iuramentū. quibus impossibile est mentiri deum fortissimū solaciū habeamus. i. securi simus de obtinenda ꝓmissione: quia sumus imitatores Abrahe. ꝓpter qđ subdit̄: qui confugimus. s. ꝑ baptismū ad Xp̄m ꝑ quem adimplet̄ promissio Abrahe facta. ideo sequit̄: ad tenendam ꝓpositam spem. i. certā glorie expectationē. qm̄ sicut anchoram habemus anime tutā ac firmam: sicut enim anchora materialis tenet nauem immobilem inter fluctus maris: ita spes tenet animas immobiles inter fluctus uarie & multiplicis tēptationis. uerumtñ ipsa spes habet contrariū modum infirmitatis respectu anchore materialis: quia ipsa anchora materialis ꝑ hoc ꝙ figit̄ in terra: dat firmitatem naui. anime autē nostre non possunt in terra stabiliri: ideo oportet ꝙ anchora spei firmet̄ in loco contrario. s. in celo: & hoc est qđ subdit̄: & incedentem usq; ad interiora uelaminis. i. ad secreta celestia que sunt nobis uelata: ad quem locum ascendit Xp̄us: ut ibi figeret anchoram nostram: quia ꝑ hoc habemus firmam spem ueniendi ad gloriam. & hoc est qđ subdit̄: ubi precursor Iesus ꝓ nobis introiuit factus Pontifex ineternū scđm ordinem Melchisedech. hoc autem subdit Apostolus: quia prius locutus fuerat de pontificatu Xp̄i: & interposuerat aliq̄ ad excitationē audientiū: & sic conuenienter reuertit̄ ad suū ꝓpositum. s. ad loquēdum de pontificatu Xp̄i de quo adhuc loquit̄ ca. sequenti. Ad euidentiam maiorem cuiusdam dicti ī hoc ca. querit̄ utrū cadentibus post baptismū penitētia habeat locū. & arguit̄ ꝙ nō: quia sicut baptismus habet efficaciā a passione Xp̄i: ita & penitētia. sed baptismus non pōt iterari: ergo etc. Item spiritalis curatio que fit per penitentiā significata est ꝑ corporales curationes quas Xp̄us operatus est: sed Xp̄us non legitur aliquem bis curasse: ergo etc. Contra Ecc. ii. dicitur scđm magnitudinē eius sic & misericordia illius: sed magnitudo dei infinita est: ergo & eius misericordia. & ꝑ consequēs nō semel tm̄ sed totiens quotiens recipit reuertentē ad penitentiā etiā post baptismū. Respondeo in hac questione fuerunt hereses cōtrarie. occasione enim illius qđ dictū est in hoc ca. impossibile est enim eos qui semel illuminati etc. per qđ intelligit̄ baptismus: ut dictum est. Sequitur: & prolapsi sunt rursus reuocari ad penitentiam: dixit quidam presbiter Romanus nomine Nouatus ꝙ nullus pōt resurgere ad penitentiā post baptismum. sed hoc falsum est & erroneū scđm ꝙ dixit Athanasius in epistola ad Serapionē: & ꝓbat per scripturam ꝑ illum Corinthium incestuosum de quo Apos. i. ad Cor. v. qui tante enormitatis erat ꝙ uxorē patris sui habebat: ꝓpter ꝙ Apostol. iussit eum tradere sathane ad affligendum ut spiritus eius saluus fieret in die dñi nostri

Iesu Xp̃i: ut ibidem dicit̃: qđ non esset uerum nisi penitentia in eo haberet locum. Item de eodem illo scribit̃. ii. ad Cor. ii. ꝙ de mãdato Apostoli fuit iterum receptus ad cõmunicationem fideliũ. per qđ patet ꝙ penitentia habet locũ in cadentibus post baptismũ. Item Paulus Apostolus scribens Galat. qui post receptionẽ fidei & baptis/mi fuerunt decepti a falsis Apostolis dicit Gal. iiii. filioli mei quos iterũ ptirio donec formetur Xp̃us in nobis. ex quo patet ꝙ recepit eos ad penitentiã post baptismum posset etiã error Nouati per rationẽ impugnari. sed hoc dimitto: quia habet tractari in. iiii. Sententiaꝝ. Error aũt cõtrarius fuit error Origenis qui nimis laxauit peni/tentiã sicut Nouatus nimis restrinxit. d. ꝙ non solum habet locum penitentia totiens quotcus in uita presenti sed habet etiam locũ in futuro: quia dixit demones & dam/natos post aliqđ tempus ad gratiam & gloriam reuerti. sed hoc est contra rationẽ & scripturam sacram. eadem enim ratione uidet̃ ꝙ beati possint cadere a beatitudine: & ꝙ damnati reuertantur a damnatione. primũ autẽ est erroneum: ergo & scđm. Item scriptura eodem mõ loquitur de duratione damnationis: & beatitudinis Mat. xv. & ibunt hi in supplicium eternũ iusti aũt in uitam eternam. multa etiã absurda alia con/tinent̃ in errore Origenis que dimitto ꝓpter prolixitatẽ & quia sufficiẽter tractant̃ scđo & iiii. Sententiaꝝ a doctoribus. fides autem Catholica inter duos errores tenet medium. s. ꝙ in uita presenti etiam post baptismũ potest penitentia totiens quotiens iterari. & ideo uerbum Apostoli supra inductum quod mouit Nouatũ ad dicendum contrariũ est exponendum sicut supra expositum. sed cõtra errorẽ Origenis tenet fides Catholica ꝙ post uitam istam non habet locum penitentia: quia ampliꝰ non sunt in uia sed in termino. Ad argumentũ primũ in contrariũ dicendum ꝙ non est simile de baptismo qui imprimit characterẽ in anima qui quidem character ẽ indelibilis & ideo baptismus non est iterabilis. penitentia autem characterẽ non imprimit: ideo etc. Ad scđm dicendum ꝙ non oportet omnimodam similitudinẽ eẽ inter figuram & figuratũ & ideo si curatio corporalis non fuerit reiterata a Xp̃o circa eundem hominem non propter hoc sequit̃ penitentiam non esse reiterabilem. preterea licet nõ legat̃ Xp̃m curasse hominẽ eundem plures: non ꝓpter hoc habet̃ quin hoc fuerit factum: quia multa fecit Xp̃us que non sunt scripta: ut habet̃ Io. ultimo. .VII.

Dic enim Melchisedech. Quibusdam interpositis ad excitationem audientiũ: hic Apostolus reuertit̃ ad suum propositũ. s. ad ꝓbandum excellentiam sacerdotii Xp̃i: & diuidit̃ in duas partes: quia primo ostendit excellentiã sui sacerdotii respectu Leuitici. Scđo ostendit ꝙ fideles debent huic sacerdotio reuerenter subdi: scđa pars incipit in medio. x. ca. ibi: habentes itaq; fratres fiduciam. Circa primũ sic procedit: quia primo ostendit excellentiã sacerdotii Xp̃i respectu Leuitici: ex parte persone sacerdotis. scđo ex parte sui ministerii. scđa incipit in principio. viii. ca ibi: capitulũ autem etc. adhuc primo ostendit excellentiã sacerdotii Xp̃i per auctoritatẽ diuinã. scđo ostendit huius sacerdotii necessitatẽ ibi: talis enim dicebat. Circa primũ aduertẽ/dum ꝙ Apostolus ꝓbat propositum suum per autoritatẽ psalmi. c. ix. iurauit dominus & non penitebit eum etc. unde tria ostendit ad suum propositũ ꝓbandum. primũ est illud qđ in autoritate ista ponit̃: scđm ordinem Melchisedech. scđm est illud qđ ibi dicit̃: iurauit dominus etc. Tertiũ est illud qđ sequit̃: tu es sacerdos in eternũ. & ideo diuidit̃ in tres partes in quibus Apostolus tria predicta ꝓsequitur. scđa incipit ibi: & alii quidem plures etc. Circa primũ tria facit: quia primo declarat similitudinẽ ipsius Melchisedech ad Christum cuius fuit figura. scđo ostendit excellentiam ipsius Mel/chisedech ibi: intuemini aũt. Tertio ex hoc cõcludit principale intentũ. s. excellentiã

sacerdotii Xp̃i respectu sacerdotii Leuitici ibi: si ergo cōsúmatio. prima adhuc in duas: quia primo ponit conditiones Melchisedech. scd̃o per hoc concludit similitudinē eius ad Xp̃m sicut figure ad figuratū ibi: assimulatus aút. prima adhuc in duas: quia primo ponit ipsius Melchisedech multiplicem conditionē. scd̃o ponit earum interpretationem ibi: primū quidem. Circa primū describendo conditionē Melchisedech p̀mo ponit regiam dignitatē. d. hic enim Melchisedech Rex Salem. dicunt enī Hebrei ꝙ ipse fuit Sem filius Noe p̀mogenitus: & erat tunc̀. ccc. xc. annorū: Salem aút scd̃m quosdam idem est ꝙ Hierosalem: quia illam ciuitatē ipse Sem p̀mo edificauit & in ea regnauit ut dicit Isidorus libro. xvi. Ety. scd̃m alios ē idem qd̃ Salim ubi baptizabat Iohannes ut habet̄ Io. iii. scd̃o ostendit Apostolus eius dignitatē sacerdotalem. d. sacerdos dei summi. & additur hic dei summi: ad ostendēdum ꝙ nō erat sacerdos Idolorum: quia idolatria tunc temporis uigebat per totum mundum. & quia ad ipsum pertinebat deo offerre sacrificia. & conferre populo spiritalia. ideo occurrit Abrahe de victoria reuertente ut benediceret ei: & hoc est qd̃ subdit̄: qui obuiauit Abrahe regresso a cede Regū & benedixit ei. & hoc habetur Gen. xiiii. & quia ille qui cōfert populo spiritalia debet ab ipso accipere temporalia: ideo Abraham dedit ei decimas de preda: & hoc est qd̃ dicit̄: cui & decimas diuisit Abraham. per hoc enī ostendebat se imperfectum respectu Melchisedech: quia ei dabat decimam partē que significat perfectionem eo ꝙ numerus denarius est perfectus: sibi autem retinebat. ix. partes que significant imperfectionē. Primū quidem. Hic consequenter Apostolus interp̃tatur qd̃ dictum ē de Melchisedech. d. ꝙ nomē eius interpretat̄ Rex iusticie. Melchos enim idem est ꝙ Rex. Sedech aút idem est ꝙ iusticia. Salem etiam interpretat̄ pax. & ideo per nomina predicta intelligit̄ ꝙ Melchisedech regnabat in pace & iusticia. ista enim duo se concomitant̄ scd̃m ꝙ dicit̄ Esa. xxxii. & erit opus iusticie pax & hoc ē qd̃ dicit̄: primū quidem qui interpretat̄ Rex iusticie ratione ꝓprii nominis. deinde aút Rex Salem qd̃ est Rex pacis: qd̃ designat̄ ex loco sui regiminis. sequit̄ sine patre sine matre sine genealogia: neq; inicium dierum neq; finem uite habens. per hoc non est intelligendum ꝙ Melchisedech istis caruit: sed quia de istis scriptura mentionem non facit: quia nō loquit̄ de patre eius nec de matre nec de p̀ncipio uite eius uel fine. sed per hoc uidet̄ ꝙ dictum Hebreoꝝ sit falsum: qui dicunt ip̃m fuisse Sem filium Noe: quia scriptura describit patrem & matrē ipsius Sem & eius genealogiam: sed ad hoc posset dici ꝙ scriptura de predictis non loquit̄ sub hoc nomine Melchisedech de quo arguit Apostolus & hoc sufficit ad rationē figure que frequenter deficit a figurato in pluribus. Assimulatus aút. Ex predictis dicit Apostolus ipsum Melchisedech fuisse similem Xp̃o & eius figuram p̀mo ratione nominis qd̃ interpretat̄ Rex iusticie. scd̃o ex loco regiminis: quia dicit̄ Rex Salem. i. Rex pacis. & ista duo perfecte conueniunt Xp̃o: scd̃m ꝙ dicitur psal. lxxi. simul orietur in diebus eius iusticia & abundantia pacis donec auferat̄ luna: qd̃ non potest intelligi de pace facta tempore Salomonis: quia illa parū durauit: ut habetur. iii. Re. sed intelligit̄ de pace & iusticia per Xp̃m data: similiter ea que sequunt̄ de Melchisedech: sine patre sine matre etc. perfecte conuenit̄ Xp̃o: quia sine patre est in natura humana: & sine matre in natura diuina. Similiter sine principio sine fine dierū & sine genealogia: quia Xp̃i generatio in natura diuina eterna est & enarrari non potest secundum ꝙ dicit̄ Isa. liii. generationem eius quis enarrabit? & ideo dicit Apostolus: assimulatus autem filio dei Melchisedech. s. manet sacerdos in ppetuū: nō quia sacerdotiū Melchisedech fuerit perpetuū simpliciter: sed quia scriptura non loquit̄ de principio & fine sui sacerdotii.

nec de ſucceſſore eiuſ. & per hoc figurauit X p̃i ſacerdotiũ: qđ eſt ſimpliciter ꝑpetuũ. Intuemini. Deſcripta ſimilitudine ipſius Melchiſedech ad X p̃m: hic cõſequẽter Apoſ. probat ſacerdotiũ Melchiſedech fuiſſe excellentiuſ q̃ ſacerdotiũ Leuiticũ. & diuidit̃ in duaſ parteſ: quia primo ꝓbat propoſitũ. ſcđo remouet quoddam dubium ibi: & ita ut dictũ ſit. prima in treſ: ſcđm ꝙ ꝓpoſitũ probat per treſ rationeſ. ſcđa ibi: & hũc q̃ habebat. Tertia ibi: & hunc quidem decimaſ. Prima ratio taliſ eſt: ille qui accipit de/cimaſ ab alio maior ẽ illo: quia ſicut iam dictum eſt: ille qui dat decimaſ per hoc ſe ꝓ/fitetur imperfectum reſpectu illius qui accipit. ſed Melchiſedech accepit decimaſ ab Abraham: ut habetur Gen. xiiii. ergo fuit maior Abraham. & per conſequenſ eiuſ ſacerdotium fuit maiuſ q̃ ſacerdotium Leuiticũ: quia Leui deſcendit ab Abraham: & fuit minor eo: qđ aũt eſt maiuſ maiore eſt maiuſ minore. & hoc eſt quod dicit̃: intue/mini aũt. i. diligenter conſiderate quantuſ ſit hic. i. Melchiſedech: cui & decimaſ dedit de precipuis Abraham Patriarcha. i. Princepſ patrũ: & per conſequenſ Melchiſedech fuit maior q̃ Leui & q̃ quicũq; alii patreſ ab Abraham deſcendenteſ: ſed uidet̃ alicui ꝙ iſtud argumentum non uoleat: quia ſi aliquiſ eſt maior patre Epiſcopi non ꝓpter hoc ſequit̃ ꝙ ſit maior ipſo Epiſcopo. ſic aũt arguit̃ in ꝓpoſito ergo etc. Dicendum ꝙ in noua lege ſacerdotiũ habet dignitatẽ a X p̃o non ex dignitate paterna & ideo ille qui eſt maior patre Epiſcopi non propter hoc eſt maior Epiſcopo: ſed dignitaſ ſacerdotii Leuitici ꝓcedebat ex dignitate paterna. ꝓpter hoc nulluſ alteriuſ Tribuſ admittebat̃. & ideo bene ſequit̃ argumentũ. Et confirmat̃ argumentũ per illud qđ ſequit̃: & quidem de filiis Leui etc. Ad cuius intellectum ſciendum ꝙ Leuite genera/liter recipiebant decimaſ a reliquo populo Iſrael. inter Leuitaſ autem illi qui erant maioreſ illius tribuſ uidelicet ſacerdoteſ ſummi filii Aaron de parte leuitarũ recipie/bant decimam que uocat̃ decima decime Numeri. xviii. in ſignũ ꝙ erant maioreſ. & pari ratiõe Melchiſedech maior fuit Abraham a quo accepit decimaſ. & ꝓ conſequẽs maior ipſo Leui qui deſcendit ab eo: & ſic idem ꝙ priuſ. & hoc ẽ qđ dicit̃: & quidem de filiis Leui generaliter acceptis ſacerdotiũ accipienteſ: & ꝓ conſequenſ erãt maioreſ. mandatũ habent decimaſ a populo ſumere ſcđm legem: & ꝙ nomine populi nõ ſolum intelligant̃ ille tribuſ ſed cum hoc etiã ſimpliceſ Leuite exponendo ſubdit. i. a fratri/buſ ſuis: quanq̃ & ipſi exierũt de lumbis Abrahe: ſed Melchiſedech cuius generatio nõ annumerat̃ in eis: quia ſcriptura nõ fecit mentionem de patre & matre & genealogia eiuſ ut ſupra dictum eſt: decimaſ ſumpſit ab Abraham tanq̃ maior a minore. Et hũc. Hic ponitur ſcđa ratio que taliſ ẽ: benedicenſ maior eſt eo qui benedicitur: quia bñ/dicitur: quia benedicenſ mediuſ eſt inter deum & illum qui benedictionẽ ab eo recipit. ſed Melchiſedech benedixit ipſum Abraham: ut habetur Gen. xiiii. ergo fuit maior eo: & in hoc patet magna excellentia ipſius Melchiſedech qui benedixit eum cui erat facta repromiſſio de X p̃o. & hoc ẽ qđ dicit̃: & hunc. i. Abrahã q̃ habebat repromiſ/ſiones benedixit ipſe Melchiſedech: ſine ulla aũt contradictione. i. generaliter uerũ ẽ quod minuſ eſt a meliore benedicitur. i. a maiore: quia in iis que non ſunt quantitate magna: idem eſt eſſe maiuſ qđ meliuſ. Hic quidem. Hic ponitur tertia ratio que taliſ eſt: qui uiuit maior eſt eo qui moritur. ſed Abraham mortuuſ eſt: & ſacerdoteſ ueteriſ legiſ erant mortaleſ. non ſic aũt Melchiſedech. ergo maior eſt Abraham & ſacerdotiũ eiuſ maiuſ leuitico. & hoc eſt qđ dicitur: hic quidem. i. in ſtatu legiſ Moyſi morienteſ homineſ decimaſ accipiunt. i. ſacerdoteſ qui ſunt mortaleſ. ibi autem: hoc eſt in ipſo Melchiſedech conteſtatur. ſ. ſcriptura quia uiuit. per dicta nõ eſt intelligẽdum ſicut intellexerunt aliqui heretici ꝙ ipſe Melchiſedech fuerit immortaliſ. ſed hoc dicit̃ quia

ſcriptura non facit mentionem de morte eius ſicut facit mentionē de morte Abrahe &
ſacerdotū ueteris legis. & hoc ſufficit ad rationē figure que debet a figurato deficere
ſicut umbra a ueritate. & ideo Melchiſedech per hoc ꝙ de morte eius non fit mentio
in ſcriptura ſufficienter fuit figura Xp̄i ſacerdotis noui teſtamēti qui uiuit ineternū.
Et ita. Hic remouet quoddam dubium circa predicta: quia rationes ſue proceſſerūt
ex hoc ꝙ Abraham dedit decimas ipſi Melchiſedech. Et poſſet aliquis dicere ꝙ licet
Abraham fuerit decimatus nō tamen ꝓpter hoc ſequit̄ ꝙ Leui decimatus fuerit. hoc
remouet Apoſtolus. d. ꝙ immo ſequit̄ ꝙ Leui & omnes qui de Abraham deſcenderūt.
adhuc erant in lumbis Abrahe quando dedit decimas Melchiſedech : & ideo Leui in
Abraham decimatus eſt. & hoc eſt qđ dicit̄: & ita ut dictum ſit. i. ſequit̄ ex dictis ꝙ
per Abraham & ipſe Leui decimatus eſt: qui tamē decimas accepit: quia illi de Tribu
Leui acceperunt decimas a reliquo populo Iſrael. adhuc enim in lumbis patris. i. Ab/
rahe erat Leui quādo ei obuiauit Melchiſedech. ſ. Abrahe a quo tūc accepit decimas.
Si autem ex dictis arguat̄ ꝙ Xp̄s decimatus fuit in Abraham: quia deſcendit de eo:
dicendum ꝙ nō ualet: quia deſcendit de Abraham ſcđm corpulentā ſubſtantiā tantū
ſed non ſcđm rationem ſeminalem: & ideo non fuit decimatus in eo: & quia non fuit
conceptus in ſemine uiri: ſed in uirtute ſpiritus ſancti: & hoc habet diffuſius tractari
tertio Sententiarū: ꝓpter qđ ad preſens dimitto. Si ergo conſūmatio. Hic ex pre/
dictis probat Apoſtolus ſacerdotiū Xp̄i eſſe excellentius ſacerdotio Leuitico. & eua/
cuare ipſum per hoc ꝙ eſt ſcđm ordinem Melchiſedech : ſcđm ꝙ dicit̄ pſalmo. c. ix.
ubi dicitur de Xp̄o : tu es ſacerdos ineternum ſecundum ordinem Melchiſedech : ut
ſupra dictum eſt. i. ca. & diuiditur in duas partes ſcđm duas rationes. ſcda incipit ibi:
& ampliꝰ adhuc manifeſtum. Ad euidentiam prime rationis notandum ꝙ ſacerdos
non eſt ſine lege ſcđm ꝙ dicitur in gloſa: propter qđ lex uetus adminiſtrata fuit po/
pulo per ſacerdotes ueteris teſtamenti: & ſimiliter lex noua per ſacerdotium Xp̄i: &
ideo lex & ſacerdotium ſese concomitant̄ ita ꝙ mutato uno & aliud mutatur. ex quo
patet ꝙ ſcriptura cum dicat pſal. c. ix. ꝙ ſacerdotium Xpriſti debebat ſurgere ſcđm
ordinem Melchiſedech qui eſt aliꝰ ab ordine Leuitico: qđ ſacerdotiū Leuiticū fuit
imperfectum: aliter non eſſet neceſſe immo ſuperfluum ſurgere ſacerdotium nouum
ſecundum ordinem alium. & ideo ſacerdotium Leuiticum ceſſat aduenīte ſacerdotio
Chriſti ſicut umbra aduenīte perfecto: & eodem modo lex uetus aduenīte noua:
quia licet lex noua & ſacerdotium pari paſſu currant : & hoc eſt qđ dicitur. Si ergo
conſūmatio .i. perfectio per ſacerdotium Leuiticum erat ſupple non eſſet neceſſariū
aliud ſacerdotium: cuius cauſa ſubditur: populus enim ſub ipſo. i. ſacerdotio Leuitico
legem accepit in monte Synai : ut patet Exo. xx. ſi ergo illud ſacerdotium fuiſſet
perfectum: quid adhuc neceſſariū fuit ſcđm ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſa/
cerdotem? & non ſcđm ordinem Aaron dici? id eſt qui non diceret̄ ſacerdos ſcđm or/
dinem Aaron: ſed ſecundum alium ordinem. q. d. non fuiſſet neceſſe. & ideo cum hoc
neceſſe appareat ex ſcriptura pſalmi. c. ix. que dicit ſurgere ſacerdotium Xp̄i ſcđm
ordinem Melchiſedech. per hoc manifeſte patet ꝙ ſacerdotium Leuiticū uel Aaro/
nium qđ idem eſt euacuatur per ſacerdotium Xp̄i: & per conſequens lex uetus que
illud ſacerdotium concomitatur. & hoc eſt qđ ſubdit̄: tranſlato autem ſacerdotio ne/
ceſſe eſt ut legis tranſlatio fiat. ꝙ autem ſacerdotium ueteris teſtamenti ſit tranſlatū
declarat ulteriꝰ Apoſtolus per hoc ꝙ Chriſtus a quo incipit ſacerdotium noui teſta/
menti non fuit de tribu Leui de qua erant ſacerdotes. ſed de Tribu Iuda : de cuius
ſacerdotio loquitur pſal. & hoc eſt ꝙ dicit: in quo enī hic dicuntur. i. in Xp̄o in quo

predicta ſcriptura impleri dicitur. de alia Tribu eſt. i. de Tribu Iuda: de qua nullus alteri preſto fuit ad miniſtrandum ut ſacerdos. manifeſtum eſt enim etc. littera patet. Et ampliuſ. Hic ponitur ſcđa ratio que taliſ eſt: neceſſe eſt ſurgere alium ſacerdotem ut patet per rationem predictam: ergo neceſſe eſt ſurgere aliam legem: quia ſacerdo/ tium & lex pari paſſu currũt. unde & ſicut ſacerdotiũ illud conſiſtebat in quibuſdam ſacrificiis carnalibus: ſic & lex ꝓmittebat bona carnalia. lex igiť noua promittit bona ſpiritalia & eterna: & ideo lex uetus & eius ſacerdotium euacuanť ſicut quedam imp/ fecta & infirma. & hoc eſt qđ dicit Apoſtol. & ampliuſ adhuc manifeſtum eſt. i. alia ratione patet propoſitum. ſi ſcđm conſuetudinẽ Melchiſedech exurgat aliuſ ſacerdos non ſcđm mandatum legis carnalis factus eſt. i. inſtitutus ſicut erat inſtitutio ueteris legis ſacercerdotum. ſed ſcđm uirtutem uite inſolubilis. i. eterne: qđ declarat per ſcrip/ turam dicens: conteſtať enim ſcriptura de Chriſto: tu es ſacerdos ineternũ etc. ꝓpter qđ ſequitur: reprobatio quidem. i. euacuatio fit precedentis mandati. i. ueteris legis que fuit prior noua ordine temporis: non tamẽ ordine dignitatis: quia imperfecta p̃/ cedunt perfecta tempore. & ſubdit cauſam euacuationis propter infirmitatem eius & inutilitatem. dicitur enim lex uetus infirma: quia nó poterat inducere ad beatitudinẽ que eſt finis legis diuine. dicitur etiam inutilis: quia non conferebat gratiam habebat tamen utilitatem inquantum retrahebat ab Idolatria & diſponebat ad Chriſtum ſicut eius figura. & propter hoc ſubdit: nihil enim ad perfectum adduxit lex: quia non conferebat perfectionem gratie & glorie: ſed hoc ſeruabatur perfectioni legis noue que confert utrunq;. & hoc eſt qđ ſubditur: introductio uero melioris ſpei ꝑ quam proximamus ad deum. Et quantũ eſt. Oſtenſa excellentia ſacerdotii Chriſti ad ſa/ cerdotium Leuiticum per illud ꝙ in autoritate predicta dicitur: ſecundum ordinem Melchiſedech: hic conſequẽter hoc idem oſtendit per hoc ꝙ ibidem ſubditur: iurauit dominus. & arguit ſic: illud qđ ſtatuitur ſub iuramento firmius eſt q̃ illud qđ ſtatuitur ſine iuramento. unde & iuramentum diuinum ſignum eſt certiſſimum ſui conſilii: quod non eſt mutabile: ut dictum eſt ca. vi. ſacerdotiũ autem Chriſti inſtitutum eſt a deo ſub iuramento: ut patet per ſcripturam pſal. c. ix. Iurauit dominus & non penitebit eum tu es ſacerdos ineternum etc. ſacerdotiũ autem Leuiticum inſtitutũ eſt ſine iura/ mento a deo: ut patet Exo. xxviii. ubi dicitur ſic: applica Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael: ut ſacerdotio fungantur mihi etc. ibi nullum inter/ ponitur iuramentum diuinum: ergo ſacerdotium Chriſti firmius & excellentius ẽ ſa/ cerdotio Leuitico. & hoc eſt qđ dicitur hic: & quantum eſt hoc nõ ſine iureiurando quaſi diceret magnum eſt ualde: quia ſacerdotiũ Chriſti non eſt inſtitutum ſine iura/ mento diuino: quia non ſic factum eſt de ſacerdotibus ueteris teſtamenti. propter qđ ſubdit: alii quidem ſine iureiurando facti ſunt ſacerdotes ſcilicet in lege ueteri. hic aũt id ẽ Chriſtus cum iureiurando inſtitutus eſt per eum. i. per patrem qui dicit ad illum iurauit dominus etc. & quia ſacerdos mediuſ eſt inter deũ & populum referens populũ in deum & beneficia dei in populum: ideo quanto melius eſt ſacerdotium Chriſti tãto meliora beneficia per ipſum promittuntur populo. & hoc eſt quod ſubditur. Inicium melioris teſtamenti ſcilicet meliorum bonorum ſcilicet eternorum: quia nomine teſta/ menti deſignatur aliquando bonum quod datur per teſtamentum. Teſtamentum aũt nouum promittit bona celeſtia & eterna: quod proprie eſt teſtamentum X̃pi: ideo ſequitur ſponſor factus eſt Ieſus. In ueteri autem teſtamento non promittebanť niſi bona carnalia que mentem hominis non quietant. Et filii quidem. Hic conſequenter probat ſacerdotium Chriſti excellere ſacerdotium Leuiticum per hoc quod dicitur in

autoritate psal. premissa de Christo: tu es sacerdos ineteruũ. & diuiditur in duas ptes quia primo facit ꝙ dictum est. Secundo ex hoc concludit efficaciam sacerdotii Xp̃i: ibi: unde & saluare. Circa primum sciendum ꝙ illa que corruptibilia sunt in corpora/libus multiplicant̃ in eadem specie sicut patet ad sensum: illa autẽ que incorruptibilia sunt non sic multiplicant̃: sicut patet ꝙ unicus est sol & unica luna: in sacerdotio autẽ Leuitico fuerunt plures summi sacerdotes sibi inuicẽ succedentes: quia Eleazar successit Aaron: & Phinees ipsi Eleazaro: & sic de alijs. In sacerdotio autem Christi est unicus tantum summus sacerdos Christus. Alij autem nõ sunt nisi ministri: secundum ꝙ dicit Apostolus. 1. ad Cor. iiii. sic uos estimet homo ut ministros Christi etc. ex quibus patet ꝙ sacerdotium Leuiticũ fuit corruptibile & transitoriũ: sacerdotium uero Xp̃i incorruptibile & eternum: & omne eternum excellentius est corruptibili: ergo etc. & hoc est ꝙ dicit̃: & alij quidem plures facti sunt sacerdotes in lege ueteri: & causa subditur: id circo. 1. propter hoc ꝙ morte prohiberentur permanere cum essent corruptibiles. hic autem id est Christus eo ꝙ maneat ineternũ sempiternũ habet sacerdotiũ. Vnde & saluatre. Hic ex predictis concludit efficaciam sacerdotii Christi. effectus enim eternus non potest induci a causa temporali: sed tantum a causa eterna: & ideo Christus qui est sacerdos ineternum potest dare salutem eternam: & hoc est qđ dicit̃: unde & saluare in perpetuum potest. modus autem per quem hoc facit est nature excellentia & pietatis abundantia. primũ patet: quia licet habeat naturam humanam ꝙ quam distat a patre est tamen unita nature diuine per quã indistans est ab eo: & hoc tangitur cum dicitur: accedens per semetipsum ad deum. accedere enim ad aliquem nõ conuenit nisi ei qui aliquo modo distat ab eo. Christus autem distat a patre secundum humanam naturam tantum. & hoc modo competit ei accedere ad patrem. uerũtamen quia habet eandem naturam diuinam cum patre ideo accedit per semetipm̃: hoc autẽ non potest competere alicui pure creature. & quia in Christo est excellentia nature diuine sequitur ꝙ semper uiuit: quia uita diuina est eterna: ideo subdit̃: semp uiuens. excellentia autem pietatis tangitur cum subditur: ad interpellandum pro nobis: quia licet sit tante excellentie: sicut dictũ est: tñ ex sua pietate est aduocatus noster: scd̃m ꝙ dicitur. 1. Io. 1. aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. interpellat enim pro nobis in corpore quod pro nobis assumpsit ipsum patri representando similiter in anima per ipsam naturale desiderium de nostra salute exprimẽdo. Talis enim. Post̃q̃ Apostolus ostendit sacerdotii Christi excellentiã: hic consequenter ostendit eius necessitatem. perfectum enim necessarium est ad exclusionem imperfectionis. sacerdotiũ autem Leuiticum fuit imperfectum: & ideo necessarium fuit sacerdotium Christi qđ est perfectum: & ideo ostendit primo ꝙ quicquid perfectionis fuit in sacerdotio Leuitico totum est excellentius in Christo. Secundo quia ab eo excluditur quicquid ibi erat imperfectionis ibi: qui non habet necessitatem. Circa primũ sciendum ꝙ in sacerdotibus ueteris testamenti requirebatur sanctitas: ut habetur Leuit. xxi. panes dei sui offerunt: ideo sancti erunt. requirebatur enim innocentia Leuit. xxii. custodient precepta mea ut non subiaceant peccato. innocentia enim est puritas a peccato. requirebatur etiam impollutio Leuit. xxi. homo de semine Aaron sacerdotis qui habuerit maculam non accedat offerre etce. Iterum requirebatur seggregatio a coinquinatis Leuit. xxi. nõ cõmisceat stirpem generis sui uulgo sue gentis. Ista aũt perfectissime fuerunt in Christo. & hoc est quod dicitur: talis enim decebat ut nobis esset Pontifex sanctus: quia Christus ab instanti conceptionis fuerit sanctus sanctoꝝ. sanctum enim idem est ꝙ applicatum ad diuina. propter quod etiam res inanimate si ad diuinũ cultũ

applicentur: dicũtur sancte: sicut calix. altare. & consimilia. humanitas uero Christi ab instanti conceptionis fuit deo applicata in unitate suppositi que est maxima applicatio. innocens: hoc etiam maxime competit Christo qui peccatũ nõ fecit nec inuẽtus est dolus in ore eius: ut habetur. 1. Pet. ii impollutus id est sine corporali deformite: quia talis deformitas causat̃: uel a causa intrinsica scilicet a defectu uirtutis formatiue: uel ex defectu materie per quẽ modum cõtingunt monstra in natura humana. neutrum autem habuit locum in Christo: quia corpus eius fuit formatum uirtute spiritus sancti que ẽ infinita. materia sui corporis fuit purissimus sanguis beate uirginis. Aliter causatur deformitas a causa extrinsica scilicet ꝙ aliquis propter peccatum suum priuetur manu uel pede uel oculo: aut quia malo regimine aliquid perdit oculum manũ uel pedem: quod in Christo non habuit locum ut patet. segregatus a peccatoribus: & secundum hoc uidet̃ falsum de Christo qđ dicit̃ Mat. xix. discumbente Iesu in domo ecce multi publicani & peccatores uenientes discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Dicendum ꝙ Christus uenit tanq̃ medicus peccatorum: & ideo non debuit segregari a peccatoribus: quantũ ad cohabitationẽ: & ideo legitur cum peccatoribus comedisse & bibisse & tanq̃ clementissimus medicus condescendisse propter eorum salutem. fuit tamen segregatus a peccatoribus quantũ ad participationem cum eis in peccato: quia talis segregatio erat uirtuosa & saluti nostre accõmoda: non sic autem segregatio p̃ma & excellentior celis factus qui secundum naturam diuinam excellit omnem creaturam. Qui non habet necessitatẽ. Hic consequenter excludit a Christo imperfectiones que erant in sacerdotibus ueteris testamenti. erat enim imperfectionis ꝙ sacerdos ueteris testamenti non solum offerebat sacrificium pro peccatis populi in die expiationis: sed etiam cum hoc offerebat uitulum pro peccatis propriis. Item imperfectionis erat ꝙ hoc fiebat non tantum semel: sed pluries. quia oblatio una non sufficiebat p̃ omnibus peccatis propter sui imperfectionem. Christus autem unam tantum hostiam scilicet corpus suum obtulit in cruce non pro peccatis propriis sed tantũ pro alienis. & hoc est quod dicitur: qui non habet necessitatem quotidie etc. & patet littera usq; ibi: lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes id est pronitatem ad peccandum: & sic peccabant aliquando sicut alii homines: non sic autem Christus. propter quod subditur: sermo autem iusiurandi qui post legem est filium meternũ perfectum id est uerbum diuinum loquens de sacerdotio Christi constituti per iuramentũ diuinum: ut supra dictum est: ostendit ꝙ filius dei constitutus ẽ sacerdos noui testamenti quod est post legem Moysi ordine temporis: sed non ordine dignitatis. Ad maiorem euidentiã illius uerbi quod habitum est in hoc ca. quod minus est a meliore benedicitur: uidet̃ ꝙ non sit uerum generaliter: quia Papa consecratur ab Episcopo Hostiensi & tamen Papa maior est ex ipsa sua electione etiam anteq̃ consecretur. Item Archiepiscopus consecratur a suffraganeis ipso minoribus. In cõtrarium est autoritas Apostoli: quia dicit illud esse uerum sine ulla cõtradictione. Dicendum ꝙ circa hoc errauerũt qdam heretici qui nominantur Paupes de Lugel. quia enim quilibet iustus maior est quocunq; peccatore ideo dixerunt ꝙ sacerdos peccator nõ potest benedicere iusto etiam laico sed econuerso quilibet iustus etiam purus laicus est sacerdos uerus & nullus alius: sed hic error est nimis pernitiosus: quia si sanctitas ministri sit de necessitate sacramẽti nulla erit certitudo in sacramentis Ecclesie: quia nullus scit certitudinaliter se esse in statu gratie: & multo minus potest scire hoc de alio. & per consequens de nullo scirẽt utrum esset baptizatus uel non: nec de quocũq; alio sacramẽto esset aliqua certitudo & ideo dicitur ꝙ quando aliquis agit in uirtute propria tunc queritur de ipso quis uel

qualis sit: quia eius bonitas uel malicia uariat propriam actionē. sed quando agit solū in uirtute alterius non uariat. bona enim elemosyna datur a bonis per malum seruum & eodem mō deus fert bonum & uerum sacramentū per malum ministrum: ideo dictū Apostoli uerū est: scilicet ꝙ minor a maiori benedicit: quia qlibet institutus minister Christi maior est quocunq; alio inquantum est homo uel peccator. sed adhuc est una obiectio de sacerdote corpus Christi consecrante: & nō uidetur ꝙ sacerdos aliquo mō sit maior ipso. Dicendum ꝙ sacerdos consecrat ipsam meteriā qua maior est: Christus autem inquantum deus consecrat corpus suum: & sic patet propositum ex dictis. Ad argumenta dicendum ꝙ patent ex dictis. electus enim in Papam submittit se uoluntarie inquantum est homo Episcopo Hostiensi inquantum est minister dei. & eodem mō Archiepiscopus suis suffraganeis. .VIII.

Capitulum super ea que dicūtur. Postq̄ Apostolus ostendit eminentiā sacerdotii Christi respectu sacerdotii Leuitici & hoc ratiōe persone sacerdotis: hic autem idem ostendit ratiōe officii sacerdotalis. & diuiditur in duas partes: quia p̄mo ostendit hoc in generali. Secundo magis in speciali. Secunda incipit in p̄ncipio. ix. ca. habuit quidem etc. prima in duas: quia primo intentū ponit. Secundo probat ibi: oīs enim Pontifex. In prima parte proponit intentum suum quantū ad duo. primū est modus dicendi dicens ꝙ intendit hic procedere summarie: & hoc est quod dicitur: capitulum super ea que dicuntur: capitulum enim dicitur a capite: quia sicut in capite uirtualiter continetur quicquid est in corpore: non tamen formaliter & explicite: ita declaratio capitularis dicitur: quando aliqua ibi summatim tractantur. Secundum in quo ponit sua intentio est respectu dicendorum: quia intendit dicere de dignitate huius Pontificis cuius dignitas consistit in nature excellentia in qua est equalis patri. & hoc est ꝙ dicitur: talem habemus Pontificem: qui considet in dextera sedis magnitudinis id est patris cui appropriat magnitudo & potētia in diuinis. sedere enim ad dexterā patris importat equalitatem filii ad patrem: ut supra dictum est primo ca. & quia officium Pontificis est custodire sacra: ideo subditur: sacroꝝ minister. Christus enim inquantū homo est minister sacrorum: sed inquantum deus est autor ipsorum. ista autem sacra sunt gratia in presenti & gloria in futuro: que non poterant administrari in tabernaculo ueteris testamenti: sed tātum prefigurari: propter quod subditur: & tabernaculi ueri: quod fixit deus: & nō homo. de hoc tabernaculo dicitur psal. xiiii. domine quis habitabit in tabernaculo tuo? istud tabernaculū nō est factum ab homine sicut fuit tabernaculū Moysi quod fecit Bezeleel: sicut habetur in Exo. Oīs Pontifex etc. Hic consequenter probat propositum. & diuiditur in tres partes: quia primo ostendit ꝙ Christus est minister aliquorum sacrorum. Secundo ꝙ non est minister sacrorum ueteris testamenti ibi: si ergo esset super terram. Tertio ostendit ꝙ est minister melio/rum sacrorum ibi: nunc autem melius. In prima parte arguitur sic: omnis Pontifex est minister aliquorum sacrorum: quod patet per hoc ꝙ constituitur ut offerat sacrificia ad sanctificandum populum & placandum deum: ut supra declaratum est. v. ca. Christus autem est Pontifex: ut ibidem dictum fuit: ergo & minister aliquorum sacrorum. & hoc est quod dicitur: omnis enim Pontifex etc. & patet littera. Si ergo esset. Hic consequenter ostendit ꝙ Christus non est minister sacrorum ueteris legis: aliter non esset necessarium suum sacerdotium: quia illa non possunt per alios administrari scilicet per sacerdotes ueteris testamenti ad quorum officium pertinet administrare talia. & hoc est qđ dicitur: si ergo esset super terram scilicet si sacrū pmens ad Christi mysteriū ipse non esset sacerdos ideſt eius sacerdotium non esset necessariū

cum essent qui offerrent secuudum legem munera: scilicet sacerdotes ueteris legis qui exemplari & umbre deseruiunt celestium. dicuntur enim sacra ueteris legis in quibus deseruiebant sacerdotes umbra celestium inquãtum imperfecte & obscure illa repre/ sentabant: sicuti umbra corporis humani impfecte figuram ipsius representat. dicunt etiam exemplar celestium inquantú erant quodammodo manuducentia in cognitionẽ ipsorum. de ratione enim exemplaris est prioritas respectu exemplati. sed prius dicit aliquid dupliciter. uno modo secundum cognitionem nostram: & sic sacra ueteris legis dicuntur exemplaria celestium: ut dictum est. Alio modo dicitur aliquid prius altero simpliciter: & sic est econuerso: quia ipa celestia sunt exemplar eorum que facta sunt in tabernaculo Moysi quod factum fuit ad exemplar celestium. & hoc est qđ subdit: sicut responsum est Moysi etc. Nunc autem melius sortitus est. Hic consequenter ostendit ꝙ Christus est minister sacrorum meliorum. & diuiditur in duas partes: quia primo ostendit propositum. secundo reddit causam dicti ibi: quanto melioris. In p̀ma igitur parte concludit ex dictis ꝙ Christus sit minister meliorum sacroꝝ: quia ostensum est ꝙ ipse sit minister aliquorum sacroꝝ. Item ostensum est ꝙ ipse non sit minister sacrorum ueteris legis: ex quo sequitur ꝙ sit minister meliorum sacrorum: sicut & suũ sacerdotium melius & perfectius. & hoc est quod dicitur: nunc autem melius sortitus est ministerium: & hoc fuit offerendo carnem suam in cruce: que fuit oblatio optima & cõuenientissima saluti nostre: quia oblata fuit ex maxia caritate & deuotione. sed contra hoc uidetur esse illud ꝙ predictum est: scilicet ꝙ ministerium Christi non est circa aliquod terrenum. caro autem Christi de terra est: ergo etc. Dicendum ꝙ licet caro Christi absolute sumpta sit de terra: non tamen dicitur terra ut est caro Christi primo quia est diuinitati unita. secũdo quia uirtute spiritus sancti formata. & ꝓpter hoc dicitur Io. iii. qui de terra est de terra loquitur: qui autem de celo uenit sup oẽs est. Quanto melioris. Hic reddit causam dicti uidelicet quare sit melius ministerium Christi. Circa quod sciendum ꝙ ministerium sacerdotis est reducere populum in deum administrando legem diuinam populo: quia est mediator dei & populi. & ideo quanto melioris testamẽti mediator est: tanto habet melius ministerium. ꝙ autem testamentũ nouum melius sit: cuius administrator est Christus: probat dupliciter. Secunda pro/ batio ponitur ibi: nam si illud. Prima autem probatio talis est illud testamẽtum quod promittit meliora melius est: sed testamentum nouum promittit meliora q̃ uetus testa/ mentum: quia promittit bona spiritalia & eterna: ut patet Mat. v. & in multis alis locis. uetus autem ꝓmittebat terrena: ut patet Isaie primo. si audieritis me bona terre comedetis. & hoc est quod dicitur hic: ꝙ Christus habet melius ministerium quãto me/ lioris testamenti mediator est: quod melioribus repromissionibus sanctitum est id est firmatum. Nam si illud. Hic ponitur secunda probatio ad idem. & diuiditur in duas quia primo inducit suam probationẽ. Secundo ex dictis concludit principalem intẽ/ tionem ibi: dicendo nouum. Circa primũ duo facit: quia primo ponit suam rationẽ. Secundo probat minorem illius rationis per scripturam ibi: uicuperans. Ratio sua talis est: illud ꝙ est perfectum & sine defectu melius est q̃ imperfectum & defectuosum. testamentum autem nouum perfectum est & sine defectu: uetus autẽ imperfectum & defectuosum: sicut multipliciter declarauit in principio huius operis. & propter hoc necessarium fuit testamentum nouũ ad tollendum ueteris testamenti imperfectionẽ. & hoc est quod dicitur: nam si illud prius a culpa uacasset id est sine defectu fuisset: nõ enim potest hic accipi culpa pro peccato: quia dicitur Ro. vii. mandatum sanctum & iustum. non utiq; secundi id est testamenti noui locus inquireretur: quia non fuisset

neceſſarium: ſi primum fuiſſet ſine defectu. Vituperanſ. Hic probat minorem dicenſ q̄ propter imperfectionē primi teſtamenti neceſſariū fuit dari ſecundum: per auto/ritatem que habetur Hiere. xxxi. licet uerba ſint aliquo modo mutata: quia Apo/ſtoluſ allegat ipſam ſecundum tranſlationem. lxx. & in illa auctoritate tangitur p̄mo cōditio ueteriſ teſtamenti. & ſecundo conditio noui ibi: quia hoc eſt teſtamentū. dicit igitur primo ſic: uituperauſ enim eoſ dicit id eſt dominuſ in properando eiſ qui erant ſub ueteri teſtamento: loquitur per Hie. id quod ſequitur. Ecce dieſ ueniūt dicit do/minuſ & conſummabo & perficiam: quia nouum teſtamentum continet perfectionem ut ſupra declaratum eſt multipliciter in principio huiuſ operiſ. ſuper domum Iſrael & ſuper domū Iuda. quia ad eoſ uenit Chriſtuſ in perſona propria: ſecundum q̄ ipſemet dicit Mat. v. non ſum miſſuſ niſi ad oueſ que perierunt domuſ Iſrael. teſtamentum nouum non ſecundum teſtamentum quod dedi patribuſ eorum: quia aliqua ueteriſ teſtamenti ſunt caſſata per nouū ſcilicet cerimonialia & iudicialia diuerſimode tamē: ut ſupra dictum eſt in principio huiuſ operiſ. in die qua apprehendi manum eorū ut educerem eoſ de terra Egypti: quia ſicut puer qui non poteſt per ſe ire apprehendit̄ per manum ſic filii Iſrael educti ſunt de Egypto uirtute diuina: quia non poterant p̄ ſe exire. Sequitur: quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo: quia ſtatim poſt publicationem mandatorum uerbo diuino fecerunt ſibi uitulum conflatibilem: ut patet in Exo. & ego neglexi eoſ dicit dominuſ: quia propter peccatum uituli aliqui ſunt occiſi & aliqui permiſſi ſunt cadere in alia peccata propter que perierunt in ſoli/tudine eorum cadauera: & dicitur eoſ neglexiſſe inquantum eoſ dimiſit ſic perire: ſicut reſ negligi dicitur que perire permittitur. Quia hoc eſt teſtamentum. Hic tangitur conditio noui. & primo quantum ad eiuſ dationem: quia datum eſt principaliter Iu/deiſ quibuſ Chriſtuſ predicauit. & hoc eſt quod dicitur: quia hoc eſt teſtamentū quod diſponam domui Iſrael. licet enim gentileſ ſint admiſſi ad teſtamentum nouum hoc tñ factum eſt ſicut inſeritur oleaſter in bonam oliuam: ſcd̄m q̄ dicit Apoſtoluſ Ro. xi. Secundo tangitur conditio noui teſtamenti quantum ad tempuſ dationiſ cum dicitur: poſt dieſ illoſ dicit dominuſ id eſt poſt curſum ueteriſ teſtamenti ſicut perfectum eſt poſteriuſ tempore q̄ ipſum imperfectum. & ſicut magiſter datur poſt pedagogū. lex enim pedagoguſ noſter fuit in Chriſto: ut dicitur Gal. iii. Tertio tangitur conditio noui teſtamenti quantum ad modum dandi: cum dicitur: dando legeſ nouaſ in menteſ eorum fidem inſpirando. & in corda eorum ſubſcribam eoſ per caritatem formando qui moduſ docendi eſt propriuſ ipſiuſ dei ſcilicet interiuſ illuminādo: & ſic data eſt lex noua Apoſtoliſ quādo Chriſtuſ aperuit eiſ ſenſum ut intelligerēt ſcripturaſ & quādo miſit eiſ ſpiritum ſanctum. homo autem poteſt alium docere formādo exteriuſ ſigna ſenſibilia ut uoceſ & conſimilia. & hoc modo data eſt lex uetuſ: ut habetur Exo. xx. cunctuſ autem populuſ uidebat uoceſ & lampadeſ etc. dicit autē legeſ meaſ in plurali quia licet lex noua ſit una tamen ſunt ibi plura precepta & conſimilia a ſpiritu ſancto inſpirata. Quarto tangit noui teſtamenti efficaciam cum dicit: & ero eiſ in deum & ipſi mihi erunt in populum: quia lex noua eſt lex amoriſ: qui diuidit filioſ regni a filiuſ p̄/ditioniſ. & non docebit unuſquiſq; proximum ſuum etc. hoc poteſt intelligi dupliciter uno modo de cognitione uie: & ſic illud uerbū referē ad Apoſtoloſ: qui oīñ inſtructi fuerunt immediate a Chriſto: & non unuſ ab alio. unde & Pauluſ Apoſtoluſ qui fuit poſterior dicit Gal. i. notum uobiſ facio fratreſ Euangelium quod euangelizatū eſt a me: quia non eſt ſecundum hominem: neq; enim ab homine accepi illud neq; didici: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Alio modo poteſt intelligi de cognitione patrie: &

tunc refertur ad omnes beatos specialiter post iudicium futurum : quia modo angeli superiores illuminant inferiores de iis que pertinent ad explenda ministeria propter electos. sed peracto iudicio cessabit talis illuminatio : & hec expositio ultima magis concordat littere: sed quia efficacia noui testamenti non solum se extendit ad cognitionem: sed etiam ad peccatorum purgationem. ideo sequitur: quia propitius ero iniquitatibus eorum: remittendo in presenti. peccatorum eorum iam non memorabor: ad puniendum in futuro. Dicendo nouum. Ex predictis concludit principale intentū exquo enim dominus per Hieremiam uocauit testamentum cuius Christus est mediator nouum: ut patet per predicta: sequitur per consequens ꝙ precedens testamentum dicatur uetus: quia nouum dicitur respectu ueteris. & hoc est quod dicitur : dicendo autem nouum: de testamēto Christi ueterauit prius id est ostendit ꝙ precedens testamentum debeat dici uetus. quod autē ueteratcit proprie mensuratur tempore: & oīne tale deficit in tempore: ut habetur quarto Phisicorum. ideo sequitur ꝙ uetus testamentum sit euacuatum per nouum : & hoc est quod sequitur : ꝙ autem ueteratur & senescit : prope interitum est. Ad euidendentiam maiorem eius quod dictum est in parte immediate precedenti queritur utrum lex noua debuit dari a Christo in scriptis. & arguitur primo ꝙ sic: quia scriptura deseruit memorie in futurum: sed lex Xp̄i erat duratura ad finem mundi: secundum illud Luce. xxi. celum & terra transibunt: uerba autem mea non transient : ergo uidetur : ꝙ Christus debuit doctrinam suam scribere. Item lex uetus fuit figura noue: ut habetur in hoc ca. sed lex uetus fuit descripta a deo : secundum ꝙ habetur Exo. xxxiii. dabo tibi duas tabulas lapideas: & legem ac mandata que scripsi: ergo lex noua debuit scribi a Christo: quia figuratum debet respondere figure. Contra si Christus aliquid scripsisset illud potissime deberet esse in canone : sed nihil ibi habetur tale: ergo etc. Respondeo dicendum ꝙ doctrina Christi non debuit describi: primo quia excellentissimus modus dicendi debetur excellentissime doctrine. nunc autem ita est ꝙ efficacior est modus docendi uerbo q̄ scripto quia scriptura nō est nisi uox mortua. & ideo Christo qui est doctor excellentissimus non conueniebat modus docēdi per scripturam qui est imperfectus: sed solum modus docendi per uerbum : qui est perfectissimus. discipulis autem suis recedentibus a tali perfectione conueniebat doctrinam scribere: propter quod scripserunt euangelia & alios libros noui testamenti cōtinentes doctrinam Christi. simile huius inuenitur apud antiquos Philosophos: quia aliqui inter eos excellentissimi scilicet Pythagoras & Socrates dicuntur nihil scripsisse: tamen eorum discipuli multa scripserunt. Secundo quia non est conueniens illum doctorem scribere cuius doctrina non potest litteris comprehendi: talis autem fuit Christus: secundum ꝙ dicitur Iohannis ultimo. sunt autem & alia multa que fecit Iesus que si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. quod exponens Augustinus dicit ꝙ non intelligendum est propter excessum quantitatis mobilis sed uirtutis: & ideo Christus doctrinam suam scribere non debuit: quia si eam scripsisset: crederetur ꝙ eius doctrina non plus contineret q̄ istud scriptum pretenderet. non sic autem creditur per scripturam suorum discipulorum: & maxime quia profitentur se doctrinam Christi nō scripsisse ad plenum: ut patet per uerbum Iohannis allegatum. Considerandum tamen ꝙ licet Christus non scripsit doctrinā suam in carta mortua scripsit tamen eam in carta uiua scilicet in cordibus suorum discipulorum: ut dictum est. & sic erat prophetizatum per Hieremiā: ut patet in littera. & iste erat cōueniens modus scribēdi hanc doctrinā que inducit efficaciter ad uitam eternā: & ideo debebat scribi p̄mo in anima intellectuali

que debet immortalitatem: propter quod dicit Paulus Apostolus secunda ad Cor. iii. ꝙ hec est epistola scripta in tabulis cordis. Ad primum patet ex predictis: quia scrip/tura discipulorũ Christi sufficit ad memoriam doctrine eius. Ad secundum dicendum ꝙ figura & figuratum non omnino assimulantur: immo oportet ꝙ figura deficiat a figurato. & lex uetus que erat imperfectior consistebat in sensibilibus signis: fuit p̃mo descripta in lapideis tabulis. lex autem noua tanꝙ perfectior fuit primo descripta nõ atramento sed spiritu diuino in tabulis cordis: ut dicit Apostolus secunda ad Cor. iii.

Habuit quidem. Postꝙ Apostolus ostendit dignitatem .IX.
sacerdotii Christi respectu sacerdotii ueteris legis: hic consequẽter declarat hoc idem applicando magis in speciali. & diuiditur in duas partes: quia primo declarat p/positum. Secundo probat quoddam in suo processu suppositum in principio capi. x. umbram habens lex. Prima adhuc diuiditur in tres: quia primo tangit ea que fuerũt iuxta uetus testamentum. Secundo estendit eorum signatum ibi: hic signante spiritu sancto. Tertio ex hoc arguit ad propositum ibi: & ideo nouum testamentum. prima adhuc in duas: quia primo tangit ea que fuerũt in ueteri testamento in quodam ge/nerali. Secundo tangit ea magis in speciali: ibi: tabernaculum enim. Ad euidentiam primi considerandum ꝙ oĩa que sunt in nouo & ueteri testamento ordinata sunt ad cultum diuinum. ad talem uero cultum redditur homo ineptus simpliciter per peccatũ & aptus per gratiam: secundum quid uero per immũditiam corporalem: & ideo sacra/menta noue legis que conferunt gratiam & auferũt peccatum: reddunt hominem sim/pliciter aptum ad cultum diuinum. illa autem que erant in ueteri testamento: gratiam non conferebant: sed tantum quasdam irregularitates seu immunditias corporales propter quas prohibebantur homines accedere ad cultus diuini locum: & ad ortum fidelium. sicut erat tactus mortui uel alicuius immundi ex quibus reddebatur homo ineptus ad accedendum ad locum cultus diuini. talia autem auferebantur per sacra/menta ueteris testamenti. licet per ipsa gratia non conferretur: sicut diffusius decla/ratum est in principio huius operis. & hoc est quod dicitur hic: habuit quidem & prius id est primum testamentum. iustificationes culture id est sacramenta auferentia diuini cultus impedimenta modo predicto. uerumtamen iustificabant secundum quid. ideo subditur: & sanctum seculare id est emundationem corporalem que dicitur corporalis quia presens seculum in corporalibus consistit. & quia sacramenta illa non erant du/ratura nisi ad tempus. Tabernaculum enim. Hic ponit predicta magis in speciali. & diuiditur in duas: quia primo tangit in speciali ea que pertinẽt ad tabernaculi Moysi dispositionem. Secundo ea que pertinent ad sacerdotum ministrationem: ibi: his uero ita compositis. Ad intellectum primi considerandum ꝙ tabernaculum Moysi sic erat dispositum. parietes enim erant de quibusdam asseribus coopertis auro. tectum uero tabernaculi erat quedam cortina quattuor coloribus picturata. altitudo tabernaculi erat. x. cubitorum. & latitudo. x. longitudo uero eius. xxx. & erat quedam cortina interius diuidens longitudinem in partes equales: quia ex una parte cortine erant. x. cubiti tantum. & uocabatur illa pars tabernaculi sanctum sanctorum. In alia uero parte erant. xx. cubiti: & dicebatur illa pars sancta absolute: uel etiam sanctum. & sic distinguebantur due partes tabernaculi sicut in Ecclesiis nostris chorus & nauis. nisi ꝙ oppositio modo erant site: quia chorus in Ecclesiis est uersus orientem. In ta/bernaculo uero Moysi sanctum sanctorum erat ad occidentem. Vlterius consideran/dum ꝙ in sancta sanctorum tria erant arca testimonii duo cherubin & propiciatoriũ Apostolus autem hic addit quartum: scilicet ꝙ erat ibi thuribulum: quod exponunt

aliqui dicentes q̄ per hoc intelligitur altare incensi: sed hoc patet falsum per textum Exodi ultimo: ubi dicitur q̄ altare incensi erat in alia parte tabernaculi. hoc etiam dicunt Iosephus & Hieronymus & ideo dicendum q̄ per thuribulum non intelligitur aliud nisi q̄ ibi erat incensorium in quo summus sacerdos intrando sanctum sancto/rum ponebat incensum: ut nebula inde consurgens impediret aspectum aliorum qui erant in alia parte tabernaculi ne uiderent ea que erant intra sanctum sanctorum. Similiter in alia parte tabernaculi que dicebatur sancta: erant tria mensa propositi/onis in latere aquilonari: & candelabrum aureum in parte australi: & altare thymia/matis in medio contra cortinam diuidentem sanctum & sanctum sanctorum. predictorum autem assignatur ratio duplex. una litteralis. & alia mistica. litteralis est ista: taber/naculum enim illud erat ordinatum ad cultum ueri dei creatoris totius mundi in quo sunt due partes: una nobis inuisibilis: uidelicet illud quod est ultra celum sidereum: ubi est habitatio substantiarū spiritalium. & hoc figurabatur per illam partem taberna/culi que dicebatur sanctum sanctorū: in qua erant Cherubin representantia naturā angelicam: & arca testamenti clausa: ad designandum q̄ rationes eorum que fiunt in hoc seculo uisibili cōtinentur clause & nobis occulte in illo seculo superiori sicut ratiōes affectuum in causis & artificiatorum in artifice continentur quodammodo clause. & per tria in arca contenta scilicet tabulas que representant sapientiam qua diriguntur res humane: & uirgam Aaron qua designatur potestas regiminis per quam cohercent̄ homines a malis. & manna per quam designatur uita humana. per propiciatorium uero quod erat quasi locus dei: & quia inde respondebat summo sacerdoti designabat̄ ipse deus gloriosus & sublimis presidens omnibus creaturis. sic patet quomodo per sanctum sanctorum designantur ea que sunt supra celum sidereum nobis inuisibilia. per aliam uero partem tabernaculi que dicebatur sancta absolute designabatur alia pars mundi. per tectum enim tabernaculi quod erat quedam cortina uarius coloribus distincta designabatur celum sidereum uarius stellis ornatum. per candelabrū in quo erant. vii. lucerne designabantur orbes. vii. planetarum: propter hoc erat positum in parte australi: quia cursus planetarum in hemispherio nostro semper erat ad austrū. per mensam uero ubi erant panes superpositi designabantur elemēta ex quibus con/stituitur & nutritur uita hominum: quia ex eisdem sumus & nutrimur: ut dicit̄ sc̄do de Generatione. designabat etiam illa mensa q̄ illi qui deseruiunt in altari creatoris uniuerse creature: de altari debent uiuere. Ratio autem allogorica predictorum est: quia per illam partem tabernaculi que dicebatur sancta designabatur uetus testam̄/tum in qua ueritas diuinorum erat latens sub uelaminibus figurarum: sicut aspectus eorū que erant intra sanctū sanctorū erat inclusus per cortinam mediam inter utrāq; tabernaculi partem: ut predictum est. per illam uero partem que dicebatur sanctum sanctorum in qua erant illa que representabant spiritalia: & diuina: ut dictum est: significabatur nouum testamentum in quo reuelata est ueritas diuinorum: propter quod in passione domini in qua consummatum est nouum testamentum scissa fuit illa cortina templi que prohibebat aspectum eorum que erant intra sanctum sanctorum ut habetur Leu. xxiii. hanc autem expositionem secundam prosequitur Apostolus: ut patebit ex sequentibus. his uisis accedendum est ad litteram que tangit tabernaculi dispositionem dicens: tabernaculum enim factum est primum. tabernaculum primum hic dicitur illa pars tabernaculi que dicebatur sancta: quia ab illa erat ingressus templi in quo erant candelabra. dicit cādelabra in plurali: quia licet esset ibi unū candelabrū tantum: habebat tamen septem lucernas que hic dicuntur candelabra. & mensa &

propositio panum: quia duodecim panes erant positi super mensam illam. Tertiũ aũt quod erat ibi scilicet altare incensi omittit Apostolus: quia secundum q̃ sequitur infra non intendebat de illis dicere per singula. Sequitur. que dicitur sancta. hic refertur ad tabernaculum primum : quia sicut dictum est: illa pars prima tabernaculi in qua erant ista: dicebatur sancta absolute. post uelamentum autem: id est post cortinam intermediam. erat secundum tabernaculum id est secunda pars tabernaculi quod dicit sanctum sanctorum. aureum habens thuribulum & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro: quia erat de lignis setbim operta auro intus & extra: ut habetur Exo. xxv. in qua urna aurea habens manna : secundum q̃ habetur Exo. xvi. & uirga Aaron que fronduerat: secundum q̃ habetur Numeri. xvii. & tabule testamẽti ista erant inclusa in arca : ut predictum est. super que erant Cherubin glorie id est gloriose facta: uel potius quia erant glorie dei cui deseruiunt angeli signatiua: unde sequitur: obumbrantia propiciatorium quod representabat locum diuinum: ut dictum est. de quibus non est modo dicendum per singula: quia Apostolus prosequitur ista breuiter secundum sensum allegoricum tantum: ut dictum est. His uero. Hic consequenter Apostolus describit ministeriũ sacerdotum in tabernaculo Moysi. Ad cuius intellectum sciendum q̃ intra sanctum sanctorum solus summus sacerdos intrabat in festo expiationis tantum. In alia autem parte tabernaculi que dicebatur sancta absolute alii sacerdotes intrabant bis qualibet die ad perficiendum sacrificia. immolatio enim sacrificiorũ & oblatio eorum fiebat extra tabernaculum subdiuo in altari holocaustorũ. sed consũmatio sacrificii fiebat in tabernaculo p̃ crematiõnẽ incensi in altari incẽsi quia sacrificia illa nõ erant accepta ex se sed tm̃ ex fide & deuotione offerentiũ que fides & deuotio significantur per incensum. & hoc est quod dicitur : bis uero ita compositis id est dispositis modo predicto. in priori quidem tabernaculo id est in parte tabernaculi que dicebatur sancta. semper id est quotidie: intrabant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes per crematiõnem incensi. In secundo autem id est intra sanctum sanctorum semel in anno solus Pontifex supple introibat. glosa dicit hic q̃ pluries in anno intrabat tamen sine sanguine. sed hoc non inuenitur scriptum in lege nisi solum quando mouenda erant castra : tunc enim Aaron & filii eius intrabant ut inuoluerent ea que erant intra sanctum sanctorum & disponerent Leuitarum onera Alias enim non legitur intrasse quis nisi summus sacerdos in festo expiationis ad offerendum ibi coram propiciatorio de sanguine hostie immolate pro peccato populi & pro peccato proprio. & hoc est quod dicitur: non sine sanguine etc. Hoc signante. Hic ostendit quid significabant predicta. & primo quantum ad uetus testamentum. Secundo quantum ad nouum: ibi: Christus autem existens. In prima parte dicit sic: hoc signante spiritu sancto non dum propalatam esse sanctorũ uiam: quia sicut dictum est: per hoc q̃ nõ patebat accessus sacerdotibus ad sanctum sanctorum designabatur q̃ uia ueniendi ad celestia nõ erat patefacta sicut in nouo testamento. & quia uetus testamentum adhuc habebat cursum suum qd̃ significabatur p̃ primam partem tabernaculi: ut dictum est. & hoc est quod subditur: adhuc priore tabernaculo id est ueteri testamento habente statum. que parabola id est figura est temporis instantis: quia uetus testamentum fuit figura noui. iuxta quam scilicet parabolam munera & hostie offeruntur. que non possunt iuxta conscientiam perfectum facere : quia in ueteri testamento quod fuit figura noui : munera oblata non auferebant peccata : ut predictum est. & causa subditur: seruientem solummodo in cibis & potibus: quod dicit : quia obseruationes legalium in parte consistunt in abstinentia a quibusdam

cibis & potibus in lege prohibitis. & uariis baptismatibus id est ablutionibus que fiebāt in emundatione leprosi & consimilibus. oīa enim ista erant quedam pure corporalia. & ideo non poterant mundare conscientiam sed tantum tollere quandam immundiciā corporalem uel irregularitatem. propter quod dicunt iusticie carnis. & hoc est quod dicitur: iusticia carnis usq; ad tempus correctionis id est usq; ad tempus noue legis que corrigit ueterem non a malo in bonum reducendo: quia lex uetus fuit iusta & bona: ut habet Ro. vii. sed ab imperfecto ad perfectum reducendo: quia sicut puero q̄diu est sub pedagogo imponuntur aliqua opera ad assuefactionem uirtutis que tamen mutantur aduenīente etate uirili in qua perfectiora opera ei imponuntur: ita per legem Moysi fuerunt populo Iudaico legalia imposita : ut exerceretur in cultu unius dei: que tamen erant imperfecta: ideo per legem Christi ad perfectionē sunt reducta propter quod Apostolus Gal. iii. comparat legem Moysi pedagogo sub cuius disciplina tenetur puer q̄diu est paruulus: ut plenius declaratum est : in principio huius operis. Christus autem existens. Hic consequenter exponit illud quod predictum fuit de tabernaculo Moysi inquantum fuit figura noui testamenti: circa quod Apostolus duo facit: quia primo declarat propositum. & secundo probat quoddam suppositum: ibi: si enim sanguis. Circa primum Apostolus quinq; tangit. Primo dignitatem loci: quia illa pars tabernaculi que figurabat nouū testamentū uocabatur sanctum sanctorum. Secundo dignitatem ministri : quia solus summus Pontifex illuc intrabat. Tertio modum intrandi: quia cum sanguine intrabat. Quarto tempus intrandi: quia tantum semel in anno. Quinto ad quid intrabat : scilicet ad placandum sibi deum & populo: & ista significant ea que sunt in nouo testamento: quia Christus qui est summus Pontifex intrauit celum quod significabatur per sanctum sanctorum : ut supra dictum est. & per proprium sanguinem ad placandum nobis deum & patrem. & hoc est quod dicitur: Christus autem etc. Sciendum tamen q̄ in hoc capit. constructio est multum suspensiua : & ideo ut clarius & breuius procedam : ego ponam litteram non scd̄m q̄ iacet in libro : sed scd̄m ordinem sententie. Christus. Hic tangitur dignitas ministri noui testamenti : quia Christus est nomen suppositi existentis in natura duplici scilicet diuina & humana. Pontifex. Hic tangitur nomen officii: quia Christus est princeps aliorum pastorum secundum q̄ dicitur prima Petri . v. cum apparuerit princeps pastorum etc. assistens id est semper paratus ad suum officium scilicet ad interpallandum patrem pro nobis: & ad auxiliandum nos contra impugnationem hostis intrauit in sancta id est in celum: ut patebit infra. qd̄ quidem celum ē tabernaculum peramplum id est ualde amplum: propter immensitatem bonorum celestium : & perfectius q̄ fuit tabernaculum Moysi quod fuit mobile & portabile de loco ad locum : istud est immobile & eternū: secundum q̄ per Isaiam fuerat predictum. xxxiii. oculi tui uidebunt Hierusalem ciuitatem opulentam : tabernaculum qd̄ nequaq̄ transferri poterit : ibi enim loquitur de Hierusalem celesti. non manufacta id est non per hominem : sicut fuit tabernaculum Moysi per manum Bezeleel. & hoc est quod subdit Apostolus exponendo uerbum predictum. non huius creationis id est humane perfectionis. tangit etiam tempus intrandi ibi: semel. quia totum tempus non est nisi unus annus respectu pontificatus Christi: & ideo exquo semel intrauit semper est ibi. tangitur etiam modus intrandi: cum dicitur: neq; per sanguinem hircorum aut uitulorū: sicut intrabat Pontifex ueteris testamenti: sed per proprium sanguinem qui p̄ nobis fuit effusus in cruce. tangitur etiam ad quid intrauerit: cū dicitur: eterna redemptione inuenta: quia per hoc habemus eternam redemptionem per modum conuenientissimū

a Christo adinuentum inquantum satisfecit qui poterat: inquantum deus. soluit qui debebat: inquantum homo. Si enim sanguis. Hic probat quoddam suppositum circa ultimo dictum: scilicet ꝙ sanguis Christi fuit efficax ad nostram redemptionem eter/nam. & facit talem rationem: sanguis Christi ex unione ad suppositum diuinū habet uirtutem maiorem ad emundationem anime q̄ sanguis hircorum & uitulorum & aqua lustrationis ad tollendum immundiciam corporalem seu impedimentū irregularitatis de quo predictum est. uerias huius propositionis patet: quia sanguis Christi ex unióe ad suppositum diuinū contrahit quandam infinitatem uirtutis. sed predicta in ueteri lege tollebant immundiciam corporalem contractam ex tactu alicuius immundi: & a diuino cultu impedientem: ut patet Numeri. xix. ergo multo fortius sanguis Xp̄i emundat animam & reddit eam aptam ad salutem eternam. & hoc est quod dicitur: si enim sanguis hircorum & taurorum. hoc fiebat in festo expiationis. & cinis uitule aspersus: quia in aqua lustrationis qua debebant immundi aspergi ponebantur cineres uituli combusti: ut dicitur Numeri. xix. inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quia animam mundare non poterat: quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis: id est peccatis que mortificant animam morte culpe & morte gehenne. ad seruiendum deo uiuenti: hoc dicit ad differenti/am illorum: qui putantur dii: sed sunt mortui: ut Iupiter. Hercules. & huiusmodi. tangit autem tria per que sanguis Christi habet efficaciam ad predicta. primum iste ipse offerens scilicet Christus: cuius meritum est efficacie infinite propter coniunctio/nem ad infinitatem. & hoc tangitur cum dicitur: semetipsum obtulit. Secundum est munus oblatum: & fuit sanctissimum: ideo dicitur immaculatum. Tertium est modus offerendi qui processit ex maxima caritate: quod notatur per spiritum sanctum. cui autem facta sit ista oblatio ostenditur: cum dicitur: deo scilicet patri. Et ideo nouum testamentum. Hic consequenter ex predictis que pertinent ad uetus testamentum & expositionem eorum arguit ad principale intentum scilicet ꝙ nouum testamentum sit excellentius & efficacius ueteri. & diuiditur in duas: quia primo facit ꝙ dictum est. Secundo probat quoddam suppositum in sua ratione ibi: ubi enim testamentum est. Circa primum considerandum ꝙ immediate predixit ꝙ Christus per propriū sangui/nem intrauit in celum: & sic inuenit nostram redemptionem eternam: hoc autem non poterat fieri in ueteri testamento: ex quo sequitur ꝙ aliud testumentum factum est per Christum: & per consequens debet dici nouum testamentum: quia illud ꝙ sequitᵉ precedens dicitur nouum respectu illius. & hoc est quod concludit Apostolus. & ideo nouum testamentum mediator est scilicet ipse Christus: & per quem modum sit medi/ator subdit: ut morte intercedente: id est Christi morte interueniente per quam eius testamentum est confirmatum. in redemptionem earum preuaricationum que erant sub priori testamento: id est quas uetus testamentum non poterat auferre: sed per Christi mortem sunt ablate. repromissionem eterne hereditatis accipiant: per effica/ciam passionis Christi. qui uocati sunt: ad participandum ipsam per ueram fidem & sacramentorum noue legis susceptionem. & sic patet ꝙ testamentum nouum est effi/catius ueteri: quia mundat animam: & confert hereditatem eternam. uetus autem testamentum tantum exterius mundabat: & temporalem hereditatem promittebat. Vbi enim testamentum. Hic probat ꝙ supponit: scilicet ꝙ testamentum nouum sit confirmatum per mortem Christi. & hoc probat dupliciter. primo per legem huma/nam. Secundo per legem diuinam ibi: unde nec primum. Circa primum sciendum ꝙ secundum leges humanas ciuiles & canonicas testamentū non habet robur q̄diu uiuit

testator: quia tunc semper potest mutari cum sit ultima uoluntas utte presentis: sed in morte confirmatur. ita similiter testamentum nouum quod est proprie testamentum Christi in sua morte fuit roboratum. propter hoc tunc dixit consummatum est: quia ut habetur Iohannis. xix. & hoc est quod dicitur hic: ubi enim testamentū est mors necessitate intercedat id est interueniat testatoris etc. patet littera. Vnde nec primū. Hic probat idem per legem diuinam in qua probatione primo noui testamēti & ueteris conuenientiam ponit. Secundo eorum differentiam ibi: necesse est ergo. Circa primum sciendum q̄ uetus testamentum quod fuit figura noui fuit confirmatum per aspersionem sanguinis: ut habetur Exodi. xxiiii. & sic per legem diuinam patet q̄ testamentum nouum per effusionem sanguinis debuit confirmari ut figuratū respon/deret figure: & hoc est quod dicitur: unde nec primum quidem: id est testamentum uetus quod fuit primum. dedicatum est id est confirmatum sine sanguine. lecto enim omni mandato legis a Moyse uniuerso populo: hoc habetur Exo. xxiiii. ubi dicitur q̄ populus recepit testamentum & obligauit se ad obediendum & tunc Moyses ad cō/firmationem huius aspersit sanguinem: & hoc est quod dicitur: accipiens sanguinem uitulorꝝ & hircorꝝ cum aqua & lana coctinea & Isopo. Sed contra hoc posset aliquis dicere q̄ Exo. xxiiii. non fit mentio nisi de sanguine uitulorum. Dicendum q̄ Apo/stolus fuit instructus in lege & ex usu & consuetudine sciebat qualiter talia fiebant: scilicet per commixtionem sanguinis hirci & aque: ut sanguis esset carior: lana uero coctinea erat ibi quasi aspersorium ad sanguinem aspergendum & Moyses tacuit ista quia non erant principalia: tamen credendum est Apostolo q̄ fuerit ita ut descripsit. non enim omnia in Exo. sunt scripta. Sequitur: ipsum quoq; librum id est legem. & omnem populum qui legem sumpserat aspersit dicens. hic sanguis testamenti id est cō/firmatiuus testamenti. quod mandauit ad uos deus etiam tabernaculum non q̄ asper/serit tunc tabernaculum: quia non dum erat factum sed postea illud sanguine aspersit quando illud consecrauit. & omnia uasa ministerii: quibus utebantur in tabernaculo Moysi sanguine similiter aspersit. & omnia pene in sanguine: id est per aspersionem sanguinis: secundum legem mundantur. dicit pene: quia aliqua mundabantur per ignem: scilicet illa que poterant ignem sustinere: ut habetur Numeri. xxxi. expiatio tamen pro peccato non fiebat sine effusione sanguinis. & hoc est quod dicitur: & sine sanguis effusione non fit remissio: quia animalia sacrificabantur pro peccatis quorum effundebatur sanguis in signum q̄ per effusionem sanguis Christi fienda erat remissio peccatorum que non poterat fieri sanguine animalium sed tantum significari. Necesse est ergo. Posita conuenientia noui testamenti & ueteris quantum ad confirmationē & emundationem: hic consequenter ponit differentiam ostendendo primo q̄ emun/datio noui testamenti melior est. Secundo q̄ est perfectior ibi: neq; ut sepe. Circa primam partem dicit sic: necesse est ergo ex natura quidem celestium bis mundari id ē tabernaculum ueteris testamenti q̄ est quodammodo exemplar celestium: ut decla/ratum est. viii. capit. debuit mundari talibus hostiis que fiebant de animalibus brutis ipsa uero celestia melioribus hostiis q̄ istis supple debuerūt mundari: & ideo mundata sunt sanguine Christi: sed dicit quomodo intelliguntur mundari celestia ubi nulla sit macula: dicendum q̄ sicut dicebatur emundari tabernaculum non quia haberet in se aliquam immunditiam sed tollebantur quedam irregularitates quibus impediebantur homines accedere ad sanctuarium: ita dicuntur mundari celestia per Christi sangui/nem & per sacramenta noue legis ex eodem sanguine habentia efficaciam inquantum

purgant peccata que impediunt ab ingressu celestium : & ideo dicit hostus in plurali: quia licet sanguis Christi sit una hostia tamen eius efficacia nobis communicatur per uaria noue legis sacramenta & ꝙ tabernaculum sanguine Christi mundatum sit melius tabernaculo Moysi declarat dicens: non enim in manu facta sancta Iesus introiuit quale fuit tabernuculum Moysi ab homine factum quod fuit figura tabernaculi celestis: ut predictum est: ideo subditur: exemplaria uerorum sed in ipsum celum introiuit Iesus ut appareat nunc uultui dei pro nobis. sicut enim Pontifex legis intrabat sancta sanctorum: ut appareret coram propiciatorio quod erat quasi sedile dei: sic Christus quantum ad humanitatem intrauit celum : non ad hoc ut uideret faciem dei patris de nouo: quia uidit eam ab instanti conceptionis: sed quia eius humanitas de nouo translata fuit ad celum ubi facies dei clare uidetur a beatis ut per hoc coram deo patre pro nobis interpellet representando humanitatem quam assumpsit pro nobis. Neq; ut sepe offerat. Hic ostendit ꝙ emundatio noui testamenti perfectior est. & diuiditur in duas partes: quia primo ostendit propositum. Secundo ad hoc adducit simile ibi: & quemadmodum. In prima parte facit talem rationem: illa emundatio que non reiteratur: quia semel facta sufficit perfectior est q̄ illa que reiteratur pluries propter sui imperfectionem. sed illa emundatio que fiebat a Pontifice ueteris legis in festo expiationis quolibet anno reiterabatur. expiatio autem facta per Christum semel tantum facta est: quia unica passio sufficit ad deletionem omnium peccatorum: ergo est perfectior. & hoc est quod dicitur : neq; ut sepe offerat semetipsum: est Christus Pontifex quēadmodum Pontifex ueteris legis intrabat in sancta per singulos annos in sanguine alieno : quia aliter sequeretur inconueniens: scilicet ꝙ Christus pluries debuisset pati a principio mundi: sicut & sacerdos ueteris legis intrabat per singulos annos sanctum sanctorum pro expiatione peccati populi Israel. nunc autem ita est ꝙ sicut Pontifex ueteris legis intrabat sanctum sanctorum pro peccato populi Israelitici ita Christus passus est pro nobis & pro salute totius mūdi qui incipit a principio creationis sicut Pontifex legis quolibet anno intrabat sancta a datione legis. & hoc est quod dicitur: alioquin oportebat eum frequenter pati: ab origine mundi. & quia hoc esset inconueniens ideo subdit Apostolus: nunc autem id est tempore gratie. semel in consummatione seculorum : id est in ultima etate in qua consummatur mysterium Christi ad destitutionem peccati per hostiam suam apperuit seipsum in conspectu omnium offerendo in cruce. Et quemadmodum. Hic adducit simile ad suum propositum scilicet ꝙ ex peccato primi parentis statutum est ex diuina sentēcia ꝙ homines semel moriantur & postea in iudicio diuino manifeste presentabuntur : sicut Christus pro salute hominū in cruce mortuus postea apparebit in iudicio non iudicandus sed magis per suum iudicium fidelibus suis eternam salutem reddituruus. & hoc est quod dicit: & quemadmodum statutum est hominibus semel mori: ratiōe originalis peccati. ppter hoc autem iudicium scilicet extremum. sic Christus semel oblatus est in cruce non ex conditione originalis peccati quod non contraxit: sed ex conditione mortalis nature quam uoluntarie assumpsit. ad multorum exhaurienda peccata. quod dicit: quia licet passio Christi se extendat ad delendum omnia peccata quantum est ex se tamen aliq se reddunt indignos: & ideo dicit: multorum non omniū. Sequitur secundo sine peccato apparebit etc. quia in secundo aduentu Christus apparebit in forma gloriosa & sine similitudine peccati. In primo autem aduētu apparuit in forma hominis mortalis habens similitudinem peccati: secundum ꝙ dicit Apostolus Ro. octauo . Ad maiorem

euidentiam dictorum in hoc ca. queritur utrum effusio sanguinis Christi fuit oblatio dei acceptissima. Et arguitur primo ꝙ non: quia effusio sanguinis innocentis est corã deo abhominabilis: Christus autem fuit innocentissimus: ergo etc. Item illud quod habet similitudinem cum sacrificiis gentilium non est deo acceptum: sed oblatio sanguinis innocentis est huiusmodi: secundum ꝙ dicitur in psalmo: effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorum suorum & filiarum suarũ quas sacrificauerũt sculptilibus Chanaam: ergo etc. Contra per illud quod dicitur in littera: quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo emũdabit conscientiam nostram etc. Respondeo nõ est ꝑ hoc intelligendum ꝙ solus sanguis Christi fuit oblatus ꝑ nobis immo tota humanitas eius. & hoc patet ex autoritate inducta in qua dicitur: obtulit semetipsum. fit tamen mentio in hac oblatione segregatim de sanguine inquantum fuit separatus a carne. tamen utrunq; est de oblationis integritate. propter quod in sacramento altaris quod est memoriale illius oblationis consecratur simul caro & sanguis tamen sub speciebus diuersis sicut in illa oblatione fuit sanguis separatus a carne. similiter anima Christi fuit pro nobis oblata inquantum ꝑ passionem fuit a corpore separata ad satisfaciendum pro nobis Iohannis. x. animam meam pono pro ouibus meis. & sic patet ꝙ tota humanitas pertinet ad Christi oblationem seu sacrificium. ꝙ autem hoc habebat perfecte rationem oblationis uel sacrificii patet: quia sacrificium in lege fiebat triplici de causa. primo ad tollendum peccata. propter hoc in lege dicebantur aliqua sacrificia ꝑ peccato. Secundo ad gratiam cõseruandam: propter hoc in lege dicebantur alique hostie pacifice. Tertio ad hoc ꝙ mens hominis perfecte deo uniretur ꝑ amorem: propter hoc in lege offerebatur holocaustum: quod totum incendebatur ad honorem diuinum. ista autem tria proueniunt nobis a deo mediante humanitate Christi ꝑ nobis oblata: quia per hoc peccata nostra sunt deleta Apoc. primo. dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. & gratia collata Iohannis primo. gratia & ueritas per Iesum Christum facta est: & porta glorie apta in qua fit hominis ad deum unio ꝑfecta. ꝓpter qđ dicitur infra decimo capi. habemus fiduciam per sanguinem eius in introitu sanctorum: & sic patet ꝙ sacrificium Christi fuit perfectissimum: quia continet in se perfectissime uirtutem omnium sacrificiorum sicut perfectio diuina continet in se unitatem & eminentius ꝑfectiones omnium creaturarum. Ad primum dicendum ꝙ effusio sanguinis Christi põt referri ad duplex principium. uno modo ad ipõs effundentes: & sic fuit deo abominabilis. & fuit peccatum grauissimum. Alio modo ad uoluntatem ipsius Christi patientis qui uoluntarie se obtulit passioni & caritate maxima: & hoc secundo mõ habuit rationem oblationis & sacrificii non autem primo modo. Ad secundum patet ex dictis ꝙ oblatio sanguinis innocentis in sacrificiis gentilium habet similitudinem cum illis qui occiderunt Christum & hoc modo nõ habet rationem sacrificii: ut dictum est: & ideo non est similitudo sacrificii Christi ad sacrificium illorum. .X.

UMbram enim habentes. In ca. precedenti probauit Apostolus eminentiam noui testamenti: & in sua probatione dixit ꝙ uetus testamentum non auferebat peccatum: ideo istud qđ ibi supponit hic consequenter probat. & diuiditur in duas: quia primo facit quod dictum est. Secundo comparat sacerdotẽ noui testamenti ad sacerdotem ueteris testamenti ibi: omnis quidem sacerdos. primum probat dupliciter. p̃mo per rationem. Secundo per scripturam ibi: ideo ingrediens. prima adhuc in duas scđm duas rationes quas facit. Secunda ibi: impossibile enim. Ad euidentiam prime rationis

considerandum ꝙ differunt umbra & imago in hoc ꝙ umbra est longinqua similitudo rei : Imago autem est propinqua & expressa rei similitudo : & ideo sacrificia ueteris legis habuerunt rationem umbre respectu bonorum glorie : quia non promittebant illa expresse: sed sub uelamine prosperitatis eterne. sacrificium autem noue legis habet rationem imaginis: quia immediate inducit ad bona glorie celestis. hoc autem nó poterant facere sacrificia ueteris legis: quod patet ex modo offerendi ipsa: quia quolibet anno reiterabantur: quod non fieret si per ipsa offerentes mundarentur : quia tunc talis iteratio esset frustra. & non est dicendum ꝙ aliquid frustra preciperetur in lege: ergo non auferebant peccata: & hoc est quod dicitur hic: umbram enim habens lex bonorum futurorum id est bonorum glorie que expectantur in futurum que in lege promittebantur confuse per modum umbre & non expresse: ideo sequitur: non ipsam imaginem rerum per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt sacerdotes ueteris legis. nunq̃ potest lex uetus per talia accedentes perfectos facere id est mundatos a culpa & dignos gloria. alioquin cessassent offerri post primam eorum oblationem. ideo ꝙ nullam haberent ultra conscientiam peccati cultores semel mundati. & ideo concludit ꝙ fiebant illa sacrificia ad peccatorum recordationem inquantum per talia offerentes ostendebant se habere peccati conscientiam : & hoc est quod dicitur: sed in ipis memoratio peccatorum per singulos annos fit. deletio uero expectabatur fienda per Christum. Sed uidetur ꝙ ratio Apostoli non ualeat: quia posset dici ꝙ illa sacrificia mundabant a peccatis preteritis: non autem futuris. & quia reiterabantur peccata: per consequens & sacrificia erant iteranda nó frustra: ut Apostolus arguit. sed ad deletionem peccati iterũ perpetrati. Dicendum ꝙ Apostolus ex modo loquẽdi excludit hoc dictum dicens ꝙ lex tantum habet umbram celestium. nunc autem ita est ꝙ peccatum opponitur celestibus: quia excludit ab ipsis. & ideo illud ꝙ emundat a peccatis oportet ꝙ sit celeste & spiritale: & illud quod est tale habet efficaciam perpetuam: & per consequens non est reiterabile. sic autem est dicendum de oblatione Xp̃i in cruce ratione deitatis adiuncte. & ideo non reiteratur: quia semel facta sufficit ad delendum omnia peccata commissa & committenda. Sed adhuc dices sacramentum altaris quotidie offertur in Ecclesia: ergo etc. Dicendum ꝙ non est ibi sacrificii reiteratio: sed uniuus sacrificii in cruce oblati continua commemoratio: propter hoc dicitur Mat. xxvi. hoc facite in meam commemorationem : quia idem offertur quod ipse obtulit. Impossibile enim. Hic ponitur ratio ad idem : quia principalius sacrificium quod fiebat in lege fiebat in die expiationis de hirco & uitulo : sed illud non poterat auferre peccatum. huius rationis minorem dicit. Impossibile enim est sanguine hircoꝝ & taurorum auferre peccata. Si autem contra hoc arguatur de sacramentis noue legis que consistunt in quibusdam rebus corporalibus tantum: & tamẽ mundant animã. Dicendum ꝙ non est simile: quia in ipsis diuina uirtus operatur. & ideo ad gratiam ꝑ modum instrumenti operantur : non sic autem erat sacramentum ueteris testamenti: ut plenius dicam in fine huius ca. Ideo ingrediens. Hic probat per scripturam psalmi xxxix. qui loquitur de aduentu Christi ꝓpter imperfectionem sacrificiorum ueteris legis supplendam per suum sacrificium. & facit talem rationem. illud quod aufert peccatum oportet ꝙ sit deo acceptum: ut patet per scripturam psalmi inducti : ergo etc. & hoc est quod dicit: ideo ingrediens mundum per carnis assumptionem dicit quia illa scriptura loquitur in eius persona. hostiam: in hoc tangit sacrificia que fiebant in rebus animatis. & oblationem id est sacrificia de inanimatis. noluisti. i. non acceptasti

& ſunt uerba filii ad patrem. & interponit ſacrificium patri acceptum: qđ de corpore Chriſti fuit factum dicenſ: corpuſ autem aptaſti mihi: id eſt corpuſ paſſibile aptum immolationi: & quia fuit formatum & aptatum ſola uirtute dei abſq; uirili ſemine. holocauſtomata que totaliter incendebantur. & pro peccato id eſt ſacrificia que pro peccato offerebantur: quorum una parſ incendebatur: altera erat ſacerdotiſ: & ſic Apoſtoluſ tetigit omnia genera ſacrificiorum ueteriſ legiſ oſtendenſ q̄ non fuerunt deo accepta. quia de talibuſ ſubditur: non tibi placuerunt. & conſequenter oſtenditur in ſerie ſcripture q̄ ſacrificium noue legiſ ſit acceptum: cum ſequitur de Chriſto: tunc dixi ecce uenio per carniſ aſſumptionem. In capite libri ſcriptum eſt de me ut faciam uoluntatem tuam deuſ. liber iſte eſt noticia predeſtinationiſ diuine. caput huiuſ libri dicitur illud: quod in diuina predeſtinatione principaliter continetur. hoc autem eſt myſterium incarnationiſ Chriſti per quod ad beatitudinem pertingunt omneſ electi. Superiuſ dicenſ etc. Iſtud q̄ ſequitur eſt uerbum Apoſtoli exponentiſ autoritatem pſalmi de excluſione ſacrificiorum ueteriſ legiſ per ſacrificium Chriſti: & patet littera per predicta. unde concludit: aufert primum ſcilicet legiſ ſacrificium. ut ſequenſ ſtatuat id eſt confirmet ſacrificium Chriſti deo patri acceptum. in qua uoluntate ſanctificati ſumuſ etc. quia per hoc q̄ Chriſtuſ impleuit uoluntatē̄ patriſ ſeipſum offerendo non ſanctificauit. Et omniſ quidem ſacerdoſ. Hic comparat ſacerdotem noui teſtām̄ti & ueteriſ adinuicem. & diuiditur in duaſ parteſ: quia primo facit qđ dictum ē̄. Scđo declarat per ſcripturam ibi: conteſtatur autem noſ. Ad euidentiam primi conſideranđum q̄ in lege erat duplex ſacrificium ſollemne. unū erat in die expiationiſ qđ ſolum fiebat per ſummum ſacerdotem: ut frequenter dictum eſt. aliud erat iuge ſacrificium quod repreſentabat eternitatem Chriſti ſecundum deitatem. & ideo dicebatur iuge: quia quotidie offerebatur agnuſ mane & ueſpere. & iſtud ſacrificium nō̄ ſolum offerebatur per ſummum ſacerdotem: ſed etiam per aliоſ inferioreſ ſacerdoteſ: & de iſto ſacrificio loquitur hic dicenſ. & omniſ quidem ſacerdoſ ſcilicet ueteriſ legiſ preſto ē̄ quotidie miniſtranſ: quia quotidie offerebant iuge ſacrificium. & eaſdem ſepe offerenſ hoſtiaſ eaſdem ſcilicet in ſpecie non numero: que non poſſunt auferre peccata: ut patet per predicta & magiſ patebit infra. hic autem id eſt Chriſtuſ unam pro peccatiſ offerenſ hoſtiam: que ſufficit ad delendum omnem culpam commiſſam & cōmittendam in ſempiternum. ſedet in dextera patriſ ut dominuſ. & in hoc patet differentia ipſius ad ſacerdotem ueteriſ teſtamenti quē̄ oportebat continue ſtare ut miniſter. Chriſtuſ autem non fuit miniſter niſi in unica oblatione qua peracta ſedet in dextera patriſ ut dominuſ. decetero expectanſ donec ponantur inimici eiuſ ſcabellum pedum eiuſ. & hoc complebitur in finali iudicio: ſicut expoſitum eſt ſupra primo ca. una enim oblatione conſummauit id eſt ad perfectionem adduxit in ſempiternū̄ ſanctificatoſ: quia hoſtia Chriſti habet uirtutem eternam ſanctificandi: & per hoc illa peracta non habuit ampliuſ neceſſitatem miniſtrandi ſicut habebat ſacerdoſ ueteriſ teſtamenti. Conteſtatur autem. Hic adducit idem autoritate Hierem. xxxi. que ſupra expoſita eſt octauo ca. & in fine illiuſ ponitur ex hoc peccatorum & iniquitatum eorum non recordabor ampliuſ: quia ad talem remiſſionem ſe extendit efficacia oblationiſ Chriſti que eſt oblatio noue legiſ. & ideo ex hoc patet q̄ Chriſtuſ non habet neceſſitatē̄ ſtare ut miniſter ad pluriеſ offerendum. & hoc eſt quod ſubditur: ubi autem horum remiſſio eſt ſcilicet peccatorum omnium. iam nō̄ oblatio pro peccato: quia fruſtra fieret Mat. nono. non eſt opuſ ualentibuſ medicuſ. cetera patent ex dictiſ. viii. ca. Habenteſ

itaq; fratres. Superius Apostolus ostendit eminentiam sacerdotis Christi : hic conse/quenter ostendit ꝙ debemus ei reuerēter obedire. & diuiditur in tres partes: quia ꝓmo ponit Apostolus allectiua ad huiusmodi subiectionem. Secundo ostendit subiectiónis modum & ordinem ibi: accedamus cum uero corde. Tertio subdit ipsius subiectionis rationem ibi: uoluntarie enim. Circa primum considerandum ꝙ duo sunt que debent nos allicere ad hoc ꝙ sacerdotio Christi subdamur humiliter & deuote. Primum est huius sacerdotis efficacia: quia per ipsum inducimur ad celestia: & hoc est quod dicit. habentes itaq; fiduciam in introitum sanctorum id est celestium: in sanguine Christi qui est oblatio huius sacrificii: qui iniciauit nobis uiam nouā: qua nullus āte Christum ascendit in celum. & uiuentem. dicitur hic uia uiuens effectiue: quia ducit ad uitam eternam. qualiter autem Christus inchoauerit uiam ostendit: quia per uelamen id est per crucem suam: quia caro Christi oblata in cruce erat quoddam uelamentū nature diuine. Secundum autem quod debet nos attrahere subiectioni predicte est potentia huius sacerdotii: quia Christus non solum habet potestatem super unam gentem sicut sacerdos legalis super gentem Iudeorum: sed habet potestatem super totam Ecclesiā militantem & triumphantem: & hoc est quod tangitur: & habentes supple sacerdotē magnum super domum dei. Accedamus. Hic consequenter ostendit modum subiici/endi nos sacerdotio Christi: quia talis modus est primo per ueram fidem: & hoc est qđ dicitur : accedamus ad eum cum uero corde absq; fictione in plenitudine fidei: quia non sufficit credere aliquos articulos: sed oportet credere quicquid credit Ecclesia. Secundo per sumptionem baptismi Christi in quo profitetur se homo seruum Christi & istud tangitur ibi : aspersi corda a conscientia mala & abluti corpus aqua munda: quia baptismus nō solum lauat exterius corpus sicut faciebant ablutiones ueteris legis sed etiam lauat animā interius. Tertio subiicimur Christo per spem firmam : & hoc est quod dicitur: teneamus spei nostre confessionem indeclinabilem ita ꝙ non decline/mus ab ea in prosperis nec in aduersis: & subdit causam huius infirmitatis dicens. fidelis enim est qui repromisit scilicet deus qui non potest mentiri: & ideo spes nostra debet ei firmiter inuici. Quarto debemus Christo subiici per caritatem licet autem ca/ritas principaliter subiiciatur deo: tamen manifestatur per dilectionem proximi: se/cundum ꝙ dicitur prima Iohannis quarto. qui non diligit fratrem suum quem uidet: deum quem non uidit: quomodo potest diligere ? ideo Apostolus loquens de caritate per quam debemus Christo subiici: tangit dilectionem proximi per quam manifestatē dilectio dei dicens: & consideramus inuicem id est solliciti sumus quilibet de proximo: in prouocationem caritatis & bonorum operum quantum ad prouocationē in bono: non deserentes collectionem nostram id est cetum fidelium: in pressura tribulationis: & in hoc tangit subleuationem a malo : quia deserentes eos in talibus non sunt ueri Christiani: de quibus subditur: sicut est consuetum quibusdam: id est fictis Christianis deserentibus proximos in pressura tribulationis. sed consolantes oppressos debetis esse. tanto magis quanto uideritis appropinquantem diem scilicet equitatis uel iudicii: cuius ratio est: quia gratia perficit naturam. motus autem naturalis fortior est in fine. & similiter debet esse de motu caritatis & gratie. Voluntarie enim. Hic consequenter ponit ipsius subiectionis rationem. & diuiditur in duas partes: quia primo ponit ratio/nem deterrentem. Secundo demulcentem ibi : rememoramini. prima in duas: quia primo inducit terrorem ratione subtractionis auxilii. Secundo ratione districtionis diuini iudicii ibi: terribilis autem. Circa primū sciendum ꝙ glosa hic ponit & distinguit

inter illum qui peccat uolens & uoluntarie: quia ille qui ex passione consentit peccato peccat uolens. ille autem qui ex malicia & habitu inclinante uoluntatem consentit peccato peccat uoluntarie. & propter hoc iste non penitet: quia operatio procedens ex habitu est delectabilis. primus autem penitet transeunte passione. auxilium uero diuine gratie non datur nisi penitentibus: & ideo subtrahitur uoluntarie peccantibus: quia non penitent: ut dictum est: & hoc est quod dicitur: uoluntarie enim peccantibus nobis etc. aliter potest exponi littera & magis ut uidetur secundum intentionem Apostoli. Ad cuius intellectum considerandum q̄ secundum sententiam Augustini & aliorum sanctorum tempore nature lapse liberum arbitrium non potest diu uitare mortale peccatum anteq̄ reparetur per gratiam. postq̄ uero reparatum est potest uitare omne mortale peccatum: & ideo magis uoluntarie cadit in peccatum reparatus per gratiam q̄ non reparatus. propter quod non reparatis adhibetur efficacius remedium ad tollendum peccatum scilicet baptismus: quia aufert omnem culpam & penā: sed si post reparationem baptismalem aliquis cadit in peccatum iam nō adhibetur sibi tale remedium: quia non est iterabile sacramentum: & hoc est quod dicitur: uoluntarie enim peccantibus nobis post acceptam noticiam ueritatis: id est post baptismum qui est fidei sacramentum: iam non relinquitur pro peccatis hostia id est mors Christi nobis communicanda secundum totum effectum sicut fit per baptismum: qui delet totum eo q̄ in ipso configuramur totaliter morti Christi: secundum q̄ dicitur Rom. sexto. consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem etc. Terribilis autem etc. Hic ponit ad hoc rationē ex districtione diuini iudicii quod est ualde terribile transgredientibus legem Christi: & hoc est quod dicitur: terribilis autem expectatio iudicii propter sententie irretractabilitatē & propter pene acerbitatem que tangitur ibi: & ignis emulatio id est pena ignis ex emulatione & zelo diuine iusticie infligenda: que consumptura est aduersarios eos eternaliter cruciando: & confirmat hoc per simile de lege Moysi cuius transgressores puniuntur morte: ut patet ex decursu ueteris testamenti: & multo grauius punietur transgressor legis Christi que quanto sanctior est: oportet eam magis obseruari: & hoc est quod dicitur: irritam quis faciēs etc. & patet usq; ibi: qui filium dei conculcauerit mandata eius contemnendo: & sanguinem testamentum pollutum duxerit in quo sanctificatus est: quod faciūt illi qui post baptismū reuertuntur ad uomitū. & spiritum gratie cōtumeliam fecerit ipsum abiciendo. aliter potest exponi de illis qui dicebant obseruationem legalium esse necessariam ad salutē post baptismum. & quodammodo conculcabant dei filium dicentes ipsum impotentem ad saluandum nos per seipsum. & sanguinem eius quodammodo pollutum dicebant. ex quo per se non sufficiebat ad emundationem peccatorum. & per consequens faciebant contumeliam gratie noui testamenti. q̄ autem predicti mereantur puniri probat per scripturam dicentem in persona dei: mihi uindictam & ego reddam etc. quia si iudices uindicent hoc non conuenit eis nisi inquantum sunt dei ministri. & quia uindicta deo reseruatur: qui est fortissimus ad infligendum est iustissimus. ita q̄ non pōt a iusticia flecti. ideo concludit: horrendum est incidere in manu dei uiuentis. Sed contra hoc arguitur q̄ Dauid preelegit incidere in manus dei q̄ in manus hominum. Dicendum q̄ melius est incidere in manus dei peccantem ante iudicium finale: quia est pater misericordiarum. & sic elegit Dauid. sed horrendum est incidere post iudiciū uel in iudicio quando aget ut deus ultionum. Rememoramini. Postq̄ induxit ad inherendum Christo per rationes deterrētes: hic inducit ad hoc p rationes demulcentes

ad modum boni medici qui post sectionem uulneris apponit unguenta mitigantia: & quia ad bene agendum maxime prouocat memoria de bene gestis: & ideo bona eorú commemorat primo. Secundo hortatur ad implendum quod restat ibi: nolite itaq;. In prima igitur parte dicit sic: rememoramini autem pristinos dies id est primam có/uersationem uestram laudabilem & sanctam tempore uestre conuersionis ad fidem. in quibus illuminati per fidem & baptismum. magnum certamen passionú sustinuistis. & hoc dupliciter. uno modo in propria persona oppressiones & derisiones sustinendo. & hoc est quod dicit: & in altero quidem id est uno modo certamen sustinuistis: ob/probriis & tribulationibus spectaculum facti. Alio modo inquantum amici eorum talia sustinuerunt: & sic ipsi per compassionem afflicti fuerunt: & hoc est quod dicit. In altero autem socii taliter conuersantiú effecti ꝙ specificat magis in speciali dicens nam & uinctis compassi estis & rapinam bonorum nostrorum cum gaudio suscepistis. & quia talia non sunt propter se appetenda sed tantum propter premium patienter toleranda sicut medecina amara propter sanitatem. ideo sequitur: cognoscentes uos habere meliorem & manentem substantiam id est diuitias celi que sunt meliores: quia satiant appetitum & manentes quia non possunt auferri. Nolite itaq;. Hic conse/quenter hortatur ad implendum quod restat. & diuiditur in duas: quia primo facit ꝙ dictum est. Secundo ad hoc inducit autoritatem scripture ibi: adhuc enim. In prima parte hortatur eos: quia ex bonis precedentibus debent moueri ad perseuerandum in bono ne amittant bonum preteritum. & hoc est quod dicit: nolite itaq; amittere confidentiam uestram id est firmam perseuerantiam que magnam habet remunerati/onem: quia qui perseuerauerit usq; in finem hic saluus erat Mat. xxiiii. modus autem perseuerandi tangitur: cum subditur: patientia enim uobis necessaria est respectu malorum illatorum. & respectu bonorum dilatorum. & facientes uoluntatem dei id est eius mandata reportetis repromissionem: id est rem promissam que est beatitudo eterna. Adhuc enim. Hic ad propositum adducit autoritatem scripture cuius princi/pium habetur Aggei secundo: & finis Abacuc secundo. que coniungit Apostolus ut ostendat eos uno spiritu fuisse locutos. loquitur autem Aggeus de aduentu Christi in mundum tamen Apostolus accipit dictum eius in sensu mystico de aduentu eius ad iudicium. & sic uenit Christus dupliciter. uno modo generaliter respectu omnium. & licet a tempore Aggei usq; ad generale iudicium fuerit magnum tempus: tamen dicit modicum respectu eternitatis. Alio modo uenit Christus ad iudicium particulariter: & hoc est in morte cuiuslibet hominis: quia qualis in morte inuenitur talis in iudicio presentabitur. & usq; ad talem Christi aduentum est tempus simpliciter modicum qa breues dies hominis sunt: & hoc est quod dicitur hic: adhuc enim modicum quantulú/cunq; id est ualde breue. qui uenturus est in finali iudicio ad iudicandum. uenies & non tardabit: quia qualem reperiet hominem in morte que de proximo imminet: talem eum in iudicio presentabit. & quia soli iusti remunerabuntur: ideo sequitur: iustus autē meus ex fide uiuit. per fidem enim anima primo unitur. & ideo per ipsam dicitur uiuere: sicut & corpus uiuit per illud quod primo unitur anime: & sic corpus separatum ab anima moritur morte nature. sicut anima separata a deo moritur. ideo subditur: ꝙ si subtraxerit se a deo per culpā. non placebit anime. quia cecidit a gratia dei. Sciendum autem ꝙ Apostolus hic allegat autoritatem Abacuc. secundum transla/tionem. lxx. Hieronymus autem transtulit sic: non erit anima eius recta in eo. & est eadem sententia: quia uoluntas diuina est regula recta humanorum actuum. Igitē

qui se subtrahit ab illa cum sit regula recta per consequens habet animā nō rectam. Consequenter concludit intentum dicens. nos autem non sumus filii subtractionis id ē subtractio predicta non debet dominari in nobis quia uidetur aliquis filius eius quod dominatur in ipso. sicut aliquis dicitur filius mortis eo ꝙ meritum mortis dominatur in ipso. in perditionem anime: quia ad subtractionem predictam sequitur mors anime. sed fidei supple filii sumus renati per fidem & sacramenta: & ideo fides formata debet dominari in nobis ad quam sequitur anime salus. ideo sequitur: in acquisitione anime. Ad motorem euidentiam eorum que dicta sunt in principio huius ca. queritur utrum sacramenta & sacrificia ueteris legis iustificarent? & arguitur ꝙ sic primo per illud quod habetur Leui: viii. cunq; sanctificasset eos Moyses id est Aaron & filios eius: de quorum ordinatione loquitur. ex quo patet ꝙ sacramentum ordinis in ueteri lege sanctificauit: & per consequens sanctificabat: quia idem est iustificare & sanctificare: ergo etc. Item secundum doctores sanctos in circumcisione conferebatur gratia: quia mundabat ab originali culpa. circūcisio autem erat sacramentum ueteris legis: ergo sacramenta ueteris legis conferebant gratiam: & per consequens iustificabant. Contrarium dicitur in littera. Impossibile est enim sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Respondeo dicendum ꝙ iustificatio proprie dicta de qua est hic questio est per gratiam gratum faciētem que aufert culpam. & facit dignum uita eterna. talis autem iustificatio est a solo deo sicut a causa principali agente secūdum illud psalmi. gratiam & gloriam dabit dominus. & ideo si aliquid aliud ad iustificationem opatur hoc est tantum per modum instrumenti. Instrumentum uero dei est unū coniunctum aliud separatum sicut in artificialibus patet. manus enim artificis est instrumentum eius coniunctum inquantum membra sunt quedam anime organa siue instrumenta: securis autem uel dolabra est eius instrumentum separatū. & patet ordo huius duplicis instrumenti. quia instrumentum separatum non applicatur ad opus nisi per realem motionem instrumenti coniuncti. humanitas Christi se habet ad deitatē sicut instrumentum coniunctum: propter hoc Damascenus uocat ipsam organum diuinitatis: & ideo operatur ad iustificationem per modum instrumenti coniuncti. sacramenta autem non possunt ad hoc cooperari nisi per modum instrumenti separati inquantum recipiūt uirtutem a passione Christi ubi eius humanitas ad nostram iustificationem fuit applicata: secundum ꝙ dicitur Io. primo. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. quia per huius agni immolationem fecit deus nostram iustificationem: receptio autem uirtutis huius non pōt competere sacramentis ueteris legis. cuius ratio est: quia talis receptio est per realem motionem instrumenti coniuncti: ut dictum est: nihil autem potest mouere realiter anteq̄ sit in actu: & ideo sacramenta ueteris legis que precesserunt incarnationem & passionem Christi non poterant recipere ab eo uirtutem cooperandi instrumentaliter ad iustificationem. sed sacramenta noue legis que ipsam sequuntur: talem uirtutem recipiunt. & ideo sunt instrumenta iustificationis humane. Considerandum tamen ꝙ licet nunq̄ possit aliquid mouere per modum efficientis: & per realem motionem: anteq̄ sit in actu: ut dictum est: potest tamen mouere per modum finis: & per apprehensionem: sicut sanitas apprehensa causat sui ipsius desiderium: anteq̄ sit in effectu. & hoc modo passio Christi siue meritū incarnationis iustificauit patres ueteris testamenti inquantum erat ab eis credita & desiderata: quia per fidem Mediatoris saluati sunt. sacramenta autem ueteris legis erant quedam protestationes fidei ipsorum. & ideo significabant tantum fidem: per

quam hominеſ ſaluabantur. ſed non continebant aliquam uirtutem iuſtificantē: ſicut cōtinent ſacramenta noue legiſ: niſi accipiatur iuſtificatio large put importat amo/ tionem exteriorum impedimentorum que contrahebantur in lege ueteri: ſcilicet ex contactu mortui animaliſ uel animantiſ immūdi. per quod reddebatur homo ineptuſ ad intrandum locum cultuſ diuini. ſic ſacramenta ueteriſ legiſ iuſtificabant: quia taleſ immunditiaſ amouebant. propter quod Apoſtoluſ uocat cerimoniaſ legiſ iuſtitiaſ carniſ: ut ſupra dictum eſt ca. nono. & ſicut dictum eſt de ſacramentiſ ueteriſ legiſ: ita intelligendum eſt de oblationibuſ & ſacrificiiſ illiuſ temporiſ. propter quod dicunt ſancti q̄ ſacrificia ueteriſ teſtamenti erant accepta deo ex fide & deuotione offeren/ tium tantummodo: & non ex re ipſa deo accepta. Ad primum dicendum q̄ illa ſanc/ tificatio nō erat niſi quedam exterior applicatio ad diuinū cultū que nō conferebat gratiam: licet fideſ ipſorum applicatorum conferret. Ad ſecundum dicendum q̄ in circumciſione conferebatur gratia non per ipſam circumciſionem ſed per fidem cuiuſ erat ſignum: ſecundum q̄ dicit Apoſtoluſ Romaniſ quarto ca. q̄ Abraham accepit ſignum circumciſioniſ ſignaculum iuſticie fidei. ſacramenta autem noue legiſ conferūt gratiam ex re operata. Ad tertium dicendum q̄ oblationeſ & ſacrificia ueteriſ legiſ non auferebant peccata ſed fideſ & deuotio offerentium. & hoc patet in lege ueteri ex modo loquendi. in oblatione enim boſtiarum pro peccato tam mentione facta de ſacrificio dicitur: & orabit ſacerdoſ pro eo: & dimittetur ei: quaſi dicat q̄ peccatum dimittebatur non ꝓpter ip̄m ſacrificiū: ſed propter fidem ipſorum offerentium.

Eſt autem fideſ etc. Superiuſ Apoſtoluſ ammonuit .XI.
fideleſ ſubici Chriſto: & oſtendit q̄ taliſ ſubiectio eſt per fidem: ideo incipit commendare ipſam fidem: ut ea que ſunt fidei libentiuſ amplectamur. Et diuiditur in treſ parteſ. quia primo deſcribit ipſam fidem. Secundo ponit diuerſa exempla circa ipſam ibi: in hac enim teſtimonium. Tertio ad ea que ſunt fidei hortatur plebem ca/ tholicam in principio. xii. capi. ideoq; etc. In prima parte ponit diffinitionem fidei: dicenſ: fideſ eſt ſubſtantia etc. Ad cuiuſ intellectum ſciendum q̄ habituſ cognoſcunt̄ per actuſ & per obiecta. fideſ autem eſt habituſ quidam infuſuſ: & ideo debet definiri per proprium actum in compoſitione ad proprium obiectum. actuſ autem fidei eſt credere qui eſt actuſ intellectuſ aſſentientiſ uoluntatiſ imperio: quia nulluſ credit niſi uolenſ: ſecundum q̄ Auguſtinuſ dicit ſuper Ioban. & ideo actuſ fidei qui eſt credere: non ſolum habet ordinationem ad obiectum intellectuſ: quod eſt uerum: ſed etiam ad obiectum uoluntatiſ: qđ eſt finiſ ſeu bonū. habitudo igit̄ actuſ fidei ad obiectū uoluntatiſ deſignatur in definitione Apoſtoli: cum dicitur: fideſ eſt ſubſtantia ſperā/ darum rerum. reſ enim ſperande continentur in ipſa beatitudine cum ſit ſtatuſ omniū bonorum aggregatione perfectuſ: ut dicit Boetiuſ tertio de Conſolatione. dicitur autem fideſ ſubſtantia rerum ſperandarum inquantum eſt quedam inchoatio future beatitudiniſ: quia fideſ eſt uirtuſ infuſa ſicut & in aliiſ rebuſ. prima parſ rei dicitur quodammodo ſubſtantia eiuſ. & maxime quando uirtualiter alio modo continet alia ſicut eſt in propoſito. In hoc autem ſperamuſ beatificari: quia uidebimuſ clare illud cui per fidem nunc inheremuſ in enigmate. habitudo autem actuſ fidei ad obiectum intellectuſ deſignatur: cum dicitur: argumentum non apparentium: quia obiectum fidei eſt ueritaſ non uiſa: cui firmiter adheret fideſ non ex rei euidentia ſed ex auto/ ritate diuina. & ſic patet definitio predicta: quia data eſt per habitudinem actuſ fidei ad obiectum intellectuſ & uoluntatiſ. Et ſi quiſ uellet predicta in formā definitiōiſ

reducere: potest sic dicere: fides est habitus mentis quo inchoatur uita eterna in nobis faciens intellectū assentire non apparentibus. Considerandum etiam q̄ per uerba Apostoli predicta distinguitur fides ab omnibus aliis que pertinent ad intellectum. per hoc enim quod dicitur argumentum id est firma adhesio: distinguitur fides ab opinione. suspitione. & dubitatione. in quibus non est firma adhesio intellectus. per hoc autem quod dicitur: non apparentium: distinguitur fides a scientia & intellectu per que fit quid apparens. per hoc autem quod dicitur: substantia sperandarum rerū distinguitur uirtus fidei a fide communiter sumpta que non ordinatur ad beatitudi/nem speratam. & per hoc etiam apparet predicta definitio fidei bona: quia facit de/finitum differre ab oīb⁹ aliis. In hac enim. Posita fidei definitione: hic consequēter ponit Apostolus exempla de fide. & primo facit hoc in generali. Secundo in speciali ibi: fide intelligimus. In prima ergo parte dicit: q̄ patres ueteris testamenti habue/runt testimonium bonitatis a deo propter meritum sue fidei. unde Gen. xvi. dicitur de Abraham: credidit Abraham deo & reputatum est ei ad iusticiam. & hoc est quod dicit Apostolus. In hac enim id est fide testimonium consecuti sunt senes id est antiq patres. Fide intelligimus. Hic consequenter ponit exempla patrum fidelium in spe/ciali. & diuiditur in tres: quia primo ponit exempla de iis que docuerunt: & credide/runt. Secundo de iis que ex fide fecerunt ibi: fide Abel. Tertio de iis que propter fidem passi sunt ibi: alii distenti sunt. Circa primum considerandum q̄ doctrina ue/teris testamenti duplex fuit. una manifesta scilicet de unitate dei & creatione mundi. Alia occulta sub uelamine figurarum scilicet de incarnatione uerbi: & quia scribebat omnibus Hebreis ad fidem conuersis: ideo primo tanq̄ omnibus cōmune tangit dicens. fide intelligimus aptata esse secula uerbo dei. quasi diceret: sicut antiqui crediderunt omnia esse producta & disposita per uerbum dei: ut habetur Gen. primo. dixit deus fiat: & factum est: ita & nos credimus. productio enim creaturarum & ordinatio eo modo quo de hoc loquitur scriptura: utpote q̄ tali tempore & non ante fuit ꝓducta est articulus fidei: quia non potest demonstrari. licet ꝓductio mundi absolute sumpta possit probari: ut ex inuisibilibus uisibilia fierent. communis conceptio Philosophorū fuit: ex nihilo nihil fieri. & ideo Anaxagoras posuit latitationem formarum in ma/teria. Auicenna autem effluctionem formarum a datrice intelligentia. Plato autem posuit formas secundum esse separatas a materia. Sancti autem ponunt ideas in mēte diuina que sunt inuisibiles forme & tamen procedunt ab ipsis omnia uisibilia sicut ar/tificiata uisibilia ab exemplari inuisibili quod est in mente artificum. Boetius tertio de Consolatione.

Tu cuncta superno
Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens similiq; imagine formans.

Hoc est quod dicit Apostolus: ut ex inuisibilibus etc. Fide plurimam. Hic conse/quenter ostendit quid patres ex fide fecerunt. & diuiditur in tres partes. quia primo hoc ostendit de patribus qui fuerunt ante diluuium. Secundo de illis qui fuerunt post diluium: tamē ante legem datam. ibi: fide qui uocatur Abrahām. Tertio de iis qui fuerunt sub lege data. ibi: fide Moyses. Ante diluuium tres patres specialiter com/mendantur de fide scilicet Abel. Enoch. & Noe. & secundum hoc prima diuiditur in tres partes secundum exempla que ponuntur de istis tribus. Secunda incipit. ibi: fide Enoch. Tertia ibi: fide Noe. Circa primum considerandum q̄ ex magnitudine fidei

Abel proceſſit: ꝙ de melioribuſ primitiſ deo obtulit: ut habetur Gen. quarto. & hoc eſt quod dicitur hic: fidem plurimam id eſt meliorem hoſtiam Abel q̃ Caym obtulit deo per quam conſecutuſ eſt eſſe iuſtuſ: quia fideſ per dilectionem operanſ iuſtificat teſtimonium perhibente muneribuſ eiuſ deo: quia ignis deſcendit de celo ſuper hoſtiã eiuſ in ſignum acceptationiſ diuine: unde & Gen. quarto. reſpexit dominuſ ad Abel & ad munera eiuſ. tranſlatio Theodori ſic habet: inflammauit deuſ ſuper Abel & ſup munera eiuſ. & per illam defuctuſ adhuc loquitur inquantum factum ſuum monet noſ ad fidem & deuotionem. poteſt etiam hoc referri ad illud quod dicitur Gen. iii. Ecce uox ſanguiniſ tui fratriſ Abel clamat ad me de terra id eſt oſtendit innocentiſ fi/deliſ mortem dignam eſſe uindicta. Fideſ Enoch. Hic ponit exẽplum de fide Enoch & diuiditur in duaſ parteſ: quia primo proponit intentũ. & ſecundo probat ibi: ante tranſlationem. dicit ergo ꝙ fideſ Enoch patet per hoc ꝙ a peccatoribuſ fuit ſegre/gatuſ: & in paradiſum tranſlatuſ: & hoc eſt quod dicitur: fide id eſt propter meritum fidei Enoch tranſlatuſ eſt ut uideret mortem aliorum ſcilicet in diluuio. & etiam ſuã: quia non eſt mortuuſ. morietur tamen in fine mundi: quia omneſ ſunt debitoreſ mortiſ ex tranſgreſſione primi parentiſ. & non inueniebatur inter hominеſ peccato/reſ. quia tranſtulit illum dominuſ ad paradiſum terreſtrem ubi conſeruat uitam eiuſ uſq; in finem mundi. Ratio autem huiuſ eſt: quia uetuſ teſtamentum ordinatur ad promiſſionem noui teſtamenti. in nouo autem teſtamento expreſſe promittitur uita eterna. & ideo ut in ueteri teſtamento daretur ſpeſ uite eterne morſ Enoch dilata eſt tempore legiſ nature & morſ Helie tempore legiſ date: ut habetur quarto Reg. ii. totum autem uetuſ teſtamentum diſcurrit per iſta duo tempora. Ante tranſlationem. Hic conſequenter probat ꝙ Enoch tranſlatuſ fuerit propter meritum fidei. & facit talem rationem: nulluſ poteſt placere deo ſine fide: ſed ante tranſlationem Enoch placuit deo: ut habetur Gen. quinto. Enoch cum deo ambulauit: ergo habuit fidem per quam tranſlatuſ eſt: propter hoc ibidem ſubditur Gen. quinto. tulit eum deuſ: & hoc eſt quod dicitur hic: ante tranſlationem etc. & patet littera ex dictiſ. Credere enim. Hic conſequenter probat ꝙ nulluſ placet deo niſi per fidem: quia ad hoc ꝙ aliquiſ placeat deo oportet ꝙ accedat ad ipſum. iſte autem acceſſuſ eſt per fidem: ergo etc. Vlteriuſ conſiderandum ꝙ in oĩ motu uel acceſſu: rationabile mobile duo intendit: ſcilicet terminum motuſ: & cauſam quare mouetur. in acceſſu autem ad deum qui eſt per fidem: terminuſ eſt ipſe deuſ: & quantum ad hoc dicit: credere autem oportet accedentem ad deum: quia eſt deuſ ſcilicet deuſ eternuſ: propter hoc dicitur Exodi tertio. qui eſt miſit me ad uoſ. Cauſa autem quare homo per fidem mouetur in deum: eſt ſpeſ remunerationiſ eterne. & quantum ad hoc dicit: & inquirentibuſ ſe munerator ſit. iſta enim duo credere ſcilicet dei unitatatem: & eiuſ remunerationem eternam fuit neceſſarium ad ſalutem ſemper apud omneſ: nec pluſ requirebatur ad ſalutem gentilium qui nullam legem receperant a deo niſi legem nature. Sed contra hoc uidetur eſſe dictum Auguſtini libro de correctione & gratia: ubi dicitur hic: illa fideſ ſana eſt qua credimuſ nullum hominem ſiue maioriſ ſiue parue etatiſ liberari a contagio mortiſ & obligatione peccati niſi per mediatorem dei & hominum dominum Ieſum Chriſtum: ergo credere myſterium incarnationiſ fuit ſemper neceſſarium ad ſalutem oĩbuſ etiam gentilibuſ. Dicendum ꝙ myſterium incarnationiſ poteſt credi dupliciter. uno modo explicite: & ut tenebantur credere illi quibuſ facta eſt de hoc reuelatio: ſicut Iudei in ueteri lege. tamen ſacerdoteſ ſcripturam ſcienteſ tenebantur

magis agnoscere & credere q̃ alii. & adhuc in noua lege magis tenenẽ ad hoc Xp̃iani in qua porfecte explicatum est mysterium Christi. Alio modo potest credi mysteriũ incarnationis implicite: & ad hoc solum tenebantur gentiles: quia non erant obligati ad legem Moysi. talis autem fides implicita de mysterio incarnationis continetur in duobus predictis: quia qui credit unum deum remuneratorem inquirentium ipsum credit ipsum habere prouidentiam de salute hominum licet modum huius prouidentie explicite non cognoscit. modus autem per quem deus prouidit saluti hominum est per incarnationis mysterium : ex quo patet q̃ fides incarnationis implicite continetur in predicta credulitate gentilium. Videtur etiam alicui q̃ deum esse non sit creditum : quia a Philosophis est demonstratum. Dicendum q̃ multitudo hominum non capit tales demonstrationes: sed pauci. & ideo licet non sit credibile simpliciter: quia non est credibile omnibus: est tamen credibile pluribus. Apostolus autem loquitur de fide inquantum respicit communitatem hominum. Fide Noe. Hic ponitur exemplum de fide ipsius Noe de quo dicit q̃ ex fide quinq; fecit. Primum est q̃ futuris contingen/tibus credidit: cum enim oraret pro populo: habuit responsum per reuelationẽ a deo q̃ mundus periret per diluuium in futuro: & quantum ad hoc dicitur. Fide Noe re/sponso accepto de iis que adhuc non uidebantur. Secundum est q̃ credens adimpleri dictum dei timuit: & hoc est quod subditur: metuens. Tertium est: quia ad mandatũ dei implendum fecit arcam : & hoc est quod dicitur: aptauit arcam id est aptam fecit ad habitationem hominum animalium & auium : secundum preceptum diuinum : ut habetur Gen. sexto. Quartum est: quia pereuntibus alii saluari cum domo sua spe/rauit: & hoc est quod dicitur: in salutem sue domus. Quintum tangitur cum subditur: per quam damnauit mundum id est mundanos damnabiles ostendit per salutem suam inquantum solus cum suis saluatus est. & consequenter ostendit quid consecutus est ex iis que per fidem fecit: cum dicitur: & iusticie que per fidem est instituta: quia in dilu/uio totus mundus reliquus perit ideo iusticia cum ipso & filius eius tantummodo re/mansit. Fide qui uocatur. Hic consequenter ostendit exempla de fide in patribus qui fuerunt post diluuium: tamen ante legem datam. & diuiditur in quattuor partes: quia primo ponit exemplum de Abraham. Secundo de Isaac. ibi : fide & de futuris. Tertio de Iacob ibi: fide Iacob. Quarto de Ioseph ibi: fide Ioseph. Isti autem quat/tuor specialiter fuerunt patres Iudeorum. tres autem precedentes fuerunt patres tam iudeorum q̃ gentilium. prima diuiditur in duas: quia primo ostenditur fides Abrahe quantum ad humanam conuersationem. Secundo quantum ad diuinam obedientiam. ibi: fide obtulit . prima adhuc in tres: quia primo ostenditur quid Abraham ex fide fecerit: quantum ad inhabitationem. Secundo quantum ad generationem. ibi: fide & ipsam Sara. Tertio quantum ad conuersationem suam. ibi : iuxta fidem defuncti. Circa primum considerandum q̃ magnitudo fidei Abrahe ex hoc patet q̃ statim ad uerbum domini iuit ad terram alienam sibi a deo promissam : ut habetur Gen. duo/decimo. & per totam uitam suam habitauit in illa ut peregrinus & aduena : quia ut dicitur Actuum septimo. deus non dedit ei in ea hereditatem nec passum pedis & tamẽ semper credidit diuinam promissionem implendam. & hoc est quod dicitur hic : fide qui uocatur Abraham obediuit ipsi deo: in locum exire quem accepturus erat in he/reditatem. & exiit nesciens quo iret: quia illam terrã alias non uiderat. fide demoratus est in terra repromissionis tanq̃ in aliena. & q̃ in illa manserit aduena: patet quia nõ mansit ibi in domo firma ; sed in casulis & tabernaculis que sunt mansiones mobiles.

& hoc eſt quod dicitur : in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob coheredibus repro/
miſſionis eiuſdem: quia ipſis promiſſa eſt terra illa ſicut & ipſi Abrahe: ut patet Gen.
xxxv. & .xxxvi. ꝙ autem Abraham habitauerit cū Iſaac patet: quia ipſum genuit
& nutriuit. ꝙ autem habitauerit cum Iacob nepote ſuo probatur ſic: quia Abraham
uixit .c.lxxv. ut habetur Gen .xxxv. & centeſimo anno uite ſue genuit Iſaac: ut
habetur Gen. xxi. Iſaac autem fuit ſexagenarius quando natus fuit Iacob: ut ha/
betur Gen. xxv. & ſic patet ꝙ Abraham uixit cum Iacob .xv. annis. Vlterius
reddit cauſam quare ſic habitauerunt ut aduene: quia nihil reputabant aliquid quod
eſt ſuper terram : ſed expectabant manſionem celeſtem . & hoc eſt quod dicitur :
expectabat enim ipſe Abraham cum heredibus ſuis ciuitatem. manſio enim celeſtis
proprie dicitur ciuitas: id eſt ciuium unitas propter plenitudinem pacis habentem
fundamenta : hoc dicitur propter eius immutabilitatem : ſecundum ꝙ habetur Iſaie
xxiii. oculi tui uidebunt ciuitatem Hieruſalem opulentam. tabernaculum quod ne/
quaq̄ ultra transferri poterit .cuius artifex & conditor eſt deus. unde & ab ipſo nomē
accepit: ſecundum ꝙ ſcribitur Ezechielis ultimo. nomen ciuitatis dominus ibidem.
ſicut Roma a Romulo nominatur. Fide & ipſa Sara. Hic conſequenter oſtenditur
fides Abrahe quantum ad generationem .fuit enim generatio de Sara difficilis: ꝓpter
duo: primo enim quia erat ſterilis: ut habetur Gen .xi. Secundo quia erat extra tem/
pus concipiendi: deſierant enim Sare fieri muliebria: ut habetur Gen .xviii. & tamen
Abraham in prima promiſſione firmiter credidit ex ea filium habere. ex quo appa/
ret magnitudo fidei ſue ſcilicet Abrahe: & ipſa Sara ſterilis a iuuentute. uirtutem in
conceptione ſeminis accepit a deo miraculoſe. etiam preter tempus etatis. & ideo fuit
ibi duplex miraculum .quoniam fidelem credidit ipſe Abraham eum qui repromiſerat.
ꝙ aūt iſtud ſit factum propter fidem Abrahe & non propter fidem Sare probatur
ſic : quia Sara audiens nuncium de ſuo conceptu non credidit : ſed magis friuolum
reputauit. & ideo ſicut de re friuola riſum emiſit : propter quod angelus eam repre/
hendit: ut patet Gen .xviii. ꝙ autem Abraham audito conceptu Sare riſit: non fuit
ex diffidentia: ſed gaudio procedente ex diuina promiſſione. & ideo non fuit repre/
henſus ſicut Sara. & ideo ſequitur: propter quod ab uno id eſt ab Abraham : & hoc
emortuo: quia iam erat uetulus & ad generandum fere ineptus. dico autem fere: quia
poſtea genuit filios de Cethura: ut habetur Gen .xxv. quia aliquando contingit ꝙ
ille qui propter ſenectutem factus eſt quaſi ineptus ad generandum: generat tamen
propter bonam mulieris aptitudinem ad concipiendum. orti ſunt tanq̄ ſidera celi in
multitudine : & ſicut arena que eſt ad oram maris innumerabilis. de Abraham enim
orti ſunt multi boni & mali: & propter hoc comperantur multitudini ſtellarum quā/
tum ad bonos: & multitudini arene quantū ad malos. Iuxta fidem. Hic conſequēter
oſtendit quid Abraham cum Iſaac & Iacob per fidem fecerit: quia iſti ita laudabiliter
conuerſati ſunt: ꝙ uſq; ad mortem in uera fide permanſerunt. & hoc eſt quod dicit̄:
iuxta fidem quaſi habentes fidem ſociam .defuncti ſunt omnes iſti non adepti repro/
miſſionibus .ex quo patet firmitas fidei ipſorum. Sed contra hoc uidetur eſſe illud qđ
ſcribitur Eze .xxxiii. unus erat Abraham & ipſe hereditate poſſedit terram. dicendū
ꝙ ſic debet intelligi poſſedit id eſt poſſidendi primus promiſſionem accepit: non tamē
actu poſſedit : quia non habuit in ea paſſum pedis .ut dicitur Actuum. vii. propter
hoc ſequitur: ſed a longe eas reſpicientes & ſalutantes & confitentes quia peregrini &
hoſpites ſunt ſuper terram: loquitur ad ſimilitudinem nautarū qui exiſtentes in mari

a longe uidentes portum gaudent: & salutant: sicut patres ueteris testamenti uidentes a longe impletionem mysterii Xpi gaudebant: propter qđ dicitur Io. viii. Abrabam pater uester exultauit ut uideret diem meum etc. & quia longe erant a tempore Xpi ideo confitebantur se esse aduene & peregrini. propter hoc Abraham dixit Genesis xxxiii. aduena & peregrinus sum apud uos etc. & Iacob dixit Gen. xlvii. dies peregrinationis mee etc. & propter hoc ostendebant celestem gloriam tanq̃ patriam suã propriam inquirere: & hoc est quod dicitur: qui enim hoc dicũt significant se patriam inquirere. sed quia posset aliquis dicere: ꝙ propter hoc confitebantur se peregrinos: quia exierunt de Chaldea uel Mesopotania quas terras reputabant patriam suam: ideo hoc excludit Apostulus dicens. & siquidem ipsius meminissent: de qua exierant: habebant utiq; tempus reuertendi: quia non tantum distabant a Mesopotania uel Chaldea unde exierant: quin defacili possent illuc reuerti. & ideo non solum loquebantur de illa patria: quia ex precepto domini exierant: propter quod Abraham dixit seruo suo Gen. xxiiii. Caue nequando reducas filium meum illuc. & licet Iacob Mesopotaniam uerit: hoc non fuit ad manendum sed ad tempus propter odium fratris sedandum & ad querendum uxorem: & ideo concludit Apostolus ꝙ nõ loquebaẽ de patria terrestri sed celesti dicens. nunc autem meliorem appetunt id est celestem. & quia in terra adhuc positi reputabant se de patria celesti moribus & actu fidei: ideo deus uoluit nominari deus ipoς ex amore & federe speciali. & hoc est qđ subdit: ideo non confunditur deus uocari deus eorum. hoc habetur Exo. tertio. ubi dominus loquens Moysi dixit: ego sum deus Abraham. deus Isaac. deus Iacob. sicut enim nominatur Rex a ciuitate sua principali quamuis regnum se extendat ad alia: sicut in scriptura dicitur Rex Hierusalem: Rex Babylonis: & huiusmodi: sic deus ab istis uoluit denominari: quia uerbis & factis ostendebant se esse de ciuitate celesti: ut dictũ est. ideo sequitur: parauit enim illis ciuitatem scilicet celestem. Fide obtulit. Hic consequenter ostendit quid Abraham ex fide fecerit quantum ad obedientiam diuinã. dominus enim promiserat ei multiplicationem seminis per Isaac. Gen. xxi. & tamen ad preceptum domini uoluit eum immolare. ex quo patet magnitudo fidei Abrahe: quia firmiter credebat promissionem dei implendam de multiplicatiõe sui seminis per Isaac. & ipso immolato non restabat aliud modus nisi per resuscitationem eius. ex quo patet ꝙ Abraham credidit resurrectionem mortuorum in qua consistit unus de maioribus articulis fidei: & exquo patet ꝙ Abraham credidit resurrectionem mortuorũ generalem futuram in fine mundi: sed cum hoc specialem resurrectionem filii sui adimpletionem diuiniq; promissionis. & hoc est quod dicitur: fide obtulit Abraham Isaac id est offerre uoluit: sed diuinitus impeditus fuit. cum temptaretur. temptat enim diabolus deus & homo: sed diuersimode: quia diabolus temptat ut decipiat. homo ut cognoscat. deus ut cognoscere faciat. & sic temptauit Abraham ut fides eius & obedientia notificarentur nobis ad exemplum imitationis. & unigenitum hoc uidet̃ falsum: quia iam habebat alium filium. sed soluitur per litteram sequentem: qui susceperat promissiones etc. quia promissum fuerat Abrahe ꝙ semen eius uocaretur per Isaac tantum. & ideo erat unigenitus quantum ad istam conditionem. uel aliter dicitur unigenitus ratione matris: que non habuit alium filium. arbitrans id est iudicans & fuit credens: quia & a mortuis suscitare potens est dominus. & ideo oblatio Isaac fuit figura mortis & oblationis Christi. sicut enim aries herens inter spinas cornibus immolatus est Isaac liberato. sic humanitas Christi adherens cruci occisa est diuinitati impassibili

existente. & hoc est quod dicitur: unde eum & in parabolam accepit id est Abrabam oblationem filii sui figuram passionis Christi intellexit. Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob & Esau: ut habetur Gen. xxvii. ubi dicitur q̄ in benedictione sua preposuit Iacob ipsi Esau dicens dominum tuum illum constitui & Isaac uidit in spiritu hanc benedictionem habere efficaciam in futuro: quia non habuit effectum in personis duorum fratrum: quia Esau nunq̄ seruiuit Iacob sed habuit effectum in duobus populis exeuntibus ab ipsis: quia idumei seruierunt filius Israel tempore Dauid: ut habetur secundo Reg. viii. Fide Iacob. Hic ponit exemplum de fide ipsius Iacob qui benedicendo filios Ioseph preposuit Effraim qui erat minor ipsi Manasse Gen. xlviii. quia per reuelationem habuit dignitatem regiam ad Effraim transire. & hoc fuit impletum in Ieroboam: ut habetur tertio Reg. xii. & huius impletionis Iacob habuit firmam fidem. & hoc est quod dicitur: fide Iacob moriens per singulos filios Ioseph benedixit. habuit autem Iacob fidem de sepultura & resurrectione Christi fienda in terra promissionis: propter quod adiurauit Ioseph: ut faceret illuc corpus suum deferri. post autem iuramentum gratias agens adorauit deum cōuersus ad caput lecti: secundum translationem Hieronymi: ut patet Gen. xlvii. translatio. lxx. habet: sicut hic allegatur. & adorauit uestigium uirge eius: & utrunq; est uerum: quia adorauit uersus caput lecti qđ erat uersus occidentem: ad quam partem adorant Iudei. & quia erat senex habebat baculum super cuius summitatem innitebatur adorando eum. unde non est intelligendum q̄ adorauerit summitatem uirge uel baculi sed adorauit deum innixus super baculum. Aliter exponitur de baculo Ioseph: quia portabat sceptrum in signum potestatis sibi date super Egyptum. & hoc sceptrū accepit Iacob quando Ioseph cepit iurare & postq̄ iurauerit: anteq̄ redderet sceptrū ipsi Ioseph adorauit deum innixus summitati illius sceptri. Aliter potest exponi magis prope litteram: quia adorauit sceptrum Ioseph non in se & absolute: sed inquantū erat signum & figura potestatis Christi: sicut & nos adoramus crucem inquantum est signum crucifixi. Fide Ioseph. Hic ponit exemplum de fide Ioseph: quia moriens ex fide fecit memoriam de exitu filiorum Israel de Egypto: ut habetur Gen. ultimo. & hoc est quod dicitur: fide Ioseph moriens de perfectione filiorum Israel memoratus est. habuit etiam fidem de sepultura & resurrectione Christi in terra promissionis complenda: & ideo mandauit portari ibi ossa sua ut esset particeps illius resurrectionis: quia Christo resurgente multi sancti patres resurrexerunt: ut habetur Mat. xxvii. & hoc est quod dicitur: de ossibus eius mandauit. Sed queritur quare non precepit statim post mortē eius illuc portari. Dicendum q̄ ad hoc duplex ratio assignatur. una est: quia fratres sui non habebant tantam potestatem sicut ipse: & ideo non poterant facere de ipso sicut ipse fecerat de patre suo. Secunda quia per reuelationem sciebat filios Israel multa passuros in terra Egypti. & ideo ad consolationem eorum uoluit ibi ad tempus sepiliri uel potius reponi: ut ibidem dicitur. quia per hoc habebant spem exeundi ex prophetia Ioseph. unde & Moyses educens filios Israel de Egypto tulit secum ossa Ioseph: ut habetur Exo. xiii. Fide Moyses. Hic consequenter ponit exempla patrum qui fuerunt tempore legis que sub Moyse data est: ut dicitur Iohannis p̄mo. lex per Moysen etc. hoc autem tempus distinguitur in tria. Primum tempus fuit ante exitum de Egypto. Secundum in exitu. Tertium post exitum. Primo ergo ponit exempla de hoc quod factum est ante exitum. Secundo de hoc quod factum est in exitu. Tertio de hoc quod factum est post exitum in terra

promissionis ibi : & quid adhuc dicam ? Prima in duas: quia primo ostenditur quid factum sit ex fide in natiuitate Moysi. Secundo quid ipe fecit ibi: fide Moyses grã/
dis. Circa primum sciendum q̃ filii Israel ex prophetia Ioseph firmiter credebant li/
berari de afflictione Egypti per aliquem de populo suo : cum dei adiutorio : & ideo
parentes Moysi uidentes ipsum elegantem puerum preter solitum modum iudicaue/
runt uirtutem dei esse in illo ad liberationem populi: & ex hac fide seruauerunt ipsum
contra Regis edictum exponentes se periculo personarum suarum. & hoc est quod
dicitur : fide Moyses natus occultatus est mensibus tribus a parentibus suis. ex fide
enim parentum factum est hoc non ex fide Moysi qui adhuc non habebat iudicium
rationis. & causa subditur : eo q̃ uidissent elegantem infantem id est aptum ad libe/
randum populum deo hoc eis inspirante. & non timuerunt Regis edictum qui prece/
perat omnes masculos proici in flumine : ut habetur Exo. primo. Sed hoc uidetur
falsum: quia dicitur Exo. secundo. q̃ parentes timore Regis exposuerũt eum morti.
Didendum q̃ non fecerunt hoc ad ipsum interficiendum sicut preceperat Rex : sed
quia non poterant ipsum amplius celare: timebant probabiliter ne auferetur ab eis: &
ideo in tali casu pro meliori iudicauerunt ipsum exponere diuine custodie in fistella
bituminata credentes ex eadem fide q̃ deus seruaret eum ubi deficeret humana pro/
uidentia que in talibus non deficit. Fide Moyses. Hic consequenter ostenditur quid
ex fide Moyses fecerit: quia adoptatus a filia Pharaonis: ut habetur Exo. secundo.
& adultus factus uisitauit filios Israel & uidens uirum Egyptium percutientem unum
de filius Israel interfecit eum. & sic per hoc factum negauit se esse filium filie Phara/
onis. & hoc processit ex magnitudine fidei eius: quia de filius Israel credebat Christũ
nasciturum. & hoc est quod dicitur: fide id est per fidem Moyses grandis effectus id ẽ
adultus negauit se esse filium filie Pharaonis interficiendo Egyptium. & subiungit
duo difficilia ad sustinendum. & que preelegit sustinere ex fide. primum est: quia ma/
gis uoluit affligi temporaliter cum dei cultoribus: q̃ iocundari cum idolatris. & hoc est
quod dicitur: magis eligens affligi cum populo dei q̃ temporalis peccati habere iocun/
ditatem id est prosperitatem Egyptiorum. Secundum est: quia preelegit paupertatẽ
magis sustinere q̃ diuitias Egyptiorum sustinere cum peccato. & hoc est quod dicit̃:
maiores diuitias estimans in properium Christi id est paupertatem uel uituperium p̃
fide Christi uenturi sustinere. thesauro Egyptiorum id est q̃ thesaurum huius mundi
possidere. & reddit causam quare Moyses tam dura patienter sustinuit dicens. aspicie/
bat enim oculis cordis. in remunerationẽ future beatitudinis sicut amara potio libẽter
sumitur: non propter se: sed habendo oculum ad sanitatem fucuram. Fide reliquit.
Hic consequenter ostenditur quid factum est ex fide in exitu de Egypto. & diuidit̃
in duas partes: quia primo ostenditur quid ex fide factum sit in preparatione exitus.
Secundo quid in modo exeundi ibi: fide celebrauit. Tertio quid factum est in exitu
de Egypto ingrediendo terram promissionis ibi : fide muri Hierico. Circa primum
aduertendum q̃ Moyses bis exiuit Egyptum. Primo exiuit occiso Egyptio : & de
isto exitu non loquitur hic: quia ex timore Regis tunc exiuit : ut habetur Exo. se/
cundo. Secundo exiuit de Egypto ducendo secum omnes filios Israel. & de isto exi/
tu loquitur hic : quia tunc non timuit Regem eos persequentem: ut habetur Exodi
xiiii. quia tunc dixit filius Israel nolite timere etc. & hoc est quod dicitur: fide reliquit
Egyptum non ueritus animositatem Regis. & reddit causam quare nõ timuit dicens.
inuisibilem enim sustinuit id est deum qui inuisibilis est: fiducialiter expectauit. tanq̃

uidenſ in ſpiritu auxilium eiuſ mirabiliter affuturum : propter quod dicit populo : ſtate & uidete magnalia dei: que facturuſ eſt hodie Exo.xiii. & hoc totum ꝓceſſit ex fide que eſt de non uiſis. Fide celebrauit. Hic oſtendit quid factum eſt ex fide in modo exeundi. & diuiditur in duaſ parteſ: quia primo oſtenditur quid factum ſit in diſpoſitione exeundi. Secundo quid in actu tranſeundi ibi: fide mare. Circa primum conſiderandum ẽ ꝙ diſpoſitio filiorũ Iſrael in exeũdo de Egypto fuit agni paſchaliſ immolatio cuiuſ ſanguine lita ſunt ſuper liminaria & poſteſ domorum filiorum Iſrael ne interficerentur ab angelo qui percutiebat primogenita Egyptiorum: ut habetur Exo.xii. & hoc eſt quod dicitur : fide celebrauit Paſcha: id eſt immolationem agni Paſchaliſ que fuit figura immolationiſ Chriſti in cruce : ſecundum ꝙ dicitur primo Cor.quinto. Paſcha noſtrum immolatuſ eſt Chriſtuſ per cuiuſ mortem & ſanguiniſ effuſionem ſumuſ liberati a poteſtate diaboli: ſicut filii Iſrael per immolationem agni Paſchaliſ & effuſionem ſanguiniſ eiuſ in poſtibuſ & ſuper liminaribuſ domorum fue/runt liberati ab angelo percutiẽte primogenita Egyptiorum: & hoc eſt quod dicit̃: ne qui uaſtaret primitiua: tangeret eoſ. Fide mare. Hic tangitur moduſ exeundi. ubi ex fide contigerunt duo miracula. unum fuit quia mare ſicco pede tranſierunt. & hoc eſt quod dicitur: fide mare Rubrum tranſierunt tanq̃ per aridam terram. Scd̃m fuit ꝙ aqua fuit eiſ pro muro a dextriſ & a ſiniſtriſ: ut habetur Exodi.xiiii. etiam patet per hoc ꝙ Egyptii eoſ ſequenteſ ſubmerſi ſunt: & hoc eſt qd̃ dicit̃: qd̃ expti Egyptii deuorati ſunt. talia autem contingunt ex fide: quia operatio miraculorum aſcribitur fidei : ſecundum ꝙ habetur Mat.xvii. ſi habueritiſ fidem ſicut granum ſinapiſ: dicetiſ monti huic tranſi hinc & tranſibit: & nihil impoſſibile erit uobiſ. Fide muri. Hic oſtendit quid factum ſit per fidem in exitu de Egypto ingrediendo terrã promiſſionis. & diuiditur in duaſ: quia primo oſtenditur quid factum ſit per fidem populi Iſrael. Secundo quid factum ſit per fidem Raab ibi: fide Raab. Circa primũ ſciendum ꝙ in ruina ciuitatiſ Hierico aliquid fuit ex parte populi : ſcilicet circuitus ciuitatiſ ſeptem diebuſ: ut habetur Ioſue ſexto. quia ex mandato dei hoc fecerunt Hebrei credenteſ firmiter promiſſum dei impleri de miraculoſa captione ciuitatiſ qd̃ fuit ex parte ipſius dei uidelicet ꝙ muri Hierico diuina uirtute ſubito corruerunt: & hoc eſt quod dicitur: fide muri Hierico corruerunt circuitu dierum ſeptem. per hoc factum ſignatum fuit ꝙ impedimenta mundi cadunt per continuam predicationem. cuiuſ continuitaſ per ſeptenarium figuratur. unde dicitur ſecundo ad Cor. decimo. arma militie ueſtre non ſunt carnalia ſed potentia deo ad deſtructionem munitionũ. Fide Raab. Hic oſtenditur quid factum ſit ex fide ipſius Raab que ex auditu mi/raculorum in tranſitu filiorum Iſrael per mare Rubrum & in aliiſ mirabilibuſ que eiſ acciderant credidit firmiter ciuitatem Hierico tradendam uirtute dei in manu populi Iſrael & ex eadem fide conſeruauit ex quo meruit liberari a morte cum ſua conſang/uineitate : ut habetur Ioſue ſexto. & hoc eſt quod dicitur : fide Raab meretrix ſic cognominata eſt. non periit cura incrediliſ id eſt cura aliiſ ciuibuſ Hierico qui cre/debant ciuitatem poſſe defendere cõtra deum Iſrael. excipienſ exploratoreſ cum pace quia eoſ ſaluauit: ut dictum eſt. de iſta Raab dicunt aliqui ꝙ ad litteram erat mere/trix & ideo exploratoreſ meliuſ poterant ingredi domum eiuſ ueſpere: quia taleſ mu/lieres indifferẽter oĩſ recipiũt: & ipſi in neceſſitate poſiti poterant licite ad eã ingredi non propter luxuriam exercendam: ſed ad uitam propriam conſeruandam. ipſa etiã minuſ poterat culpari in receptione eorum q̃ aliiſ de ciuitate cum ipſa indifferenter

omneſ reciperet. & ſaluſ exploratorum nō debebat procurari per mortem alteriuſ ideo intrauerunt domum iſtiuſ quamuiſ eſſet meretrix. ſed hoc non uidetur proba/bile: quia taleſ meretriceſ parum habent de fidelitate: & ideo nō uidetur probabile q̄ exploratoreſ filiorum Iſrael qui erant hominеſ ſapienteſ confiderent in tali mu/liere de conſeruatione uite proprie. ideo dicunt alii q̄ tunc non erat meretrix: ſed ante fuerat: propter quod tale cognomen ſibi remanſerat. ſed hoc non uidetur ue/rum: quia taleſ meretriceſ quamuiſ peniteant: reputantur tamen in communi plebe perſone uileſ. & ideo ſi fuiſſet meretrix non fuiſſet coniuncta in matrimonio Sal/moni: qui erat nobilior in toto populo Iſrael: cum eſſet Princepſ nobiliorif Tribuſ ſcilicet Tribuſ Iude: quia nobileſ Iudei abominabantur talibuſ mulieribuſ in ma/trimonio coniungi: & ideo meliuſ uidetur q̄ non erat meretrix: nec fuerat: ſed tantummodo tale cognomen habebat. multi enim cognominantur aliquo cogno/mine cuiuſ proprietatem nunquam habuerunt in re. ſicut aliquiſ pauper aliquando nominatur Rex. uel comeſ. uel aliquod huiuſmodi. Item aliter poteſt dici & me/liuſ ut credo. Ad cuiuſ intellectum ſciendum q̄ Ioſue ſecundo: ubi agit de Raab dictio Hebraica ſibi adiuncta ſonat ſic Quideſa: & ſignificat promptam proprie: & quia meretrix eſt in promptu ad offerendum corpuſ ſuum ideo hoc nomen trac/tum eſt ad ſignificandum meretricem: & ſimiliter quia mulier hoſpitalaria prompta eſt ad tranſeunteſ trahendoſ ad hoſpitium ſuum: tractum eſt idem nomē ad ſtan/dum pro hoſpitalaria. unde Ioſue ſecundo: ubi tranſlatio noſtra habet: ingreſſi ſūt domū mulieriſ meretriciſ: tranſlatio Chaldaica habet: domū mulieriſ hoſpitalarie: & taliſ fuit Raab: propter quod exploratoreſ declinauerunt ad domum ſuam ad hoſpitandum. Ad autoritatem uero Hieronymi: qui dicit ſuper Matthеum in ge/nealogia Saluatoriſ ſicut mulier reprehenſibiliſ. Solui diffuſius ſuper Matthеum. Poteſt etiam breuiter dici: q̄ hoc dicit Hieronimuſ non propter uicium meretri/cii: ſed quia fuerat alienigena: & de Idolatriſ nata. Sicut etiam dicitur de ipſa Ruth: que tamen fuit mulier magne uirtutiſ: & fame: ut dicitur Ruth tertio. Scit omniſ populuſ qui habitat intra urbiſ mee portaſ mulierem te uirtutiſ. Et quid adhuc dicam. Hic ponuntur exempla de fide poſt exitum de Egypto in ter/ra promiſſioniſ iam obtenta: dicenſ. Et quid adhuc dicam? quaſi diceret: multa poſſunt poni exempla de fide patrum ad que enarranda non ſufficeret tempuſ uite mee: & hoc eſt quod dicit: deficiet enim tempuſ me enarrantem: id eſt antequam poſſem enarrare. per ſingula de Gedeon: qui credenſ promiſſo dei cum tricentiſ hominibuſ confidenter pugnauit contra exercitum maximum ipſiuſ Madian: ut habetur Iudicum ſexto. Barach qui credenſ Prophete Delbore iuit cum populo inermi ad pugnandum contra Syſaram Iudicum quarto. Iepte qui ex fide iuit ad pugnandum contra filioſ Amon: Iudicum undecimo. unde ibidem dicitur factuſ eſt ergo ſuper Iepte ſpirituſ domini: q̄ autem poſtea filiam ſuam indiſcrete & cru/deliter occidit: ut dicit Auguſtinuſ: credendum eſt q̄ ipſe penituerit: quia ponitur hic in Catalogo ſanctorum. Hebrei tamen dicunt q̄ non occidit eam: ſed ſacrifi/cauit eam domino per obſeruantiam uirginitatiſ: ſecundum conſilium ſapientum il/liuſ temporiſ: ſicut pleniuſ dixi Iudicum undecimo: & eodem modo dicendum eſt de Gedeone qui fecit Epoth contra preceptum domini: ut habetur Iudicum octauo capitulo. q̄ penituit ante mortem: & ſic dicitur communiter: tamen aliter poteſt

dici probabiliter : ſcilicet ꝙ non fecit contra preceptum domini in illo epoth : ſicut pleniuſ dixi Iudicum octauo. Dauid qui ex fide adhuc iuuenis pugnauit inermis contra Goliath & Samuel qui propter fidelitatatem ſuam obtinuit Prophete ſpiritum : & unctionem Regis : & multa alia . & aliis Prophetis: ſcilicet Iſaia. Hieremia. & conſimilibuſ. qui per fidem uicerunt regna. in quo tangitur actuſ fortitudiniſ. operati ſunt iuſticiam. in quo tangitur actuſ iuſticie uirtutiſ. iſti enim ſũt actuſ precipui inter actuſ uirtutum moralium : quia conſeruant commune bonũ: ut habetur quinto Ethicorum. & quia uirtutes ſunt connexe: ideo per iſtos actuſ intelliguntur actuſ aliarum uirtutum. adepti ſunt repromiſſiones. Sed hoc uidetur contra id quod dictum eſt ſupra eodem capitulo: iuxta fidem defuncti ſunt nõ adeptiſ repromiſſionibuſ. Dicendum ꝙ triplex promiſſio facta eſt antiquis. Vna fuit promiſſio terre ſancte : & hanc non acceperunt Abrahã. Iſaac. & Iacob. in ſe. & hoc loquitur Apoſtoluſ ſupra cum dicit: non adeptiſ repromiſſionibuſ etcet. acceperunt tamen eam in ſucceſſoribuſ ſuis. Alia eſt promiſſio ſpiritalis qua promittitur ſanctis uita beata : & hanc nullus accepit realiter ante Chriſti aduentũ. Alia eſt promiſſio ſingularis qua promiſſum eſt cuilibet aliquod bonum particulare ſicut Dauid promiſſum fuit regnum Ezechie ſanitas: & ſic de aliis. & iſtas promiſſiones conſecuti ſunt : & de iſtis loquitur hic : obturauerunt ora leonum. hoc habet ueritatem de Daniele : ut patet Danielis ſexto. & de Dauid : ut patet primo Regum decimoſeptimo. & de Sampſone Iudicum quartodecimo. & in hoc oſtenditur uictoria ſanctorum in animalibuſ brutis. & extinxerunt impetum ignis. hoc patet in tribus pueris poſitis in camino ignis. Danielis tertio . & de Moyſe : & Aaron : Numeri undecimo : & ſextodecimo : & in hoc oſtenditur uictoria ſanctorum de rebuſ inanimatis. effugauerunt aciem gladii : id eſt aciem hoſtium habentium gladios acutos. hoc frequenter fecit Ioſue. Gedeon. Dauid. ut patet in libris Ioſue. Iudicum. & Regum . conualuerunt de infirmitate : hoc ſpecialiter patet de Ezechia : Iſaie triceſimooctauo : qui miraculoſe ex fide ſanatus eſt. & de pluribuſ aliis: hoc credendum eſt : quia loquitur in plurali . Fortes facti ſunt in bello caſtra uerterunt exterorum : id eſt alienigenarum : hoc patet de multis ſpecialiter de Ioſue . Dauid . & Machabeis. Acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Aliqui hoc male exponentes dixerunt ꝙ mulieres acceperunt uiros ſuos reſuſcitatos: dicentes: ꝙ matrimonium non ſoluitur per mortem : & ideo tenebantur illos reaccipere . Sed hoc eſt contra Apoſtolum Romanis ſeptimo : ubi loquitur de muliere coniugata : ſi mortuus fuerit uir eius: ſoluta eſt a lege uiri . Ideo ſciendum ꝙ aliqua ſunt ſacramenta que imprimunt characterem : & talia nõ reiterantur : ſicut reſuſcitatus non debet iterum baptizari : quia character perpetue manet in anima : que incorruptibilis eſt . Aliqua ſunt ſacramenta que non imprimunt characterem : & talia reiterantur: ut patet de penitentia: quia ſi interrumpatur per peccatum mortale : neceſſe eſt ipſum reiterare. matrimonium autem non imprimit characterem . & ideo ſi ſoluatur per mortem uiri : mulier non debet eum admittere ſi reſuſcitetur : niſi inter eos iterum matrimonium contrahatur. ideo ſic debet exponi : mulieres: id eſt matres: acceperunt de reſurrectione mortuos ſuos: id eſt filios ſuos reſuſcitatos per fidem : & orationem ſanctorum Prophetarum: ſicut patet de muliere Saraptena que ab Helia recepit filium ſuum reſuſcitatũ

tertio Regum decimoseptimo. & de muliere Sunamite que filium suum resuscitatū accepit ab Heliseo. Alii autem distenti. Ostenso quid sancti patres pro fide fecerunt : hic consequenter ostenditur quid pro fide sustinuerunt : & diuiditur in duas partes : quia primo ostenditur quid passi sunt pro fide. Secundo quare promissiones fuerunt eis dilate. ibi : & hi omnes. Prima adhuc in duas: quia primo tangūtur mala ab alius illata . Secundo mala uoluntarie assumpta . ibi : circuierunt in melotis. Dicit ergo q̄ ꝓpter fidem uiuus ueri dei. alii distenti sunt: id ē in tormētis extenti : sicuti patet primo Machabeorum : & secundo: de septem fratribus. & de pueris ad ubera matris suspensis. secundo Machabeorum sexto . non suscipientes redemptionem : id est liberationem a presenti pena: ut meliorem inuenirent resurrectionem in futura gloria. Alii ludibria experti : sicut patet de Sampsone Iudicum quintodecimo. & de Thobia Thobie scdo. & de Iob triceſimonono. & uerbera hoc patet de Michea Prophcta quem percussit Sedechias tertio Regum ultimo. & de Prepositis filiorum Israel : qui flagellati fuerunt ab exactoribus Pharaonis Exodi quinto. Insuper & uincula & carceres: ut patet da Hieremia uicesimonono & uicesimoseptimo. & de Mechea tertio Regum ultimo. Lapidati sunt. hoc patet de Naboth. tertio Regum uicesimoprimo. & de Zacharia filio Ioiade. secundo Paralypomenon uicesimoquarto. Secti sunt : hoc patet de Isaia qui ex precepto Regis Manasse secatus fuit cum cedro eo q̄ reprehendebat eius facinora : & de septem fratribus Machabeis qui secti sunt in manibus & in aliis corporis partibus ut patet secundo Machabeorum septimo. Temptati sunt ut ad idolatriam inclinarentur : sicut patet de Mathathia & filiis eius primo Machabeorum secundo : & de Eleazaro secundo Machabeorum sexto : & de septem fratribus ibidem septimo. In occisione gladii mortui sunt: quia multi nolentes consentire idolatrie gladio sunt percussi : ut patet secundo Machabeorum quinto & sexto. Circuierunt in melotis. Hic consequenter ostendit quid passi sint propter fidem in malis uoluntarie assumptis. & reducitur ad tria : scilicet ad exteriorem cultum : & quantum ad hoc dicit : circuierunt in melotis. Melota est uestis facta de pellibus taxi que hirsuta est & deformis: & in tali habitu quantum ad aliquid describitur Helias quarto Re. primo: & Ioban. Baptist. Matthei tertio. Secundo reducuntur ad persone statum & quantum ad hoc dicit : egentes: quod specialiter patet in Helia qui in necessitate pastus est a coruis & a muliere uidua tertio Regum decimoseptimo. Angustiati hoc patet de Helia fugiente Iezabel tertio Regum decimo. & de Dauid fugiente Saul primo Regum uicesimoprimo : & inde usq; ad finem primi libri . & Absalon secundo Regum quintodecimo. Afflicti labore corporali: sicut patet de Helia qui lassus obdormiuit subter iuniperum tertio Regum decimonono. quibus dignus non erat mundus. per hoc enim q̄ fugiebant a societate aliorum patet q̄ homines mundani non erant digni societate ipsorum : propter culpam mundialium. Tertio reducuntur ad locum: & quantum ad hoc dicit : in solitudinibus errantes in montibus & in speluncis & incauernis terre . Spelunca est fossa facta per artem . Cauerna uero per naturam : uel ex aliquo uiolentante sicut de corrosione aquarum uel huiusmodi. talia autem loca habitabant patres antiqui : ut essent in loco apto contemplationi diuine : propter hoc Philosophus primo Politicorum postq̄ ꝓbauerat hominem esse animal ciuile subiunxit q̄ ille qui refugit communem habitationem

hominum uel eſt beſtia: uel melior homine. quia ſi homo refugiat hoc propter malitiam ſuam non potenſ cum aliis cohabitare: propter defectum ſuum in moribus cadit a dignitate humana in uitam beſtialem. ſi autem fugiat communitatem hominum ut liberius uacet contemplationi excedit communem ſtatum hominum: & eſt quidem deus inter homineſ ſecundum Philoſophum. Et hi omneſ. Hic conſequenter oſtendit Apoſtolus quomodo & quare promiſſioneſ ſunt eis dilate dicenſ. & hi omneſ teſtimonio fidei comprobati: ut patet per predicta exempla. non acceperunt repromiſſionem glorie eterne. & ſubdit cauſam dicenſ. deo pro nobis melius aliquod prouidente ut non conſummarentur: id eſt: ad perfectionem glorie ducerentur. ſine nobis. ex hoc enim ꝙ patreſ ueteris teſtamenti in lymbo exeuntes ſimul uenerunt ad gloriam per Chriſtum cum aliquibus ad nouum teſtamentū pertinentibus fuit maius gaudium utrorunq;. Notandum ꝙ ex hoc loco aliqui acceperunt occaſionem errandi: dicenteſ ꝙ nullus intrabit gloriam niſi poſt finalem reſurrectionem. Sed hoc eſt contra Apoſtolum: dicentem ſecundo ad Corinthеos quinto: ſcimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur ꝙ habitationem ex deo habeamus domum non manufactam: ſed eternam in celis: ex quo patet ꝙ anima a corpore ſeparata ſtatim recipiē in gloria niſi ꝓpter debitum alicuius pene temporalis retardetur: propter qđ conſummatio glorie de qua loquitur hic Apoſtolus poteſt referri ad premium eſſentiale: & ſic non habuerunt eam patreſ ueteris teſtamenti ſine nobis: quia non habuerunt eam ante nouum teſtamentum: uel poteſt referri ad ſtolam corporis que non datur generaliter niſi poſt uniuerſalem reſurrectionem quamuis aliquibus data ſit ante ex ſpeciali priuilegio: & hoc modo patreſ ueteris teſtamenti non conſummantur in gloria ſine nobis: quia ſancti ueteris teſtamenti & noui ſimul accipient gloriam corporis.

Deoq; etcet. Poſtquam Apoſtolus commendauit .XII.
fidem per quam membra uniuntur capiti: & poſuit multa exempla fidei. Hic conſequenter hortatur ad oſtendendum fidem per opera exterius que tenentur in corde interius. Et diuiditur in duas parteſ: quia primo oſtendit qualiter ſe debent habere circa mala. Secundo qualiter circa bona: capitulo tertio decimo: caritas fraternitatis. Circa primum ſciendum ꝙ malum eſt duplex ſcilicet culpe: & pene: & ideo primo oſtendit qualiter ſe debeant habere circa mala pene toleranda. Secundo circa mala culpe uitanda. ibi: propter quod remiſſas. Prima in treſ: quia primo inducit ad tolerandum malum pene exemplo antiquorum. Secundo exemplo Chriſti. ibi: aſpicienteſ. Tertio autoritate ſcripture. ibi: & oblitieſtis. Circa primum ſciendum ꝙ ſancti dicuntur teſteſ dei: quia facto & uerbo glorificatur deus per eos: ſecundum ꝙ dicitur Iſaie quadrageſimoquarto: uere uos teſteſ mei eſtis dicit dominus. congregatio etiam ſanctorum dicitur nubes propter uite ueſtigium & doctrine ſtillicidium & concupiſcentie refrigerium: propter hoc dicitur Iſaie quinquageſimo: qui ſunt iſti qui ut nubes uolant? propter quod Apoſtolus de ſanctis patribus per exempla uirtutis uos mouentibus ad tolerantiam malorum: ut patet per predicta: dicit ſic: ideoq; & uos poſteriores habenteſ tantā nubem impoſitam teſtium: id eſt: congregationem ſanctorum exemplo ſuo nos hortantiū. deponēteſ oīe pondus quantū ad peccatum perpetratū. & circumſtanſ

nos peccatum : non solum mala illata sustinendo : sed etiam uoluntarie assumendo ad propositū nobis certamen. hoc certamen est iusticia fidei. de quo scribitur Ecclesiast. quarto. usq; ad mortem certa pro iusticia. Aspicientes. Hic inducit ad idem exemplo Christi: qđ debet nos magis monere ad patientiam: quia ipse agnus innocens pro nobis passus est. Dicit igitur: aspicientes: oculo cordis attente considerando : in auctorem fidei & consummatorem Iesum. dicitur enim auctor fidei inquantum deus ipam fidem infundendo. dicitur etiam auctor fidei inquantū homo ipsam fidem predicando. dicitur etiã consummator ipius per miracula confirmando & fidei premium reddendo. qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. gaudebat enim in superiori parte anime propter impletionem uoluntatis paterne & ex fidelium redemptiõe & ex sui corporis propinqua glorificatione. confusione contẽpta quia mortem maxime confusibilem uoluntarie sustinuit. Confusio autem apparet ex quattuor. Primo ex loco: quia in ciuitate celebri. Secundo ex tempore: quia passus est in festo Paschali : quando omnes de terra conueniebant in Hierusalem. Tertio ratione societatis: quia inter latrones passus est. Quarto ratione precedentis honoris: opposita enim iuxta se posita maiora & minora uidentur : ut dicit primo Elencorum. & ideo ex honore qui ei exhibitus fuerat in Hierusalem in die palmarum maior fuit confusio passionis quasi immediate sequentis & quia qui se humiliat exaltabitur : sequitur : atq; in dextra sedis dei sedet. & quia consideratio domenice passionis non solum ualet ad patientiam in aduersis: sed etiam ad perseuerantiam que plus dicit : quia respicit diuturnitatem mali & dilationem boni promissi: ideo subdit: recogitate eum qui talem sustinuit peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem uerbis contumeliosis: scđm q̄ habetur Matthei undecimo. ecce homo uorax & potator uini etc. & iterum Matthei uicesimooctauo. uach qui destruis templum dei etc. Subdit autem ad quid ualet ista consideratio : dicens: ut non fatigemini animis uestris deficientes: propter quod dicit Gregorius: si passio Christi ad memoriam reuocetur nihil tam durum est : quod non equo animo toleretur. & reddit causam huius dicti dicens: non dum enim usq; ad sanguinem id est usq; ad sanguinis effusionem restitistis aduersus peccatum pugnantes. Et obliti. Hic consequenter inducit ad tolerandum malum pene per autoritatem scripture. & diuiditur in tres partes: quia primo ponit autoritatem. Secundo sensum ipsius. ibi : in disciplina. Tertio ex istis arguit. ibi : q̄ si extra disciplinam. Circa primū arguit quia uidebantur obliuisci scripturam ueteris testamenti in qua erant nutriti dicens: & obliti estis consolationis : id est dei consolantis: & est emphatica locutio que nobis tanq̄ filius loquitur: dicens Prouerbiorum tertio : mutantur tamen aliquantulum uerba: sed est eadem sententia. fili mi noli negligere disciplinam domini negligens dicitur quasi non eligens: & ideo ille disciplinam domini negligit qui ipsam tanquam bonam non eligit : sed magis ut malam refugit. neq; fatigeris per impatientiam dum ab eo argueris. & causam subdit dicens: quem enim diligit deus castigat : retrahendo a concupiscentia. flagellat autem omnem filium quem recipit per flagella enim retrahitur a prosecutione concupiscentie. In disciplina. Hic consequenter ponit sensum predicte autoritatis. in ipsa enim dixerat noli negligere disciplinam : & iterum ne fatigeris per impatientiam : & hec significãt patientiam & perseuerantiam in flagellis. ideo dicit : in disciplina perseuerare tanquam filius se

offert nobiſ deuſ quando noſ corripit : quod oſtendit conſequenter per ſimile in humaniſ dicenſ. quiſ enim filiuſ quem non corripiat pater: quaſi diceret nulluſ loquendo de filio uero & dilecto. Quod ſi extra diſciplinam. Hic arguit ex predictiſ. & diuiditur in duaſ parteſ: quia primo arguit ad inconuenienſ ducendo. Secundo exemplum experientie inducendo. ibi : deinde patreſ. Tertio utilitatem conſequentē oſtendendo ibi: omniſ aūt diſciplina. In prima parte facit talem rationē omneſ ueri filii dei facti ſunt participeſ diſcipline ipſiuſ per tolerantiam flagellorū. ergo ſi ab ipſiſ eſtiſ abſoluti : non eſtiſ ueri filii dei : ſed adulterini : iſti ſunt filii mundi & diaboli : & hoc eſt quod dicitur : ꝙ ſi extra diſciplinam eſtiſ etcetera : & patet littera . Deinde patreſ. Hic arguit ad idem per exemplum experientie . Circa quod ſciendum ꝙ duplex eſt differentia inter patrem carnalem & ſpiritalem qui eſt ipſe deuſ. Prima eſt : quia pater carnaliſ non generat animam : ſed deuſ eam infundit. & ideo pater naturaliſ dicitur pater carniſ. deuſ autem dicitur pater ſpirituſ: & per conſequenſ ueriuſ habet rationem patriſ: quia ille dicitur ueruſ pater qui dat formam : & ideo diſciplina dei tanqnam patriſ ueriſſimi eſt maxime toleranda : quia per hoc conſeruatur ſpiritaliſ uita : & hoc eſt quod dicitur: deinde patreſ quidem carniſ noſtre habuimuſ eruditoreſ: quia pater debet filio documentum : ſicut & nutrimentum. & reuerebantur eoſ acceptando eorum diſciplinā. non multo magiſ obtemperabimuſ patri ſpirituum & uiuemuſ: quaſi diceret ſic debet eſſe. Secunda differentia inter deum & patrem carnalem eſt : quia pater carnaliſ inſtruit filium & caſtigat ad aliquid tranſitoriū: ſcilicet ad honeſte conuerſandum in hac uita que breuiſ eſt. erudit etiam ſecundum regulam uoluntatiſ ſue que falli poteſt . deuſ autem erudit filioſ ſuoſ ad eternam uitam recipiendam. inſtruit etiam per regulam uoluntatiſ ſue que infallibiliſ eſt: & ideo eiuſ diſciplina ē maxīe ſuſcipienda & acceptanda: & hoc eſt qđ dicitē hic: & illi quidem .i. patreſ carnaleſ. in tpe paucorum dierum : id eſt preſentiſ uite. ſecundum uoluntatem ſuam que falli poteſt . erudiebant eoſ: quorum diſciplinam recepimuſ. hic autem ſcilicet deuſ ad id quod iam utile eſt : id eſt ad uitam beatam : qua nihil meliuſ erudit noſ in recipiendo. ſanctificationem eiuſ id eſt gratiam ſanctificantem que ducit ad uitam beatam . Omniſ diſciplina . Hic arguit ad propoſitum ex utilitate conſequente . Ad cuiuſ intellectum conſiderandum ꝙ malum pene quedam medicina eſt. Medicina autem licet ſit amara & horribiliſ ad ſumendum ſecundum ſe & abſolute: tamen ex conſideratione finiſ id eſt future ſanitatiſ fit acceptabiliſ: & ita debet eſſe de penis in preſenti ex conſideratione futuri premii : & hoc eſt quod dicitur : omniſ autem diſciplina in preſenti quidem uidetur non eſſe gaudii : ſed meroriſ. & bene dicit : uidetur : quia non ſic eſt ſecundum rei ueritatem : licet ſic uideatur carnalibuſ hominibuſ qui non conſiderant uitam carnalem : ideo ſequitur : poſtea autem id eſt in futuro. fructum pacatiſſimum : id eſt beatitudinem que quietat totaliter appetitum . exercitatuſ per eam reddit iuſticie : hoc additur : quia per iuſticiam homo beatitudinem meretur ſecunda Timothei quarto. repoſita eſt mihi corona iuſticie . Propter quod manuſ. Hic conſequenter oſtendit Apoſtoluſ qualiter ſe debent habere ad mala culpe uitanda. & diuiditur in duaſ parteſ: quia primo ponit ſuam monitionem. Secundo monitioniſ rationem ibi : non enim acceſſiſtiſ. Prima adhuc in duaſ: quia primo mouet hominem peccantem. Secundo non peccantē.

ibi: pacem ſequimini. Primo igitur monet ipſum peccatorem uitare peccatum omiſſionis: quod conſiſtit in duobus. Primo in otio reſpectu boni operandi: & quantum ad hoc dicit: propter quod manus remiſſas erigite ad bene operandum. manus enim eſt organum organorum: ut dicitur tertio de Anima. & ideo manus remiſſa ſignificat generaliter otium. Secundo conſiſtit in debilitate tolerandi que ſignificat per ſolutionem genuum: quia ſuper genua innitur totum pondus: & quantum ad hoc dicit: genua ſoluta erigite: id eſt fortificate ad laborem debitum ſuſtinendum. monet etiam Apoſtolus uitare peccatum commiſſionis: dicens: greſſus facite rectos pedibus ueſtris. rectum enim eſt cuius medium non exit ab extremis. obliquum autem quod exit ab ipſis. & ideo opus rectum eſt quod non exit a limitibus recte rationis. obliquum autem quod exit. & ſicut tibia que exit regulam potentie greſſiue claudicat in greſſibus: ſic operans extens limites rationis recte claudicat & errat: ideo ſequitur: ut non quis claudicans erret. magis autem ſanetur. hoc autem contingit quando actus ad ordinem rationis deducuntur. quia ſicut infirmitas corporis cauſatur ex inordinatione humorum: ſic infirmitas anime ex inordinatione actuum & affectionum. Pacem ſequimini. Hic conſequenter monet hominem innocentem ut licite caueat ne in peccatum incidat. & diuiditur in duas. quia primo monet uitare peccata ſpiritalia. Secundo carnalia. ibi: ne quis fornicator. Circa primum ſciendum q̄ peccata ſpiritalia corrumpunt pacem ad proximum & ſanctimoniam ad deum: ideo dicit: pacem ſequimini: cauentes peccatum iniuſticie. odii. & huiuſmodi. & ſanctimoniam: cauentes peccata que ſunt contra diuinam reuerentiam. ſine qua: ſcilicet pace & ſanctimonia: nemo uidebit deum in celeſti gloria: propter hoc dicitur de pace Matth. v. beati pacifici: quoniam filii dei uocabuntur. & de ſanctimonia Apocal. uicesimoprimo. contemplantes ne quis deſit gratie dei. nulli enim deeſt gratia dei: quia deus paratus eſt eam dare. ſed homo peccans deeſt ipſi gratie ſubtrahens ſe ab ipſa per contrarium pacis & ſanctimonie. & quia non ſolum uitanda eſt diſcordia ſed etiam eius occaſio: ideo ſequitur: ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat id eſt contemplantes ne aliqua radix odii & rancoris a corde germinet ſurſum in opere que impediat pacem. & per illam inquinentur multi: quia ad turbationem pacis ſequitur inquinatio multitudinis. Ne quis fornicator. Hic conſequenter monet uitare peccata carnalia: que ſunt duo potiſſime: ſcilicet luxuria: & gula: que perficiuntur in delectatione carnis: ideo dicit: ne quis fornicator: id eſt contemplantes diligenter ne quis ueſtrum ſit luxuriosus. aut prophanus: id eſt procul a phano. iſte eſt gulosus: qui de uentre ſuo facit deum. & de coquina templum. & quia ex gula incidit aliquando homo in maiora peccata: ideo ſequitur: ut Eſau qui propter unam eſcam uendidit primitiua ſua: ut habetur Geneſis uicesimoquinto. Ius enim primogeniture tunc temporis habuit annexum ſacerdotium. propter hoc primogeniti habebant ueſtes ſpeciales quibus induebantur diebus feſtiuis in ſacrificii oblatione. & menſe benedictiõe. & in paterne benedictionis receptione. ſicut ibidem dicitur de ueſtibus Eſau ualde bonis: quas Rebecca ſeruauit. & ideo Eſau ex gula cecidit in ſimoniam uendendo ſpiritale. Iacob autem non emit proprie: ſed redemit uexationem ſuam: ſciens q̄ ius primogeniture ſuum erat: quia de hoc a matre edoctus fuerat: que hoc per reuelationem diuinam habuerat: ut dicitur Geneſis uicesimoquinto. & ideo Eſau

merito fuit reprobatus. Vnde sequitur : scitote enim quoniam & postea cupiens hereditare benedictionem reprobatus est. Isaac enim in admiratione extasis factus ut habetur Genesis uicesimoseptimo. per reuelationem habuit q̄ a deo factum erat de translatore benedictionis ad Iacob. ideo ipsam non reuocauit : sed magis confirmauit : & Esau ipsi Iacob subiugauit : ut patet ibidem. Vnde sequitur : non enim inuenit penitentie locum : ad consequendum ius primogeniture. quanquam cum lachrymis inquisisset eam. lachryme enim iste non procedebant ex dolore culpe commisse : sed solum propter damnum temporale : ideo non erat uera penitentia . Non enim accessistis. Superius ad uitandum malum culpe Apostolus posuit suam monitionem : hic consequenter ponit monitionis rationem. ratio autem huius sumitur ex comparatione noui & ueteris testamenti. ideo illa comparatio primo ponitur. Secundo ex illa ad propositum arguitur. ibi : uidete ne recusetis. Prima adhuc in duas. quia primo ponit ea que pertinent ad uetus testamentum. Secundo ea que pertinent ad nouum. ibi : sed accessistis. Circa primum sciendum q̄ lex fuit pedagogus noster : ut habetur Gal. tertio. ideo fuit conueniens paruulis & imperfectis qui a pedagogo terroribus inducuntur ad opera uirtutis. & ideo secundum hoc quod dicit hic Apostolus: ut habetur Exodi decimonono: & uicesimo. lex uetus data fuit in terroribus. Et ideo Apostolus Primo describit illa que fuerunt terribilia populo legem recipienti. Secundo ostendit quid fuit terribile ipsi legislatori : scilicet Moysi. ibi : Moyses dixit. Circa primum Apostolus ponit tria terribilia uisu: scilicet ignis qui uidebatur in monte. & caligo tenebrosa ex nubis densitate: ut habetur Exodi decimonono. & hoc est quod dicitur: non enim accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem : & turbinem : & caligmem . ignis enim qui uidebatur in monte erat corporalis : & per consequens tractabilis: id est : tactu cognoscibilis. erat etiam in loco determinato : & per consequens accessibilis : tamen ad ipsum non accedunt suscipientes nouum testamentum : sicut accesserunt recipientes uetus . non tamen immediate ad ipsum : sed quia breui spacio distabant : ita q̄ uocem loquentis de medio ignis intelligebant. aliqua etiam erant terribilia auditu : scilicet procella uenti que audiebatur in aere : & sonus tube : & uox angeli loquentis in persona dei: & quantum ad hoc dicit: & procellam: & tube sonum : & uocem uerborum angeli loquentis quam qui audierunt excusauerunt se ne eis fieret uerbum. hoc habetur Exodi uicesimo. ubi dicitur q̄ filii Israel terrore concussi dixerunt Moysi: loquere tu nobis & audiemus: non loquatur nobis deus: ne forte moriamur. & causa huius subditur : non enim portabant q̄ dicebatur : id est non poterant sustinere pre timore. Aliqua fuerunt etiam ibi terribilia ex comminationis actu : quia ibi fuit dictum : q̄ si homo uel bestia transiret terminum constitutum interficeretur: ut habetur Exodi decimonono. Apostolus autem hoc tantum resumit de bestia : dicens : & bestia si tetigerit montem: dilapidabitur. & ideo concludit ex dictis: & ita terribile erat q̄ uidebatur. Notandum q̄ omnia illis contingebant figura : ut dicitur prima ad Corinthios decimo : & ideo ista terribilia in datione legis aliquid designabant : quia ignis significabat serenitatem diuine iustitie ad puniendum legis transgressores . unde dicitur Deuteronomii quarto : deus noster ignis consumens est. Turbo austeritatem penarum que erant in lege. Caligo id est uelamen legis: quia omnia erant sub uelamine figurarum. Procella terrorem

comminationum : que erant in ueteri lege. ſonuſ tube : grauitatem preceptorum. uox uerborum : multitudinem ipſorum. comminatio occiſſioniſ: periculum tranſ/greſſioniſ. Moyſeſ dixit. Hic conſequenter agit de timore legiſlatoriſ : ſcili/cet Moyſi. per quod oſtenditur : q̄ lex illa fuit terribiliſ : non ſolum hominibuſ imperfectiſ : ſed oſtendebat culpam : & non dabat gratiam : propter hoc dicitur Actuum quintodecimo. hoc eſt onuſ : quod nec noſ : nec patreſ noſtri portare potuimuſ. timor autem Moyſi non habetur Exodi uicesimo : ubi agitur de dati/one legiſ : ſed Exodi tertio in uiſione rubi : & hoc eſt quod dicitur Moyſeſ dixit: id eſt facto oſtendit. exterritus ſum & tremebunduſ : quia ex timore faciem ſuam abſcondit : ut ibi dicitur. Sed acceſſiſtiſ. Hic conſequenter ponit Apoſtoluſ conditioneſ noui teſtamenti. In quo Tria nobiſ promittuntur. Primum eſt ſpeſ glorie : que gloria conſiſtit in clara uiſione quantum ad intellectum : & quantum ad hoc dicit : ſed acceſſiſtiſ ad Sion montem : id eſt: uoſ qui eſtiſ renati per fidem Catholicam acceſſiſtiſ in certa ſpe ad altitudinem ſpectationiſ diuine Sion enim ſpecula interpretatur. conſiſtit etiam in fruitione perfecta quantum ad affectum quia ibi quietatur affectuſ : & quantum ad hoc dicit : & ciuitatem dei uiuentiſ Hieruſalem celeſtem. Hieruſalem enim interpretatur uiſio pacis. conſiſtit etiam gloria in ſocietate iocunda : quantum ad decoriſ complementum : & quantum ad hoc dicit :. & multorum milium angelorum frequentiam : ſecundum q̄ nobiſ pro/mittitur in nouo teſtamento. eſt etiam participatio Eccleſie in Apoſtoliſ fundata: & hoc eſt magnum bonum : ſcilicet eſſe participem talium : & quantum ad hoc di/cit : & Eccleſiam primitiuorum : id eſt Apoſtolorum : qui fuerunt primi fructuſ Eccleſie : & primi fundatoreſ eiuſ poſt Chriſtum. qui ſcripti ſunt in celiſ : id eſt in libro uite. Tertium quod nobiſ promittitur in nouo teſtamento eſt familiaritaſ trinitatiſ beate: & quantū ad hoc dicit: & ad Iudicem omniū deum: id eſt ad patrem cuiuſ proprium eſt iudicare : quia ſi filiuſ iudicat : hoc habet a patre : ut dicitur Iohanniſ quinto : pater omne iudicium dedit filio: ad ipſum inquam acceſſiſtiſ per fidem : & ſpiritum iuſtorum: id eſt perfectorum : in quo tangitur familiaritaſ ſpi/rituſ ſancti : qui facit iuſtoſ perfectoſ. familiaritaſ autem filii erga noſ tangitur cum ſubditur : & ad noui teſtamenti mediatorem Ieſum : qui per effuſionem ſui ſanguiniſ confirmauit nouum teſtamentum : ut ſupra dictum eſt capitulo nono. ad hanc autem effuſionem accedimuſ per baptiſmum : in quo nobiſ communicatur efficacia paſſioniſ Chriſti : delendo culpam : & penam : & quantum ad hoc dicit : & ſanguiniſ effuſionem meliuſ loquentem q̄ Abel : quia ſanguiſ Abel loquitur uindictam : ut habetur Geneſiſ quarto. ſanguiſ Chriſti loquitur ueniam : quia in effuſionem ſui ſanguiniſ orauit pro tranſgreſſoribuſ : ſicut fuerat predictum Iſaie quinquageſimotertio. & pro tranſgreſſoribuſ orauit. Videte ne recuſetiſ. Poſita conditione noui & ueteriſ teſtamenti : ex hoc conſequenter Apoſtoluſ ar/guit ad propoſitum. Et diuiditur in treſ parteſ : quia Primo intentionem ſuam premittit. Secundo ad propoſitum arguit. ibi : ſi enim illi. Tertio intentum con/cludit. ibi : itaq; regnum. In prima parte dicit ſic : uidete ne recuſetiſ loquentem dixerat enim q̄ ſanguiſ Chriſti meliuſ loquitur q̄ Abel: & ideo intendit Apoſtoluſ inducere ad obediendum huic locutioni. loquitur enim nobiſ primo commemorando beneficium ſue paſſioniſ Threnorum tertio. recordare paupertatiſ etcetera.

Secundo loquitur exhortando ad exemplum imitationis prima Petri scdo. Xp̃us pro nobis passus est relinquens nobis exemplum etcet. Si enim. Hic arguit ad propositum: scilicet ꝙ sermoni Christi sit obediendum. & diuiditur in duas partes: quia primo arguit. Secundo quoddam suppositum in argumento probat. ibi: nunc autem. Circa primum facit talem rationem: magis est obediendum uoci illius qui mouet celum: q̃ uoci illius qui mouet terram. angelus aũt qui loquebatur in monte Synai mouit terram: quia Exodi. xix. dicitur ꝙ mons tremebat. Christus autem mouit celum & terram: ergo magis est ei obediendum. & hoc est quod dicit: si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur: quia Iudei inobedientes angelo loquenti in mõte Synai fuerũt grauiter puniti: ut patet ex decursu ueteris testamenti: multo magis nos qui de celis loquentem nobis aduertimus. q̃si. d. nos qui scimus Xp̃m sedere ad dextram patris merito puniemur: si fuerimus inobedientes. cuius uox mouit terram tunc id est uox angeli loquentis in monte Synai: ut dictum est: sed uox Christi mouet celum. Aliter exponitur de Christo: cuius uox mouit terram id est uox Christi: quia angelus loquebatur in monte Synai in persona dei: & per consequens in persona Christi: quia Christus deus est: sicut uerbum preconis dicitur uerbum Regis. Nunc autem. Hic probat ꝙ Christus moueat celum quod erat suppositum. & probat hoc per autoritatem Aggei scdo. & loquitur ibi Prophetа de primo Christi aduentu: ut manifeste patet: tunc enim Christus mouit celum cum stellam nouam apparere fecit uel potius cum humanitati eius ascendenti celum patuit: & hoc est quod dicitur: nunc autem repromisit id est tempore noui testamenti: quia licet prophetia Aggei fuerit data tempore ueteris testamenti: erat tamẽ dicta pro tempore noui in quo Christus mouit terram in sua passione: & celum in sua ascensione. & hoc est qd̃ dicitur: adhuc semel & ego mouebo non solum terram sed etiam celum: quia ultra non claudetur additus celi sicut ante claudebatur: & per hoc amotio legalium designatur que propter sui imperfectionẽ non introducebant ad celestia. & hoc est qd̃ dicit̃: ꝙ aũt adhuc semel dicit declarat mobilium translationẽ tanq̃ factorum. i. amationem legalium que erant ad tẽpus instituta: ut maneant ea que sunt immobilia. id ẽ lex noua que est duratura usq; ad finem mundi. per hoc etiam intelligit̃ gloria celestis que est simpliciter immobilis ad quam lex noua immediate introducit. Itaq; regnum. Hic ex predictis concludit conclusionem principaliter intentam: multipliciter enim declaratũ est per predicta ꝙ Christus in nouo testamento ꝓmittit bona immutabilia & eterna. nos aũt sumus participes noui testamenti ideo hec bona habere possumus si uolumus: quia Christus non deficit promissa soluendo nisi deficiamus in accipiendo: & hoc est quod dicatur: itaq; regnum immobile suscipientes. & subdit per quid possumus suscipere: dicens: habemus gratiam: id est habere defacili possum̃us. & gratia & ueritas per Iesum Christum facta est Iohannis primo. per quam seruiamus placentes deo cum metu & reuerentia. & subdit causam: & enim dñus noster ignis consumens est reprobo/rum respectu: sed est ignis purgans respectu electorum. dicitur autem hic deus ig/nis causaliter: quia ignis inferni agit ut instrumentum diuine iusticie: purgans electos: & crucians reprobos: sicut enim in eodem igne aurum rutilat: & palea fumat: sic eodem igne electi purgantur: & eternaliter puniuntur reprobi: scdm Gregorium quarto Dial.

Caritas fraternitatis. Superius Apostolus hortatus est eos quibus scribebat ad mala perferenda: hic consequenter hortatur eos ad bona operanda. & diuiditur in duas quia primo hortatur eos ad bonū. secundo cōfert eis sue orationis suffragium ibi. deus autem pacis. Prima in tres quia primo hortatur eos ad bonum operandum erga proximos. secundo erga seipsos ibi. honorabile connubium. tertio erga prelatos ibi. mementote prepositorum. Circa primum considerandū q̄ nullum opus est meritorium sine caritate: ut habetur. i. ad Corint. xiii. ideo dicit: caritas fraternitatis maneat ī uobis. si aūt sit uera debet ostendi opere & ideo consequenter tangit in quibus debet ostendi caritas uera. primum est receptio hospitum & quātum ad hoc dicit: & hospitalitatem nolite obliuisci. & subdit causam dicens. p̄ hāc placuerunt quidā angelis hospicio receptis. hoc patet de Abrahā & Loth Gn̄. xviii. & .xix. angelos enim apparentes in specie hominū receperunt hospicio credentes p̄mo eos esse homines sed in fine sciuerunt eos esse angelos in persona dei loquentes. secūdū in quo debet caritas ostendi est compassio oppressorum & quantum ad hoc dicit: mementote uinctorum tanq̄ simul uincti. i. laborate pro illoꝝ redemptione & liberatiōe tanq̄ pro uestra. Tertium in quo debet ostendi caritas est subuentio pauperum & infirmorum & quantum ad hoc dicit: & laborantiū. s. mementote. tanq̄ & ipsi in corpe morantes. experientia nanq; defectuum in uestro corpore debet uos ad subuentionē aliorum mouere secundum q̄ dicitur Ecclesiastici. xxxi. intellige que sunt proximi tui ex teipso. Honorabile connubium. Hic hortatur eos Apostolus ad bonū quantū ad seipsos: & hoc in duobus. primo in repressione luxurie. secūdo in euitatiōe auaritie ibi: sint mores sine auaricia. Circa primum sciendum q̄ luxuria q̄tum ad cōmunitatē hominum reprimitur per continentiā coniugalem. & hoc est q̄ dicit: honorabile cōnubium in omnibus. id est quantum ad hominum multitudinem. & torus immaculatus per hoc excluditur error dicentium q̄ actus matrimonialis semper est in peccato. per hoc autem q̄ subditur: fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. id est condemnabit p̄ hoc excludit̄ error dicentiū q̄ fornicatio simplex nō sit peccatū mortale qa nullus condemnatur a deo nisi pro mortali peccato. Sint mores. Hic hortatur eos ad euitationem auaricie que est radix omnium malorum. d. sint mores sine auaricia cōtenti p̄ntibus. auarus enim dicit̄ quasi eris auidus quia est nimis sollicitus de cumulādis tēporalibus. & subdit causam quare hoc non debet fieri dicens. ipse enim dixit scilicet deus Iosue primo. non te deseram neq; derelinquam: quin tibi necessaria administrē: & ex hoc debet in nobis consurgere fiducia. & hoc est q̄ dicitur: ita ut confidenter dicamus: dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo. Mementote. Hic ostendit qualiter debent operari bonum ad prelatos: & diuiditur in duas: quia p̄mo ostēditur qualiter se debeant habere ad prelatos mortuos. secundo ad uiuos ibi: obedite Prepositis. Prima in duas: quia primo ostendit qualiter se debeant habere ad bonos. secūdo qualiter ad malos ibi: doctrinis uariis. In prima ergo parte dicit sic: mementote Prepositorum uestrorum. id est Apostolorum & aliorum Christi discipulorū qui uobis locuti sunt uerbis dei & quia nō solum consideranda est eorum doctrina: sed etiam uirtutis exempla. ideo sequitur: quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem: & si dicatur non est simile de ipsis & de nobis quia ipsi seruierūt Christo principaliter: nos autem nō. Respondet q̄ immo quia Christus eternaliter est secūdū diuitatem. eternitas autem assistit omni tempori & hoc est q̄ dicit. Christus Iesus heri id est tempore preterito: & hodie: id est in presenti tempore. ipse & in secula. id est in futuro. & non solum hoc ultimum uerum est secundum diuinitatem sed etiam aliquo

modo ratione humanitatis quia licet sit in celo tñ principaliter est nobiscum in altaris sacramēto propter quod dicitur Matt. ult. ecce uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consumationem seculi. Doctrinis uariis. Hic consequenter ostendit qualiter se debēt habere ad prelatos malos. s. fugiendo eorum malam doctrinam. & diuiditur in duas: quia primo ponit suam monitionem. secūdo monitionis rationem ibi: habemus altare: In prima ergo parte dicit sic: doctrinis uariis & peregrinis nolite abduci. i. extra ue/ritatem duci. doctrine uarie dicuntur errores & bereses quia sicut a puncto ad pūctū non est nisi una linea recta multe autē tortuose sic ueritas fidei est una. bereses ab ea deriuantes sunt multe. dicuntur etiam tales doctrine peregrine quia faciunt hominē a sua patria. s. celesti gloria elongare. contra autem errores dat remedium dicens. op/timum est gratia stabilire cor: quia est sicut anchora firma tenens animam ímobilem. & in ueritate stabilem. hoc autem non faciebat obseruatio legalium que gratiam non conferebat: propter ꝙ subditur: non estis que non profuerunt ambulantibus in eis. escas hic uocat obseruantias legales quia ibi prohibebatur usus aliquoꝝ ciborum talis autem obseruantia legalium fuit mortua a tempore passionis Xp̄i: sed mortifera post predicationem euangelii. & ideo bene dicit Apostolus ꝙ non profuit ambulantibus in eis & hoc est ꝙ dicit Apostolus contra illos qui cū euangelio uolebant seruare legalia Habemus altare. Hic reddit sue monitionis rationem & diuiditur in duas quia primo facit qđ dictum est. secundo concludit quasdam conclusiones ex dictis ibi. exeamus igitur. Circa primum considerandum ꝙ ratio Apostoli subtiliter summitur ex ueteri testamento. Ad cuius intellectum sciendum ꝙ in festo expiationis offerebatur sollēne sacrificium ꝙ fuit figura immolationis Christi ut supra dictum est. offerebatur autem uitulus & hircus quorū sanguis a summo sacerdote inferebatur intra sanctū sanctorū ut supra dictum est. ix. ca. Carnes autem non comedebantur ab offerentibus qa erat hostia pro peccato sacerdotum: propter quod carnes extra castra comburebantur. Hircus autem & uitulus figurabant Xp̄m ꝓpter similitudinem carnis peccati. sāguis eorum illatus intra sanctum sanctorum significabat ꝙ per sanguinem Xp̄i pateret nobis ingressus ad celum combustio hostie extra castra significabat passionem Christi futuram extra portam Hierusalem ꝙ autem sacerdotes legales non comedebant ho/stiam illam significabat ꝙ obseruantes legalia cum euangelio non habent in effectu passionis Xp̄i partem. secundum ꝙ dicitur Gal. v. si circumcidemini Xp̄us nil uobis proderit: & hoc est ꝙ dicit Apostolus: habemus altare. id est crucem in qua oblatus ē de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. quia illi qui legalia custodiunt ꝙ designatur in seruitute tabernaculi nō habent partem in efficacia pas/sionis Xp̄i & subdit figuram hoc designantem dicens. quorum enim animaliū inferē sanguis pro peccato in sancta per pontificem. id est uituli & hirci qui offerebantur in die expiationis: horum corpora cremantur extra castra. quia offerebantur pro pec/cato sacerdotum & populi. propter quod. i. ut figuratum rñderet figure: & Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam Hierusalem passus est. qa locus caluarie ubi crucifixus fuit: erat tunc extra ciuitatem Hierusalem ut habet Io. ix. Exeamus. Hic consequenter concludit ex dictis duas conclusiones. secūda ponit ibi: per ipsum ergo. quia in parte precedenti dictum est ꝙ legalia non profuerunt obseruantibus ea. in cuius figura Xp̄us passus est extra portam. ideo concludit dicēs. exeamus ergo ad eum extra castra. i. extra obseruationes legis. impropriū eius ptāres. Impropatum. n. fuit Christo a Iudeis ꝙ non custodiebat legem: secundum ꝙ dicitur Io. ix. non ē hic homo a deo qui sabbatū non custodit. & sic similiter fuit impropatū

Paulo & eius sequacibus in primitiua ecclesia ut habetur Act. xxi. audierũt de te qa discessionem doceas a Moyse etc. & subdit causam quare sic a legalibus exeundũ est: dicens. non habemus hic manentem ciuitatem. i. stabilem mansionem in legis obseruationibus. quia fuerunt imposite solum ad tempus ut supra dictũ est. c. ix. sed futurã inquirimus: ad quam introducit lex noua ut patet per supradicta. Per ipsum. Hic ponit secundam conclusionem. dictum est. n. ꝙ sacrificia ueteris legis non erant deo accepta: quia erant carnalia ideo concludit: ꝙ deo est offerendum spirituale sacrificiũ per Iesum Christũ qui est sacerdos noster & hoc est ꝙ dicit: per ipm ergo offeramus hostiã laudis deo semp etc. non quia sit continue orandũ sed quia ad sacrificia ueteris legis non est reuertendum. ostẽdit etiam ulterius ꝙ aliud sacrificium est deo offerẽdũ s. elemosyna in sustentatione indigentium. d. beneficentie aũt & communionis nolite obliuisci. & accipitur hic communio pro cõmunicatiõe bonoꝝ in necessitate: & subdit causã quare tales hostie sunt deo offerende dicens. talibus. n. hostiis pmeret deus. nõ aũt sacrificiis legalibus. Obedite. Hic consequenter ostendit qualiter se dñt habere ad prelatos uiuentes: & diuiditur in duas: quia primo oñdit qualiter se debent habere ad prelatos uiuentes. secundo qualiter ad ipsum Paulũ scribentem ibi: orate pro nobis Circa primum sciẽdum ꝙ corpora inferiora que regunt per superiora subiecta sunt eis in duobus. s. in situ & motu: quia elementa reuoluunt motu orbis quantũ ad illã ptẽ que excedit altitudinem montiũ: ut habet. i. Meter. eodem mõ homines inferiores superioribus debent obedientiã ut ad eoꝝ imperium moueantur & reuerentiã eis exhibeant. & hoc est qd dicitur: obedite prepositis uestris & subiacete eis. & subdit ad hoc duplicem causam. Prima accipitur ex uoluntate officii. quia prelati presunt in spiritalibus que corporalibus preferuntur quanto anima melior est corpore: & hoc est qd dicitur: ipsi enim peruigilant: quasi rationem pro animabus uestris reddituri. Secũda ratio accipitur ex mõ exercendi officium. quia qñ inferiores bene obediunt: officium prelatiõis acceptabile est superioribus & utile inferioribus. si aũt male obediũt cõtrariũ accidit. & hoc est ꝙ dicit: ut cum gaudio hoc faciant. & non gementes. hoc enim non expedit uobis. hoc patet per exemplum Chore & filioꝝ eius qui rebellantes Moysi a terra fuerunt absorpti Num. xvi. Orate pro nobis. Hic ostendit qualiter se debent habere erga ipsum Paulum. non enim erat Apostolus Iudeoꝝ & ideo non petit ab eis talẽ obedientiã sed petit ab eis illud ad quod tenent respectu omniũ fidelium. s. oratiõis suffragium. d. orate pro nobis: & si hoc petebat Paulus qui de gratia dei erat certus: multo fortius debet hoc petere quicunq; alius quantũcunq; sit sanctus: sed qa possent dicere illi quibus scribebat: non debemus pro te orare: quia tibi non ualeret: cũ doceas discessionem a legalibus: ideo hoc remouet. d. confidimus enim quia bonã conscientiã habemus: predicta docendo. in omnibus bene uolentes cõuersari. i. desiderantes bonã conuersationem omnium: subdit etiam aliam causam quare petit orationis suffragium dicens. amplius aũt deprecor uos hoc facere. i. pro me orare. ꝙ celerius restituar uobis. quia ab Hierusalem fuit abductus Romam uinctus ut habet Act. xxvi. uel aliter. quia si liberatus esset a carcere intendebat iterũ uisitare Iudeos qui erant in Hispania quibus hanc epistolã secundũ aliquos scribebat: ut dictũ est in principio huius epistole Deus aũt pacis. Hic ultimo Apostolus confert eis sue orationis bñficium. & diuidit in duas: quia primo ponit suam orationem: & secundo format suam petitionem: ibi. rogo aũt uos: In prima parte optat eis beatitudinem que non datur nisi a deo & mediante gratia que hominem aptat ad beatitudinem. & hoc est ꝙ dicitur: deus aũt pacis: quia proprium dei est unire corda cum sit unitas prima que eduxit de mortuis dominum

Iesum Xp̄m & hoc in resurrectiõe. pastorem magnum ouiũ. i. simpliciũ & innocẽtiũ qui proprie sunt de grege Christi. in sanguine. i. per sanguinem. quia meruit resurrectionem suam & exaltationem per suam passionem. testamenti eterni. i. testamẽti noui quod confirmatum est sanguine Xp̄i & dicitur eternum quia eterna promittit. oportet uos in omni bono ut faciatis uoluntatem eius. sicut enim aptitudo potentie ad bene operandum politice est per habitus uirtutum politicarum sic aptitudo anime ad opa meritoria est per habitum gratie & uirtutũ infusarum quã deus opatur in nobis ideo sequitur: faciens in nobis q̄ placuit coram se per Iesum Christũ: quia per ipsum ratione diuinitatis consequmur gratiã sicut per causam principaliter agentem: ratione uero humanitatis sicut p̄ cãm instrumentalẽ coniũctã. Rogo. Hic format suã petitionem. & diuiditur in duas: quia primo facit q̄ dictũ est. secũdo complet suã epistolã ibi. salutate omnes. Circa primũ duo petit. unum pro se dicens. rogo aũt uos fratres ut sufferatis. i. patienter portetis: si aliqua scripsi uobis increpãdo. quia hoc fuit ad correctionem & bonũ. & ideo magis debet esse ad solatiũ propter q̄ subdit. uerbis solacii excusat etiam se de scripture breuitate quia breuis est ista epistola respectu materie cõtente cum ibi omnia mysteria ueteris legis breuiter tangant ut patet ex predictis. & hoc est q̄ dicit. etenim per paucis. i. ualde paucis uerbis. scripsi uobis. scribebat enim hominibus scientibus legem. & ideo non oportebat eis omnia explicare. Aliud petit Apostolus pro nuncio epistole. d. cognoscite Thimotheũ. id ẽ gratiose & amicabiliter recipite illũ. dimissum. i. a me missum pro utilitate uestra. cum quo si celeriter uenerit uidebo uos. hoc enim disponebat Apostolus facere suppposita diuina p̄missiõe. Notãdũ q̄ Thimotheus erat circumcisus & ex matre Iudea ut patet Act. xvi. ideo per ip̄m misit Apostolus epistolam ipsis Iudeis ut esset magis gratiosa ipsis quam per hominem gentilem & incircumcisum noluit mittere quia Iudei consortium gentiliũ abborrebãt ut habetur Act. x. & xi. Salutate. Hic ultimo Apostolus complet epistolam suam: que debet terminari in salutatione ideo dicit: Salutate omnes Prepositos uestr os. id ẽ Apostolos quoq; aliqui supputuebant: uel dicendum q̄ Prepositos hic uocat Episcopos qui sunt successores Apostoloq; in Ecclesia dei ut habet in glosa Luc. x. & in decretis di. xxi. ca. in nouo testamento & oñes sanctos. id est alios Ecclesie ministros istos nõ intendebat Apostolus instruere quia nõ indigebant. sed salutat eos per illos q̄bus scribebat ex parte conuersorũ ad fidem qui erant in Italia. Salutant uos omnes fratres in Italia. & in fine quasi pro sigillo confirmatiõis ponit. gratia dei cum oñibus uobis amen. id est confirmetur in presenti & in futuro. prestante domino Iesu Xp̄o cui est honor & gloria in secula seculorum Amen.

Incipit liber Actuum Apostolorum.

Repleti sunt omnes spiritu sancto & ceperunt loqui. Sicut lex Euangelica per Xp̄m deum & hominem fuit data: ut patet in Euangelio ita per Apostolos aliosq; Xp̄i discipulos per orbem fuit publicata: ut patet in hoc libro Apostolorum Actibus intitulato. propter quod dixit eis Saluator Marci ulti. Euntes in mundum uniuersum predicate Euangelium omni creature. hec autem publicatio facta est per spiritum sanctum principaliter & per Apostolos instrumentaliter. Matt. x. ca. nõ enim uos estis qui loquimini: sed spũs patris uestri qui loquitur in uobis. propter quod uerbum propositum ad litterã dicitur

de ipsis. Repleti sunt etc. In quo duo notantur. s. Apostolorꝝ aliorumq; discipulorū per spiritum sanctum confortatio cum dicitur: repleti sunt omnes spiritu sancto. secundum est per eosdem euangelii publicatio cum subditur: & ceperunt loqui: que duo sanctus Lucas prosequitur in hoc libro ut uidebitur prosequendo. Circa primum tria ponuntur. s. uirtus efficiens ibi: spiritu sancto. modus sufficiens ibi: repleti sunt: cetus suscipiens ibi: omnes. Circa primum sciendum ꝙ Prophete spiritu sancto inspirati secundum ꝙ dicitur Petri. i. non uoluntate humana allata est aliqñ prophetia: sed spū sancto inspirati locuti sunt sancti dei. omnes legem Euangelicam denunciauerūt per Xp̄m dandam Isa. ii. de Sion exibit lex. & uerbum domini de Hierusalem. ibi enim legitur Xp̄m frequenter docuisse. & Hiere. xxxi. ecce dies uenient dicit dñs & feriā domui Israel & domui Iuda fedus nouum non secundum pactū quod pepigi in Oreb etc. sicut pronunciatū fuerat per Prophetas per Christum spiritu sancto repletum fuit lex Euāgelica data. unde Luce. iiii. dicitur: de ipso ꝙ ingressus Synagogā legit in libro Isa. ꝙ in eo scribitur. lxi. spiritus dñi super me. propter ꝙ unxit me. euangelizare paupibus misit me. & sequitur ibidem. s. Luc. iiii. cepit aūt dicere ad illos quia hodie impleta est scp̄tura hec in auribus uestris. & similiter spiritus sanctus Apostolos confortauit & perfecit ut essent apti ad predicationem Euangelii. propter ꝙ de ipso dicitur. i. Corin. xii. Hec aūt omnia operatur unus atq; idem spiritus diuidens singulis prout uult. & sic patet primum. s. causa efficiens. Circa secundū cōsiderandum ꝙ perfectio sufficiens ad predicationē Euangelii non solum respicit personam prop̄am sed etiam alias per quandā redundantiam que sunt instruende per sanam doctrinā. talis autem fuit Apostolorum perfectio collata eis a spiritu sancto. nam per sapientiā & eloquentiam facti sunt apti ad predicandū Euangeliū per uniuersum mundū & hoc notatur cum dicitur: repleti. Ecclesiastes. ii. si replete fuerint nubes hymbres effundēt sup terram. nubes iste sunt Apostoli de quibus dicit Isa. vi. qui sunt isti qui ut nubes uolant etc. nubes iste fuerunt scientia & eloquentia replete. propter quod effuderūt super uniuersam terram hymbres Euangelice doctrine. unde in quolibet ip̄orū fuit impletū quod dicit Ecclesiastes. xxxix. ipse tanq̄ hymbres mittet eloquia sapiētie sue & sic patet secundum. Circa tertiū sciendū ꝙ donum spiritus sancti confirmās & proficiens ad publicationem Euangelii non solum fuit datū uni Apostolo sed omnibus nec Apostolis solis: sed etiam aliis discipulis simul existentibus secundum ꝙ dicit Hiero. in epistola ad Paulinum de omnibus sacre scripture libris & primo ca. huius libri dicitur erat aūt turba hominum fere. c. xx. & hoc notatur cum dicitur: omnes. in quo exprimitur cetus suscipiens spiritus sancti donum secundum ꝙ scribitur infra. ii. ca. & cum complerent dies Penthecostes erant oīes discipuli pariter in eodē loco. & factus est repente de celo sonus tanq̄ aduenientis spiritus uehementis & repleuit totam domū ubi erant sedentes etc. & sic patet primum principale. Circa secundum ꝙ est Euāgelii publicatio ꝙ ponitur ibi: & ceperunt loqui: duo notantur ad hoc necessaria. s. exclusio timoris & ostensio feruoris: primum notatur cum dicitur. & ceperunt. p hoc enim insinuatur manifeste ꝙ ante loqui non audebant immo nec etiam apparere secundū ꝙ dicitur Io. xx. cū sero esset die illa una sabbatorum: & fores essent clause ubi erāt discipuli congregati propter metum Iudeorum etc. sed recepto spiritus sancti dono ꝙ foras mittit timorem secundū ꝙ dicitur. i. Io. iiii. perfecta caritas foris mittit timorē timor fuit exclusus ab Apostolis. & constantia sibi data unde quilibet eoꝝ poterat dicere. illud Psal. lvi. nunc cepi. hec mutatio dextre excelsi quia quilibet cepit habere constantiam terrore maloꝝ sublato & hec mutatio fuit dextre excelsi dātis Apostolis

constantiam predicandi. secundum uero. ſ. oñſio furoriſ notatur cum dicitur: loq: qui furor recepto ſpiritu ſancto in actu predicãdi ſtatim fuit oſtenſus coram Iudeis uul/ garibuſ ut dicit infra. ii. ꝙ Petruſ feruenter de Chriſto locutuſ eſt dicenſ: uiri fratreſ liceat audenter dicere uobiſ etc. & ſubdit ibi. qui ergo receperunt ſermoneſ eiuſ bap/ tizati ſunt & appoſiti ſunt in die illa anime circiter tria milia. Secundo fuit oñſuſ corã Iudeorum principibuſ quibuſ Petruſ & Iohanneſ conſtanter rñderunt infra. iii. ca. non poſſumuſ que uidimuſ & audiuimuſ non loqui. poſtea fuit etiam oñſuſ corã gen/ tilibuſ. unde infra. xiii. Iudeis contradicentibuſ Euangelice predicationi dicitur tunc conſtanter Pauluſ & Barnabaſ dixerunt: uobiſ oportebat primum loqui uerbũ dei: ſed qñ repellitiſ illud & indignoſ uoſ iudicatiſ uite eterne ecce conuertimur ad genteſ. ſic enim precepit nobiſ dñſ cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen. .I.

PRimũ quidem. Hic incipit liber Actuum Apoſtolorum in quo ſanctuſ Lucaſ primo ſe continuat ad precedentia. ſecundo proſequit̃ ſubſequentia ibi: & cõ/ ueſcenſ. precedentia uero dicta ſancti Luce ſunt in eiuſ Euangelio in quo incipiẽſ a Xp̃i precurſore conceptionem Chriſti natiuitatem conuerſationem & predicationẽ mortem reſurrectionem & aſcenſionem declarauit & hoc eſt ꝙ dicit: primũ quidẽ. i. primo. ſ. Euangelio. ſermonem fecit de omnibuſ. non dicit omnia quia omnia facta Xp̃i non poſſent per ſingula ſcribi. ſecundũ ꝙ dicitur Io. ult. ſunt aũt & alia multa que fecit Ieſuſ que ſi ſcribebant̃ per ſingula nec ipſum arbitror mundum capere eoſ qui ſcribendi ſunt libroſ. ſed dicit. de omnibuſ. qa de pertinentibuſ ad Chriſti cõcep/ tionem natiuitatem uitam & mortem reſurrectionem & aſcenſionem aliqua ſcripſit. o Theophile: qui erat quidam Epiſcopuſ Aſie cui ſcripſerat Euangelium ut patet i eiuſ prologo. & eidem ſcripſit hunc librum quẽ cepit Ieſuſ facere & docere: ne ſimiliſ eſſet ſcribiſ & Phariſeiſ de quibuſ improperando dicit Matthei. xxiii. dicũt enim & nõ fa/ ciũt. bene enim docere & male uiuere nihil aliud eſt quam ſe ſua uoce damnare: uſq; in diem. ſ. aſcenſioniſ ſue. qua precipiens Apoſtoliſ per ſpiritum ſanctum: ꝙ p̃dicarẽt Euangelium per orbem uniuerſum Mar. ult. ut ſupra allegatum eſt. quoſ elegit: p̃ ceteriſ ad officium Apoſtolatuſ. aſſumptuſ eſt de terra ad celum: in ſua humanitate ſecundum diuinitatẽ enim que neceſſario eſt ubiq; non conuenit ei de loco ad locum tranſire. aſſumptuſ eſt autem a tota trinitate aſſumptionem illam faciente que in omnibuſ effectibuſ principaliter operatur. & etiam a ſeipſo: nam corpuſ glorioſum ſic eſt in poteſtate anime ꝙ obedit ei ad nutum quantũ ad localem motum. aſſũptuſ eſt etiam a nube preſtãte ei obſequium. quibuſ & prebuit ſeipſum uiuum poſt reſur/ rectionem in multiſ argumentiſ: de ſua reſurrectione facientibuſ fidem per dieſ. xl. apparenſ eiſ: quod non eſt ſic intelligendum ꝙ in illiſ. xl. diebuſ fuerit continue cum eiſ: ſed quia illo temporiſ ſpacio frequenter eiſ apparuit. & loquenſ de regno dei. id ẽ de beatitudie celeſti. Ad maiorem intelligentiam dictorum duo ſunt hic uidẽda: p̃mũ eſt utrum reſurrectio Xp̃i debuit argumentiſ probari. ad quod dicendũ ꝙ argumẽtũ uno modo dicitur ratio rei dubie faciens fidem. i. certitudinem ꝙ eſſe non põt niſi p̃/ cedat ex principiiſ per ſe notiſ ſicut fit in ſcientiiſ demonſtrantiſ & talibuſ argumẽtiſ non debuit reſurrectio Xp̃i probari que eſt articuluſ fidei. de talibuſ aũt non habet̃ certitudo euidentie in pñti ſaltem de cõmuni curſu. alio mõ accipitur argumẽtũ aliqd̃ ſenſibile ſignum quod iducitur ad manifeſtationẽ alicuiuſ ueritatiſ quo noie argumẽti frequenter utitur Philoſophuſ in libriſ ſuiſ & hoc mõ accipiendo argumentũ Chriſtuſ ſuam reſurrectionem declarauit argumentiſ inquantũ per quedã euidentia ſigna ſe uere reſurrexiſſe oñdit quod fuit neceſſarium fieri Apoſtoliſ, p̃mo propter ſeipſoſ eo

ꝙ eorum corda nó erant diſpoſita ad credendum de facili eiuſ reſurrectionem. unde dixit eiſ Luce ult. o ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibuſ que locuti ſunt ꝓ/ phete. ſecundo propter alioſ ut per huiuſmodi ſigna eiſ oſtenſa eorum teſtimoniũ de Xp̃o efficaciuſ redderetur. ſecundũ illud. i. Io. i. ꝙ audiuimuſ & uidimuſ oculiſ noſtriſ & manuſ noſtre contractauerunt de uerbo uite teſtamur & annunciamuſ uobiſ. ſe/ cundum eſt de qualitate & efficacia horum argumentoꝝ. Circa qđ ſciendum ꝙ uera reſurrectio de qua fit hic ſermo eſt redituſ eiuſdem boíſ in numero de morte corpali ad uitam glorioſam & hoc fuit oñſum in Xp̃o tam ex parte corporiſ q̃ ex parte aíe. Ex parte enim corporiſ primo fuit oſtenſum ꝙ corpuſ Xp̃i poſt reſurrectionẽ fuit corpuſ uerum & ſolidum non corpuſ phantaſticum uel rarum ſicut eſt aer per hoc ꝙ palpabile prebuit ipſum Luc. ult. palpate & uidete quia ſpirituſ carnem & oſſa non habet ſicut me uideriſ habere. ſecundo fuit oñſum ꝙ erat corpuſ humanum per hoc ꝙ oñdit eiſ ueram humanã effigiem oculiſ diſtinguibilem ab aliuſ effigiebuſ. tertio fuit oñſum ꝙ erat idem corpuſ numero quod priuſ habuerat ante mortem oñdendo cica/ triceſ uulnerum Luc. ult. uidete manuſ meaſ & pedeſ meoſ quia ego ipſe ſum. & Io. ult. dixit Thome infer digitum tuum huc & uide manuſ meaſ & affer manum tuam & mitte in latuſ meum & noli eſſe ícreduluſ ſed fideliſ. ſimiliter ex parte anime iterato corpori unite ueritatem ſue reſurrectioniſ oñdit: & hoc per opera triplíciſ uite: p̃mo quidem per opuſ uite nutritiue in hoc ꝙ cum diſcipuliſ manducauit: ut habetur Lu. ult. obtulerunt ei partem piſciſ aſſi & fauum melliſ & cum manducaſſet coram eiſ ſumẽſ reliquiaſ dedit eiſ. ſecundo per opera uite ſenſitiue in hoc ꝙ diſcipuliſ ad interrogata rñdebat & eoſ ſalutabat in quo oñdit ſe uidere & audire. tertio per opa uite intellec/ tiue in hoc ꝙ cum eiſ loquebatur & diſſerebat de ſcripturiſ Luc. ult. hec ſunt uerba que locutuſ ſum ad uoſ etc. ꝙ etiam reſurrexit ad uitam glorioſam oſtẽdit per hoc ꝙ ad diſcipuloſ ianuiſ clauſiſ intrauit & hoc per dotem ſubtilitatiſ: unde dicit Greg. homelia. xv. palpandam carnem dñſ prebuit quam clauſiſ ianuiſ introduxit ut etiam poſt reſurrectionem oñderet corpuſ ſuũ eiuſdem nature & alteriuſ glorie. de efficatia uero iſtorum argumentoꝝ dicitur ab omnibuſ ꝙ licet unum per ſe ſumptũ uel duo nó ſufficerent tñ omnia ſimul ſumpta fuerunt efficatia in ſuo genere ad manifeſtandam ueritatem reſurrectioniſ dñice cum ad hoc inducta fuerint ab illo cuiuſ opa ſũt pfcã Sed ulteriuſ pót queri utrum in hac manifeſtatione fecerint certitudinem euidentie uel adheſioniſ tm̃. ad quod dicunt aliqui ꝙ fecerunt certitudinem adheſioniſ tm̃ qualiſ ẽ in iſ que ſunt fidei de quibuſ eſt reſurrectio Xp̃i. Alii uero ꝙ fecerunt certitudinẽ euidentie eo ꝙ taliſ manifeſtatio fuerit per ſigna ſenſibilia ſenſui euidentia. ſed ſaluo meliori iudicio mihi uidetur meliuſ diſtinguendum ꝙ Xp̃uſ pót dupliciter conſiderari Vno mó inquantũ homo tm̃ & ſic argumenta predicta fecerunt certitudinẽ euidẽtie de reſurrectione humane nature quia ſicut dictum eſt erant euidentia ſenſibuſ bene diſpoſitiſ ad quod etiam reducitur certitudo euidentie demonſtrationiſ. Alio modo pót conſiderari inquantum deuſ eſt homo ſiue deuſ humanatuſ & ſic argumenta predicta de reſurrectione dei hominiſ non fecerunt certitudinem euidentie ſed adheſioniſ tm̃ que eſt fidei. qa diuinitaſ Chriſti & ante reſurrectionem & poſt non fuit aliter cog/ nita ab Apoſtoliſ & hoc uidet̃ manifeſte docere beatuſ Greg. homelia. xv. Thomaſ aliud uidit aliud credidit. a mortali quippe homine uideri diuinitaſ non potuit hoíem igitur uidit & deum confeſſuſ eſt. d. dñſ meuſ & deuſ meuſ. uidendo ergo credidit: qui conſyderando uerum hominem hunc deum quem uidere nó poterat: exclamauit. licet igitur per argumenta predicta euidenſ fuerit Apoſtoliſ illum hominem qui dicebatur

Ieſuſ Nazarenuſ uere reſurrexiſſe:non tamē fuit euidenſ ſed ſolum creditum deum a mortuiſ reſurrexiſſe. ſicut & creditum fuit tantum & non ſcitum illum hominē deum eſſe. obiectum fidei eſt ipſe deuſ non aūt uiſuſ: & ideo articuluſ fidei eſt aliquid non uiſum circa deum:propter quod articuluſ fidei eſt deum reſurrexiſſe a mortuiſ & non hominem tm̄. propter q̄ dictum eſt ſupra q̄ illa argumenta non fuerunt efficacia ad manifeſtandum euidenter reſurrectionem Xp̄i prout eſt articuluſ fidei & per dicta patet ſolutio ad rōneſ utriuſq; opinioniſ aliter ſentientiſ. Et conueſcenſ. poſtq̄ ſāctuſ Lucaſ continuauit ſe ad dicta in Euangelio. hic conſequenter proſequitur dicēda in hoc libro. qui ſicut dictum eſt:eſt de legiſ euangelice promulgatione. Circa qđ cō/ ſyderandū q̄ ſicut corpuſ mobile ſubiectum eſt in tota naturali philoſophia ſub rōne abſoluta:in ptialibuſ uero libriſ ſub rationibuſ determinatiſ:ut in libro de celo & mūdo corpuſ mobile ad ſitum. In libro uero de generatiōe corpuſ mobile ad formā. Ita deuſ ſub ratione abſoluta ſubiectum eſt in tota ſacra ſcriptura. ideo dicitur theologia q̄ſi ſermo de deo ſub rationibuſ uero determinatiſ eſt ſubiectū in partialibuſ libriſ ut oñſū fuit in principio Gñ. & in aliſ ſequentibuſ libriſ. In toto uero teſtamento nouo ſub/ iectū eſt ut redemptor in communi:ſed in partialibuſ libriſ ſub rationibuſ magiſ de/ terminatiſ. unde in Euangelio deuſ redemptor ſubiectū eſt ut legiſ Euangelice lator In hoc aūt libro ut eiuſdem legiſ per orbem publicator. primum tñ fecit per ſeipſum. ſecūdū uero per Apoſtoloſ ad hoc miſſoſ. propter q̄ iſte liber ab Actibuſ apoſtoliciſ nominatur. ad hoc aūt q̄ Apoſtoli aliiq; diſcipuli eſſent ad hanc publicationē idonei preexigebatur in eiſ ſolidatio & perfectio per donum ſpirituſ ſancti quo eēnt diuina noticia prediti conſtanteſ & eloquenteſ & caritate feruidi. propter q̄ iſte liber ī duaſ parteſ diuiditur. quia primo deſcribitur Apoſtolorū debita diſpoſitio. ſecundo p eoſdē euangelii publicatio. ii. ca. ibi. ſtanſ aūt Petruſ. debita uero diſpoſitio Aplōrū facta ē per ſpirituſ ſancti donum:ut dictū eſt. & ideo primo deſcribitur promiſſio huiuſ doni. ſecundo expectatio promiſſi ibi. tunc reuerſi ſunt. Tertio collatio expectati in prin/ cipio ſecundi ca. prima adhuc in duaſ:quia primo ponitur hec promiſſio. ſecundo circa hoc moueē queſtio ibi. igitur qui conuenerant. Circa primū ſciendum q̄ licet ſāctuſ Lucaſ in fine Euangelii ſui locutuſ fuerit de hac promiſſiōe. hoc tñ fuit breuiter & ſuccincte. hic autem tangit eam magiſ diffuſe. propter q̄ ab ea incipit proſecutionem dicendorum in hoc libro. dicit igitur. Et conueſcenſ. ſ. Ieſuſ cum Apoſtoliſ quibuſ re/ cumbentibuſ apparuit in die aſcenſioniſ:ut refert Marcuſ in fine ſui Euangelii dicēſ nouiſſime autem recumbentibuſ illiſ. xi. apparuit illiſ Ieſuſ etc. precepit eiſ ab hiero/ ſolimiſ ne diſcederent. donec per ſpiritum ſanctum redderentur apti ad publicationē Euangelii. ideo ſubditur:ſed expectarent promiſſionem patriſ quam audiſtiſ inquit per oſ meum. Io. xiiii. paraclytuſ autem ſpirituſ ſanctuſ quem mittet pater in nomīe meo ille uoſ docebit omnia etc. quia Iohāneſ quidem baptizauit aqua ſolum. nā eiuſ baptiſmuſ gratiam non conferebat. uoſ autem baptizabimini ſpiritu ſancto. ex hoc loco dixerunt aliqui q̄ Apoſtoli nō fuerunt baptizati baptiſmo Xp̄i:qui ē in aqua ſecundum q̄ habetur Io. iii. ſed hoc non eſt conſonum dictiſ ſanctorum:nec etiā rōni Dicit etiam Saluator. Io. iii. niſi quiſ renatuſ fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto nō pōt introire in regnum dei. Et ideo poſt illam dñi ſententiam nullus factuſ eſt membrum Xp̄i:niſi per ſuſceptionem ſui baptiſmi. uel alicuiuſ ſupplentiſ eiuſ uicem. ſicut ē bap/ tiſmuſ ſanguiniſ. & flamminiſ. propterea Pauluſ Apoſtoluſ uocatuſ ad fidē de mādato dñi fuit baptizatuſ:ut habetur Act. ix. & idem tenendum eſt de aliſ Apoſtoliſ. q̄uiſ non ſit ſcriptum. quia non omnia Chriſti facta ſunt ſcripta ut dictum eſt ſupra. Itē

quia Io. iiii dicitur: ꝙ discipuli Christi baptizabãt. & non est uerisimile ꝙ baptizarẽt nisi baptismo magistri sui iam instituto ut dictum est. & per consequens non est uerisimile quin essent baptizati eodẽ baptismo. unde dicit Aug. ad Selencianũ ꝙ credibile est discipulos Xp̃i esse baptizatos eius baptismo ut haberet baptizatos seruos p̃ quos ceteros baptizaret. nec defuit humilitatis minister. qui etiam pedes eorum lauit. unde super illud Io. xiii. qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. dicunt doctores aliq ꝙ illa lotio intelligitur de sacramento baptismi. igitur ꝙ dicitur hic. uos aũt baptizabimini spiritu sancto: intelligendum est de receptione spiritus sancti in signo uisibili. de qua habetur ca. sequenti. que dicitur baptismus metaphorice eo ꝙ gratia spũssãcti unctio dicitur. i. Io. ii. ca. unctio aũt de liquidis est sicut aqua. Vnde dicit hic glosa Rabani. Et in quibusdam libris sic habetur. Vos aũt ungemini spiritu sancto. Igiẽ. Hic circa dicta mouetur questio. multi enim de discipulis Xp̃i de regno eius adhuc carnaliter sentiebant. utpote nondum recepta spiritus sancti gratia est imantes ipsum carnaliter regnaturum. propter ꝙ filii Zebedei petierunt ꝙ unus ad dexteram eius federat. alius ad sinistram Matt. x. & regnum Israel temporale ꝙ ablatum erat a Iudeis per Romanos statim restituturus. ideo quesierunt. dñe si in tempore hoc etc. & q̃m hec questio erat stulta repulit eam dicens. non est uestrum nosce tempora uel mõta etc. q. d. non ptinet ad uos hoc scire nec querere: sicut & petitionem filioꝝ Zebedei retulit. ut stultam. d. nescitis quid petatis. sed illud ꝙ sequit̃ ad uos pertinet: cũ subdit̃ sed accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos ad constanter & efficaciter euangelium predicandum per orbem uniuersum: ideo subditur. & eritis mihi testes. Cunq; hoc dixisset uidentibus illis eleuatus est. per modum superius dictum in p̃ncipio huius ca. cunq; intuerentur in celum euntem illum. admirantes de ascensione tã glosa ecce duo uiri. i. angeli in specie uirorum. in uestibus albis. ad designandum sollẽnitatẽ huius ascensionis. secundũ ꝙ dicit Greg. uiri Galilei. natione. est enim galylea quedã pars Indie. de qua erant Apostoli saltem pro maiori parte. quid statis aspicientes in celum. q. d. non expectetis ꝙ Iesus amplius habitet corporaliter uobiscũ sicut antea fecit. uidebitis tñ eum in fine mundi uenientem ad iudicium: ideo sequitur. sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in celum. i. sicut ascendit in forma humanitatis gloriosa sic ueniet ad iudicandum. Tunc reuersi sunt. post q̃ descripta est spũs sancti promissio: hic consequenter ponitur promissi conueniens expectatio. que cõuenięcia ex duobus ostẽditur: primum est perseueranș oratio. secundum est apostolici numeri reintegratio. que ponitur ibi. in diebus illis. Circa primum dicit. Tunc reuersi sunt Hierusalem. sicut fuerat eis dictum Luc. ult. uos autem sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtute ex alto. a monte qui uocatur Oliueti. unde Christus ascendit in celum & ubi Antixp̃us fulminabitur. sicut dictum est supra. ii. ad Thess. ii. ca. sabbati habens iter. i. distans a Hierusalam per mille passus qui faciunt dimidiam leucam. & dicitur iter sabbati. quia licebat Iudeis in sabbato a sua ciuitate uel loco tm̃ elongari, talis enim ambulatio magis erat ad recreationẽ q̃ ad laborem. ꝓpter ꝙ non erat cõtra sabbati quietem. & cum introissent cenaculum ascenderunt. est aũt cenaculũ solariũ & sic prius ascenderunt. & postea introierunt cenaculũ. & est figuratiua locutio sicut cum dicitur: moriamur. & in media arma ruamus. ascenderunt autem ibi duplici de causa. una ut essent ibi secretius timentes adhuc calumniam Iudeoꝝ. cum nondũ essent per spiritum sanctum roborati. Alia ut uacarent ibidem liberius orationi sicut postea subditur: bi omnes etc. Consequenter ponuntur Apostolorum nomina: & patẽt usq; ibi. Iacobus Alphei. s. filius. & dicitur hoc ad differentiam precedentis Iacobi. q fuit

filiuſ Zebedei. & Symon zeloteſ. quod dicitur ad differentiam Symonis Petri. & Iudaſ Iacobi. ſ. frater: fuit enim filiuſ Zebedei. & dicitur Iudaſ Iacobi ad differentiã Iude proditoris. hi omneſ erant perſeueranteſ unanimiter in oratione. perſeuerantia enim & unitaſ cordium in bono facit orationem exaudibilem. cum mulieribuſ deuotis que ſecute fuerant Ieſum a Galilea ut habetur Matt. xxv. & Maria matre Ieſu. quam aſſociabant mulieres iſte ex deuotione & inter iſtaſ mulieres & Mariã ponitur ad diſtinctionem. quia iſta ſola erat mater & uirgo. & fratribuſ eius. i. aliis de cognatione Ieſu quorum pluresſ erant ibi. & dicuntur eius fratreſ: ſecundum modũ loquẽdi hebraicum quo illi de eadem cognatione fratreſ dicanẽ. unde Gñ. xiii. Abrahã Lot nepotem ſuum uocauit fratrem. d. ne queſo ſit iurgiũ inter me & te & inter paſtoreſ meos & paſtoreſ tuos. fratreſ enim ſumus. In diebus illis. Conſequenter hic ponit̃ ſecũdum diſpoſitiũ ad ſpiritus ſancti donum. ſ. Apoſtoli numeri reintegratio. & diuidit̃ in duaſ parteſ: quia primo ad hoc inducitur ratio. ſecundo ſubditur executio ibi. & ſtatuerunt. prima in duaſ: quia p̃mo Petrus inducit ſcripturam ad propoſitũ. ſecũdo concludit intentum ibi. oportet ergo. prima adhuc in duaſ. quia primo Petrus ſcripturam allegat in generali. & interpoſito inde caſu allegat eam. ſecundo in ſpẽali ibi. ſcriptum eſt. Circa primum dicit: in diebus illis. i. tempore medio inter aſcenſionẽ dñi & Pentbecoſten. exurgens Petrus. tanq̃ principalis Apoſtolus. dixit: q̃ poſtea ſubdit̃ ſed numerus exiſtentium ibidem interponitur cum dicitur. erat aũt turba hominum ſimul fere. c. ix. nõ dicitur fere eo q̃ ſpiritus ſanctus qui in Luca loquebat̃ dubitaret de numeri certitudĩe ſed in hoc ſeruatur modus numerantium qui cum modicum deficit a magno numero exprimunt magnum numerum. cum hac dictione fere & p̃ hoc deſignando q̃ illud deficit modicum quod eſt quaſi nihil reputandum: ut habetur. ii. Phyſ. & ſubditur uerbum Petri cum ſubditur. uiri fratreſ oportet impleri ſcripturam quam p̃dixit ſpiritus ſanctus: cuius uerbum non poteſt eſſe falſum. per os Dauid ſicut uidebitur parte ſequenti. ſed interponitur caſus Iude proditoris. ideo ſubdit̃. de Iuda qui fuit dux eorum: qui comprehenderunt Ieſum. ut patet Io. xviii. qui connumeratus erat in nobis. i. unus de. xii. Apoſtolis. Matt. 10. & ſortitus eſt ſortem etc. id eſt dignitatem apoſtolicam quam tñ non habuit a caſu: uel per ſortem ſed per Xp̃i electionem. ſicut dicitur Io. vi. nonne. xii. uos elegi & unus ex uobis diabolus eſt? ſors. n. aliqñ ſumitur pro parte & ſic accipitur hic: quia in partem Apoſtolorum uocatus eſt & hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis. i. qui poſſideri fecit ab alijs. quia xxx. denarios quibus Xp̃m uendiderat in templo proiecit. ex quibus principes ſacerdotum emerunt agrum pro ſepultura peregrinoꝝ ut habetur Matt. xxv. Aliq aũt dicunt q̃ Iudaſ fuit ibi ſepultus. & ſic poſſedit agrum illum. ſed non eſt ueriſimile: qa principes ſacerdotum erant intenti circa mortem Xp̃i procurandam: propter q̃ non ita cito emerunt agrum illum: nec etiam ager ille emptus ſtatim fuit pro ſepultura diſpoſitus. & ſic uidetur fuiſſe tractus temporis intermedius. Iudaſ aũt proiectis argẽteis ex uerbis Matthei uidetur ſe eadem die ſuſpendiſſe. propter qđ expoſitio p̃ma melior uidetur. & ſuſpẽſus crepuit medius. ut pena rñderet culpe. iuſtũ enim erat ut uiſcera que tantam proditionem conceperant enormiter de uentre caderent. & notum factũ eſt etc. ſ. enorme factum Iude. ita ut appellaretur ager ille. emptus de p̃cio ſanguis Chriſti. lingua eorum. i. principum ſacerdotum qui emerunt agrũ illum Matt. xxv. Acheldemach. Sciendum uero q̃ iſte due dictiones agrum ſanguinis in latino ſignificanteſ: non ſunt proprie hebraice: ſed magis Syriace. tñ lingua hebraica & Syriaca ſunt ualde propinque ut dicit Hiero. in prologo galeato. homineſ autem notabiliter

litterati magis utebantur lingua Syra q̃ Hebrea. unde & libri eorum qui sũt extra Bibliam pro magna parte scripti sunt in Syro idiomate litteris tñ hebraicis. quod de facili potest fieri. quia littere hic & ibi sunt eiusdem numeri & soni: differentes tamen caracteribus. ut dicit Hieron. in prologo galeato. Scriptum est: allegata scriptura Dauid in generali & interposito casu Iude. hic consequenter ponitur dicta scriptura in speciali: cum dicitur: scriptum est enim in libro Psalmoꝝ. qui dicitur unus liber nó ab unitate actoꝝ quia multi psalmos fecerunt ut dictum fuit in principio illius libri sed ab unitate collectoris. quia psalmi a diuersis autoribus compositi fuerunt electi per Esdram ut communiter tenetur. & in uno uolumíe repositi ut ibidem fuit plenius declaratum. fiat commoratio eorum deserta & nó sit qui inhabitet in ea. hoc scribitur Psal. lxviii. & episcopatum eorum accipiet alter. hoc scribitur Psal. c. viii. uterq; tñ psalmus intitulatur a Dauid tanq̃ actore. coniunxit aũt beatus Petrus istas duas auctoritates simul: quia loquitur de pena pro morte Christi inflicta. prima enim loquitur de pena sacerdotũ mortem Christi procurantium: sicut dictum fuit plenius sup psalmũ illum in penam enim mortis Christi templum & ciuitas Hierusalem fuit combusta per Romanos & sacerdotes. partim interfecti. & partim captiuati. & hoc est q̃ predixit Dauid. fiat commoratio. i. habitatio: eoꝝ deserta etc. secunda uero loquitur de pena Iude proditoris qui Christum uendidit principibus sacerdotum. sicut ibidẽ fuit dictũ isto enim Iuda per suspensionem mortuo: Mathias successit ei in apostolatum ut patebit infra. apostolatus uero episcopatus dicitur. unde & epi successores sunt Ap'orũ secundum q̃ dicitur in decretis. xxi. d. c. in nouo testamento. & hoc est q̃ dicit episcopatum eius. s. Iude accipiat alter. Oportet ergo allegata scriptura ad propositum hic consequenter Petrus concludit intentum. d. oportet ergo ad reintegrandum numerum apostolicum. ex his uiris qui nobiscum sunt etc. qui per experientiá nouerũt conuersationem Iesu Christi & eius opera incipiens a baptismate Iohannis non enim legitur docuisse Iesus publice & miracula fecisse nisi postq̃ baptizatus fuit a Iohanne. testes resurrectionis eius etc. & etiam alioꝝ ad fidem Christi pertinentiũ resurrectio tñ magis exprimitur quia conuersatio Christi & miracula que fuerunt in palam corã hoíbus non sic indigebãt testimonio sicut resurrectio que manifesta fuit tm̃ apostolis & aliis discipulis. Et statuerunt. Posita allegatione Petri. hic consequenter ponitur executio facti. nam alii statim acquieuerunt eius dicto tanq̃ rationabili. ideo dicitur. & statuerunt duos. istos non distinxerunt ab alius per sortem: sed per electionẽ tanq̃ magis notabiles in scientia & uita & Christi factorum experientia. Ioseph q uocabat Barsabas: iste est ille qui infra uocatur Barnabas ut dicunt aliqui. qui cognominatus est iustus. ex euidentia sanctitatis que rationabiliter hic exprimitur. ut repulsus ab apostolatu tanq̃ indignus uideatur. unde postea cum Paulo ad apostolatum assũptus est infra. xiii. ca. Et dicunt similiter predicti. sed melius uidetur dicendũ q̃ fuerit alius ut plenius dicet infra. iiii. ca. & oranteś dixerunt. tu dñe etc. licet enim istos elegissent ut notabiliores alius ut dictum est tñ ignorabant quis eorum esset dignior ad aplãtum propter qd̃ super hoc implorauerunt diuinum iudicium per temptationem sortium: secundum quod dicitur Prouerbiorum. xvi. sortes mittuntur in sinum. sed a domino temperantur. & dederũt sortes eis etc. & patet iste Ioseph fuit cognatus Christi ut dicit infra. iiii. ca. & tñ sibi prepositus Mathiam. per hoc oñdens q̃ ad officia ecclesiastica non sunt homines ex consanguinitate promouendi. Ad maiorem huius autoritatis intelligentiam: queritur hic: utrum uti sortibus sit licitum. Ad quod dicendũ q̃ uti sortibus ex uario euentu seu dispositione alicuius rei sensibilis ꝓpositę determinare aliqd̃ dubiũ

uel incertum ſicut ex feſtuciſ ꝓpoſitiſ per hoc ꝙ aliquiſ accipit breuiorem uel lógiorẽ ſeu in proiectione taxilloꝝ ex hoc ꝙ aliquiſ proicit plura uel pauca puncta: uel ex conſimilibuſ aliquod dubium inter homineſ determinatur. & ſi hoc fiat ad alicuiuſ rei diuiſionem inter hoſeſ: ut per hoc determinetur quiſ quam partem accipiat: uocatur ſorſ diuiſoria. Si aũt hoc fiat ad aliquod determinate agendum uocatur ſorſ cõſultoria. igitur ſi diſpoſitio uel euentuſ ſortium expectetur a fortuna tm̃: nullum eſt uitiũ Si mittantur ſorteſ ad determinandũ inter hoſeſ quiſ quam partem accipiat alicuiuſ rei. & hoc ex cõmuni conſenſu cõmittitur fortune cauſa: tm̃ motiua pót eſſe peccatũ ut ſi propter cupiditatem propriam uel aliud uitium non poſſint concorditer alio mó diuidere. Si aũt diſpoſitio ſortium uel euentuſ non expectetur ſolum a fortuna: ſed ab alia cauſa. hoc eſt dupliciter: uno modo a cauſa corporali: ut a diſpoſitiõe ſtellarũ & ſic cum actuſ ſtellarum ad hoc ſe non extendat ſuperſtitioſum eſt: & illicitũ: & nó caret occulto pacto demonũ. Alio modo quia expectatur euentuſ & diſpoſitio ſortiũ a cauſa ſpirituali dirigente & hoc eſt dupliciter: uno mó a demone & hoc eſt illicitum quia includit familiaritatem & pactum cum demonibuſ. alio modo a deo expectatur ſmediate uel mediantibuſ angeliſ ſanctiſ & hoc nó eſt illicitum ſecundum ſe ſi fiat cũ reuerentia debita. unde dicitur Prouer. xvi. ſorteſ mittuntur ſed a deo temperantur. poteſt tm̃ in hoc quadrupliciter peccatum incidere. primo ſi abſq; nulla neceſſitate ad ſorteſ recurratur. hoc enim uidetur ad dei temptatiõem pertinere ut dicit Ambroſiuſ ſuper Lucam. qui ſorte eligitur humano iudicio non comprehenditr̃. ſecundo etiã ſiqs in neceſſitate abſq; reuerentia debita ſortibuſ utatur. unde ſuper Actuſ Apoſtolorũ dicit Beda. ſiqui neceſſitate aliqua compulſi dm̃ putant ſortibuſ Apoſtoloꝝ exemplo eſſe conſulendum uideant hoc ipſoſ Apoſtoloſ non niſi collecto fratrum cetu & p̃cibuſ ad deum fuſiſ egiſſe. tertio ſi diuina oracula ad terrena negotia conuertantur: unde dicit Aug. ad inquiſitionem Ianuarii uſ qui de paginiſ in Euangeliſtiſ ſorteſ legunt: & ſi optandum ſit ꝙ hoc faciant ut potiuſ q̃ ad demonia conſulenda concurrant: tm̃ mihi diſplicet iſta cõſuetudo ad negotia ſecularia. & ad uite huiuſ uanitatem diuina oracula uelle conuertere. Quarto ſi in electionibuſ eccleſiaſticiſ que ex ſpirituſ ſancti inſpiratione fieri debent aliqui utantur ſortibuſ. unde dicit Beda ſup actuſ Aplõrũ. Mathiaſ ante Pentbecoſten ordinãduſ ſorte queritur: quia. ſ. nondum erat plenitudo Spirituſſancti in eccleſia effuſa. ſeptem aũt diaconi poſtea non ſorte ſed electione diſcipulorum ſunt ordinati. propter hoc probibetur rationabiliter taliſ electio. extra de ſortileguiſ. ca. ult. non tm̃ peccauerunt Apoſtoli eligendo Mathiam per ſorteſ: qa non erat probibitum. & quia fecerunt hoc familiari conſilio ſpirituſſancti: quod nó eſt trabendũ ad ſequentia maxime quia homineſ nó ſic uſi fuiſſent premittẽdo oróne deuotam. ſic enim erat licitũ ante probibitionem ut dictum eſt. ſecuſ aũt ẽ in tpalibuſ dignitatibuſ que ordinantur ad terrena diſponenda. & ideo in electione illarum p̃nt hoſeſ uti ſortibuſ. ſicut & in diuiſione rerum temporalium ut predictum eſt. Si uero neceſſitaſ aliqua alia ab electione dignitatiſ eccleſiaſtice immineat licitũ eſt cũ debita reuerentia ſortibuſ diuinum auxilium implorare. unde dicit Aug. in epiſtola ad Honoratum ſi inter dei miniſtroſ ſit diſceptatio qui eorum tempore perſecutioniſ maneat ne fuga omniũ? & qui eorum fugiant ne morte omnium deſeratur eccleſia. ſi hec diſceptatio aliter non poterit determinari quantum mihi uidetur qui maneant: & qui fugiãt ſorte legẽdi ſunt & hoc mó uſi ſunt ſortibuſ uiri ſancti. qui in ueteri ac nouo teſtamento uſi fuiſſe ſortibuſ leguntur. ſic Ioſue per iudicium ſortium puniuit Achor Ioſue. v. & Saul deprehendit Ionathã filium ſuum mel comediſſe. i. Regum. xiii. &

Zacharias sorte exiit ut incēsū poneret Luc. i. & sic patet rn̄sio ad questionē. .II.

ET cum complerentur. premissa promissione & expectatione debita Spūssancti

Hic consequenter ponitur adimpletio promissi. & diuiditur in duas partes. qa primo describitur hec impletio. secundo impletionis admiratio: ibi. erant autem. Circa primum notatur impletiōis tpus cum dicit. Et cum complerentur dies Penthecostes. i. infra dies a Pentha ꝙ est quinq; & costa ꝙ est. x. quinq̄gesima nanq; dies a paschate celebris erat apud Iudeos in memoriam beneficii legis date. que fuit data in monte Synai. Exodi. xx. quinquagesima die a principio egressionis de Egypto. & consequenter infusum fuit illa die Apostolis spiritus sancti donum. propter quod lex euāgelica impressa fuit & firmiter radicata in cordibus eorum. erant omnes pariter. corpe & animo. & factus est repente sonus de celo tanq̄ spiritus uehementis. i. uenti uel tonitrui non tn̄ Apostoli & alii cum eis exn̄tes fuerunt territi ad hoc faciente in signum ꝙ dabatur eis spūssanctus: qui est consolator cordium. & repleuit totam domū ꝛsolita claritate. ubi erant sedētes. i. manētes eo mō quo dicit Deut. ii. ca. & sedistis in cades Barne multo tempore. i. mansistis apostoli enim erant tunc in oratione ut ꝓbabiliter creditur ex precedentibus. ubi dicitur ꝙ erant perseuerantes in oratione que non fit cōmuniter sedendo. sed magis flectendo genua uel stando. & appuerūt illis. uisibiliter oculis corporalibus. dispsite lingue tanq̄ ignis. ad significandum signo uisibili exterius inuisibilem gratiam spūssancti receptam interius. per quam essent feruidi in amore dei & loquentes omnibus linguis ad publicationem euāgelii. ideo subditur: & ceperūt loquarus linguis. secundū ꝙ dicit hic glosa Apostoli non solum loquebāt & intelligebāt omnia idiomata. sed etiam ipsis loquentibus in uno idiomate quodcunq; esset illud oēs audientes quantūcunq; essent diuersorum idioma tum intelligebant quilibet idioma ꝓpꝝ diuina uirtute hoc faciente. sicut enim per rebellionem ad deum diuise sunt lingue. Gn̄. ii. ita per infusionem spiritus sancti sunt unite. Erant aūt. hic cōsequēter ponitur sequens huius doni admiratio: quia non fuerat uisum simile uel auditū. ideo dicitur. erant aūt in Hierusalem habitantes iudei uiri religiosi. i. in cultu diuino deuoti. ex omni natione que sub celo est. qui conuenerant in Hierusalem ratione festi. Iudei enim captiuati per Salmanasar Regem Assyriorū nō redierunt in Iudeā sicut dictum fuit Osee. i. similiter captiuati per Regē Chaldeoꝝ non redierunt oīnes q̄ui haberent licentiam redeundi. sed remanserunt multi amore filioꝝ quos ibi genuerāt. & possessionū quas acquisierant detenti. sicut dictum fuit. i. Esd. similiter multi captiuati per Antiochum Regem Grecoꝝ & diuersis gentibus uenditi: ibi remanserunt. uerūtn̄ aliqui eorum magis deuoti propter reuerentiam templi ueniebant aliquando in Hierusalem: maxime in sollemnitatibus magnis: quarum una erat sollēnitas Penthecostes. facta aūt hac uoce. s. spiritus uehementis uel Apostoloꝝ & aliꝝ cum eis existentiū deum uoce magna laudantium. qui prius timore ducti non audebāt loqui conuenit multitudo & mente confusa est. i. stupefacta. seu admirata. & subdit causa cum dicitur: qm̄ audiebat unusquisq; etc. quia nunq̄ tale miraculum fuerat uisum uel auditum. & patet littera in qua nominātur habitatores diuersarū regionum. in quibus sūt diuersa idiomata totaliter. sicut in Iudea & Roma. & pluribus aliis uel in ptibus sicut lingua Picardica & Gallica distinguūtur. & sic erat in Mesopotomia que ē pars Syrie & Iudea. quarum lingue sunt propinque: ut supra dictum est. Iudei quoq;. i. illi de Tribu Iuda. & Proseliti. i. conuersi de gentilitate ad iudaismum. alii aūt irridebant credentes eos ebriosos esse. Stans aūt. posita confirmatione Apostolorum per donum spiritussancti. hic consequenter ponitur per eos publicatio euangelii. licet aūt

per omneſ Apoſtoloſ publicatum fuerit Euangelium in diuerſiſ ptibuſ mundi: Lucaſ tñ proſequitur tñ predicationem Petri & Pauli tum quia iſti duo erant inter alioſ preciput: tũ quia facta iſtoꝝ uidit & maxime Pauli cuiuſ fuit individuuſ comeſ. ſicut dicit Hiero. in libro illuſtrium uiroꝝ. & ſic reſiduum huiuſ libri in duaſ parteſ diuidit̃ quia primo deſcribitur predicatio Petri. & ſecundo Pauli ca. xiii. Prima in duaſ quia primo ponitur predicatio Petri iudeiſ facta ſecundo gentilibuſ ca. x. Prima adhuc in duaſ. primo in partem principalem. ſecundo in incidentalem que incipit ca. vi. p̃ma adhuc in duaſ: quia primo ponitur predicatio Petri uerbo. ſecundo predicatio eiuſ adiuncto miraculo. iii. ca. prima in duaſ: quia primo Petruſ remouet eſtimationem falſam. ſecundo declarat ueritatem ibi. ſed hoc eſt. Circa primum dicit. Staſ autem Petruſ. conſtanter & intrepide cum. xi. Apoſtoliſ. eleuauit uocem ſuam. ut loqueret̃ magiſ autentice. uiri iudei. qui habetiſ noticiã ſcripturarũ & maxime. qui habitatiſ Hieruſalem. in qua tunc uigebat ſtudium legiſ & propheturum. non. n. ſicut uoſ eſtimatiſ erronee ui ebrii ſunt. cum ſit hora diei tertia tunc. n. hoſeſ cõmuniter comedere incipiebant hora ſexta. & maxime Iudei qui erant magiſtrati. eo q̃ erant cultoreſ uniuſ diei & potiſſime in Hieruſalem ubi uigebat iſte cultuſ dicit igitur. cum ſit hora diei tertia. quaſi. d. adhuc non eſt comedendi & bibendi hora. ſed hoc eſt. hic conſequenter Petruſ declarat ueritatem. & diuidit̃ in duaſ. quia primo ponit̃ hec declaratio ſecundo audientium conuerſio ibi. iſ auditiſ. prima adhuc in duaſ. quia primo Petruſ declarat propoſitum per Ioeliſ uerbum. ſecundo per Dauid dictum ibi. uiri Iſraeli. e Circa primum allegat ſcripturam que habetur in p̃ncipio. xxxii. c. Ioeliſ Prophete. ſecundũ ſignificationem ueritatiſ Hebraice. ut ibidem dixi. Circa quã ſciendũ q̃ ãgeli appenteſ in aſcenſione Chriſti eam declarantes ſimul denunciauerunt aduentum eiuſ ad iudicium: dicenteſ hic Ieſuſ qui aſſumptuſ eſt a uobiſ: ſic ueniet etc. ſicut expoſitum eſt ſupra. dato uero ſpiritui ſancti in ſigno uiſibili fuit manifeſtatio glorie Chriſti ad dexteram patriſ aſſumpti. ſecundum q̃ dicitur Io. v. nundũ erat ſpiritus datus qa nõ dum erat Ieſuſ glorificatuſ. & ideo Ioel Propheta ſimul predixit effuſionẽ ſpũſſãcti & ſigna precedentia dicti iudicii. In hac igitur autoritate primo denunciatur primũ cum dicit̃: & erit in nouiſſimiſ diebuſ. i. in diebuſ noui teſtamẽti qui dicunt̃ nouiſſimi eo q̃ non ſuccedet aliud teſtamentum propter qđ dicit̃. i. Io. ii. Filioli nouiſſima hora eſt. & Hebr. i. nouiſſime diebuſ iſtiſ locutuſ eſt nobiſ in filio etc. effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. qđ exponit Ra. Sa. ſup Ioelem. ſuper oñem carnem id ẽ ſup omnem hoſem cuiuſ cor erit tenerum ad modũ carniſ. i. non obſtinatũ i peccatiſ & ad hoc inducit autoritatem Ezechieliſ. xxxvi. auferam cor lapideum de carne ueſtra. & dabo uobiſ cor carneum. dicit etiam idem doctor hoc implendũ tpre Meſſie & in hoc dicit uerum. ſed errat dicenſ futurũ qđ de preterito eſt impletũ. corda uero Apoſtoloꝝ erant tenera per deuotiõem & diſpoſita ad ſpũſſancti receptionẽ: ut patet per predicta. põt etiam aliter exponi. ſup omnem carnem. i. ſuper Iudeoſ & gentileſ indifferenter. ſicut habetur infra ca. x. propter qđ dicitur Ro. x. non eſt diſtinctio Iudei & Greci: nam idem dñſ omnium diueſ in omneſ qui inuocant illum. habũdãter dando eiſ ſpiritũ ſanctũ & prophetabunt filii ueſtri & filie ueſtre. i. indifferẽter datur ſpũſſanctuſ perſoniſ utriuſq; ſexuſ. unde & cum Apoſtoliſ fuerunt mulieres i die Penthecoſtes ut patet ex predictiſ. que receperunt ſpiritum ſanctũ cum eiſ. dicit̃ etiã Act. xxi. q̃ Philippo erant q̃ttuor filie uirgines pphetãteſ & de uiriſ Act. xiii. dicit̃ erant in Eccleſia que erat Anthiochie prophete & doctoreſ etc. Iuueneſ ueſtri etc. i. hoſibuſ cuiuſlibet etatiſ dabitur ſpiritus prophetie. ſomnia ſomniabũt. i. reuelationeſ

diuinaſ in ſomniſ habebant. ad quaſ percipiendaſ anima tunc eſt magiſ diſpoſita ꝓpter quietationem ſenſuum exteriorum ſicut plenius dixi in principio libri pſalmorum. Et quidem ſuper ſeruoſ meoſ & ancillaſ generaliter. In primitiua enī eccleſia oībus baptizatiſ ꝑ ipoſitionē manuū Apoſtoloꝝ dabat̄ ſpiritusſanctus ī ſigno uiſibili. ut patet Act. ix. & pluribuſ aliiſ locis & adhuc datur inuiſibiliter omnibuſ baptizatiſ niſi obex ponatur. Et dabo. hic ponitur ſecundo denunciatio ſignorum diem iudicii preceden/tium cum dicitur: Et dabo prodigia in celo ſurſum & ſigna in terra deorſum. ſecūdū ꝙ dicitur Luce. xxi. erunt ſigna in ſole & luna & ſtelliſ & in terriſ preſſura gentium etc. ſanguinem: nam perſecutio Antixp̄i precedet aduentum Xp̄i ad iudicium ī qua fundetur ſanguiſ innocentiū. & ignem. ſ. conflagrationiſ precedentē aduentū iudiciſ ſol conuerteretur in tenebraſ. nō ſecundum rem ſed ſecundum apparentiā. qa nubibuſ denſiſ abſcondetur eiſ lumen. & luna in ſanguinem: ſimiliter ſecūdum apparētiā ſicut rubea uidetur qñ eclipſim patitur. anteq̄ ueniet dieſ dñi. i. dieſ iudicii. magnuſ: nā omneſ ibi comparebunt & manifeſtuſ: nam occulta cordiſ noſtri tunc manifeſta erūt & erit non in die iudicii: ſed ante. prophete enim loquenteſ de uno tēpore frequēter tranſeunt ad aliud. quicunq; inuocauerit nomen dñi: fideliter & pſeueranter. ſaluuſ erit. ſalute eterna Ro. x. corde enim creditur ad iuſticiam ore aūt confeſſio fit ad ſa/lutem. Viri Iſraelite. hic conſequenter Petruſ declarat propoſitum per autoritatem Dauid. & diuiditur in duaſ parteſ: ſecundum duplicem eiuſ autoritatem. ſecūda ibi: non enim Dauid: prima in treſ: quia primo autoritaſ inducitur. ſecundo ad propoſitū applicatur ibi. uiri fratreſ. tertio intentum concluditur ibi. dextera igit̄. p̄ma adhuc in duaſ quia primo intentum proponitur, ſecundo autoritaſ inducitur ibi. Dauid. n. Circa primum excitat attentionem audientiū. d. uiri Iſraelite. ad quoſ miſſi fuerunt prophete. audite uerba hec que non ſunt deridenda: ſed magiſ attente audienda: cū ſint prophetarum oracula. Conſequenter proponit Xp̄i mortem & reſurrectionem. dicenſ. Ieſum Nazarenum uirum approbatū a deo in omnibuſ uobiſ. i. coram uobiſ. uirtutibuſ. i. opibuſ uirtuoſiſ & prodigiiſ. i. miraculiſ maioribuſ. ut in reſurrectione mortuorum & conſimilibuſ. & ſigniſ. ſ. minoribuſ: ut in infirmitatum curatiōibuſ que fecit deuſ. ſ. tota trinitaſ. per illum. i. per hoiem Xp̄m inquantū eiuſ humanitaſ erat organum diuinitatiſ contunctum ſicut manuſ ſuo mō eſt artificiſ organum. in medio ueſtri ſicut ſcitiſ. q. d. ſicut eſt euidenſ ꝙ non poteſtiſ negare. hunc diffinitio conſilio & preſcientia dei traditum: pro mundi ſalute & maxima caritate. Iudaſ tñ eū tradidit ex cupiditate & malignitate. quarū actor non eſt deuſ per manuſ iniquoꝝ affligētes interemiſtiſ. ſ. ꝑ manuſ militū Pilati qui gentileſ erant & idolatre. quē deuſ ſuſcitauit ſolutiſ doloribuſ inferni. q̄tum ad ipſum eo ꝙ eum non luſerunt. & quantū ad patreſ ſanctoſ quoſ inde abſoluit. quāuiſ enim non ſentirent ibi penam ſenſuſ: habebāt tamē penam damni inquantum retardabantur a uiſione & fruitione dei. quod erat mētiſ afflictiuum. ſecundum illud Prouer. xiii. ſpeſ que differtur affligit animā. iuxta qđ impoſſibile erat tenere. i. detineri. non enim peccatū aliquod contraxerat: ſed ad oīne peccatum deſtruendum uenerat. Dauid enim. Hic conſequenter inducit autoritatem Dauid ad propoſitū. que habetur Pſal. xv. & intelligit̄ de Xp̄o ad litteram: ſicut ibidē fuit oīſum. ideo in perſona eiuſ dicitur: prouidebam dñm corā me ſemp. nam anima Xp̄i ab inſtanti creationiſ habuit continue claritatē diuine uiſioniſ. qm̄ a dextriſ eſt mihi ne cōmouear. ex hoc enim ꝙ humanitaſ Xp̄i erat organū diuitatiſ contunctum ut dictum eſt: non potuit moueri ad aliquod niſi ſecundū uoluntatem deitatiſ. ꝓpter ꝙ nulluſ motuſ ſordinatuſ potuit inſurgere in xp̄o. ex iniuriiſ ſibi illatiſ. aut qbuſcūq

aliꝰ cauſiꝰ & quia hoc erat anime Xp̄i cauſa delectatiōiſ ſpiritualiſ ideo ſubdit̄. ꝓpter hoc delectatum eſt cor meum: interiuſ. & exultauit lingua mea. prorúpenſ exteriuſ. in laudem diuinam. ſicut dicitur in Luc. x. in ipſa hora exultauit Ieſuſ in ſpū̄ſancto etc. inſuper & caro mea. ab anima ſeparata. requieſcat: in ſepulchro: in ſpe. i. certa reſurrectioniſ expectatione. qm̄ non derelinqueſ animā meā: a corpore ſeparatā: in inferno. i. in ſanctoꝝ lymbo. in quo fuit per. xxxix. horaſ tm̄. ſ. ab hora nona ferie ſexte in qua fuit ſepata a corpe: uſq; ad diluculum diei dñice in quo ſecundū cómu/ niorem opinionem fuit corpori reunita. & ideo ſubditur: neq; dabiſ. i. dari permitteſ. ſanctū tuum. i. corpuſ meū ſanctificatū. uidere corruptionē. i. putrefactionem uel incinerationē. ſi tñ accipiaē corruptio pro morte. ſic fuit ibi corruptio. quia corpuſ Xp̄i fuit uere mortuum per ſepationem aīe a corpore. utrunq; tñ remanſit diuinitati unitū. ſ. aīa exñſ in lymbo. & corpuſ iacenſ in ſepulchro. notaſ mihi feciſti uiaſ uite. per acceleratiōnē reſurrectiōiſ mee. replebiſ me iocunditate. quia reſurrexit in corpe glorioſo: qđ fuit priuſ paſſibile & mortale. & ſic habuit materiā iocunditatiſ ex corpiſ ſui glorificatione. cum facie tua. i. cum clara uiſiōe eſſentie diuine quā habuit anima Chriſti ab inſtanti creationiſ ſue. ideo dicitur cum facie tua. i. cum uiſione facieī tue iam priuſ habita. Viri fratreſ. hic conſequenter dicta autoritaſ ad ꝓpoſitū applicaē oñendo ꝙ non loquitur de perſona Dauid. ſed de perſona Chriſti: cum dicitur. uiri fratreſ. i. Iſraelite ſicut & ego. liceat audenter dicere ad uoſ. tanq̄ uerum manifeſtum de Patriarcha Dauid. qm̄ defunctuſ eſt & ſepultuſ. ut. iii. Reg. ii. & ſepulchrum eiuſ eſt apud uoſ in quo iacuit corpuſ eiuſ per tanta tꝑa qđ putrefactionem paſſuſ ē: & incinerationem propter ꝙ dicta autoritaſ intelligi non pōt de ipſo. ideo conſequēter oñditur ꝙ intelligenda eſt de Chriſto. cum dicitur. propheta igitur cum eſſet. dñi. & ſaret ꝙ iureiurādo etc. ſicut habetur Pſal. c. xxxi. Iurauit dñſ Dauid ueritatem. qđ principaliter de Chriſto intelligitur deſcendente a Dauid ſecundum carnem. ut dictū fuit ibidē. ideo ſubditur: prouidenſ locutuſ eſt de reſurrectione Chriſti: in autoritate predicta que in ipſo impleta eſt. ut patet ex dictiſ. ideo ſequitur: neq; derelictuſ eſt. etc. & patet littera. Dextera. Hic concluditur intentum de collatione ſpirituſſancti a deo. Circa quod ſciendum ꝙ hec collatio nō erat implenda ante Chriſti aſcenſionē ut dicitur Io. vi. nundū erat ſpiritus datuſ quia nondū erat Ieſuſ glorificatuſ. Ideo concludit. dextera igit̄ dei. i. eiuſ potentia. exaltatuſ. ad celeſtia. & ꝓmiſſiōe ſpūſſancti accepta. qua ſedet ad dexterā patriſ ſicut erat ſibi ꝓmiſſum Pſal. c. ix. ſede a dextriſ meiſ. etcr. effudit hunc ſpiritum quem uoſ uidetiſ: in linguiſ igneiſ & auditiſ in uariſ linguiſ erant enim hec ſigna ſenſibilia ad deſignandum ſpiritūſanctū habitantem in cordibuſ eorum. Sciendum aūt ꝙ ſicut miracula fiebant a tota trinitate ſicut a cauſa principali: & ab humanitate Chriſti. ſicut a cauſa inſtrumentali coniuncta ut dictum eſt ſupra ita intelligendum eſt de hac infuſiōe ſpūſſancti. Non enim. Hic ponitur ſe/ cunda autoritaſ ad propoſitum.: que habeē Pſal. c. ix. qui Pſalmuſ ad litterā intelligiē de Chriſto: ut ibidem diffuſius declarauit. dicit ergo. non enim Dauid aſcendit ad celoſ cum fuerit ſepultuſ & incineratuſ ut predictū eſt. dicit aūt ipſe de Chriſto. dixit dñſ ſ. pater. dño meo. ſ. filio eiuſ incarnato. per hoc enim ꝓbatur diuinitaſ Chriſti Matt. xxii. quia ſi eſſet homo puruſ Dauid non uocaret eum dñm. cū eſſet filiuſ eiuſ na/ turaliſ tm̄: & nó dei. ſed tm̄ adoptiuuſ. ſicut Dauid & alii ſancti. ſede a dextriſ meiſ. i. ad equalitatem patriſ ſecundum deitatem & in potioribuſ boniſ ſecúdum humanitatē donec ponam etc. per hoc non eſt intelligendū ꝙ Chriſtuſ debebat aliqñ dimittere ſeſſionem ad patriſ dexteram. quia donec aliqñ tenetur finite. ſ. qñ ſignificat terminū

eius cui coniungitur: ut cum dicit: sede hic donec ueniam. aliqñ uero infinite: ut cum dicitur: iste non penituit donec uixit. i. nunq̃ penituit. & hoc mō tenet hic cum dicit sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. i. tibi totaliter subiectos. si enim accipiat Xp̄us secundū diuinā naturā oīa sunt ei subiecta ab eterno secundū fiendorū dispositionem. non tñ quantū ad executionem. sed solū in tpre i quo habent esse: si uero consyderetur quantū ad humanā naturam. sic omnia sunt ei subiecta autoritatiue: a principio incarnatiōis ex unione ad uerbū. executiue uero oīa erunt ei subiecta in fine mundi. qñ in oībus exercebat suam uoluntatē bonos p̄miādo & malos puniendo. & sicut scabellum teritur pedibus & sub eis ponitur: ita mali conterentur in penis. & supponentur Xp̄o secundū humanitatē. que per pedes designat propter qđ concludit. Certissime sciat ergo omnis deus Israel: absq; hesitatione aliqua quia & dñm eū & Xp̄m fecit deus. i. tota trinitas. hunc Iesū: humanitatē eius unitēdo uerbo. & ad patris dextram exaltando. quem uos crucifixistis. per ignorantiā quidem quantū ad cōmunem populū. sed per inuidiā & malitiā q̄tum ad principes sacerdotū Iis auditis. Postq̃ posita est predicatio. hic consequenter ponitur auditorū cōuersio & secundo eorū conuersatio: ibi. erant aūt. Circa primū dicit. ii auditis compuncti sunt corde. de Xp̄i morte. & dixerunt etc. patri obedire. penitentiā agite. peccata p̄terita detestando. aliter poneret obex spiritui sancto. & baptizetur unusquisq; uestrum in noīe Iesu Christi. In hac enim forma baptizauerunt in primitiua ecclesia cōsilio spiritus sancti ut nomen Christi qđ erat apud iudeos contemptum & odiosum amabile redderetur & uenerandū. quo facto redit ecclesia ad formā a Xp̄o institutā. Mat. ult. baptizantes eos in nomine patris & filii & spūs sancti. ueruntñ in nomine Christi intelligitur tota trinitas. Christus enim grece unctus dicitur latine. & sic in noīe xp̄i intelligit pater ungēs & filius unctus & ipsa unctio que ē spūs sanctus. In remissionē peccatorū uestrorū: quia baptismus delet omnia peccata quantū ad penam & culpam. & accipietis donū spūs sancti: quia tūc dabat baptizatis in signo uisibili p̄ impositionē manuū Aplōrū ut habetur. x. ca. & .ii. uobis est repromissio. p̄dicta per Ioelē Prophetam: ut dictū est supra. cetera patent usq; ibi. saluamini a generatione ista prauā s. Iudea ita que pro maiori parte remansit in infidelitate obstinata. & appositi sunt ad numerum fideliū in die illa: Penthecostes. ut patet ex predictis. circiter tria milia. in signū huius baptizatiōis fiebat antiquitus baptismus generalis in Penthecoste. Erāt aūt. hic consequenter ponitur conuersatio conuersorū cum dicit: erant aūt pseuerātes in doctrina Apostolorū: quantū ad fidem & mores. & cōmunicatione fractiōis panis. tum quia quotidie cōmunicabant. tum quia cōmunes cibos sicut & cetera communia habebant. fiebat aūt omni anime. i. omni homini denotando totum a parte digniori. timor: tum propter p̄dicationē Petri. tum p̄pter miracula que p̄pter Apostolos fiebāt ideo subditur. Multaq; etc. omnes etiā qui credebant in Christū. erant p̄iter. i signū caritatis. & habebant omnia cōmunia. in signū fraternitatis. & ex hoc omnis religio habuit exordiū. in qua non licet habere p̄prium. possessiones quoq;. i. agros & uineas & substantias. i. pecora & consimilia. uendebant: ut de precio oīmibus cōmuniter prouideretur. tñ secundū indigentias eorum. quotidie quoq; perdurantes unanimiter in templo. ubi erat locus orationis quo ad omnes: & predicationis quo ad Apostolos. & frangentes circa domos panem. in reditu suo de templo. sumebāt cibū cum exultatiōe mentis in deum. & simplicitate cordis. i. sine plica dolositatis & simulationis. collaudātes deum de bñficiis acceptis. & graciam habentes ad omnē plebē. & sic de quolibet eorum posset dici. qđ de beato Sebastiano legitur necesse erat ut quem deus tanta p̄fuderat

gratia ab omnibus amaretur. dñs aút augebat. supple ad numerum eorum qui salui fiebant per receptionem fidei catholice. quotidie: & non solum in die Pentbecostes. sed etiã in aliis diebus sequentibus. in idipm. i. in unionẽ apostolice doctrine. .III.

PEtrus aút. hic consequenter describitur predicatio Petri adiuncto miraculo: & diuiditur in tres ptes. quia primo ponitur operatio miraculi. secundo predicatio Petri: ibi. uidens aút Petrus. tertio excitatio zeli. iiii. ca. Circa primum notatur hora cum dicitur: Petrus aút & Iohannes ascendebant in templum. i. in atrium mundorũ: quod erat orationis locus. ad horam orationis nonam. tribus enim horis orabant i die iudei. unde dicitur Dañ. vi. q̃ Daniel tribus tpribus in die orabat cõtra Hierusalẽ. s. mane hora nona & uespe. & quidã uir qui erat claudus ex utero matris sue: ex quo miraculum fuit euidentius quam si fuisset claudus ex aliquo accidenti. baiulabat̃: quia non solũ erat claudus sed etiã sic contractus: q̃ non poterat incedere. quem ponebant quotidie ad portã templi que dicit̃ speciosa ista. ut dicunt aliqui est illa porta quam edificauit Ioathã Rex Iuda sublimissimã. ii. Paralyp. xxii. sed si intelligant de eadẽ porta numero quam edificauit Ioathã: non est uerum: nam illa fuit combusta per Chaldeos. iiii. Reg. ult. potuit tñ alia in eodem loco reedificari ad similitudinẽ prime & retinuit nomen antiquũ. ut peteret elemosynã. sicut cõsuetũ est talibus qui nõ pñt lucrari uictum suũ. cetera patent usq; ibi. respice in nos. i. consydera nos paupes nihil tibi dare uolẽres ut dicũt aliqui. & uidetur glosa interlinearis dicere: sed saluo meliori iudicio uidet̃ aliter dicendũ. si enim Petrus ei sic rñdisset: spẽ recipiendi aliqd ab eis sibi nõ dedisset: sed magis contrariũ. & tñ subdit̃. At ille intendebat in eos speransse aliqd accepturum ab eis. ideo dicendũ q̃ Petrus & Iohannes qui erant ualde misericordes: respexerunt eũ clementibus oculis: cogitantes sibi melius dare quã petebat. ideo dixit ei Petrus respice in nos. non in nostra. ꝓpter q̃ subdit̃. argentũ & aurum nõ ẽ mihi. memores illius precepti. nolite possidere aurum & argentũ etc. ut dicit glosa. quod nõ habeo hoc tibi do. qd̃ enim per amicos possumus quodãmõ per nosipsos possumus. viii. Ethy. sanitatem. n. illã poterat dare Petrus uirtute dñi sui. & amici Iesu Xp̃i: ideo subdit. In nomine Iesu Xp̃i. i. in uirtute eius. surge & ambula. neutrũ enim ante poterat & protinus consolidate sunt bases eius. i. crura & tibie: quibus innititur corporis pondus & plante. i. pedes usq; ad ultimã superficiem. & exiliens stetit & ambulabat. in quo oñdit̃ pfecta curatio & in instanti. quam solus deus pót facere. & intrauit cum illis in tẽplũ ut redderet gratias deo de tanto beneficio. cetera patent usq; ibi. ad porticum que appellabat̃ Salomonis. porticus enim illa quã fecit Salomon in templo fuit p Chaldeos combusta. sed post reditum captiuitatis Babylonice in eodem loco fuit alia reedificata retinens nomen antiquũ. Videns aút. Hic consequenter ponitur exhortatio Petri in qua primo arguit Iudeorum iniquitatem. secundo eos inducit ad ueritatem ibi. & nunc fratres. Circa primum dicit. uiri Israelite quid miramini etc. quasi nostra uirtute aut potestate fecerimus etc. sic bñt libri correcti. ad faciendum. n. aliqd̃ bonũ requiruntur facultas & bona uoluntas: que per uirtutem & potestatem designantur. q. d. Petrus si fecissemus hoc nostra potestate & uoluntate bñ esset admirandũ sed sic nõ ẽ propter quod subditur: deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob. utitur hoc mõ loquendi. quia cõmunis erat apud Iudeos in assertionibus ueritatis ut patet ex decursu ueteris testamenti. deus patrum nostrorum qui est omnipotens. glorificauit filiũ suũ Iesum. eum resuscitando & ad suam dexteram collocando. quem uos quidẽ tradidistis Pilato ad interficiendum hoc enim fecerunt principes in quibus erat totus populus uirtualiter & negastis ante faciem Pilati: dicendo: non habemus Regem nisi Cesarẽ

Io. xix. iudicante illo. ſ. Pilato dimitti ſupple debere Ieſum ſicut innocentē: ut habet ibidem. Voſ aūt ſanctum & iuſtū negaſtiſ. & dicit ſanctū & iuſtū abſolute. qa ſāctuſ & iuſtuſ eſt anthonomatice: unde dicitur ſanctuſ ſanctoꝝ Dañ. ix. & petiſtiſ uirum homicidā. ſ. Barrabā. qui propter ſeditionem quandā factā in ciuitate & homicidium miſſuſ erat in carcerem. Luc. xxiii. autorem uero uite: corporaliſ & ſpiritualiſ. quod Xp̄o competit ſecundum eiuſ diuinitatē. interfeciſtiſ. in humanitate aſſumpta. quem deuſ ſuſcitauit: per ſuam omnipotentiā. cuiuſ noſ teſtes ſumuſ. nō tm̄ duo uel treſ: ad ſufficientiā: ſed multo plureſ ad ſupabundantiam. & in fide noſtiſ eiuſ hunc quem uoſ uidiſtiſ. nunc ſanum & incolumē. & noſtiſ. ante fuiſſe dandū & impotentē. cōfirmauit in ſanitate nomen eiuſ. i. inuocatio nominiſ Chriſti. & fideſ etc. nā inuocatio ſine fide efficax non eſſet. Et nunc fratreſ. Hic conſequenter Petruſ inducit eoſ ad ueritatē: & primo ratione. ſecundo ſcripture allegatione ibi. Moyſeſ. Circa primū dicit. & nūc fratreſ. dulciter eoſ alloquitur. ut uerbū eiuſ recipiat magiſ. ſcio quia per ignorātiā feciſtiſ ſicut & Principeſ ueſtri. Alia tm̄ fuit ignorantia hic & ibi. nam principeſ q erāt litterati per ſcripturaſ que predicte erant de Xp̄o & per eiuſ opera cognouerūt p̄mo de Ieſu Nazareno q ipſe erat Xp̄uſ in lege & in prophetiſ promiſſuſ: ſicut dictum fuit pleniuſ ſup illud Matt. xxi. agricule aūt dixerunt hic eſt hereſ: ſed quia incepit predicare contra eorum uitia publice conceperunt contra eum inuidiam & odiū. & ſic in eiſ fuit ſubuerſa dicta noticia. quia corruptio affectiōiſ corrumpit iudicium rōniſ & in augmentū malicie ſue deceperunt populum ſimplicem: inducenteſ eū ad petēdū Xp̄i mortem. Matt. xxvii. principeſ aūt ſacerdotum & ſenioreſ pſuaſerunt populiſ ut peterent Barrabā. Ieſum uero perderent. & ſic patet q ignorantia principum fuit multo grauior q̄ populariū. deuſ aūt qui prenunciauit per oſ omniū prophetarum. etc. dicit aūt oſ in ſingulari ad deſignandū q omneſ prophete uno ſpiritu ſunt locuti & paſſionem Xp̄i omneſ litteraliter uel miſtice predixerunt: impleuit ſic. nam maliſ actibuſ boīum utit̄ ad bonū. ſunt enim ab eo inq̄tū actuſ. penitemini ergo a peccatiſ ueſtriſ & conuertimini. ad Chriſtū. ut deleant̄ peccata ueſtra: per baptiſmum. ut cum uenerint tempa refugii. i. ultimi iudicii. tunc enim ad refrigeriū beatitudiſ trāſferēt̄ electi. a cōſpectu dei. i. ſecundū ordinationem eiuſ. & miſerit eum qui uobiſ p̄dicatuſ eſt Ieſum Chriſtū. ad iudicandū ſeculū in forma humanitatiſ gloriоſa. quem oportet quidē celum ſuſcipere. i. iterum in celiſ ad dexterā patriſ ſedere ut dictū eſt ſupra ca. p̄mo. i. uſq; in tpra reſtitutioniſ omniū. i. extremi iudicii. in quo omnia reducerent̄ ad ſtatū ordinatiſſimū: ſecundū lineā diuine iuſticie. quē locutuſ eſt per oſ ſanctoꝝ ſuoꝝ a ſeculo. i. ab antiquo. & non ſolū de nouo. Moyſeſ. Hic conſequenter inducit ad p̄/poſitū ſcripturaſ Prophetaꝝ. & primo in ſpeciali dicenſ. Moyſeſ quidē dixit. Deute. xviii. qm̄ Prophetam ſuſcitabit nobiſ dn̄ſ deuſ noſter. q ſicut ibidem dictū fuit ītel/ligitur principaliter de Chriſto qui dicitur propheta magnuſ. Luc. vi. & deſcendit de iudeis ſecundum carnem. Matt. i. tanq̄ meipſū audieriſ. i. legiſlatorē noui teſtamenti ſicut me ueteriſ. omniſ anima. i. omniſ homo. ponitur enim hic parſ principaliſ p toto que non audierit prophetā illū. legem euangelicā renuēdo. exterminabitur de plebe i. de ſanctoꝝ ſocietate. Conſequenter inducit ſc̄pturaſ prophetarū in quodā generali dicenſ. & omneſ Prophete a Samuel etc. ſub illo enim incepit regnū Iſrael: & Iuda. ut patet. i. Reg. x. Tpribuſ uero Regū & deincepſ fuerunt p̄phete qui clariuſ locuti ſunt de myſterio Chriſti ut ſupiuſ eſt oñſum in expoſitione prophetarū. Vnde & de Eſa. dicit Hiero. q uidetur magiſ euangelū q̄ prophetā texere. uoſ autē eſtiſ filii prophetaꝝ. i. nutriti in ſcripturiſ eoꝝ. & teſtamenti. i. promiſſioniſ. qđ diſpoſuit deuſ

ad patres uestros. de futuro dicens ad Abraham Gñ. xii. in semine tuo bñdicent oēs familie terre. quod impletū est in Xpo ab Abrahā descendēte. ut patet p oēs ptes orbis in quibus sunt aliqui Xpiani. & adhuc magis implebit in fine mundi qñ omnes conuertent ad fidem Christi. uobis deus p̄us suscitans. i. manifestans filiū suū: qa inter Iudeos fuit natus & conuersatus. misit eum bñdicentem uobis. in p̄sona enim prop̄a predicauit iudeis: & multa bñficia contulit. mortuos suscitando. leprosos sanādo. cecos illuminando. & huiusmōi. ut conuertat se etc. ad hoc enim requiritur actus liberi arbitrii. unde dicit Aug. qui creauit te sine te non iustificabit te sine. .IIII.

Loquentibus aūt illis. posita predicatione Petri: Hic consequenter ponit̄ excitatio zeli. Circa qd̄ primo ponitur duplex zelus. secundo utriusq; processus ibi. Factū est aūt. Circa primū sciendū q̄ zelus sumitur aliqñ pro inuidia. aliquando uero pro singulari amicicia. p̄mus aūt zelus ponit̄ cum dicitur. loquentibus aūt illis ad populum supuenerunt sacerdotes etc. moti inuidia contra Christū & Saducei dolentes. isti specialiter exprimunt̄ dolore. quia negabant resurrectionem mortuorū ut habet̄ infra. xxiii. & posuerunt eos in custodiā. i. in carcerem usq; in crastinū. eo q̄ iā trā/sierat hora ducendi eos ad iudiciū. secundo ponitur excitatio boni zeli cū dicit̄: multi aūt eorū qui audierant uerbum. s. Petri predictū crediderūt in Christū. & factus est numerus eorum usq; quinq; milia: cum p̄cedentibus conuersis prius per p̄dicationē xp̄i & secundū hoc fuerunt. viii. milia quod uidet̄ uerius. secundum alios uero tria milia predicta ca. ii. includuntur in hoc numero. factū est aūt. Hic consequenter ponitur utriusq; zeli prosecutio. & primo mali. secundo boni ibi. dimisi aūt. Circa p̄mū primo ponitur Iudeorū interrogatio. secundo Petri rñsio ibi. tunc Petrus. tertio sup̄ dicta collatio ibi uidētes aūt. Circa primū dicit̄. Factū est aūt in crastinū ut congregarēt̄ etc. multi enim & magni fuerunt conuocati. ut ex hoc Apostoli magis terrerentur & in uerbis suis caperentur: ideo subditur. & statuētes eos in medio interrogabant. ex diuersis ptibus ad eos stupefaciendū. in qua uirtute aut quo nōe fecistis uos hoc? q.d. manifeste patet q̄ fecistis hoc artibus magicis. unde & iste curatus fuerat. cū eis detēctus ut maleficii particeps. Tunc Petrus. Hic consequenter ponitur Petri rñsio. dicentis. principes populi & seniores audite. i. diligenter ueritatem attendite. si nos hodie diiu/dicamur. i. ad iudicium trahimur ut malefactores. & accipitur hic si pro quia. quia sic trahebantur. in bñficio hoīs infirmi. i. pro bñficio curationis eius. notum sit omnibus etc. quia in nōe Iesu Christi Nazareni quem uos crucifixistis. per milites presidis. & hoc ex inuidia & nequicia uestra. quem deus suscitauit a mortuis. ex sua omnipotētia in hoc. i. in fide ipsius. iste astat coram uobis sanus. uere & non ficte. Consequenter inducit scripturam ad propositū que habetur psalmo. c. xv. d. Hic est lapis etc. que de Christo intelligitur ad litteram sicut ibidem declarauit per doctores Hebraicos & Latinos. q̄. n. lapis Christus dicatur in scriptura ueteris testamenti. patet Dañ. scd̄o lapis aūt qui p̄cusserat statuā factus est mons magnus & impleuit uniuersam terram. q̄ ad litteram exponit̄ de Christo a doctoribus hebreis & Latinis. reprobatus a uobis edificantibus. i. a uobis sacerdotibus & legis doctoribus: ad quorū officiū spectat edi/ficare populū in fide & moribus. qui factus est in caput anguli. coniungēs Iudeos & gentiles tanq̄ duos parietes in unam ecclesiam. propter q̄ dicit Io. x. Alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere & fiet unū ouile & unus pastor & non est in aliquo alio. i. p̄ aliquē aliū. salus: quia ipse solus est mediator dei & hoīm neq; enim aliud nomen est sub celo etc. i. res significata per nomen saluatoris non est data alteri homini. soli enim Xpo datum est q̄ sit deus & homo. Videntes aūt. Hic

consequenter ponitur super Petri rñsionem sacerdotũ collatio. & primo ponit collationis actus. secundo effectus ibi. & uocantes etc. Circa primum dicitur. uidentes autẽ Petri constantiã & Iohannis. quia in nullo stupebant & terrebant. compto q̃ homines essent sine litteris. i. carentes scientia acquisita. & tñ allegabant scripturam ut usũ est & ideote. i. simplices & pue industrie. ammirabant. eo q̃ ignorabant causam. s. sancti spiritus unctionem que docet de omnibus. i. Io. ii. & cognoscebant eos qui cum Iesu fuerant. qui frequenter predicauerat in templo & apostoli erant cum eo. hominem quoq; uidentes stantem cum eis. s. perfecte curatũ ab eis nihil poterant contradicere. quia dicere non poterant q̃ alius esset homo ab illo dando p̃dicto. nec q̃ non esset curatus pfecte nec uere. quia utrũq; apparebat falsũ manifeste. miserunt aũt eos foras extra consilium secedere. ut in eorũ abñtia possent melius conferre quid faciemus hominibus istis. q. dicant non possumus eos ad mortem uel carcerem condẽnare. & subdit causa. qm̃ quidem notũ signũ. i. miraculũ. factum est per eos. & sic interficiẽdo uel detinẽdo eos concitabimus totũ populũ contra nos. Si queratur quare non crediderunt exquo signũ tam manifestum uiderunt: dicendũ q̃ excecauit eos malicia eorũ. propter quod factũ illud attribuerunt uirtuti demonũ. sicut & facta Xp̃i Matt. xii. In Belzebub principe demoniorũ eicit demones. sed ne amplius diuulgẽt in populũ cõminemus eis. precipiendo sub pena mortis. ne ultra loquantur in nomine hoc. s. Iesu Nazareni. ulli homini. i. Iudeo uel gentili. Et uocantes. Hic consequenter ponit collatiõis effectus qui est probibitio ex pte sacerdotũ. cum dicit: denũciauerũt etc. & patet & rõnabilis rñsio Apostolorũ cum subditur: si iustũ est in conspectu dei uos potius audire q̃ deum iudicare. q. dicant: non potestis hoc dicere cum nullã autoritatem habeatis precipiẽdi nisi a deo: ideo concludit: non enĩ possumus licite. que uidemus. s. Xp̃i miracula cuius resurrectionem & ascensionẽ. & audiuimus: ip̃m uenturũ ad iudiciũ. & hoc ab angelis ut patet supra ca. i. non loqui: maxime cum precepit nobis hoc testificari supra. i. c. & Luc. ult. at illi cõminantes diuiserunt illos. & subditur causa. non inuenientes quõ punirẽt eos propter populũ: exquo patet q̃ repressi fuerunt ab hac punitiõe hũano timore. quia homines clarificabant hoc q̃ factũ fuerat: confitentes hoc factũ eẽ diuina uirtute. & subditur causa. annorũ. n. amplius. xl. erat homo. & sic erat notus omnibus fuisse claudus per longũ tpus: confessio enim ueritatis erat efficax in eo rõne etatis. ex qbus appebat factũ illud esse diuine uirtutis. Dimissi aũt. Posita prosecutiõe zeli mali ex pte sacerdotũ. hic consequenter ponitur psecutio zeli boni ex pte credentiũ & hoc q̃tũ ad duo. s. q̃tum ad deuotã orationẽ: & sanctã conuersationẽ: que ponit ibi. multitudis aũt. Circa primũ dicit: dimissi aũt. & patet littera usq; ibi. unanimiter leuauerunt uocem: corde & ore deprecantes & orationẽ suam fundant sup dei potẽtiã dicentes: dñe tu fecisti celũ etc. secũdo sup eius gratiã cũ dicitur: qui spiritusancto etc. dixisti de Xp̃o Psalmo. ii. qui intelligit ad litteram de Xp̃o etiã secundũ antiquos doctores hebreorũ ut ibidẽ fuit declaratũ. quare fremuerunt gentes. i. gẽtiles. & populi. i. Iudei. in pluribus tribubus diuisi. utriq; enim egerunt ad mortẽ Xp̃i. Pilatus enim & milites Christũ crucifigentes fuerunt gentiles. Iudas aũt pditor & illi q Xp̃m tradiderunt Pilato fuerunt Iudei. meditati sunt inania. dicit aũt inanis meditatio qñ non habetur ppositũ sed magis oppositũ. isti aũt credid erunt extinguere Xp̃i nomẽ per eius mortem. per quam fuit magis exulta tũ & glorificatũ eo q̃ ad eam secuta est eius resurrectio. ascensio. spiritussancti missio. & Apostolorũ cõstans p̃dicatio. ppter q̃ imminente sua morte dixit. nunc clarificatus est filius hominis. & subditur & deus clarificabit eũ. astiterũt Reges terre. s. herodes: & Pontius Pilatus ut postea exponit

& dicuntur Regeſ terre a regendo. nam Herodeſ erat tetrarcha Galilee. & Pilatuſ procurator Iudee illuc miſſuſ a ceſare. ut habet Luc. iii. & principeſ. ſ. Iudeoꝝ. conuenerunt in unum aduerſuſ dñm. ſ. deum patrem. & aduerſuſ Xp̄m eiuſ: ab eo miſſuſ in mundū. ꝓpter qđ quicquid fiebat contra filium miſſum fiebat contra patrem mittentem & ſic exponitur cum dicit: conuenerunt uere etc. & patet ex dictis littera uſq; ibi. facere iniqua uoluntate ex pte ipſoꝝ. que manuſ tua. i. potentia tua. & conſiliū tuū. i. ordinatio tua. decreuerunt fieri. ex maxima pietate & miſericordia ex parte dei & ex maxia caritate & obedientia. ex pte hominiſ Xp̄i. nunc dñe reſpice ī minaſ eoꝝ. ut ipſiſ non terreamur & da ſeruiſ tuiſ cum fiducia loqui uerbū tuum. & ſubditur moduſ: cum dicit: in eo ꝙ manū tuam extendaſ ad ſanitateſ. etc. que ſunt uerbi diuini confirmatiua. Mar. ult. illi aūt profecti p̄dicauerūt ubiq; dño coopante: & ſermonē confirmante ſequentibuſ ſignis. & cum oraſſent motuſ eſt locuſ etc. per terremotū ſub pedibuſ eoꝝ ſignificata fuit exauditio petitionis eoꝝ. ſ. ꝙ glorificatio nominiſ Chriſti per terrenaſ poteſtateſ non impediretur. & ꝙ finaliter terrene poteſtateſ iugo Xp̄i ſubicerent. qđ patet adimpletum. quia tpre perſecutiōis eccleſie maxime creuit fideſ & nomen Chriſti. & ipſius iugo ſubmiſerunt colla multi principeſ maxime a tpre Conſtantini. & repleti ſunt oīneſ ſpūſancto per augmentū caritatis & gratie. Multitudis. Hic conſequenter deſcribit credentiū conuerſatio ſancta. & p̄mo generaliter. ſecūdo ſpecialiter ibi. Ioſeph aūt. Circa primū dicit: multitudiniſ aūt credentiū erat cor unū & anima una. nam coniuncti erant adinuicem caritate maxima. nec quiſq̄ eorum que poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat. ſibi uel familie ſue appropiando. & ex hac congregatione habuit ortum omniſ religio. & uirtute magna. in ſignis & prodigiſ diuina uirtute factis. reddebant Apoſtoli teſtimoniū diuiniſ miraculis confirmatū. & gratia magna erat in omnibuſ illis. ſ. gratia dei ad ipſoſ & omniū populorum adinuicem. ideo ſubditur: neq; enim quiſq̄ egēſ erat inter illoſ. & ſubdit cauſa. quotquot. n. poſſeſſoreſ agroꝝ etc. & patet littera. Ioſeph aūt. Hic cōſequenter ponit exemplū in ſpeciali de iſta cōmunicatione ſociali. & diuidit in duaſ pteſ. in ptem p̄incipalem & in incidentalē que incipit in p̄incipio ca. v. Circa primū dicit. Ioſeph aūt qui cognoīatuſ ē Barnabaſ iſte ſecundū Hiero. in libro illuſtriū uirorum fuit ille qui cum Paulo uocatuſ fuit ad Apoſtolatū: ut habet infra. xiii. & fuit aliuſ ab illo Ioſeph qui cum Mathia accepit ſorteſ ſupra p̄mo ca. ut dicit in hyſtoria ſcolaſtica. & hoc uidet quia ille cognoīatuſ eſt Barnabaſ. iſte uero Barſabaſ. & qa ille fuit filiuſ Alphei. & ſic de Galilea oriūduſ iſte uero dicitur Cyp̄uſ. i. de Cypro natuſ. dicit etiā genere Leuiteſ de qua Tribu non uidet fuiſſe Alpheuſ. cum haberet agrū uendidit eū. licet enim leuite nō haberēt agroſ in Iudea: tñ poterant habere in alia terra. pnteſ aūt iſtiuſ tpre Anthiochi uel alteriuſ tyranni fuerant ad inſulā Cypri tranſlati: ubi agroſ licite poterāt habere: & eoſ uendere. & attulit precium integrū nil ſibi retinendo. & poſuit ad pedeſ Apoſtoloꝝ & inde prouideret cōmunitati ſecundū diſpoſitionē eorum. V.

UIr aūt quidā. Hec eſt pſ incidentalis: in qua occaſione Ioſeph qui totū precium fideliter cōmunicauit ponitur exemplū de Anania: qui per oppoſitum partem defraudauit. nā oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. & diuiditur in duaſ parteſ quia p̄mo ponitur culpa. ſecundo pena ibi. audiens aūt. Circa primū dicitur: uir aūt quidā etc. & patet littera uſq; ibi. cur temptauit Sathanaſ cor tuū mentiri te ſpiritui ſancto. pmiſerāt. n. deo omneſ de ſocietate illa uiuere ſine pr o p̄o. & ſic mēitus fuit deo partem ſibi appropriando. mentitus etiam fuerat hominibuſ dicendo ꝙ erat totū agri preciū ſicut patet per uerbum uxoriſ ſue infra dicētis. ꝙ pro tanto p̄cio agrum

uendiderant. que erat conscia facti ut premissū est. & per consequens probabile uidet ꝙ ista & uir suus conuenerant in modū loquēdi de ista uenditiōe & rūdendi. & fraudare de ꝓcio agri retinere enim sibi soli ꝙ est commune & occulte: est communitatem defraudare. nonne manens tibi manebat. s. ante uotū. & uenundatū in tua erat ꝑāte q. d. tūc poteras agrū uendere & retinere. & de ꝓcio tuā uoluntatē facere: nec aliqs coegit te uotū facere & cōmunitatem istā intrare: uel nō intrare. q̄re posuisti ī corde tuo hanc rem. i. dictā fraudē. uolebat enim de medietate ꝓcii habere expensas communes sicut & alii. & de alia medietate uiuere lautius in occulto. nō es mētitus hoībus s. solū. sed etiā deo ut patet ex p̄dictis. Audiens aūt. Hic consequenter ponitur pena & primo uiri. cū dicit̄: cecidit subito a deo ꝓcussus. transgressores. n. alicuius legis seu ordinatiōis grauiter sunt in principio puniendi ut lex firmet̄ & alii terreant̄. & hoc mō Nadab & Abin filii Aaron offerentes ignem alienū ꝓcussi fuerunt a deo ī die sue consecrationis Leuit. x. & colligens ligna in sabbato lapidatus. Num. xv. ideo subdit̄ & factus est timor magnus. retrahens alios a cōsimilibus. hoc tñ dicit̄ hic ꝓ anticipationē quia pauci adhuc sciebant hoc factū. ꝙ patet ex eius uxore postea uiuente: & factū penitus ignorante. surgentes aūt iuuenes āmouerunt eū etc. ex hoc dicūt aliqui ꝙ Ananias post uerbū Petri penituit. & mors illa sibi pro expiatione culpe fuit. nam Petrus ꝑuidit ꝙ religiosi morientes proprietarii forent ecclesiastica sepultura caituri. & sic non ꝓmisissent Ananiā sepeliri nisi penituisset. cum esset ordinator ecclesie. sed quicqd hic sit de ueritate hoc non uidet̄ multum ualere. quia non dicit̄ hic ubi fuerit sepultus. s. in loco sacro: & uidetur magis ꝙ in loco non sacro & occulto. si enī ꝓcius fuisset ad cimiteriū cōmune, ꝓbabile uidetur ꝙ uxor sua sciuisset. alibi aūt sepeliri ꝓhibet ꝓprietarii. Factū est aūt. Hic consequēter ponit̄ pena uxoris. & patet littera usq; ibi. si tanti agrū uendidistis. i. pro tanto ꝓcio: & non maiori. & exp̄ssit Petrus sūmā pecunie quā uir eius posuerat in cōmunitate. que rūdit etiā. i. certe tanti p̄scise. quid utiq; conuenit uobis temptare spiritū dñi. hec. n. fraudatio dicit̄ temptatio dñi. quia ꝓ ipsam quesierūt occasionaliter expientiā de dei noticia illā fraudē grauiter puniēdo temptare. n. est expimentū accipe de aliquo. ecce pedes eoꝝ qui sepelierunt uirū tuū iam reuersi de eius sepultura & efferrent te punitā simili pena. cetera patent usq; ibi. & factus est timor magnus in uniuersa ecclesia. i. in congregatiōe credentiū in xp̄m retrahens quēlibet de congregatione a simili transgressione. & in omnes qui audierūt hec. nā alii qui non ponebāt sic bona sua in cōmuni nihilominus ex hoc facto fuerūt territi: cogitantes seueritatē ultionis diuine. Per manus aūt. Postq̄ supius posita est predicatio Petri apud Iudeos singulariter: hic cōsequenter ponit̄ eius p̄dicatio apud eosdē cū aliis Apostolis cōmuniter. & diuidit̄ in duas ꝑtes. nā ꝑmo describit̄ hec predicatio tanq̄ uirtuosa. secūdo ex hoc orit̄ iudeoꝝ cōtradictio uenenosa ibi. exurgēs aūt Circa primū oñdit̄ Apostoloꝝ p̄dicatio uirtuosa ex duobus. s. ex miraculis eā confirmantibus: & ex multiplicatione credentiū ad exhortationē Apostoloꝝ. & hoc est ꝙ dicitur. ꝑ manus aūt Apostoloꝝ fiebant signa & prodigia multa in plebe. nō dicit in principibus qa non credebant paucis exceptis qui occulte Xp̄iani erant ut Gamaliel Nicodemus & aliqui alii. & erant unanimiter omnes. s. Apostoli in porticu Salomōis ubi erat locus orationis & p̄dicationis. ceteroꝝ aūt nemo audebat se coniungere illis. s. ficte timentes penā que uenit sup Ananiā & eius uxorē. sed magnificabat eos populus ꝓpter curatiōes & miracula que faciebāt. & quia bona ꝑ malis suis p̄secutoribus reddebāt. & subditur de multiplicatiōe credentiū. cū dicitur. magis aūt augebat̄ etc. & patet littera usq; ibi. ut uenīēte Petro saltē umbra illius etc. in quo ponit̄ differētia

Petri ad alios Apostolos in operatione miraculoꝝ. nam alii Apostoli curabãt infirmos per tactũ manuũ sicut dicitur supra. ꝑ manus aũt Apostoloꝝ. Petrus aũt non solũ per tactũ sed etiam ꝑ umbram: q̃ est maius. qđ fiebat ad oñendũ q̃ erat principalis Apostolus. Sciendũ tñ q̃ si considerent̃ miracula ex ꝑte uirtutis actiue. unum non ẽ maius alio. quia oñia fiunt uirtute diuina infinita cum sint opa totã uirtutẽ nature create transcendẽtia. Si aũt consyderent̃ quantũ ad rem factã: sic unũ est maius alio sicut suscitatio mortui q̃ curatio leprosi: & curatio leprosi q̃ curatio subita languidi. Similiter si consyderent̃ q̃tum ad modũ faciendi. sicut maius est curare leprosum uel languidũ solo uerbo: q̃ tactu & ꝑ umbrã q̃ per uerbũ. uerbum. n. est altiqđ procedẽs ex hoie hãs uirtutẽ. sed umbra nihil est ipsius sed tñ priuatio lucis ex interpositione corpis opaci. Et quia Xp̃us nõ legitur curasse per umbram sicut Petrus ideo uidetur impletũ fuisse in Petro q̃ dicitur Io. xiiii. qui credit in me opa que ego facio & ipse faciet. & maiora hoꝝ faciet. cetera patẽt i littera. Exurgẽs aũt. hic cõsequẽter ponit̃ sacerdotũ concitatio uenenosa. nã concitati iniuidia que uenenum est aie uoluerunt Apostolos ꝑdere: sed non potuerunt diuina uirtute ipsos protegente. & secundũ hoc residuũ huius capituli in q̃ttuor ꝑtes diuidit̃. qa ꝑmo ponit̃ Apostoloꝝ captio. secũdo captoꝝ increpatio ibi. & interrogauit. tertio increpatoꝝ excusatio ibi. rñdens autem quarto excusatoꝝ dimissio ibi. consenserunt aũt. Prima adhuc in tres: quia ꝑmo ponit̃ Aplõꝝ iniuriosa captio. secundo eoꝝ miraculosa liberatio: ibi. angelus aũt. tertio ipsoꝝ cautelosa reductio ibi. tunc abiit. Circa ꝑmũ dicit̃: exurgẽs aũt princeps sacerdotũ etc. ex hoc uidet̃ q̃ ipse & qui erant cum illo: erant de secta Saduceoꝝ q negãt resurrectionẽ & spiritũ & angelũ. ut habet̃ infra. xxiii. ideo subdit̃: repleti sũt zelo i. inuidia & ira. nã Apostoli ꝓdicabãt in Hierusalẽ resurrectionẽ ex mortuis ut dictũ est supra in principio. iiii. ca. dicunt̃ aũt Saducei a sede q̃ est iusticia in Hebreo. nã Saducei inter alios hebreos erant in iudicius & punitionibus acerrimi. ut dicit̃ in scholastica historia. ꝓpter qđ sibi nomen iusticie usurpabãt. & posuerunt eos in custodia publica. i. in carcere quo ponebãt̃ malefactores publici. homicide. latrones. & huiõi Angelus aũt. Hic consequenter ponit̃ Apostoloꝝ mirabilis liberatio. & secũdo huius liberationis ammiratio ibi. aduenies aũt. Circa primũ dicit̃: angelus aũt dñi per noctẽ apiens ianuas etc. dicit hic quedã glosa q̃ non apuit secundũ rẽ: sed secundũ appentiã qa eduxit eos ꝑ ianuas clausas ita libere ac si eẽnt apte. & circa hoc nõ ẽ dubiũ q̃ hoc potuit fieri uirtute diuina sicut corpus Xp̃i nõdũ gloriosũ exiit de utero clauso uirginis. non aũt potuit fieri uirtute angelica que nõ extẽdit se ad factẽdũ duo corpora simul esse. potuit tñ angelus uirtute propa ianuas apire & claudere sicut prius. & huic mõ educendi Aplõs uidet̃ littera magis concordare. Ite & stantes loquimini in tẽplo. constanter & intrepide plebi ibi conuenienti. omnia uerba uite huius. s. Christiane. que est in pñti per gratiã & ꝑ gloriã in futuro. Qui cum audissẽt intrauerũt diluculo tanq̃ feruidi ad impletionem mandati. Aduiens aũt etc. Hic consequenter ponitur dicte liberatiõis administratio cum dicit̃: aduiens aũt etc. & patet littera usq; ibi. & miserunt ad carcerẽ ut adducerent̃: ad hoc enim positi fuerãt in carcere ut i crastino inde traherent̃ ad iudiciũ & condẽnarent̃. cetera patent usq; ibi. & custodes stantes. i. diligenter custodientes. q. d. non exierant per defectũ clausure uel custodie. cetera patent usq; ibi. ambigebant de illis quid iam fieret. s. sibi & quõ querent̃ & caperent̃. Aduiens aũt quidã qui uiderat eos stantes in templo & intrepide docentes. nũciauit eis etc. & patet littera. Tunc abiit. Hic consequenter ponitur Apostoloꝝ cautelosa reductio. Iuerũt aũt isti ad reducendũ eos turpiter & aspe sicut malefactores publicos

ſed uidenteſ deuotionem populi timenteſ ne lapidarenē mutauerunt propoſitum. & ad reducendū eoſ uſi ſunt uerbo ſi. & hoc eſt q̄ dicit̄. tunc abiit magiſtratuſ. nomen eſt officii. & tenet̄ collectiue pro maioribuſ cōmunitatiſ. cū miniſtriſ ad capiendū Aplōſ paratiſ. & adduxit illoſ ſine ui. cuiuſ cauſa ſubdit̄ ex pte ip̄oꝝ cum dicit̄: timebant. n. etc. ex pte uero Apoſtoloꝝ cauſa fuit prompta uoluntaſ ueniendi & ſecuritaſ de aſ/ ſiſtentia dei. Et interrogauit eoſ. hic ponit̄ Apoſtoloꝝ increpatio cum dicit̄. p̄cipiēdo p̄cipimuſ uobiſ. i. autoritate pontificali p̄hibuimuſ. ne doceriſ in noīe: iſto. i. in noīe Ieſu Nazareni. & ecce repleſti Hieruſalē doctrina ueſtra. contra precepta noſtra & uultiſ introducere ſuper uoſ etc. q. d. non eſtiſ ſolū inobedienteſ ſed etiā crimine odii homicidii nobiſ imponenteſ. R̄ndenſ aūt. Hic conſequenter ponit̄ increpatoꝝ r̄ñſio que eſt duplex. ſecūda ponit̄ ibi. ſurgenſ aūt. p̄ma uero eſt per Apoſtoloꝝ uerba cū dicit̄: r̄ndenſ aūt Petruſ & Apoſtoli. licet gloſa interlinearis dicit q̄ Apoſtoli ex fer/ uore moti non fuerunt paſſi unum pro omnibuſ loqui non tñ eſt ueriſimile q̄ omneſ loquēteſ ſimul dederint r̄ñſionē que ſequit̄ per ordinē: quia ibi fuiſſet confuſio uocū quod non eſſet decenſ nec bñ intelligibile. nec ſic p̄mittit̄ hoībuſ loqui in loco iudicii. ideo magiſ uidet̄ ſaluo tñ meliori iudicio q̄ Petruſ ſoluſ illam dederit r̄ñſionem. q̄ data alii Apoſtoli approbauerunt eā tanq̄ ſuā. nec illa gloſa cum ſit magiſtraliſ ē autētica obedire oportet deo magiſ q̄ hoībuſ. hec eſt per ſe nota cum hoīeſ nullā autoritatem p̄cipiendi habeant niſi a deo a quo eſt omniſ p̄tās. deuſ patrū ueſtroꝝ. i. quē coluerūt patreſ ueſtri. ſuſcitauit Ieſum quem uoſ interemiſtiſ. & ſic non imponimuſ uobiſ falſo ſanguinē eiuſ. hunc principem. eccleſie militantiſ & triūphantiſ. & ſaluatorē: hoīum deuſ exaltauit: ad celeſtia. dextera ſua. i. uirtute ſua ſicut declaratū eſt ſupra. ca. p̄mo ad dandā penitentiā Iſrael. i. ad dandū tp̄uſ penitendi: & remiſſionē peccatoꝝ. & noſ teſteſ ſumuſ, qa nobiſ p̄ceptū eſt iſta teſtari ut patet ſupra. i. & Luc. ult. q. d. p̄pter hoc oportet noſ in hoc obedire deo. hoꝝ uerboꝝ. ſ. reſurrectiōiſ aſcenſiōiſ & miſſiōiſ ſpiritus ſancti. & ſpiritus ſanctus teſtificat̄ iſta qui loquitur in nobiſ. & cuiuſ uirtute fiunt ſigna & prodigia. ſed q̄m hoīeſ in maliſ obſtinati r̄ñſionem rationabilē non re/ cipiunt: ideo ſubditur: hec cum audiſſent. principeſ ſacerdotum diſſecabantur: quia r̄ñſionem eoꝝ non poterant infringere. & tñ uolebant eoſ occidere. Surgenſ autem. hic ponitur excuſatio. ſecunda p̄ Gamalielis uerba: qui ut dicit gloſa erat diſcipuluſ Apoſtoloꝝ occultuſ: tñ ut iudeoꝝ peſſima conſilia diſſiparet. Phariſeuſ in hoc q̄ non credebat reſurrectionem. & ſpirituū. & angelū. ſed non ſequendo maliciā phariſeorū legiſ doctor honorabiliſ. & ſic magiſ habebat autoritatē loquēdi. iuſſit Foraſ ad breue hoīeſ fieri. i. Apoſtoloſ. ut in eoꝝ abſētia efficatior eſſet pro eis eiuſ ſententia. uiri Iſ/ rahelite: qui eſtiſ in lege & Prophetiſ eruditi. attendite uobiſ etc. q. d. non debetiſ eoſ precipitanter condēnare. ſed facta p̄terita conſyderare. quoꝝ duo recitat dicenſ. añ ení hoſ dieſ extitit Teodaſ. d. ſe eſſe aliquē & magnū Prophetā. qui ut dicit Ioſephuſ magicis artibuſ multoſ de Hieruſalem & multis facultatibuſ ex Hieruſalem ſublatis duxit uſq; ad ripaſ Iordanis dicenſ. ſe prebere eis tranſitū per arentē alueū. q occiſuſ eſt & omneſ: per militeſ ad hoc miſſoſ a Fado Preſide Syrie. poſt hunc extitit Iudaſ Galyleuſ. in diebuſ profeſſionis. id ē tempore quo ſinguli de Iuda ibant ad ciuitatem ſuā ut profiterent̄ ſe eſſe ſubditoſ Romanoꝝ. ut habet̄ Luc. ii. & aduertit populū poſt ſe. affirmanſ publice q̄ illicitū erat Iudeis aliquē recognoſcere dīm niſi ſolū deū: qui eduxerat eoſ de ſeruitute Egypti. ſed hoc erat falſū. quia Hieremias qui ſanctuſ erat inducebat Sedechiā & alioſ de populo Iudeoꝝ ad ſeruiendum Regi Chaldeorum Hiere. xxxviii. & ii. Paralyp. ult. Sedechias inculpat̄ de hoc q̄ fregit iuramentum

qđ fecerat Nabuc. de ſeruiendo ibi ſub tributo. qđ ſcriptura non feciſſet ſi iuramtũ illud fuiſſet licitũ. ſimiliter Daniel & ſocii eiuſ qui fuerũt ſancti: humiliter & fideliter ſeruierũt Nabuc. Regi. propter qđ etiã ſaluator Matt. xxii. interrogatuſ: ſi liceret Iudeis cenſũ reddere ceſari: rñdit: reddite que ſunt ceſariſ ceſari: & que ſunt dei deo. & ipſe periit & omneſ quotquot conſenſerunt ei. adherenteſ eiuſ falſe doctrine. Conſequenter applicat ad ppoſitũ p̃dicta dicenſ. nunc itaq; dico uobiſ diſcedite ab hoĩbuſ iſtiſ. i. ab eoꝝ pſecutio ne. qm̃ ſi eſt ex hoĩbuſ conſilium hoc. i. ſi doctrina eorum eſt humanituſ conficta. diſſolueť: ſicut & predictoꝝ. ſi uero ex deo eſt. i. ex ordinatiõe diuina. non poteritiſ diſſoluere: nã eiuſ ordinationem nulluſ põt impedire. ne forte & deo repugnare uideamini. q. d. cum hoc incurreriſ peccatũ graue repugnãdo ordinationi diuine. Conſenſerunt aũt. Hic conſequenter ponit excuſatoꝝ dimiſſio cũ dicit: conſenſerunt aũt illi. tum qa erat legiſ doctor honorabiliſ: tum quia eiuſ pſuaſio erat rationabiliſ. licet tñ conſenſerunt ei de dimiſſione Apoſtoloꝝ: nõ tñ de mõ dimittendi quia conſuluerat ſimpliciter eoſ dimitti & ipſi priuſ fuerunt ceſi & prohibiti p̃dicare nomen Xp̃i. ideo ſequitur: & conuocanteſ Apoſtoloſ ceſiſ denunciauerunt etc. & illi quiđ ibant gaudenteſ etc. ita ꝙ aduerſa non ſolum ſuſtinebant patienter: ſed etiam gaudenter. in quo conſiſtit excellentiſſimuſ fortitudiniſ graduſ. omni autem die non ceſſabant in templo & circa domoſ docenteſ etc. in nullo uerbiſ aut uerberibuſ territi: ſed magiſ ad predicandũ Xp̃m fortiuſ animati. .VI.

IN diebuſ aũt illiſ. Deſcripta p̃dicatione Petri ſingulariter & cũ aliſ Apoſtoliſ Hic conſequenter occaſione huiuſ ponit pſ incidentaliſ. in qua agit de electiõe quinq; Dyaconoꝝ, ne impediret oratio & p̃dicatio Apoſtoloꝝ. & diuidit in duaſ pteſ quia primo ponit cauſa & actuſ electioniſ. ſecundo ſubdit proſecutio de electiſ: ibi. Stephanuſ aũt. prima adhuc in duaſ parteſ. quia primo ponitur electioniſ cauſa ſiue ratio. ſecũdo ipſa electio ibi. & placuit. Circa primũ dicit. In diebuſ aũt illiſ creſcẽte numero diſcipuloꝝ factũ eſt murmur Grecoꝝ. non enim põt regi in tanta pte multitudo ſicut pauci. eo ꝙ difficile eſt quin in magna multitudie ſint aliqui diſcboli. aduerſuſ hebreoſ. omneſ erant iudei. ſed aliqui erant nati in Iudea. & illi dicuntur hic hebrei. & aliqui nati in Grecia. ex Iudeis ibidẽ p Anthiochũ diſpſiſ. & illi dicũtur hic Greci. & ſimiliter illi qui de gentilitate erant ad iudaiſmũ cõuerſi. eo ꝙ deſpicerẽtur in miſterio quotidiano uidue eoꝝ. ꝙ exponit dupliciter. uno mõ ꝙ grece mulieres tanq̃ magiſ rudes repellebãt ab hebreis ne miſtrarent. Alio mõ intelligit iſte deſpcũſ in hoc ꝙ grecis uiduis non adminiſtrabant ita bñ neceſſaria ſicut hebreis. cõſyderãteſ aũt duodecim Apoſtoli multitudinẽ diſcipuloꝝ. non eſſe bñ regibile p eoſ in tpalibuſ abſq; detrimento in ſpũalibuſ: dixerunt. non eſt equũ noſ derelinquere uerbum dei etc. i. p̃dicationẽ uerbi diuini. nã ſpiritualia ſunt tpalibuſ p̃ponẽda. cõſyderate ergo fratreſ uiroſ ex uobiſ. quoſ meliuſ cognoſciriſ q̃ extraneoſ: & ipſi meliuſ poſſunt ſcire modũ regendi multitudinem hanc q̃ extranei. boni teſtimonii. i. bone fame. ſeptem: hic numeruſ competit ſeptenario ſpirituſſancti. ideo ſubdit: plenoſ ſpũſancto & ſapia q̃tum appere põt per ſigna exteriora. quoſ conſtituamuſ ſup hoc opuſ. ſ. adminiſtrationem tpalium. uoſ uero orationi. p quã aſcendit in deũ & miniſtri uerbi per quod fit deſcenſuſ ad proximũ ad modũ angeloꝝ in ſcala Iacob aſcendentiũ & deſcẽdẽtiũ Gñ. xxviii. Et placuit. Hic cõſequenter ponit electio cum dicitur: & placuit ſermo coram omni multitudine. quia rationabiliſ erat & utiliſ. & elegerunt Stephanũ uirum plenũ fide. i. fidelitate. propter ꝙ tale negociũ poterat ſibi ſecure cõmitti. & idem intelligẽdũ eſt de aliſ. iſte tñ ſpecialiter laudat tanq̃ ꝑmuſ martyr futuruſ. & Nicolaũ

aduenam. i. de gentilitate cõuersum ad iudaismũ. Anthiodenũ. i. de Anthiochia natũ hos statuerunt ante conspectũ Aplõrum. s. illi qui eos elegerant. & oranteſ. s. Apostoli imposuerunt eis manus. ipsos ordinãdo in Dyaconos. unde & Dyaconi p impositionẽ manus ordinant. & uerbum dñi crescebat. i. effectus p̃dicationis uerbi dei. p multipli/ cationem credentiũ. multa etiã turba sacerdotũ obediebat fidei. ꝓpter miracula que uidebant manifeste: occulte tñ erant Christiani. sicut Gamaliel & eadem ratione. Ste/ phanus aũt. hic consequenter sanctus Lucas ꝓsequit de electis. & ꝑmo de Stephano secundo de Philippo ca. viii. ibi. Philippus aũt. prima in duas: quia primo circa Ste/ phanũ declarat uirtutis deopatio. secũdo consurgens inde ꝓsecutio ibi. tũc submiserũt Circa primũ dicit: Stephanus aũt plenus gratia. ad bñ opandũ. & fortitudine: ad ad/ uersa tollerandũ. faciebat ꝓdigia & signa magna in populo. ad ueritatẽ fidei catholice confirmandũ. surrexerunt enim quidã de Synagoga que appellat libertinorum. a regione sic notatorum ut dicit glosa interlinearis. & Cyrenentium. a Cyrene ciuitate. & Allexãdrinorum. ab Allexãdria metropoli Egypti. & eorum qui erant a Cicilia & Asia nota sunt regionum iudee ꝓpinq̃rum. disputantes cum Stephano. fidem Catholicam uerbis q̃tum poterant impugnando. & non poterant resistere sapientie & spiritui qui loquebat. secundũ q̃ ꝓmiserat Saluator. d. Luc. xxi. ego dabo uobis os & sapientiã. cui non poterant resistere & contradicere omnes aduersarii uestri. Tunc submiserunt Hic consequenter ponit oriens ꝓsecutio ut qui rõne uel scriptura Stephano resistere non poterant uiolentia superiores appererent. & primo ponit ipsius Stephani ꝓsecutio singularis. secundo ecclesie generalis in principio. viii. cap. Prima adhuc in tres: quia primo ponit Stephani accusatio falsa. secundo eius rñsio uera. in p̃ncipio. v. c. tertio lapidatio eius iniusta. uersus finem. c. ibi. audientes aũt. Circa primũ dicit. Tunc sub/ miserũt uiros. i. submisse informaue rũt: & fraudulẽter de testimonio cõtra Stephanũ ferendo. qui dixerunt se audisse eum dicentem uerba blasphemie in Moysen & deũ. i. contra Moysen & deum. blasphemus aũt in lege precipitur lapidari. Leuit. xxiiii. cõmouerunt itaq; plebẽ. i. populũ cõmunem. & seniores. i. maiores populi. & scribas. i. legis doctores. & concurrentes rapuerunt eum. q̃si furia moti & non ratione. & sta/ tuerunt falsos testes dicentes. homo iste etc. non nosant eum propõ nosse ex cõcẽptu. & superbia. non cessat loq etc. q. d. nõ solũ est blasphemus: sed etiã blasphemus assuetus hic destruet locum istũ & mutabit etc. uidet q̃ non dixerunt falsum q̃ Christus dixit de templo. Matt. xxiiii. q̃ non remaneret lapis supra lapidẽ qui non destrueretur: & de mutatione traditionũ Moysi. Io. iiii. uenit hora qua neq; in monte neq; i Hiero/ solimis adorabitis patrem. sed ueri adorantes erunt qui adorabunt patrem in spiritu & ueritate. in quo significabat totũ corporalem legis cultũ in spũalem commutandum. Dicendũ ad primũ q̃ Christus nõ dixit se templũ destructurũ: sed p̃dixit esse destru/ endũ. sicut factũ est postea per Romanos anno. xlii. a passione Xp̃i. Si aũt obiciat q̃ Romani non destruxerunt nisi in uirtute dei. & sic Xp̃us cum sit deus destruxit: non ualet. quia testes non loquebant de Iesu inquantũ deus cum eius deitatẽ negarẽt & hoiem purũ fuisse dicerent. & sic loquebat Iesus Nazarenus hic. i. contemptibilis homo. Ad secundũ dicendũ similiter q̃ traditiones illas non dixit se mutaturum. sed q̃ essent cõmutãde dicto mõ. & licet hoc fecerit inquantũ deus: hoc tñ mõ nõ loquebãt testes ut dictũ est. Sciendũ tñ de hac mutatione q̃ non fuit ibi mutatio de contrario in contrariũ. que est mutatio dicta ꝓprie. sed de impfecto ad pfectum. & quia cultus noue legis est multo pfectior q̃ ueteris: sicut diffuse fuit oñsum in principio epistole ad Hebreos. propter q̃ dicit Heb. v. nihil ad pfectũ adduxit lex. qđ aũt sic mutat

non proprie destruit: sed magis ꝓficitur. quia uirtualiter remanet in quodā meliori. propter ꝙ dicit saluator Matt. v. non ueni soluere legem sed adimplere. & intuētes eum. animo & uultu irato uiderunt faciē eius. sicut faciem angeli ex q̄dā pulchritudie & claritate sibi diuinitus data: ad declarationem sue sanctitatis. & innocentie. ut sic a malicia sua retraherent ad magis cōdēnabiles redderent. .VII.

EXit aūt. hic consequenter ponit accusati rn̄sio. Circa quam primo dat rn̄dēdi locus cum dicit: dixit aūt princeps sacerdotū etc. secūdo ponitur rn̄sionis actus: cum subdit. qui ait. Circa primū sciendū ꝙ Stephanus fuit accusatus de q̄ttuor. s. ꝙ locutus fuerat contra deum. contra Moysen. contra templū. & contra legē. ut patet ex predictis. ideo primo excusat se de primo. s. de deo. secundo de Moyse ibi. eodem tempore. tertio de templo ibi. tabernaculū. quarto de lege ibi. dura ceruice. de ꝑmo aūt excusat se ꝑ hoc ꝙ oñdit se colere deum. quem coluerunt sancti Patriarche. breuiter replicans eorꝝ historiā usq; ad Moysen. Et diuidit in duas ptes. qa ꝑmo recitat hystoria incipiendo ab Abrahā usq; ad Iacob. secundo a Iacob usq; ad Moysen: ibi. & Iacob. prima adhuc in duas: quia primo recitat historiā Abrahe extra promissiōis terram. secundo intra ipsam: ibi. & Inde. Ad euidentiā dicendorꝝ sunt hic aliq̄ ꝓnotāda propter discordiā huius passus ad ea que dicta sunt de Abraham Gn̄. xi. et. xii. ꝑmū est de apparitiōe dei dicentis Abrahe. exi de terra tua etc. bis enim uidet deus hoc sibi dixisse. semel ante mortem patris sui Thare. & de hac loquit hic Stephanus uerūtn illum exitū non fuit executus usq; post mortem patris: qui senex erat ut ei obsequiū debitū ꝑstaret. & hoc de uolūtate dn̄i licet non sit expressū. & iterū semel post mortē patris & tunc dedit executionē & de ista uice fit mentio Gen̄. xii. sicut Io. xii. dicitur ꝙ Xp̄us in die resurrectionis dixit Apostolis sicut misit me pater ita mitto uos. s. ad ꝑdicandū. & tn̄ de uolūtate eius executio fuit retardata: usq; post spūssācti missionē unde in die ascensionis dn̄i mandatū fuit replicatū cū tali retardatione Act. i. accipietis uirtutē spūssancti ī uos: & eritis mihi testes etc. nec istud repugnat ei ꝙ dixit Gn̄. xii. improbans Ra. Sa. dicentē ꝙ istud exi de terra tua etc. fuit dictū Abrahe per lxx. annos ante mortem patris sui. & ꝙ tunc exiuit quia non reprobauit eū nisi q̄tū ad hoc ꝙ dictū dn̄i est exi de terra tua etc. ad qd̄ secuta est executio fuerit añ mortē patris qd̄ falsum erat ut dictū est: secundū est de loco apparitionis. Circa qd̄ sciendū ꝙ Mesopotomia est nomē ciuitatis & regionis siue ꝓuincie: sicut Babylonia in libris Regū & Paralyp. & prophetarꝝ. Aliqn̄ accipit pro ciuitate Babylon precise. & aliqn̄ pro tota prouincia unde in pluribus locis dicuntur iudei in Babyloniā captiuati. qui tn̄ fuerunt in diuersis regni ptibus collocati. & Samaria frequenter accipitur ꝑ noīe ciuitatis. ut patet in multis ualde locis. & aliqn̄ pro regione. sicut Io. iiii. dicitur: uenit Iesus in ciuitate Samarie que dicit Sychar. & manifeste patet ꝙ Samaria ibi accipit pro regione uel prouincia: similiter Mesopotamia aliqn̄ accipitur pro ciuitate Aram precise que hic noīat Tharam. & sic sunt noīa synonima sicut dictū fuit Gn̄. xxiiii. sed Mesopotomia est nomen grecū dictū a meso ꝙ est mediū & potamos ꝙ ē fluuius quia ciuitas illa sita est inter duo flumia unde Gn̄. xxiiii. ubi translatio nostra habet Mesopotomiā in Hebreo habet in Aram fluuiorꝝ. Aram aūt est nomen Syrū. aliqn̄ uero hoc nomen Mesopotomia accipit pro tota ꝓuincia circa dictā ciuitatē. Abrahā uero exiens de Chaldea cum patre suo Thare prius intrauit Mesopotomiā prout ē nomen regionis q̄ prout est nomen ciuitatis que alio nomine dicit Tharam. His igit ꝑmissis exponenda est littera. Viri fratres. hic dicit q̄tum ad sibi coeuos & iuniores. & patres: q̄tum ad seniores. audite ueritatē. deus glorie. i. gloriosus deus quem colo &

ſic non ſum blaſphemuſ. appuit patri ueſtro Abrahā prima uice. cū eēt in Meſopo/
tomia. i. cum intraſſet terminoſ Meſopotomie regioniſ. priuſq̄ moraret in Tharam.
cum patre ſuo & dixit ad illum exi de terra tua. ſed quō dicitur hoc. quia exierat iā
de Chaldea in qua natuſ fuerat. nā Meſopotomia & Chaldea ſunt prouincie diſtincte
ideo dicunt aliqui ꝙ licet exiuiſſet corpore non tñ mente. quia ꝓponebat illuc redire
Sed iſtud dictū improbaui Gñ. xii. & ideo dicendū ſicut ibidem dictum fuit ꝙ exire
hic dicit pro ſe magiſ elongare & huic concordat littera hebraica. Gñ. xii. Vbi enim
noſtra trāſlatio habet egredere de terra tua etc. In hebreo habet: uade tibi de terra
tua etc. q. d. pro utilitate tua uade longiuſ de terra tua: & de cognatione tua. quia
Nachor frater Abrahe remanſit in Meſopotomia. tunc exit. i. longiuſ abit de terra
Chaldeoꝝ. de qua iam ante exierat ut dictum eſt. & habitauit in Tharam. cū patre
ſuo uſq; ad mortem eiuſ rōne ſupradicta. Et inde. Hic conſequenter recitat breuiter
hyſtoria Abrahe in terra promiſſioniſ dicenſ. & inde poſtq̄ mortuuſ eſt pater eiuſ ſu/
ſtulit illū. reiterando p̄ceptū illud. exi de terra tua: ſecundū ꝙ dictū eſt ſupra Geñ.
xii. aliqui tñ dicunt ꝙ illud ꝙ hic dicit. exi de terra tua etc. dicitur p̄ anticipationem
& ꝙ ſolū ſemel dictū fuit ei. ſ. poſt mortē patriſ. ſed melius concordat littere ꝙ biſ ibi
ut dictū eſt. & non dedit illi hereditatē in ea etc. ſed habitauit in terra Chanaā ſicut
aduena & pegrinuſ. nec eſt contra illud qđ habet Gñ. xxiii. ꝙ emit agrū ab Epio/
nethbeo. quia hoc non fuit ad habitandū uel colendum ſed pro ſepultura Sarre. Sed
repromiſit illi dare eam & ſemini eiuſ. Gñ. xiii. omnē terrā quā conſpiciſ tibi dabo &
ſemī tuo. cū non haberet filiū: nundū erat natuſ Iſaac. nec etiā Iſmahel. ut patet Gñ.
xvi. Locutuſ eſt aūt ei dñſ. Gñ. xv. quia erat ſemen eiuſ agricola in terra aliena. ſ.
in terra Chanaan & in Egypto. & ſeruituti eoſ ſubiicēt & male tractabūt: affligētes
eoſ nimiſ dura ſeruitute poſt mortem Ioſeph. ut habet Exo. i. anniſ quadringētis iſti
quadringenti anni ſunt incipiendi a natiuitate Iſaac uſq; ad exitū filiorum Iſrael de
Egypto. ſicut fuit diffuſe oñſum Gñ. xv. & pōt hic breuiter aliquid repeti. a natiui/
tate enim Iſaac uſq; ad natiuitatem Iacob fluxerunt anni. xl. Gñ. xxv. Iacob aūt
erat annoꝝ. c. xxx. qñ deſcēdit in Egyptū cū filiiſ ſuiſ Gñ. xlvii. inde uſq; ad exitū
de Egypto fluxerunt anni. cc. xx. ſecundū hebreoſ quidē ſimul iunctiſ habent anni
cccc. preciſe. in quibuſ ſemen Abrahe accola fuit in terra aliena. & ſic patet ꝙ nō fu/
erunt in afflictione. cccc. anniſ: ſed per p̄tem minorē illiuſ tp̄riſ. & ideo li q̄dringētis
anniſ. non referē ad illud qđ immediate p̄mittitur. & affligent eoſ. niſi p̄ Synodochē
ſ. accipiendo p̄tem pro toto. ſicut dicitur Xp̄uſ iacuiſſe tribuſ diebuſ in ſepulchro. ſed
proprie referē ad illud ꝙ ante ponit. erit ſemen eiuſ accola in terra aliena: quia tot
anniſ habitauit ſemen eiuſ in terra aliena. ut oñſum eſt. & poſt hoc exibūt: ſub Moyſe
duce Gñ. xii. & ſeruient mihi in loco iſto. qđ fuit impletū tp̄re Ioſue. ſub quo pp̄lūſ
Iſrael intrauit in terrā p̄miſſioniſ. & dedit illi teſtamentū circumciſioniſ. Gñ. xvii. &
ſic genuit Iſaac. cum eſſet centū annoꝝ. Gen. xxi. & circūcidit eum die octaua ſicut
precipit Gen. xvii. Et Iacob. Hic conſequenter recitat hyſtoriā a tp̄re Iacob uſq;
ad Moyſen. & primo recitat hyſtoriā tp̄re ſeruitutiſ precedentiſ. ſecūdo ſubſequētiſ.
ibi: cum aūt. Circa primū dicit: Et Iacob ſupple circumcidit. duodecim patriarchaſ
id eſt filioſ ſuoſ qui dicuntur patriarche. i. patreſ principaleſ. a patre & archoſ ꝙ eſt
princepſ quia ab ipſiſ denoīant. xii. tribuſ Iſrael. & patriarche emulanteſ Ioſeph. i.
inuidenteſ ei: Gñ. xxxvii. uendiderunt eum in Egyptū. eodē ca. & erat deuſ cum eo
& eripuit eum etc. primo de manibuſ fratrū uolentiū eum occidere. ſecūdo de ciſterna
ubi poſuerunt eum moriturū fame. tertio de carcere Regiſ Egypti. ubi poſuit eum

magiſter milicie Gñ. xli. & dedit ei gratiã & ſapientiã in conſpectu Pharaonis ad ex/ ponẽdũ eius ſomniũ de futura fertilitate: & ſterilitate terre. uenit aũt fames etc. ſicut p̃ dixit Ioſeph. & hoc habet Gñ. xli. cũ aũt audiſſet Iacob etc. Gñ. xlii. miſit patres ueſtros. i. filios ſuos. primũ. i. prima uice. & in ſecundo. i. in ſecũda miſſione. cognitus eſt Ioſeph a fratribus ſuis etc. Gñ. xlv. mittentes aũt Ioſeph. accerſiuit Iacob patrẽ ſuũ eodem ca. in aĩalibus. lxxv. ut habet Exo. i. Geñ. cum. xlvi. dicit. oĩes anime domos Iacob que ingreſſe Egyptũ fuere. lxx. Sed ibi numerant tm̃ perſone egreſſe de Iacob actu nate. hic aũt & Exo. i. numerant cum illis quinq; nepotes Ioſeph eo q̃ p̃tinebãt ad populũ Iſrael propter q̃. lxx. interpretes Gñ. xlvi. poſuerunt. lxxv. quam interpretationem ſequitur hic ſanctus Lucas. Et deſcendit. Hic conſequenter recitat hyſtoriã q̃tũ ad deſcenſum in Egyptũ. d. & deſcendit Iacob in Egyptum: & defunctus eſt Gene. xlix. & patres ueſtri. ſ. xii. patriarche. de morte uero Ioſeph in Egypto habet Gñ. ult. & de morte alioꝝ Exo. i. & tranſlati ſunt in Sychem. Hec littera uidet multum intricata & diſcrepare ab eo q̃ dicit Gñ. xxiii. de ſpelunca quã emit Abrahã. & Gñ. xxxiii. de agro quã emit Iacob a filius Emor. propter quod ad intelligentiã huius paſſus ſciendũ q̃ Abrahã emit illam ſpeluncã ab Ephron etheo: & Iacob illũ agrũ a filius Emor patris Sychem. ut patet in textu. In ſpelunca uero ab Abrahã empta fuit Iacob ſepultus. illuc apportatus de egypto Gñ. ult. In agro uero quem emit Iacob. & quem dedit Ioſeph filio ſuo ut habet Gñ. xlviii. ſepulta fuerunt oſſa Ioſeph illuc apportata de Egypto. ut habet Ioſue ultimo. de aliis uero patriar/ chis non habetur in ſcriptura ſacra ubi fuerunt ſepulti. Sed Hieron̄y. dicit de ſancta Paula q̃ ipſa pertranſiuit uſq; ad Sychem & uidit ibi ſepulchra. xii. patriarcharum. Ioſephus uero libro antiquitatũ ſecundo dicit q̃ fratres Ioſeph mortui in Egypto a poſteris ſuis fuerunt tranſlati in Ebron & ibidẽ ſepulti. & in hoc magis uidet credẽdũ dicto Ioſephi: q̃ Hiero. quia longo tpre fuit ante Hiero. & quia fuit natus i iudea certius cognouit omnia iudee loca. His igit p̃miſſis ſciendũ q̃ ſanctus Lucas hic ſimul recitat duas hyſtorias intricate: & exponitur ſic littera. & tranſlati ſunt in Sychẽ: & poſiti in ſepulchro q̃d emit Abrahã. ſ. ptim hic & partim ibi. quia de Ioſeph certũ eſt q̃ ſepultus fuit in Sychẽ. de Iacob uero certũ eſt q̃ ſepultus fuit in Ebron in ſpelũca Abrahe ut predictũ eſt. de aliis patriarchis dubiũ eſt? utrũ hic uel ibi ſint ſepulti licet mihi probabilius uideat q̃ in Ebron ut dictũ eſt a filius Emor. iſtud non coniungitur littere immediate precedenti. ſed antecedenti. ubi dicitur: & tranſlati ſunt in Sychem ſupple emptã. a filius Emor: per ipſũ Iacob ut predictũ eſt. & ſic exponit ſcholaſtica hyſtoria. Sed huic expoſitioni uidet obuiare q̃d ſequitur. filii Sychem. quia. Gen. xxxiii. dicitur q̃ Iacob emit ptem agri a filius Emor patris Sychẽ. & ſic Emor non fuit filius Sychem. ſed pater eius. ſequendo tñ expoſitionẽ iſtã poteſt faciliter rñderi q̃ idem homo habet frequenter patrem & filiũ eiuſdem noĩs ſicut dñs Karolus comes Valeſie bone memorie habuit patrẽ Regẽ Francie noĩe Philippũ: & filiũ dei gratia nunc regnantem noĩe Philippũ. & ſic põt dici de iſto Emor q̃ habuit patrem nomĩe Sychẽ. de quo fit hic mentio cum dicit a filius Emor filii Sychẽ. & filiũ eiuſdem noĩs de quo dicitur Gene. xxxiii. a filius Emor patris Sychem. Sed quia expoſitio dicta uidet multũ intricata & quia littera uidet pretendere q̃ Abrahã emit p̃cio argenti a filius Emor. ideo poſſet dici ſine tñ p̃iudicio q̃ ille Emor de quo Lucas hic loquitur: fuit idem cum Seor patre Ephron: & fuit binomius ſicut in ſcriptura multi leguntur binomii. & ſic Abrahã emit a filius Emor. quia ab Ephron qui fuit de filius eius & iſte Emor alio noĩe dictus Seor habuit patrem noĩe Sychem. ille aũt Emor de quo fit

mentio Gñ. xxxiii. habuit filiũ noĩe Sichẽ. nec est incõueniens si ponant̃ eadẽ noĩa diuersoꝝ hoĩum hic & ibi. quia frequenter hoĩes diuersoꝝ locoꝝ & tp̃um in noĩbus cõueniunt. & secundũ hanc expositionẽ littera planior uidet̃. Sciendũ etiã ꝙ Sichem hic dupliciter accipit̃. uno mõ prout est nomen ciuitatis cum dicitur translati sunt in Sychem. Alio mõ prout est ꝓprium nomen hoĩs cum dicit̃ filii Sichem. Cum aũt. Hic cõsequenter recitat̃ historia pro tp̃re seruitutis filioꝝ Israel in Egypto. & p̃mo ponit̃ huius seruitutis occasio cum dicit̃. cum aũt appropinq̃ret tp̃us promissiõis qua confessus fuerat deus Abrahe promittens ei ꝙ semen eius seruiret ei in terra Iude Gñ. xv. Creuit populus & multiplicatus est in Egypto. Exo. i. & ista multiplicatio mouit Regem Egypti ad affligendũ populũ Israel ut minus possent uacare ad generationẽ & multiplicari ut habet̃ ibidem quoadusq; Rex alius surrexit in Egypto. dicit enim Iosephus ꝙ regnũ tunc translatũ erat ad aliã domũ. qui non sciebat Ioseph. i. bñficia que fecerat Ioseph regno Egypti. hic circũueniens. i. fraudulenter opp̃mens. genus uestrũ. primo subiiciens eos duris laboribus. sed quia per hoc non fuit impedita populi multiplicatio p̃cepit obstetricibus ut in p̃tu hebreoꝝ masculos necaret. sed quia non fecerunt hoc deũ timentes: precepit ut masculi nati in flumine proiicerent̃ Exo. i. & hoc est ꝙ dicit̃: ut exponerent infantes etc. Eodẽ tp̃re. Hic consequẽter Stephanus se excusat de blasphemia contra Moysen. oñdens eum populi fuisse liberatorẽ. & p̃mo ponitur ad hanc liberationem Moysi dispositio. secũdo ipsa liberatio ibi. cum autem. Circa primũ dicit̃. eodẽ tp̃re natus est moyses & fuit gratus deo. ꝙ apparet ex hoc ꝙ deus seruauit eum ne p̃iret cum aliis pueris in flumine. qui nutritus est tribus mẽsibus in domo patris. uidit enim eum elegantem puerum & ideo q̃tum potuit seruauit eum quousq; appebat periculũ mortis non solũ pueri sed etiã parentũ occasione eius. & tũc eum cõmendauit protectioni diuine. ponẽs eũ in flumĩe inclusũ. tñ in fasculo myrteo pice linito. exposito aũt illo. in flumine mõ dicto sustulit eum filia Pharaonis. & nutriuit eum. i. nutriri fecit. sibi in filium. quia adoptauit eum. & hec omnia habentur Exo. ii. ubi diffusius ea exposui. & eruditus est Moyses in omni sapientia Egyptioꝝ que sic noĩat̃. quia primo uiguit in Egypto humane sapiẽtie studiũ ut habet̃ primo Metaphy. & erat potens in uerbis & op̃ibus suis. exquo patet eius dispositio ad liberandũ populũ de Egypto. Cũ aũt impleret̃. Hic cõsequenter describit̃ ip̃a liberatio & primo figuralis. secũdo realis. ibi. & expletis. Circa primũ dicit. cũ aũt impleret̃ eius tempus. xl. annoꝝ. qđ est tp̃us uirilis etatis. ascendit in cor eius. deo instigante ut uisitaret fratres suos filios Israel qui erant induta seruitute. & cũ uidisset quendã hebreũ iniuriã patientem ab Egyptio. uindicauit eum. Egyptiũ interficiẽdo. & subdit̃ ratio cum dicitur. Existimabat aũt intelligere fratres. i. Hebreos. qm̃ deus per manũ ip̃ius daret salutem illis. iam enim dñs inspirauerat Moysi ꝙ liberaturus erat populum per ipsum de seruitute Egypti. & sic iam erat constitutus a deo tutor & defensor populi. propter qđ non peccauit uindictã illã faciendo. & illa liberatio p̃ticularis fuit signum & figura liberationis generalis totius populi: fienda per manũ Moysi. sed illi nõ intellexerũt. qđ declarat p̃ factũ sequens. cũ dicit̃: sequenti aũt die app̃uit illis litigãtibus i. duobus Hebreis simul rixãtibus. Exo. ii. & reconciliabat eos. uolens eos reducere ad pacẽ & amicitiã. q aũt iniuriã faciebat. ĩcrepatus sup̃ hoc a Moyse. repulit eũ. i. eius monitionem & increpationẽ. d. quis te cõstituit principem etc. q. d. tu usurpas tibi indebitam p̃tãtem exquo patet ꝙ iste non intellexit ꝙ Moyses esset a deo constitutus tutor & curator populi Israel. & quia iste iniurians habebat aliquos sibi fauẽtes & idẽ facientes ideo supra dixit pluraliter. ac illi non intellexerunt. nunquid interficere tu

me uiſ? etc. illud qđ erat ſecretū publicauit in tm̄ ꝙ uenit ad aureſ Pharaonis & que/rebat occidere Moyſen Exo. ii. ideo ſubdit. Fugit aūt Moyſes in uerbo iſto. id eſt propter publicationē huius facti ne occideret. ubi genauit duos filios. ſ. Manaſſen & Effraim. de Sephora uxore ſua Exo. ii. Et expletis. Hic cōſequenter deſcribitur liberatio realis. Circa qđ primo deſcribit Moyſi legatio. ſecundo legationis impletio: ibi. hic eduxit. Prima adhuc induas: quia p̄mo ſanctus Lucas facit propoſitū. ſecūdo infert quoddā correlariū ibi. hunc Moyſen. Circa primū deſcribit primo tpus lega/tionis cum dicit. & expletis annis. xl. a fuga Moyſi de Egypto apparuit ei in deſerto montis Syna angelus. Exo. iii. dicit ꝙ appuit illi deus. dicendū ꝙ ſecundū ueritatem fuit angelus. ut dicitur hic. ſed quia perſonā dei repñtabat & in eius p̄ſona loquebat ideo aliqñ deus aliqñ angelus nominat. ut dicit Greg. in igne flāme Rubi. angeli. n. appuerunt boibus in corpibus formatis: & quia tales apparitiones ſunt ad aliqd ſigni/ficandū ideo formae ſecundū conuenientiā ad illud quod eſt ſignificandū. per ignem enim frequenter in ſacra ſcriptura ſignificat tribulatio purgans Ecc. ii. in igne p̄bat aurū & argentū & boes receptibiles in camino humiliationis. propter quod angelus apparuit in ſpecie ignis ardentis. ſed non cōburentis ad ſignificandū ꝙ populus Iſrael in tribulatiōe Egypti non conſumaret: ſed purgaret & purgatus liberaret. Moyſes aūt uidens admiratus eſt. ſ. ꝙ ignis ardens non comburebat rubū qui de facili eſt com/buſtibilis. & accedente illo. ut conſyderaret magis prope. facta eſt uox dñi. i. angeli loquentis in p̄ſona dei. ego ſum deus patrū ueſtrorꝝ. qui coluerunt me ceteris gētibus ad idolatriam declinantibus. tremefactus Moyſes. propter diuinam reuerentiā. ſolue calciamentū pedū tuorꝝ. moduſ enim erat antiquorꝝ & ſpecialiter hebreorꝝ nō ingredi loca ſancta pedibus calceatis. unde & Sarraceni adhuc tenent hunc modū ꝙ non in/grediunt locū diuini cultus niſi diſcalceatis pedibus ut a fidedignis intellexi. locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt. propter apparitionē diuinā ibidē. mō dicto. uidens uidi afflictionē populi mei. oculo pietatis & cum effectu miſeratiōis. ideo ſequit. & deſcēdi liberare eos. deo aūt deſcendere non conuenit niſi per effectū miſerationis ſed angelo qui loquebat bene competit deſcendere & aſcendere. ſecundū motū localē. eo mō quo motus localis competit angelis. & nunc ueni. prompte obediēdo mihi. & mittam te in Egyptū. ad liberandū populū & ſic patet legatio iuncta Moyſi. Hunc Moyſē. hic Stephanus contra iudeos cōcludit correlariū de rebellione eorꝝ dicens. hunc Moyſes quē negauerunt etc. ſicut predictū eſt ille qui dixit hoc uerbū habebat complices & fautores qui idem dixerunt uerbo uel ſaltem facto: propter ꝙ dicitur hic in plurali dicentes quis te conſtituit etc. hunc deus principem & redemptorem miſit. quia tñ non erat p̄ncipalis in hoc facto ſed angelus apparens in perſona dei. ideo ſubdit. cū manu angeli. i. cum prāte ipſius & ſic Moyſes erat illi tanq̄ miniſter adiunctus. per hāc aūt rebellionem contra Moyſen intendit Stephanus notare Iudeos de rebellione contra Chriſtū liberatorē totius mundi. de ſeruitute diaboli. ut exp̄mit infra eodē cap. ubi dicit: & occiderunt eos qui prenunciabant de aduentu iuſti. cuius uos nunc proditores & homicide fuiſtis. Hic eduxit. Hic conſequēter deſcribit impletio legationis inūcte Moyſi & diuidit in duas quia primo facit propoſitū. ſecundo infert qđdā correlariū ibi. cum uoluerunt. Circa primū dicit: hic eduxit illos. ſicut erat ſibi iniunctū. faciēs prodigia & ſigna in terra Egypti. ſicut patet a principio. v. c. Exo. uſq; ad finem xii. & in mari rubro. ut habet Exo. xiiii. & in deſerto ut patet in libris Exo. Leu. iiii. & Deutero. Hic eſt Moyſes: cui credere uos dicitis & debetis. qui dixit filius Iſrael Deut. xviii. uobis ſuſcitabit deus de patribus ueſtris quod principaliter intelligitur de

Xp̃o: ut ibidē dictū fuit qui descendit secundū carnē de Iudeis. tanq̃ meip̃m audietis. i. legislatorem noui testamenti sicut sum ueteris. Sciendū tñ q̄ Xp̃us non dicit̄ ꝓpheta q̃tum ad cognitionem enigmaticā. nam ab instanti conceptionis aīa Xp̃i habuit da/ritatem diuine uisionis. sed protanto dicitur propheta fuisse inq̃tum propheta dicitur ille qui annunciat remota a cognitione illoꝝ cum quibus habitat. Xpristus aūt ante passionem suā fuit uiator habitans cum hoibus Io. i. & denunciabat transcendentia capacitatem intellectus humani. & sic dicitur Propheta Luc. vii. Propheta magnus surrexit in nobis. etc. hic est qui fuit in Ecclesia. i. in congregatione hebreorū cum angelo qui loquebatur ei in monte Synai dans ei leges & mandata. ut patet Exod. xix. & deincepś quasi per totū. & cum patribus uestris. q̃tum ad. x. precepta decalogi que dedit audiente populo Exo. xx. qui accepit uerba uite dare uobis. dicuntur aūt illa precepta uerba uite non quia conferent uitam gratie iustificantem secundum qd̄ dicitur Ro. iii. non iustificatur homo ex opibus legis. iusticia que facit dignum uita eterna licet iustificarēt iusticia politica sicut dictū fuit diffusius sup epistolā ad Ro. & Gal. sed dicunt̄ uerba uite quia seruantes ea non incurrebant penā mortis corpalis que transgressoribus infligebat̄. sicut dictū fuit Gal. iii. sup illud faciens in ea uiuet in eis. Cui uoluerunt. hic ex dictis infert correlarium de rebellione iudeorum contra Moysen & deum dicens. cui uoluerūt obedire patres uestri. sicut patet in multis locis Exo. & libro Num. & auersi sunt cordibus suis in Egyptū oñdentes displicentiam q̄ inde exierant dicentes Moysi. Exo. xiiii. quid hoc facere uoluisti ut educeres nos de Egypto etc. & in pluribus aliis locis simile habetur. & non solum oñderunt hanc dis/plicentiā exitus: sed etiā uoluntatem reuertendi dicentes Nu. xiii. constituamus nobis ducem & reuertamur in Egyptū. Consequenter oñdit eos rebelles fuisse non solum Moysi sed etiam deo. cum dicitur dicentes ad Aaron Exo. xxxii. fac nobis deos qui p̄cedant nos. in hoc enim rebellabāt deo qui eos eduxerat de Egypto. & etiā Moysi eius ministro. cum subdit̄: Moyses enim hic etc. & uitulū fecerunt. quia Aaron ad fa/ciendū coegerunt: & aurum ei ministrauerunt. & obtulerunt hostiā simulachro. que debebat offerri soli deo. conuertit aūt eos deus & tradidit. i. conuerti ac tradi permisit a demonibus. propter suam maliciā. seruire militie celi. hoc non legit̄ esse factū tpre quo filii Israel fuerunt in deserto. sed post q̄m intrauerunt terram promissionis. hoc multotiēs & multipliciter fecerūt. ut patet in libris Iudicū & Regū. specialiter in. iii. & . ii. Paraly. sicut scriptū est in libro ꝓphetarū. s. xii. qui est unus liber. & declaratū fuit ibidē. nunquid uictimas etc. hoc scribitur Amos. v. & refertur prima pars huius autoritatis ad tpus quo fuerunt filii Israel in deserto. ut patet manifeste. non tñ p hoc est intelligendū q̄ filii Israel nullas uictimas aut hostias obtulerūt deo in deserto. qa Leuit. ix. dicitur expresse q̄ in consecratione Aaron & filiorum eius fuerunt plures hostie deo oblate. & similiter in dedicatione tabernaculi. ut habetur Nu. vii. sed hoc dicitur quia pauce uictime fuerunt tunc oblate. unde dicit Ra. Sa. sup illud Nu. ix. fecerunt filii Israel phase. quod toto tpre quo fuerunt in deserto non fecerunt phase nisi illud tm̄. & tñ erat sollemnitas principalis anni. & preceptū erat Exo. xii. ipsam quolibet anno fieri. & ideo si fuit sic cōmissa ī illis. xl. annis multomagis sacrificia que precipiebantur fieri in sollemnitatibus & diebus minus sollemnibus. fuit enim populo dispensatū a deo propter incertū motū nubis sicut & de circūcisione Gñ. xvii. p̄cipit̄ fieri. viii. die. & tñ fuit ōmissa q̃diu populus in deserto fuit ut patet Iosue. v. & sus/cepistis tabernaculū Molech etc. istud referē ad tpus Iudicū & Regū ut oñsum fuit Amos. v. & patebit in fine huius autoritatis. & sydus dei uestri Remphā. i. Luciferū

seu stellã matutinã ut dicit hic glosa que pre ceteris stellis a pluribus adorabaẽ. ppter eius pulchritudinem. figuras. i. imagines diuersas. quas fecistis uobis adorare eas. i. ad orandũ eas. & transferam uos in Babylonem. propter istud peccatũ & transgressionẽ ex hoc patet q̃ idolatria de qua loquitur hic Amos propheta fuit causa captiuitatis iudeoꝝ de terra sua. & hec fuit ꝓpetrata post ingressionẽ huius terre & maxie ꝑ tribus Regũ. Amos aũt. v. dicitur & migrare uos facia transf Damascũ. i. ultra Damascum uel longius a terra uestra q̃ sit Damascus. Babylon aũt plus distat a iudea. nam Damascus est prope terminũ iudee. uel Stephanus posuit in Babylonẽ. quia iudei duaꝝ tribuũ fuerunt translati in Babylonẽ. iiii. Reg. ult. iudei uero. x. Tribuũ translati fuerunt in terrã Assyrioꝝ. iii. Reg. xviii. & transitus ad illã est ꝑ Damnscũ. & ideo ad exp̃mendum utranq; captiuitatem que inducta fuit propter idolatriã Amos scp̃sit ultra Damascũ. Stephanus aũt eodẽ spiritu loquens dixit in Babylonẽ. Tabernaculũ. Consequenter Stephanus se excusat de blasphemia contra templũ: confitens illud ordinatione diuina fuisse factum. & primo loquitur de tabernaculo Moysi. ad cuius similitudinem q̃tum ad aliqua templũ fuit postea factũ: dicit igitur. tabernaculũ testimonii fuit. cum patribus uestris in deserto sicut disposuit. s. deus. prout patet Exo. xxv. qđ & induxerunt susc̃ipientes patres uestri cũ Iesu. i. cum Iosue qui erat dux populi. in possessionem gentiũ. i. intra terram Chananeoꝝ. quas expulit deus. illud. n. fuit factum magis uirtute diuina q̃ humana. usq; in diebus Dauid. supple fuit illud tabernaculũ in terra illa. nam primo fuit positũ in Sylo. ut habet Iosue. xviii. & inde postea translatũ in terra Phylistinoꝝ. i. Reg. v. & inde reductum in terra Israel. i. Reg. vi. & inde pluries translatũ de loco ad locũ ꝓpter guerras usq; in diebus Dauid qui transtulit in Hierusalẽ arcam dñi. uolens ei edificare templũ ut habet. ii. Regũ. vii. sed dñs distulit edificationem templi usq; ad tempus Salomonis filii sui. ideo dicit: qui inuenit gratiã etc. & patet littera usq; ibi. sed non excelsus in manufactis habitat. quia est incomprehensibilis. & nature spiritualis. hoc aũt addidit beatus Sephanus ad remouendũ errorẽ aliquoꝝ iudeoꝝ estimantiũ q̃ deus habitaret in templo sicut homo in sua domo. & hoc quia propiciatoriũ quod erat in tẽplo. dei sedes dicebat: sicut dixi pleniꝰ Exo. xxv. & ad propositũ inducitur autoritas Esa. lxvi. celum mihi sedes est. hec est locutio metaphorica ad designandũ deum esse p̃sentem ubiq; in celo & i terra sibi enim non competunt corporis liniamẽta. ideo subdit: quã domũ edificabitis mihi s. ad habitandũ mõ predicto. q. d. nullã. sed tm̃ ad hoc q̃ ibi fiat oblatio. deo orõnũ. & sacrificioꝝ: ut dicit Salomon. iii. Regũ. viii. aut quis locus requisitionis mee. q. d. nullus alius a me. quia deus regescit in seipso. quia per seip̃m beatus est. Dura ceruice. Hic consequenter excusat se Stephanus de blasphemia contra legem. confitendo eam sanctã & a deo datã. & retorquendo in suos aduersarios blasphemiã. eo q̃ eam multipliciter uiolabant. & hoc est q̃ dicit. dura ceruice. i. obstinata mente. & incircũcisis cordibus a uicis & sordibus: & auribus a blasphemis & detractionibus. uos semp̃ spũ sancto restitistis. loquẽti in Moyse & prophetis. sicut patres uestri ut patet ex p̃dictis quẽ prophetarũ non sunt p̃secuti patres uestri. q. d. ualde pauci. & occiderunt eos. s. prophetas. ut patet de Zacharia filio Ioiade. ii. Paralyp. xxiiii. & Esaia ut dictum fuit in principio Esaie. & Amos. ut dicit Hieron. in prologo & multis alis locis qui p̃nunciabant de aduentu iusti. i. Xp̃i. qui dicit iustus anothomatice. unde dicit Rabbi Sa. q̃ uniuersi prophete non sunt locuti nisi ad dies Messie. s. principaliter. cuius uos nunc proditores: cum Iuda tractando. & homicide fuistis. eius crucifixionẽ ꝓcurando qui accepistis legem in dispositione angeloꝝ. quia data fuit per angelũ in persona dei

loquentem. ut predictū est. & non custodistis. quia irritū fecerant mandatū dei ꝓpter
suas traditione s. ut habetur Matt. xv. ca. Audientes aūt. hic ultimo ponitur ipsius
Stephani lapidatio iniusta. & secundo eius patientia ꝓfecta ibi. & lapidabant. Circa
primū dicit: audientes aūt hec dissecabant cordibus suis. quia non habebant rationem
interficiendi eū: & tñ omnibus modis interficere uolebant. & sic dissecabātur interius
qa passio ꝓualens discrepabat a rōne. & stridebant dentibus. sicut canes rabidi. cū aūt
esset plenus spūsancto. hec enim plenitudo fuit augmentata in martyrio: qđ ē actus
caritatis ꝓfecte. intendens in celum ubi fiduciā suam collocauerat. uidit gloriam dei.
ad confirmationem suam ex gratia speciali. & Iesum stantem. hoc dicit ad cōfirmādū
suam resurrectionē: & quia tales uisiones fiunt secundū conuenientiā eius quod signi/
ficat ut predictum est. ideo Stephanus uidit Iesum stantem ad designandum ꝙ erat
paratus ad eius roborationē. quia stare proprium est dimicantis in prelio. sedere uero
propriū ē iudicantis uel regnantis: propter hoc Mar. ult. ubi describitur regnū Xp̄i
dicitur sedere a dextris dei. ecce uideo celos aptos etc. de conditione huius uisiōis ple/
nius dicetur in fine ca. Exclamantes aūt uoce magna. ne audirentur Stephani uerba.
continuerunt aures suas. ac si essent blasphematoria. & impetū fecerunt. nō rōne sed
furia moti. & eicientes eum extra ciuitatem lapidabant. tanq̄ blasphemū. & testes de/
posuerunt uestimenta sua ut expeditius & celerius eum interficerent. Et lapidabant
Hic consequenter ponitur beati Stephani ꝓfecta patientia. & primo ex eius intētiōe
ad deū ibi. inuocantem & dicentem dñe Iesu suscipe spiritum meū. secundo ex benigna
condescensione ad proximū actu interficientem ip̄m: cum dicit. positis autē genibus.
ut in orando modus esset deuotus. clamabat uoce magna. & procedebat ex affectu
magno ad proximoꝝ salutem. ne statuas illis hoc peccatū: reseruando eis penā eternā
sed da eis penitentiā. in aliquibus libris subdit. quia nesciunt quid faciunt. sed non est
de textu. nec est i libris correctis. Isti enim saltem pro magna pte magis fuerūt moti
passione q̄ ignorantia. ignorantia enim multoꝝ causata erat ex precedēte malicia. s.
ex odio & inuidia contra Christum. ut dictū est supra. iii. ca. & cum hoc dixisset. ex
feruore caritatis secundū dictū Saluatoris Matt. v. orate pro calūniantibus & per/
sequentibus uos. obdormiuit in dño. nā eius anima sanctissima absorbta fuit in abysso
supne claritatis. Circa predicta dubitat utrum uisio beati Stephani premissa fuerit
mentalis uel imaginaria aut corporalis. & dicunt aliqui ꝙ fuit mentalis tm̄. ita ꝙ ex
speciali gratia fuit concessum Stephano uidere non solum humanitatem Xp̄i sed etiā
deitatem. sicut & Paulo. de quo dicit beatus Aug. ad Paulinā de uidendo deo. ꝙ sibi
fuit concessū uidere diuinā essentiā. eo ꝙ erat doctor gentiū. & Moysi q fuit doctor
Iudeoꝝ. & hoc uidet dicere quedā glosa sup locum istū. que talis est. quidē electorū
adhuc in hac uita decenti mundati cordis oculo uidere meruerunt gloriā dei. ut hic
Stephanus. & Paulus ad tertiū celum raptus. Sed hoc dictū non uidet bene cōsonare
dictis sanctorum & doctoꝝ qui concorditer dicunt ꝙ talis uisio non est concessa alicui
in p̄nti uita utenti sensibus exterioribus nisi homini Christo. unde & Paulus nō dicit
deum sic uidisse nisi in raptu ab istis sensibus. Stephanus autē non tunc uidet raptus
fuisse sed magis utens sensibus. utpote loquens iudeis audientibus. propter qđ alii dicūt
ꝙ fuit uisio imaginaria ita ꝙ in eius imaginatione fuerunt effigies diuinitus formate
ad repr̄sentandū deū & hominē Christū sicut Esa. vi. Esaias uidit dñm sedentem super
soliū excelsum. & Seraphī stantia ex utraq; pte sicut ibidem fuit plenius declaratū: &
mente cognouit Stephanus signatū illius repr̄sentationis. & sic q̄tum ad hoc non solum
fuit imaginaria uisio sed etiam cum hoc mentalis. sicut fiebat Prophetis. ut plenius fuit

dictū in p̄ncipio libri Psal. & non ē dubiū. q̄ isto mō potuit fieri. sed ex mō loquēdi scripture uidet̄ q̄ fuit corpalis. quia dicitur in textu cum esset Stephanus plenus sp̄u sancto intendens in celū uidit gloriā dei etc. propter qđ aliqui dixerunt q̄ uisus Stephani fuit a deo fortificatus in tm̄ q̄ uidit Iesum existentem in celo Empyrreo. celos acutie uisus penetrando. sed istud non uidet̄ bn̄ dictū: quia supponere uidet̄ q̄ uisus fiat extramittēdo ab oculo & non intus suscipiendo ab obiecto. qđ improbat Phūs libro de sensu & sensato. propter quod sine preiudicio uidet̄ p̄babilius dicendum q̄ a corpore Xp̄i exn̄tis in celo fuit immutatus oculus Stephani ad uisionem humanitatis Xp̄i. nā in ptāte eius est q̄ corpus eius sic uideat̄ a longe sicut de prope. & forte idē est de quolibet alio corpore glorioso. quia totaliter est subiectū anime. propter quod uidet̄ q̄ ad nutum eius possit immutare uisum indifferenter a longe & de prope. sicut in ptāte eius est q̄ immutet uisum in propria uel alia effigie. sicut dicit̄ de corpe Xp̄i glorioso. Luc. ult. deitatē uero uidere nō potuit isto mō sed sicut in uisiōe imaginaria format̄ in uirtute imaginatiua aliqua effigies ad repn̄tandū deum. ut predictū est ita exterius pōt diuinitus formari ad immutationem corporalis oculi. sicut suo mō fit in apparitione angelo4. qn̄ apparent in corporibus assumptis. que corporaliter uident̄ ita aliqua effigies corporalis non a deo assumpta sed formata pōt ipsum representare oculo corporali. & sic probabiliter absq; alia assertione pōt dici q̄ sic fuit in uisione beati Stephani. mentaliter tm̄ cognouit q̄ illa effigies non erat ipsa deitas nisi tm̄ rep̄sentatiue & huic mō dicendi concordat littera cum dicit̄: ecce uideo celos aptos & filiū hoīs stantem a dextris dei. non sic intelligendo q̄ celi fuerūt diuisi cum sint incorrup̄tibiles. sed quia sic clare uidit ac si nullum esset obstaculū intermediū. ut dicit quedam glosa q̄ hec uisio non fuit facta per reseratiōnem electorum & sub elementis hic ītel̄liguntur etiam corpora celestia. .VIII.

Paulus aūt. Postq̄ descripta est Stephani p̄secutio singularis. hic consequenter describitur Ecclesie persecutio generalis. & quia habuit ortum ex persecutione Stephani ideo primo ad ipsam fit continuatio cum dicitur: Saulus aūt erat consētiēs neci eius. & per consequens peccati particeps: secundū q̄ dicit̄ Ro. 1. qui talia agunt: digni sunt morte. nō solum qui faciūt ea: sed etiā qui consentiūt facientibus. & subdit̄. de p̄secutione Ecclesie cum dicit̄. facta est aūt in illa die. i. in illo tp̄re. qa illa p̄secutio pluribus diebus durauit. & omnes dispersi sunt: secundū q̄ dixerat Saluator Mat. x. Cum uos p̄sequentur in ista ciuitate fugite in aliā. p̄ter Apostolos. isti erant p̄ncipales & firmiores. propter quod remanserunt in p̄secutione: ne ex fuga eo4 crederet̄ fidē catholicā non habere firmū fundamentum. Consequenter interponit̄ beati Stephani sepultura. que supra fuerat omissa. cum dicit̄. curauerunt aūt Stephanū. i. decenter sepelierunt. uiri timorati. i. timentes deū. inter quos Gamaliel fuit principalis. ut habetur in legenda de inuentione corporis sancti Stephani. & fecerunt plāctū magnū super eum. secundum morem Iudeo4. ut habetur. Gn̄. ult. de morte Iacob & in libro iii. de morte Aaron & Marie & Deut. ult. de morte Moysi: & in multis aliis locis de morte notabiliū p̄sonarū illi aūt qui sepelierūt Stephanū erāt cōuersi de iudaismo. & ideo tenuerunt morem paternū. Consequenter reuertitur ad describendū p̄secutionē Ecclesie. d. Saulus uero deuastabat Ecclesiā. nitens eā annichilare. trahēs in custodiā i. in carcerem. non dicitur q̄ interficeret. quia sicut dicit glosa deus manus ipsius preseruabat ne sanguine innocentū polluerent̄. & qa sicut dicit Aug. deus adeo oīpotēs est & bonus q̄ de malis elicit bona: ideo de ista p̄secutione elicuit bonum dissemināciōis fidei catholice: propter quod subdit̄. Igitur qui dispersi erant pertransibant diuersas

ciuitateſ euangeliſteſ uerbū dei iudeis habitantibuſ in ciuitatibuſ illis ut habetur infra xi. Philippuſ aūt. Poſtq̄ Lucaſ proſecutuſ eſt de primo Dyacono. ſ. de Stephano. hic conſequenter proſequitur de Philippo. qui ponitur ſecunduſ ſupra. vi. & diuidit̄ in duaſ p̄teſ. quia primo ponitur predicatio Philippi. ſecundo conuerſio Sauli ca. ix. prima adhuc in treſ: quia primo deſcribit ſanctuſ Lucaſ eiuſ predicationē in Samaria ſecundo ethiopi in uia ibi. angeluſ aūt. tertio in terra maritima ibi. Philippuſ autem. Prima in duaſ quia primo deſcribit̄ Philippi p̄dicatio. ſecundo ſpiritus ſancti collatio ibi. cum aūt audiſſent. Prima adhuc in duaſ: nam ad p̄dicationem Philippi p̄mo ponit̄ multoq̄ conuerſio. ſecundo uniuſ ficta ibi. uir aūt quidā. Circa primū dicit̄ Philippuſ aūt qui cum aliſ propter p̄ſecutionem exierat de Hieruſalē deſcendenſ in ciuitatem Samarie que tp̄re Regū erat metropoliſ in regno. x. Tribuū. p̄dicabat illis Chriſtū Habitanteſ enim ibi erant partim Iudei: receperant enim quinq; libroſ Moyſi ſicut & Saducei. intendebāt aūt turbe biſ que a Philippo dicebant̄ de Chriſto unanimiter audienteſ. i. reuerenter & deuote. & ſubditur ratio. & uidenteſ ſignum q̄d faciebat. i. miracula diuine uirtutiſ. declaratiua in teſtimoniū ueritatiſ a Philippo p̄dicante multi enim eoq̄ qui habebant ſpiritus immūdoſ. i. qui erant obſeſſi a demonibuſ clamanteſ uoce magna exibant. ſ. demoneſ coacti uirtute Chriſti. & ne diceretur q̄ hoc fieret uirtute ſup̄oriſ demoniſ: ſicut dictū fuit de Chriſto Luc. xi. In Belzebuch principe demoniorū eicit demonia. ideo ſubduntur alia miracula que non p̄nt fieri niſi uirtute diuina. cuiuſmōi eſt curatio paliticoq̄: & claudoq̄ ſubdita: cum dicit̄. multi aūt. factū eſt ergo gaudiū in ciuitate magnū de ueritatiſ cognitione: & dictoq̄ curatione. Vir aūt. Hic conſequenter deſcribit̄ uniuſ conuerſio ficta. cum dicitur. uir aūt quidam erat noīe Symon. cōmuniter dicit̄ a doctoribuſ q̄ iſte fuit Symon magus qui poſtea multum reſiſtit Petro & Paulo Rome p̄dicantibuſ. & ideo dixi q̄ eiuſ conuerſio fuit ficta. quia & ſi ad horā uera fuit tñ ad uomitū redit. qui añ fuerat in ciuitate magus i. Philoſophus ut dicunt aliqui a magnitudīe ſcientie ſic dictuſ. ſicut & illi qui uenerūt adorare Chriſtū natum. Matt. ii. ſed huic dicto cōtrariat̄ q̄ ſubdit̄. ſeducenſ. i. extra uiam ueritatiſ ducenſ. quod non eſt Philoſophi cuiuſ eſt propriū amare ueritatem & docere. i. Ethi. ſed eſt propriū hoīſ arte magica utentiſ. d. ſe eſſe aliquem magnū. ſ. prophetā uel Chriſtū & Io. iiii. dicit̄: q̄ Samaritani ſicut & iudei expectabāt Chriſtū unde dixit illa mulier Samaritana. Scio quia Meſſias uenit qui dicitur Chriſtuſ. cum ergo uenerit ille annunciabit uobiſ omnia. ideo ſubdit̄. dicenſ. hic eſt uirtuſ dei & ſic loquit̄ Apoſtoluſ de Chriſto. i. Corin. i. p̄dicamuſ Chriſtū dei uirtutem etc. attēdebāt aūt eum: credenteſ ei. p̄pter hoc q̄ multo tp̄re magiſ ſuiſ deuincaſſet eoſ. i. mēteſ eoq̄ a ueritate alienaſſet. exquo patet q̄ ſupradictuſ eſt magus a magiciſ artibuſ. in noīe Chriſti baptizabant̄. hec enim forma utebat̄ eccleſia primitiua rationibuſ dictiſ ſupra ii. ca. tunc Symon & ipſe credidit. ſ. ficte uel ſi uere hoc tm̄ fuit ad horam. & cū bap/ tizatuſ eſſet adherebat Philippo. & ſubdit̄ ratio. uidenſ etiā ſigna & uirtuteſ maxiaſ fieri etc. dicit̄ enim ab aliquibuſ & p̄babiliter q̄ ad hoc familiaritatem Philippi que/ rebat: ut per hoc poſſet conſequi uirtutē ſeu artem ſimilia faciendi. unde & infra dicit̄ q̄ obtulit pecuniā Apoſtoliſ ut per impoſitionem manuū poſſet dare donū ſpūſſancti in ſigno uiſibili. ex quo uidetur q̄ non fuit conuerſuſ uere: ſed tm̄ ficte. Cū audiſſent Deſcripta p̄dicatione Philippi. hic conſequenter deſcribit̄ collatio ſpūſſancti. Circa quod ſciendū q̄ Philippuſ erat tm̄ dyaconuſ. propter quod licet poſſet baptizare nō tñ manuſ imponere nec per conſequenſ donum ſpiritus ſancti in ſigno uiſibili dare. hoc enim p̄tinebat ad Apoſtoloſ unde & ſoli Epiſcopi qui ſunt ſucceſſoreſ eorū. xxi.

di. in nouo testamento manus imponunt. propter quod Philippus significauit Apli ut aliqui eoꝝ uenirent in Samariā & supplerent illud qđ ad eius officiū nō spectabat & hoc est quod dicitur: cum audissent Apostoli etc. patet littera usq; ibi. nondū enim in quenq̄ illoꝝ uenerat. s. in signo uisibili. uenerat tm̄ in eis inuisibiliter: sicut & mó in baptismo. sed baptizati tm̄ erant in noīe dñi Iesu. hec dictio tm̄ non est determinatio huius in noīe dñi Iesu excludendo alias duas personas: sed magis in eo includuntur: ut dictū est supra. ii. ca. propter quod li tm̄ est magis determinatio huius sed baptizati erant tm̄ sed non receperant impositionem manuū. ideo subdit: tunc imponebant etc. Cum audissent. Hic ponitur Symonis increpatio uolebat enim emere ptātem dandi spiritū sanctū intentione lucri inde recipiendi. propter quod ab ipso notatur uitium Symonie. quo aliquis uendit uel emit spiritualia. & patet littera usq; ibi. non est tibi pars neq; sors in sermone isto. i. in hac ptāte. s. ut spiritus sanctus det̄ p impositionem manus tue. cor enim tuū non est rectū corā dño. uirtute enim dei reuelantis uidebat intima sui cordis. In felle enim amaritudinis. i. in nequicia intentionis que facit amari/ tudinem culpe. & ducit ad amaritudinem tebenne. ꝓcamini uos pro me. etc. hoc dixit magis ductus timore pene: q̄ amore gratie. & illi quidē testificati & locuti uerbum dei ad confirmationem credentiū. redibant Hierusalem: non ociosi sed in uia p ciuitates ꝓdicando uerbū dei. Angelus. Posita ꝓdicatione Philippi in Samaria: Hic cōsequē/ ter ponitur eius predicatio in uia. & hoc Ethiopi de Hierusalem in terram suā re/ uertenti: & diuidit̄ in duas ptes. quia primo ponit̄ Philippi predicatio. secūdo ethiopis conuersio ibi. & dū irent. Circa primū dicitur: angelus aūt dñi etc. uade cōtra meri/ dianū. Ethiopia enim est in plaga australi respectu Hierusalem. ad uiā que descēdit ab Hierusalem in Gazā. Hierusalē enim est in loco altiori q̄ sit illa Gaza. Hec est deserta. Gaza enim uetus omnino fuit destructa. & postea alia eiusdem nominis fuit edificata: in alio tm̄ situ. uia aūt illa transibat per Gazā de nouo reedificatā. & ideo ad differentiā illius dicitur: hec est deserta & ecce uir Ethiops eunuchus. p hoc autē q̄ dicitur uir designat̄ q̄ non dicebat̄ eunuchus a precisione membroꝝ genitaliū sed a castitate & honestate moꝝ. secundū q̄ dicit Saluator Matt. xix. sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum celoꝝ. qui erat sup oīes gazas eius. erat enim eius thesaurarius: & sic gaza est hic nomen appellatiuum. supra uero est propriū nomen ciuitatis existētis in terra Phyliſtinoꝝ ut habet̄. i. Reg. vi. uenerat adorare in Hi/ erusalē. multi enim gentiles ueniebant ex deuotione adorare deum in Hierusalē: ut habetur Io. xii. uel forte iste erat conuersus de gentilitate ad iudaismū quod uidetur ex hoc qđ subdit̄. legensq; Esaiam ꝓphetam. sicut erat edoctus a iudeis. sicut & multi laici ex deuotione horas canonicas in latino dicunt. q̄uis non intelligant. cetera patēt usq; ibi. tanq̄ ouis etc. quod scribitur Esa. liii. & intelligitur ad litteram de Xp̄o sicut ibidem diffusius dictū fuit. quia cum uerbo uno posset omnes aduersarios prosternere pmisit se tm̄ ad occasionem duci & sicut agnus corā se tondente obtumescit etce. quia uerba iniuriosa pro iniuria non reddit. & cum falso accusaretur coram Pilato tacuit. Matt. xxvii. in humilitate iudicium eius sublatū est. Esa. liii. sicut habetur de āgustia & iudicio sublatus est. q̄ sic ibidem fuit expositū de angustia. s. mortis: & de iudicio quo ad omnes decedentes ex diuina sententia detinebant̄ in lymbo. sublatus est per potentiā sue resurrectionis & eodē mó exponenda est hec littera. In humilitate. i. p mortem quā humiliter sustinuit: in humilitate assumpta Phil. ii. humiliauit semetip̄m factus obediens usq; ad mortem. Iudiciū eius. i. sententia diuina: que sua erat in q̄ntum deus. sublatus est quia Xp̄o resurgente sancti qui erant in lymbo detēti inde fuerūt

sublati. generationem eius quis enarrabit?i. multiplicationem fideliū qui regenerātur Xpo per baptismū. qm̄ tolletur de terra uita eius. s. per mortē & in hoc reddit causa multiplicationis fideliū. secundū q̄ dicitur Io. xii. nisi granū frumenti cadens in terra mortuū fuerit ipsum solum manet. si aūt mortuū fuerit multū fructum affert. cetera patent usq; ibi. & incipiens a scriptura ista. que de Xpo ad litteram est intelligēda. ut declaratū fuit diffusius Esa. liii. Et dum irent. Hic consequenter describit ipsius eunuchi uera conuersio. per hoc q̄ baptismū deuote petit: & fideliter suscepit. & patet littera usq; ibi. spiritus dñi. i. spiritus sanctus. uel angelus qui in scriptura frequenter notat spiritus. per hoc aūt q̄ dicitur spiritus dñi. absolute intelligitur spiritus bonus. qñ aūt fit sermo de spiritu maligno exprimitur: sicut patet. i. Reg. xvi. spiritus dñi malus arripiebat Saul. rapuit Philippū: ab aspectu eunuchi ad cōfirmationē sue fidei. per hūc enim raptū cognouit Philippū a deo missum specialiter ad ipsum informādū de fide & baptizandū. ideo subditur. Ibat enim per uiā suā gaudens de ueritatis cognitione. & baptismi susceptione. Philippus aūt. Hic consequenter describit p̄dicatio Philippi in terra maritima. terra enim Phyliſtinoꝝ in qua est Azotus clauditur mari mediterraneo in pte occidētali. & ptransiens euāgelizabat ciuitatibus cunctis. i. iudeis habitantibus in illis. qui fuerant ibi dispersi a tempe Regis Anthiochi. donec ueniret cesareā. que ē ciuitas supra mare mediterraneū sita. sicut patet ī descp̄tiōe terre sācte

.IX.

etiaſ exhortationem. deuſ plebiſ Iſrael elegit patreſ ueſtroſ. in Abraham. Geñ. xii. & plebem exaltauit per ipſum Ioſeph cum eſſent incole in terra Egypti. in qua poſt mortem Ioſeph fuerunt ſubiecti graui ſeruituti. ut patet Exodi. primo. & í brachio excelſo. i. in ſigniſ mirabilibuſ. eduxit eoſ ex ea. ut patet in Exo. & p. xl. annorum tempuſ moreſ eorum maloſ ſuſtinuit in deſerto. quia multotienſ rebellauerunt dño. ut patet in libriſ Exo. & Iud. & deſtruenſ genteſ. vii. ſcilicet Chananeoſ Amorreoſ Eueoſ Iebuzeoſ Phariſeoſ Gergeſeoſ Etheoſ. ut patet í libro Ioſue. ſorte diſtribuit eiſ terram eorú. ut patet Ioſue. xiii. quaſi. cccc. annoſ ſcilicet a natiuitate Iſaac aqua uſq; ad exitum de Egypto. fluxerunt anni. cccc. ut oſtenſum fuit Geñ. xv. & . xl. uſq; ad ingreſſum terre promiſſioniſ & iudex quibuſ pugnauit Ioſue contra genteſ p̃/ dictaſ ante diuiſionem terre. unde dicitur Ioſue. xi. multo tempore pugnauit Ioſue contra Regeſ iſtoſ. & poſt hoc dedit iudiceſ. ad regimen populi iudicum primo uſq; ad Samuel Prophetam incluſiue. quia fuit ultimuſ iudex. & exinde poſtulauerũt regẽ i. Reg. viii. & dedit illiſ deuſ Saul filium Cyſ. i. Reg. x. anniſ. xl. in hoc numero includitur tempuſ quo Samuel populum iudicauit. qa Saul. xx. anniſ tm̃ regnauit & amoto illo: propter peccata ſua. ſuſcitauit illiſ Dauid Regem. i. Reg. xvi. tunc enim unctuſ fuit per Samuelem cui teſtimoniũ perhibenſ dixit etc. i. Reg. viii. huiuſ deuſ. Hic conſequenter Apoſtoluſ declarat diuine promiſſioniſ impletionem. ſecundo ad hoc inducit ſcripture teſtificationem ibi. & uoſ uobiſ. Circa primũ dicit: huiuſ deuſ ex ſemine ſecundum promiſſionem eduxit Iſrael ſaluatorem Ieſum. q̃ enim fuerit de ſemine Dauid patet Matt. i. hoc etiam continetur in annualibuſ iudeorum. Intelli/ gendum tamen eſt Xpriſtum a Dauid deſcendiſſe ſecundum corpulentam ſubſtantiã tantum & non ſecundum rationẽ ſcientialem. q̃ autem Ieſuſ Nazarenuſ ſit ſaluator Iſrael declarat primo per predicationem Iohanniſ baptiſte que fuit ſic autentica q̃ Chriſtuſ eſſe credebatur. non ſolum a uulgaribuſ ſed etiam a maioribuſ. ut patet Io. primo: ideo ſubditur: predicante Iohanne denunciando Chriſtum uenturũ de p̃ximo & ipſum oſtendendo cum digito dicenſ. ecce agnuſ dei Io. i. baptiſmum penitentie: ut populuſ eſſet diſpoſituſ ad Chriſtum recipiendum: & ut baptiſma Iohãniſ eſſet diſpo/ ſitio ad baptiſmũ Chriſti. quem me arbitramini etc. per hoc apparet Iohanniſ hũilitaſ & etiam ueritaſ. cuiuſ non ſum dignuſ calciamenta pedum ſoluere. id eſt officiũ etiã minimum ſibi impendere. nõ enim intelligitur per hoc q̃ Chriſtuſ calceatuſ inceſſerit ſed q̃ Iohanneſ improportionabiliter exceſſerit. hic eſt moduſ loquendi: non ſolũ ad homineſ: ſed etiam ad inanimata. applicatur ſicut de uino multum debili. comparãdo ipſum ad unum optimum. dicitur q̃ non eſt dignum illud diſcalceare ſignificando q̃ nulliuſ eſt moñti reſpectu illiuſ. uobiſ uerbũ. ſ. ícarnatũ ſaluiſ huiuſ miſſũ eſt. ſ. pñ/ tialiter. tũ quia in p̃pria p̃ſona iudeis p̃dicauit. tũ quia í medio iudee. ſ. in Hieruſalẽ opatuſ eſt ſalutẽ. ideo ſubditur: qui enim habitauit Hieruſalem: quantũ ad uulgareſ. & Principeſ eiuſ quantum ad maioreſ. hunc ignoranteſ ſcilicet Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum uerum: alia fuit tamen ignorantia p̃ncipum alia uulgariũ. ſicut dictũ fuit ſupra ca. iii. neutra tamen excuſabat a toto immo primo aggrauabat. quia pro/ cedebat ex malicia & uoceſ propbetarum de Chriſto loquentium. quaſ ſacerdoteſ & ſcribe ex inuidia male interpretati ſunt. & ſic populum deceperunt iudicanteſ Ieſũ eẽ morte dignum. impleuerunt propbetiaſ de eiuſ paſſione predictaſ. ſecundũ q̃ dicitur Eſa. liii. tanq̃ ouiſ ad occiſionem ducetur etc. & in multiſ aliiſ propbetarum dictiſ. & nullam cauſam mortiſ inuenienteſ in eo. ſicut patet ex euangelio & Pylati teſtimonio petierunt a Pylato ut interficeret eum. per militeſ ipſiuſ. & licet primo reſiſterit: tamẽ

finaliter eorum petitioni acquieuit iudeoꝝ fauore & Ceſaris timore. cúq; cõſúmaſſẽt omnia: iudei mali. deponenteſ eum de ligno. ſcilicet boni iudei Ioſeph & Nicodemuſ ut habeť Io. xix. ſacra enim ſcriptura ſub uno contextu frequenter tranſit de bonis ad maloſ: & econuerſo ſicut Pſal. lxxvii. dicitur: cum occideret eoſ querebant eum occiſi enim nó poterant eum querere. & ideo cum dicitur: cum occideret eoſ intelligiť de obſtinatis in peccato. & quod ſubditur: querebant eum intelligitur de penitẽtibuſ & reuertentibuſ a malo. & hoc ſecundum illum modum exponendi ſacram ſcripturam qui dicitur de corpore domini uero & ſimulato prout plenius dixi in principio Gene. deuſ uero ſuſcitauit eú ſcilicet hominem Xpriſtum. qui uiſus eſt uiuens p dies multoſ ſcilicet. xl. ut dictum eſt ſupra. i. ca. biſ qui ſimul aſcenderant. id eſt Apoſtoliſ. q uſq; nunc ſunt teſteſ eiuſ: per uiſum & auditum & per operationem miraculorum in noſe ipſius. Et noſ. Hic conſequenter inducit ſacram ſcripturam ad ſuum propoſitum dicẽſ & noſ uobis annunciauimuſ ea que ad patreſ ueſtroſ repromiſſio facta eſt. de uerbi incarnatione & eiuſ a mortuis reſurrectione: ſicut & in Pſal. ii. ſcriptú eſt. qui ad lit/teram intelligitur de Chriſto. ſicut ibi plenius dictum fuit. filiuſ meuſ eſtu: naturaliſ. & per conſequens eiuſ ſubſtantie. quia natura diuina non eſt multiplicabiliſ. alii uero ſunt filii adoptiui. ego hodie genui te. id eſt eternaliter. eternitaſ enim preſens tempuſ ſignificat. eo q; in eternitate nihil tranſit in preteritum. nec aliquid expectať futurú & ſic autoritate pſalmi declarata eſt diuinitaſ Chriſti. humanitaſ uero eiuſ apparuit ad ſenſum inter homineſ conuerſando & in ea moriendo. Conſequenter declarat eum reſurrexiſſe ad uitam immortalem inducens ad hoc autoritatem Eſa. lv. ca. ubi ení noſtra tranſlatio habet feriam uobiſcum pactum ſempiternum míaſ Dauid fideleſ. tranſlatio. lxx. habet q; hic dicitur. dabo uobiſ ſanctam Dauid fidelia. i. adimplebo uobiſ firma uerba Dauid. & ueriſſima & que ſunt illa ſubdit. non dabiſ ſanctum tuú uidere corruptionem. Pſal. xv. quod intelligitur de corpore Chriſti ſanctiſſimo. qđ non fuit putrefactum nec incineratum. ſed uirtute diuina celeriter reſuſcitatú: ſicut dictum eſt ſupra plenius. ii. capi. & q; hec ſcriptura non intelligitur de Dauid. ſed de Chriſto conſequenter oſtendit dicens. Dauid enim in ſua generatione. id eſt in ſuo tpre cum amminiſtraſſet regnum Iſrael. uoluntati dei: ſupple obediens. dormiuit: ſomno mortiſ. & uidit corruptionem. i. putrefactionem. & incinerationem. quem uero: deuſ ſuſcitauit a mortuiſ ſcilicet homo Chriſtuſ. non uidit. id eſt nó eſt paſſuſ corruptionẽ nam accelerata fuit eiuſ reſurrectio & ad uitam immortalem. notum igitur ſit uobiſ. abſq; aliqua dubitatione. quia per húc: tanq̃ per ſaluatorem. uobiſ remiſſio peccatoꝝ annunciatur. facta per eiuſ humanitatem meritorie & per eiuſ deitatem effectiue: quibuſ non potuiſtiſ in lege Moyſi iuſtificari. ſecundú q; dicitur Hebr. x. impoſſibile eſt enim ſanguinem hyrcorum aut tauroꝝ auferre peccata. in hoc ſcilicet in Chriſto omniſ qui credit fide formata caritate iuſtificatur. unde Gene. xv. dicitur: credidit deo Abraham & reputatum eſt ei ad iuſticiam. Videte ergo. Hic conſequenter apoſtoluſ infert concluſionem intentam uidelicet q; non debent eſſe increduli Chriſto. ne ſuper eoſ ueniat pena & maledictio di. uidete ergo. i. diligenter cauete. ne ſupueniat uobiſ quod dictum eſt in Prophetiſ. i. in libro. xii. prophetarum. Abachuch enim primo ſecundum tranſlationem noſtram dicitur aſpicite in gentibuſ & uidete & admi/ramini & obſtupeſcite quia opuſ factum eſt in diebuſ noſtriſ quod nemo credet cum narrabitur. ſecundum uero tranſlationem. lxx. quam allegat hic Lucaſ dicit: uidete contemptoreſ diuine promiſſioniſ per Chriſtú adimplete. & admiramini de magnitudíe mali ſuper uoſ uẽturi. ideo ſubditur: & diſperdimini: per Romanoſ qui in penã mortiſ

Xpristi destruxerunt ciuitatem & templum & populum iudeorum. partim occiderũt & partim captiuauerunt. dispergentes eum per diuersas partes orbis: & ista captiuitas que maxima est & irreparabilis fuit figurata per captiuitatem Babylonicam. de qua loquitur Abacbuch. per illam tanq̃ per figuram dãs intelligere captiuitatem per romanos factã. & tũc futuram. de qua loquitur hic Paulus. quia opus operor in diebus uestris. scilicet opus incarnationis Xpristi passionis & resurrectionis. quod non creditis etc. licet enim ad predicationem Xpristi & Apostolorũ plures de iudeis crediderũt ut patet ex supradictis: tamen illi fuerunt pauci respectu non credentium. existẽtibus autem illis. scilicet Paulo & Barnaba. rogabant. scilicet principes Synagoge. ut alio sequenti sabbato sibi loqueretur hec uerba. dicunt expositores & glosa uidetẽ inuere q̃ hoc rogabant maliciose. iam enim moti erant contra Barnabam & Paulum. eo q̃ Paulus dixerat q̃ in lege Moysi non poterant iustificari. & ideo uolebant iterũ hoc audire ex ore eius ut sic haberent maiorem occasionem eos magis prosequendi: sicut postea fecerunt. cunq; dimissa esset Synagoga. quolibet redeunte ad domum suam. secuti sunt multi iudeorum. uulgarium Xpristo credentium. non autem Principum Synagoge contra Apostolos machinantium. & colentium: scilicet deum. aduenarum id est conuersorum de gentilitate ad iudaismũ suadebant eis ut permanerent in gratia dei. id est firmiter starent in fide Xpristi ad quam erant uocati per gratiã dei. cetera patent. Videntes autem. Posita Pauli predicatione: hic consequenter ponitur cõtradictio Principum Synagoge: cum dicitur. uidentes autem turbas: fauentes Apostolis repleti sunt zelo. id est inuidia. & contradicebant his que a Paulo dicebant: ex motu inuidie. & non ex ueritatis amore. blasphemantes: dicendo q̃ erant populi seductores tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt postposito timore humano. uobis oportebat primum loqui uerbum dei. id est uerbum euangelicum. sed quoniam repellitis illud. ueritati contradicendo. & indignos uos iudicatis: facio. eterne uite: que datur a Xpristo. ecce conuertimur ad gentes: predicando eis euangelicam ueritatem. sic enim nobis precepit dominus. sicut habetur supra primo ca. eritis mihi testes in Hierusalẽ: & in omni iudea & Samaria & usq; ad ultimum terre Mar. ultimo. euntes in mundũ uniuersum predicate euangelium omni creature. Inducit etiam ad hoc Paulus auctoritatẽ Esa. xlix. que ad litteram intelligitur de Xpristo ut ibidem dictum fuit. posui te in lucem gentibus. que per Apostolorum predicationem deuote receperunt fidem Xpristi. ut sis in salutem usq; ad extremum terre. quia fides Xpristi diuulgata ubiq; fuit etiam a tempore Apostolorum sicut declaratum fuit Psal. xviii. super illud. in omnem terram exiuit sonus eorum etc. Ro. x. Audientes autem gentes. gauisi sunt de sui illuminatione & salutis consecutione. & glorificabant uerbum dei. id est Christum qui est uerbum patris: & crediderunt quotquot erant preordinati scilicet a deo cuius ordinatio non potest frustrari. disseminabatur autem uerbum dñi: utitur aũt tali mõ loquendi. eo q̃ semen est uerbum dei ut dicitur Luc. viii. Iudei autem. id est principes Synagoge. concitauerunt mulieres religiosas & honestas. fauentes Apostolis eis administrando necessaria de bonis suis. & primos ciuitatis: qui habebant regere communitatem. & excitauerũt persecutionem inuidia moti. ut supra dictũ est. ac illi excusso puluere pedum sicut dixerat Saluator Matt. x. & hoc testimonium propria laboris ad conuersionem infidelium & obstinationis recipere uerbum dei uolentiũ. uenerũt Icomum. sicut dixerat Saluator Matt. x. ca. cũ uos persecuti fuerint in una ciuitate fugite in aliam. non timore supplicii: sed amore publicationis euãgelii. discipuli quoq; id est credentes in Christũ replebantur gaudio. i. de cognitione ueritatis & assecutiõe

ſalutiſ & ſpiritu ſancto a quo hutuſ gaudium cauſatur.

Factum eſt autem. deſcripta predicatione Apoſtoloꝝ in Cypro: & Anthiochia. hic conſequenter ponitur eorum predicatio in Icomo. & quibuſdam aliſ locis propinquiſ. & primo circa hoc ponitur progreſſuſ eorum ad predicandum. ſecundo regreſſuſ ad confirmandum ibi. cunq; euangelizaſſet. Circa primum deſcribitur eoꝝ predicatio in tribuſ ciuitatibuſ. & prima fuit Icomum de qua dicitur. factum eſt aũt in Icomo ut ſimul: ſcilicet Pauluſ & Barnabaſ. intrarent Synagogam iudeorum: ubi conueniebant & maxime diebuſ ſabbatorum. & loquerentur eiſ: uerbum euãgelicum & conſequenter ſubdit Lucaſ huiuſ predicationiſ effectum. ita ut crederet iudeorũ & grecorum copioſa multitudo. & dicuntur hic greci ſecundum aliquoſ iudei in Grecia nati: ex iudeiſ ibidem diſperſiſ tempore Anthiochi. ſecundum alioſ uero dicunt̃ greci gentileſ natione ſed ad iudaiſmum conuerſi. qui uero increduli fuerunt iudei: ſcilicet natione. iſti enĩ magiſ contradicebant euangelice ueritati. aduerſuſ fratreſ. i. aduerſuſ credenteſ in Chriſtum uel aduerſuſ Paulum & Barnabam. cui expoſitioni ſequens littera uidetur magiſ cõcordare. fiducialiter agenteſ in dño. humano timore poſtpoſito & ſubditur cauſa. teſtimonium perhibente: ſcilicet domino. uerbo gratie ſue. i. uerbo euangelico. quia gratia & ueritaſ per Ieſum Chriſtum facta eſt. Io. i. & ſubditur teſtificandi moduſ cum dicitur. dante ſigna & prodigia fieri per manuſ eorum: ſcilicet Apoſtolorum: cetera patent. Cum autem. hic ſecundo ponitur publicatio euangelii p Paulum in locis Lyaconie & deſcribitur in quattuor parteſ. quia primo deſcribitur hec predicatio. ſecundo predicationiſ confirmatio ibi. & quidam uir. Circa primũ dicit̃ cum autem factuſ eſſet impetuſ etc. quia non mouebantur contra Apoſtoloſ ratione: ſed paſſione. inuidie & ire. confugerunt ad ciuitateſ Lycaonie. ſecundum uerbum Chriſti allegatum capitulo precedenti. & ibi euangelizanteſ erant. officium iniunctũ. ſibi diligenter exequenteſ. Et quidam uir. Hic conſequenter ponitur dicte p̃dicatiõiſ confirmatio per opuſ miraculoſum. hoc enim modo confirmantur illa que tranſcẽdũt intellectum humanum. cuiuſmodi ſunt ea que ſunt fidei cum dicitur: & quidam uir. notuſ quantum ad perſonam & infirmitatiſ incurabilem. hic audiuit Paulum loquẽtẽ & credidit. qui ſcilicet Pauluſ. intuituſ eum. uiſu corporali & mentali. ideo ſubditur: & uidenſ quia fratrem haberet. fideſ enim oculiſ corporalibuſ uideri non poteſt. ut ſaluuſ fieret. mẽte & corpore. magna uoce. ut magiſ accenderet̃ miraculũ ad honorẽ diuinũ. ſurge ſuper pedeſ tuoſ rectuſ. coram omnibuſ aſtantibuſ. & exiliuit. i. agiliter ſurrexit. & ambulabat. ad declarationem ſubite & perfecte curationiſ. Turbe aũt. hic conſequenter ponitur erroriſ remotio. qui primo deſcribitur. ſecundo remouetur ibi. ꝙ ubi. Circa primũ dicitur: turbe autem. idolatrie dedite. cum uidiſſent ꝙ fecerat Pauluſ. credenteſ hoc eum feciſſe propria uirtute. leuauerunt uocem ſuam Lycaõite id eſt proprie idiomate dicenteſ dii ſimileſ facti hoĩbuſ. deſcenderunt ad uoſ credẽteſ enim eoſ de celo deſcendiſſe humana effigie. & uocabant Barnabam Iouem. eo ꝙ uidebatur ſenior etate. Paulum uero Mercurium. quoniam ipſe erat dux uerbi. id eſt proponenſ edificatiõiſ uerbum ut patet in textu. Mercuriuſ enim dicitur fuiſſe eloquentiſſimuſ. & propter hanc excellentiam dicebatur a gentilibuſ deuſ eloquentie. & ꝙ eam daret hoĩbuſ. ſacerdoſ quoq; Iouiſ. i. eiuſ cultu deputatuſ. tauroſ ad immolãdũ & coronaſ. ad templum ornãdum. ſicut dicitur primo Machabeorum. iiii. ornauerũt faciem templi coroniſ aureiſ. cũ populuſ uolebat ſacrificare: Barnabe & Paulo. Quod ubi. Hic conſequenter dictuſ error remouetur per Apoſtoloſ facto uerbo ipſum deteſtanteſ. ideo dicitur. conciſſiſ tunicaſ: in ſignum doloriſ eo ꝙ hominеſ uolebant eiſ

impendere honorem diuinum: quem exhibere & recipere erat nephas. ideo subdit dicentes. uiri quid hic facitis. id est facere uultis. quod est blasphematorium diuine maiestatis. & nos mortales sumus & non dii annunciantes uobis ab his uanis. supple re/cedere. que dicuntur uana. quia nulla ueritas aut utilitas est in idolatria. sed magis damnabilitas maxima. conuerti ad deum uiuum. i. qui est ipsa uita: per essentiam. & dicitur hoc ad distinctionem eorum qui sunt mortui & erronee putant dii: ut iupiter Mercurius & huiusmodi. qui fecit celum & terram etc. creando de nihilo. sua potentia infinita. qui in preteritis generationibus. usq; ad publicationem euangelii. dimisit oēs gentes. id est gentiles. ingredi uias suas. id est agere secundum libertatem arbitrii. quia non dedit eis legem restringentem & prophetas sicut dedit iudeis. & quidem non sine testimonio semetipsum reliquit. scilicet ostendere esse uerum deum omnium gentium. sed ostendit hoc testificans per multiplicem effectū. ideo subditur: benefaciens de celo dans pluuias etc. unde & philosophi rōne naturali ex effectibus sumpta multipliciter probauerunt unitatem dei. ut patet. xii. Methaphy. & in pluribus aliis locis. uix se/daue runt turbas. propter promptitudinem earum ad idolatriā. Superuenerūt. Hic consequenter ponitur contra Paulum persecutio cum dicitur. superuenerunt autem quidam ab Anthiochia. que est in regione Persidie. uel Prosidie secundū aliā litterā. & in Icomo: ubi predicauerat Paulus. ut patet in huius capituli principio. & psuasis turbis. que de facili mouentur ad malum. lapidantes Paulum traxerūt extra ciuitatē tanq̄ uile cadauer indignum sepultura. & ab astibus & bestiis lacerandū. circūdātibus autem eum discipulis ne perciperetur adhuc uiuus a iudeis. surgens intrauit ciuitatem s. Lystram a deo curatus quod patet ex eo quod subditur. & postera die profectus ē in Derbem. non enim uirtute nature post dictam lapidationem posset ita transire in aliam ciuitatem. Cunq; euangelizasset. Hic consequenter describitur Apostolorum regressus ad confirmandum illos qui crediderant in Xpristum. & patet littera usq; ibi & Anthiochiam. que est in regione Persidie. confirmantes animas discipulorum. in moribus & fide & dicentes. quoniam per multas tribulationes etc. quasi diceret: non debent nos retrahere persecutiones & mala temporalia sine quibus non habent bona celestia & eterna. que bonis temporalibus incomparabiliter sunt meliora. & cum con/stituissent illis per singulas ecclesias presbiteros. & nomine presbiterorum hic intelligūt etiam alii ecclesie ministri. ut Episcopi. Diaconi. & huiusmodi. & cum orassent cum ieiunationibus. quia per ieiunium carorefrenatur & per orationem mens in deū eleuat. Commendauerunt eos domino. sine cuius custodia speciali non possent perseuerare in bono. Psal. c. xxvi. nisi dominus custodierit ciuitatem etc. & loquentes dñi uerbum in Pergen. que est ciuitas in regione Pamphilie. descenderunt in Achataliā. secundū aliquos est nomen ciuitatis. secundum alios regionis. & inde nauigerunt. Anthiochiā que est in Syria. & ab Anthiocho magno denominata. unde erant traditi gratie dei ut dictum est supra. xiii. capitulo in principio. In opus predicationis euangelii. quod compleuerunt. id est fideliter sunt executi. retulerunt quanta fecisset deus cum eis. id est doctrina & miraculis. & quia apperuisset gentibus hostium fidei. uocans eos per gratiam suam ad fidem sine qua non sufficeret doctrina & miracula quam audientiū eandem predicationem & uidentium idem miraculum unus credit alter non: ideo dicit Saluator Iohannis sexto. nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit illum. & .xv. capitulo. dicit Apostolis: Sine me nihil potestis facere. commorati sunt autem tempus non modicum cum discipulis. confirmando eos in fide uita pariter & doctrina

ET quidam descendentes. Descripta Pauli & Barnabe predicationes. Hic cõsequẽter ponitur determinatio cuiusdã questionis suborte scilicet de legalium obseruatione. q̃ quidam credentes de Iudaismo dicebãt esse necessariam ad salutem etiam conuersis ex gentilitate Paulus aũt & Barnabas asserebant contrarium quia per legem nouam sunt Iudei absoluti a debito obseruãde legis. sicut plenius declaratur in epistolis Pauli ad Ro. & Gal. & in pluribus aliis locis. gentiles uero nunq̃ fuerant ad eam obligati. quia non fuit eis data nisi quantũ ad moralia. que sunt de dictamine legis nature. que omnes obligat. primo igitur pro determinatione huius dubii. ad Apostolos in Hierusalem recurritur. secundo hoc dubium soluit. ibi. surrexerunt. Circa primum dicitur. & quidam conuersi. de secta phariseorum descẽdentes de Iudea: que est in altiori situ q̃ sit Antbiochia. docebãt fratres. de gẽtilitate conuersos. quia nisi circuncidamini etc. & per consequens seruetis omnia legalia quia circuncisio est quedam protestatio & obligatio uniuerse legis seruande ut dicit Gal. v. facta quoq; seditione non minima. Paulo & Barnabe. quia asserebant contrariũ nam hoc dicere erat euacuare Euangelium. statuerunt ut ascenderent etc: & patet littera. Surrexerunt. Hic consequenter ponitur solutio dubitationis. & diuiditur in tres partes. quia primo pro utraq; parte fit allegatio. secundo ueritatis determinatio ibi. & postq̃ tacuerũt. tertio ueritatis terminate publicatio ibi. tũc placuit. Circa p̃mũ allegatur primo pro parte affirmatiua cum dicitur. surrexerũt autem qdã de Heresi id est de secta Phariseorum. erant enim tunc apud Iudeos tres secte. una saduceorum qui negabant resurrectionẽ: & spiritũ: & angelum: altera Phariseorum. qui utrunq; confitebantur. tertio uero Assyriorum. qui confitebantur resurrectionem: spiritum: & angelum: sicut Pharisei. & uiuebant religiosius habentes omnia in communi. ut dicit Iosephus antiquitatũ libro. xviii. dicẽtes etc. & patet littera usq; ibi. surgens Petrus. ubi allegatur p̃ parte altera: cum dicitur. uiri fratres uos scitis. quia factum fuit notorium. quoniam ab antiquis diebus. id est satis prope tempus missionis spiritus sancti in die Pentbecostes in signo uisibili ut habetur supra. ii. ca. deus in nobis elegit per os meum audire gentes etc. q. d. ego non iui ad predicandum Cornelio & aliis gẽtilibus existentibus cum eo propria uoluntate sed ex diuina missione ut patet. x. ca. & qui nouit corda deus. homo enim uidet ea que patent. deus autem intuetur cor. primo Regum. xvi. testimonium perbibuit. quod erant iustificati: licet essent incircuncisi. dans illis spiritum sanctum. in signo sensibili. scilicet in dono linguarũ. & nibil discernit inter nos circuncisos & illos incircuncisos. fide Iesu Xp̃i. purificans corda eorum: & nó circuncisio carnis & obseruatio legaliũ. & exboc cõcludit propositum dicens. núc ergo quid temptatis deum. ut enim dicitur in glosa: ille deum temtat qui aliter q̃ ipse precipit facere laborat. & sic faciebant illi qui dicebant legem Euangelicam sine obseruatione legalium non sufficere ad salutem. qđ nec nos nec patres nostri portare potuimus. boc dicitur de iudicialibus preceptis & cerimonialibus. propter iudicialiũ seueritatem & cerimonialium multitudinem. moralia uero p̃cepta que sunt de dictamine legis naturalis: obseruabilia sunt. & remanent in lege noua. Sciendum tamen q̃ iudicialia & cerimonialia non fuerũt simpliciter inobseruabilia. unde dicit Hiero. i expositione fidei catholice Anathema sit qui dicit deum aliquod impossibile p̃cepisse sed dicuntur inobseruabilia quia de difficili obseruabilia sunt. sicut aliquid dicitur intransibile quod est de difficili trãsibile. Methaphisice. v. sed per gratiam domini Iesu Christi credimus saluari. & non per opera legis. quemadmodum & illi. scilicet patres ueteris testamenti. unde de Abraham dicit. Gen̄. xv. anteq̃ esset circuncisus Abrahã

.XV.

credidit deo & reputatum est ei ad iustitiam. exquo patet q̄ non iustificatus fuit ex circuncisione: sed ex fide circuncisione precedente. secundum quod deducit Apostolus Ro. iii. tacuit aūt omnis multitudo. cosentiens Petro. & audiuit Barnabā & Paulū etc. ubi ponitur aliud argumentū pro parte ista. nisi enim deus conuersionē gētilium in circuncisorum appropriasset signa & prodigua in eis per Apostolos non fecisset. Et postq̄. Hic consequenter ponitur ueritatis determinatio. cum dicitur. respondit Iacobus erat enim Episcopus Hierosolymitanus. & ideo licet Petrus esset principalis inter Apostolos tamē detulit ei in sua Dioceſi: ut determinationem dubii proferret. d. uiri fratres. fide licet non carne. audite me. in questiōis determinatione. Symō narrauit etc. & patet ex dictis littera. & huic scilicet dicto eius. concordant uerba Prophetarum. de gentium uocatione loquentium. inducit tamē in speciali unā auctoritatē ad propositum. cum dicitur. sicut scriptum est. Amos. ix. quia sicut ibidem dictum fuit intelligitur ad litteram de reedificatione Ecclesie per unionem Iudeorum & gentium in una fide Christi & ad intellectum huius auctoritatis que allegatur hic secundum translationem Io. aliqua breuiter repetenda sunt. que dicta fuerunt Amos. viii. primum est q̄ Christus nominatur Dauid in scriptura ueteris testamēti. Osee. tertio post hoc reuertentur filii Israel. & querent dominum deum suum & Dauid Regem suum ubi translatio Caldaica apud Hebreos autētica: sic habet. post hec reuertentur filii Israel & querēt cultū dei sui & obedient Messye filio Dauid Regi suo. & similiter Hiere. iii. seruient dño deo suo & Dauid Regi suo. ubi translatio Caldaica sic habet colent coram domino deo suo & obedient Messye filio Dauid. secundum est q̄ una ē Ecclesia que incepit a primo Abel iusto usq̄ ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est. ut dicit beatus Gregorius Omelie. vii. tertium est q̄ & ista Ecclesia uocatur tabernaculum dei siue Christi Esaie. iiii. erit tabernaculum in umbra culū dei etc. & Apoc. xxi. ecce tabernaculum dei cū hominibus. his premissis exponat littera cum dicitur. in persona dei. Post hec. id est post cursum ueteris testamenti. reuertar. ad genus humanum: naturam humanam assumendo. & edificabo tabernaculū Dauid id est Ecclesiam dei siue Christi: per predicationem Christi & Apostolorum. quod decidit. per multa peccata & maxime per Idolatriam. & diruta eius reedificabo. quia gentiles erant diuisi per Idolatriam multiplicem aliquibus colentibus Iouem: & alius Dianam & sic de aliis diis gentium. similiter Iudei erant diruti & diuisi per multiplices errores. nam aliqui negabant spiritum. & angelum. & resurrectionem. ut dictum est supra. & aliqui irrita faciebant mandata dei. propter suas traditiones quod est ualde erroneum. que omnia sunt amota per predicationem Xp̄i & Apostolorum. & erigam illud. per multa & magna miracula ad exaltationē fidei Catholice facta. ut reqrant ceteri hominum. id est gentiles. dominum quod patet per orbem impletum. notum a seculo est domino. id est ab eterno est sibi notum. opus suum. quod disposuit operari in tempore de uocatione gentilium aliās gentium. propter quod ego iudico nō inq̄etari eos qui ex gentibus conuertuntur. dicendo q̄ oportet eos circuncidi & legalia obseruare. sed scribere ad eos. propter unitatem societatis ipsorum & Iudeorum. ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum. id est a comestione de pelolaticis. quia per hoc de facili possent iudei suspicari: q̄ gentiles uellent ad idolatriam reuerti si comederent de illis. & fornicationem. quam gentiles cōmuniter credebant esse licitā propter quod necessarium fuit eis eam prohibere. & suffocatis & sanguine: hunc enim cibum conuersi de Iudaismo abhorrebant. & ideo licet esset licitus cibus tamē propter amicabilē societatē scriptū fuit gētilibus ut abstinerent a tali. sicut frequēter cōtigit

ꝙ aliquis abstinet a cibo quem scit abominabilem esse suo socio. procedente aũt tempe cessante causa cessauit effectus. manifestata euangelice doctrine ueritate. q̃ saluator dixit Mat. xv. qđ nihil qđ per os intrat coinquinat hominẽ. & qđ nihil est reiciẽdũ ꝙ cum gratiaꝝ actiõe percipit̃ ut dicit̃ primo Thimo. iiii. Moyses enim. id ẽ scriptura Moysi. habet in temporibus antiquis in singulis ciuitatibus qui eum predicent. illo. n. tẽpore Euangelio nundũ publicato poterant iudei obseruare legalia sicut frequẽter dictũ est supra in epistolis Pauli. Tunc placuit. Hic cõsequenter ponit̃ ueritatis de/terminate publicatio. cum dicitur. tunc placuit Apostolis & senioribus cũ oĩ Ecclesia ista sic explicantur ad ostendendum ꝙ hec determinatio erat ab omnibus approbata absq; aliqua dissentione. eligere uiros. & sic manifestaretur determinatio scripto & uerbo. uiros primos in fratribus. qa licet non essent Apostoli: tamen erant de notabi/lioribus post Apostolos. ut sic eis magis crederetur. & eorũ legatio sollẽnior redderet̃ quoniam audiuimus quia quidã ex nobis euntes. id est a nostra societate discedentes turbauerunt nos uerbis. uolentes nobis imponere importabile onus legis. euertentes animas nostras. a ueritate Euangelii. quibus non mandauimus talia docere sicut ipsi finxerunt. cetera patent usq; ibi. qui tradiderũt animas suas. id est exposuerũt ꝑiculo mortis. ꝑ nomine domini etc. id est ꝑ predicatione nominis Xp̃i. qui & ipsi referrẽt nobis uerbis hec eadem. que scribimus ĩ epistola: ut cum epistola que est uox mortua concurrat etiam uox uiua. usum est enim spiritui sancto. a quo non potest egredi nisi uerum & sanctum & nobis qui scribimus secundum eius instinctum. nihil ultra nobis imponere oneris. legalium obseruantiarum. quam hic necessaria. ad uiuendũ cõmu/niter cum Iudeis in primitiua Ecclesia: ut abstineatis etc. & ratiõibus predictis & for/nicatione quam erronee licitam putatis. & ideo abstinendũ est ab ea non solũ ꝓpter amicabilem societatem cum Iudeis: sed propter necessitatem salutis. cetera patent usq; ibi. gauisi sunt super consolatione eo quod expediti sunt a legis onere. Iudas autem & Sylas & ipsi cum essent Prophete. id est illuminati a deo prophetie dono uerbo plu/rimo consolati sunt fratres referendo ea que erant in epistola ad maiorẽ affirmationẽ & confirmauerunt in fide. cetera patẽt usq; ibi. uisum est autem. tota ista littera usq; ibi. Paulus aũt. exclusiue non est in greco. nec in libris correctis. sed primo fuit appo/sita per modum glose eo quod postea subdit̃ quod Paulus existẽs Anthiochie accepit Sylam in socium: & postea inserta est textui per impitiam scriptorum docentes & euangelizantes ad pleniorem instructionem: & confirmationem credentium. Post aliquot etc. supius descripta est publicatio Euangelii ꝑ Paulũ in societate Barnabe. Hic consequenter ponitur eadem per eum in societate Syle. & diuiditur in duas ꝑtes qa ꝑmo ponit̃ Pauli & Barnabe separatio. secũdo ipsius & Syle assotiatio ibi. Paulus uero. Circa primum dicitur. dixit Paulus ad Barnabam. qui de salute hominum erat ualde sollicitus reuertẽtes uisitemus fratres etc. sequitur. quomodo se habeãt. id est ut uideamus si in fide firmiter stent. Barnabas autem. in hoc consentiens. uolebat secum assumere Iohannem. eo quod erat sibi familiaris. Paulus autem rogabat eum. scilicet Barnabam. ut abstineret. a societate Iohãnis eo quod discessit ab eis de Phampilia ut habet̃ supra. xiii. discesserat enim timore periculorum imminentium: uel amore minis carnali ad matrem manẽtem in Hierusalem. uel forte causa utriusq;. propter quod Paulus eum rẽnuebat. nã illi qui uadunt ad p̃dicãdum debent esse ualde firmi & ab amore carnali segregati: & maxime quãdo uadunt ĩter ĩfideles: & persecutores: sicut erat in ꝓposito. facta est autem dissensio. non tamen contraria caritati. quia quilibet eorum respiciebat ad bonum. motus tamen alia ratione & hoc etiam contingit. quia

per hoc factus est maior fructus predicationis. eo qđ p̄dicauerūt in pluribus locis. et Barnabas quidam assumpto Marco. nauigaret Cyprum. unde erat oriūdus ut habeē supra. iii. ca. & confirmaret eos in fide. Paulus uero. Hic consequeter ponitur per/dicatio Pauli cum Syla. circa quam primo ponitur multiplex discursus Pauli pre orbem ad predicandum. secundo eius recursus in Hierusalem ad tollerandum. ut ibi persecutus fuerat Ecclesiam. ibi pro ea sustineret persecutionē. secunda incipit. xix. ca. ibi. his autem expletis. circa modum capituli. prima in duas. quia primo ponitur discursus Pauli ad confirmandū cōuersos. secundo ad cōuertendū nō dū conuersos. xvi. ca. ibi. transeuntes autem. Prima adhuc in tres. quia primo discursus ad confir/mandum incipitur. secundo associatio Timothei interponitur in principio. xvi. ca. tertio discursus ad conuertendum resumitur ibi. cum autem pertransirent. Circa p̄mū dicitur. Paulus uero electo Syla in socium pro Barnaba profectus est. ad p̄dicandū traditus gratie dei. id est recommendatus. a fratribus. pro eo deuote orationibus. per/ambulabat autem Syriam & Ciliciam. confirmans Ecclesias quas ante cum Barnaba instituerat precipiens custodire precepta Apostolorum posita capitulo precedenti. ad unionem gentilium & iudeorum.

.XVI.

Venerunt autem. Hic ponitur associatio Timothei cum dicitur. et ecce discipulus quidam. scilicet notabilis in fide & moribus. filius mulieris uidue fidelis. & credentis in Christum. huic testimonium reddebant. de fide & moribus: ex quo patet q̄ in sanctitate erat famosus. hunc uoluit Paulus secum proficisci. ad predicandum uerbum dei. & assumens circuncidit eum propter Iudeos. id est ne scandalizaret eos ducendo secum hominem incircumcisum de matre Iudea natū. nec ista circuncisio fuit ficta ut dicit Hieronimus: sed uera ut dicit Augustinus qa illo tpe nati de Iudaismo & conuersi ad Christum poterant licite legalia seruare proles enim sequitur uentrem & quia maior est certitudo de matre quā de patre & ideo q̄uis pater eius gentilis esset reputaba ur cū Iudeis. sciebant. n. omnes q̄ pater eius esset gentilis. hoc aūt dicitur quia erat similiter notum q̄ pater non permiserat eum circuncidi sic igitur Paulus eū circuncidendo non malefecit. quia per hoc q̄ erat licitum uitare scandalum Iudeorū Tytum uero qui gentilis erat ex patre & matre non circuncidit. ut habetur Gal. ii. Cum autem hic resumitē predicatio ad confirmandum credentes. & patet littera usq̄ ibi. & ecce quidem confirmabat̄ fide etcita q̄ augmentabantur fideles merito & nu/mero. Transeuntes. Hic consequenter describitē predicatio Pauli ad conuersionem infidelium. & primo ostenditur in quibus regionibus prohibiti sunt predicare. & hoc ex diuina reuelatione scilicet in Asya & Bitinia. quia protūc maior fructus imminebat in locis alijs predicando. & patet littera. Cum autem pertransissēt. Hic consequenter ostenditur in quibus regionibus predicauit Paulus. quia primo predicauit in regno Macedonie. scđo in quibusdā alijs p̄tibus Grecie. secunda incipit ca. xvii. ibi. q autē deducebant. Prima in duas. quia primo describitur uocatio Pauli ad Macedoniam. secundo eius predicatio ibidem ibi. eramus autem. Circa primum dicitur. cum aūt per/transissēt Misiam descenderunt Troadem. nomina sunt ciuitatū extra Macedoniā & uisio per noctem Paulo ostensa est. a deo. uir Macedo. id ē similitudo uiri habētis habitum & effigiem Macedonis. transiens in Macedoniam adiuua nos. annuntiādo nobis uiam salutis. ut autem uisum uidit etc. quia Paulus fuit certificatus q̄ non erat uisio uana: sed a deo immissa. & de hoc socios suos certificauit. cetera patent usq̄ ibi. & inde Philippis. ciuitas est denoīata a Philippo Rege Macedonū patre Allexādri magni. que est prima partis Macedonie. est enim prima ciuitas occurrens exeuntibus

de mari. ex illa parte qua Paulus cum suis socius exiuit ciuitas Colonia. dicit autem colonia que defectu indigenarum repletur colentibus aliis ideo sic nominatur a cultura agri. Eramus aũt. descripto accessu ad Macedoniam: hic consequenter describit predicatio facta ibidem. & primo in Philippis ciuitate. secundo in Thesidalonica que est etiam ciuitas Macedonie ut dicit Hieronimus in prologo super primam epistolã ad Thessal. secunda pars incipit. xvii. ca. prima in duas. quia primo ponitur Pauli predicatio. secundo insurgens persecutio ibi. factum est autem. Circa primum dicitur eramus autem in hac urbe. scilicet Philippis. diebus aliquot consistentes. uolebat enim Paulus considerare conditionem populi priusq̃ proponeret uerbum dei. die aũt sabbatorum. id est quietis ab operibus in quo magis congregatur populus. ubi uidebatur oratio esse. id est locus aptus ad orandum & predicandum. loquebamur cum mulieribus que conuenerant. solent enim esse magis deuote quam uiri. & quedam mulier nomine Lidda. exprimitur autem nomen eius ad maiorem hystorie certitudinem. purpuria quia pupuram uendebat. que est res preciosa. erat enim diues ut patet ex sequentibus. ciuitatis Tyatirenorum. de hac enim ciuitate dicitur Apoc. ii. & angelo ecclesie tyatrie scribe. de hac enim ciuitate erat hec mulier oriunda. sed manebat in Philippis que repleta erat aliis colonis ut dictum est. colens deum iam enim ante cõuersa fuerat de gentilitate ad Iudaismum in quo colit̃ unus deus. cuius apparuit cor dominus etc. homo enĩ non potest docere nisi exterius credenda ꝓponendo. sed deus docet ĩteriꝰ mentem illuminando. ideo dicit predicatoribus Io. xv. sine me nihil potestis facere. cum autem baptizata esset & domus eius. id est familia que erat magna. ideo subditur postea introite in domum meam & manete ut ibi quiescatis & reficiamini non tantum una die sed pluribus. hoc enim importat mansio & sic patet eam diuitem fuisse & etiã ualde deuotam. ideo subditur. & coegit nos p̃cibus ualde efficacibus. Factũ est aũt. Hic consequenter describitur insurgens persecutio. cuius primo ponitur occasio cum dicitur. Factum est autem euntibus nobis ad orationem. id est ad locum orationis. puellam quẽdam habentem spiritum Phitonem. id est diuinãtem. non enim illa puella erat sic Phitonissa sicut illa mulier Phitonissa de qua habetur ꝑmo Regum. xxviii. illa enim non erat obsessa a demonio sed ꝑ artem magicam faciebat apparere demonẽ in similitudine alicuius mortui ad dandum responsum de occultis ut dictum fuit ibidẽ. ista uero immo & demon existens in ea dabat responsa. quia multa sunt a demonibus cognita. que hominibus sunt occulta & hoc modo respondendo prestabat magnum questum dominis suis. clamabat dicens isti homines etc. dicit hic glosa ꝙ timore spiritus sancti cogente. spiritus mendax uera loquebatur. sed hoc non uidetur uerum. quia subditur: Dolens aũt Paulus etc. non enim doluisset de hoc. ꝙ spiritu sancto cogẽte. factum fuisset. nec istud impediuisset. propter qđ uidetur melius dicendum: ꝙ Paulus imposuit illi puelle silentium. eiciendo ab ea demoniũ eo modo quo Christus homini habenti spiritum immundũ & dicenti ei scio ꝙ sis sãctus dei dixit obmutesce & exi de homine. Marci primo hoc enim fecit Christus ne ueris falsa misceret. sicut uenenum sub melle propinatur. & quia uolebat habere testimonium sanctitatis a demone ne ꝑ hoc daretur apparentia dicto Phariseorum. qui dicebant eum mirabilia facere in Belzebuch principe demoniorum. & eisdem causis Paulus hic eiecit demonium. quia imponebatur sibi & aliis Apostolis ꝙ utebantur artibus magicis. uidentes autẽ. posita occasione. Hic consequenter subditur persecutio. & secundo diuina liberatio ibi. media autem nocte. Circa primum dicitur uidentes etc. & per consequens dolentes de dãno temporali. apprehendentes Paulum & Sylam perduxerunt in forum. ubi tractabant

liteſ. ad principeſ ut punirent eoſ. tanq̃ malefactoreſ. ideo ſubditur eoſ accuſando. hi
hominеſ conturbant ciuitatē noſtrā. ideo digni ſunt morte tanq̃ aduerſarii. reipublice
& annuntiant mortem quem nō licet nobiſ ſuſcipere ſcilicet Ieſum Chriſtum eſſe deū
cum ſimuſ Romani. iam enim erat decretum a Romaniſ ne quiſ reciperet deuſ niſi
approbante ſenatu. & concurrit plepſ aduerſuſ eoſ & magiſtratuſ. moti impetu paſſi/
oniſ & non ductu rationiſ. & ſciſſiſ tunicis eorum. ſcilicet Pauli & Syle contemptibi/
liter & iuſſerunt eoſ uirgis cedi. crudeliter & augmentum crudelitatiſ ſubditur. & cum
multaſ plagaſ eiſ impoſuiſſent etc. & patet littera. miſit eoſ in interiorem carcerem. q
erat fortior & grauior. & pedeſ eorum ſtrinxit ligno. ad maiorem ſecuritatem ponenſ
eoſ in cippo. Media autem nocte. Hic conſequenter ponitē eorum liberatio & p̄mo
miraculo diuino. ſecundo mandato humano. ibi. & cum dieſ. Circa primum dicitur
media autem nocte Pauluſ & Sylaſ adorantеſ. ſecundum illud pſalmi media autem
nocte ſurgebam ad confidendum tibi. ſubito uero terremotuſ factuſ eſt magnuſ. ad
oſtendendum orationiſ eiuſ effectum. & ad incutiendum hominibuſ domini timorem
expgefactuſ autem cuſtoſ carceriſ. ex terremotu. euaginato gladio uoluit ſe inter/
ficere. ne propter euaſionem Pauli & Syle de quorum diligenti cuſtodia habuerat
preceptum ſtrictum: & ſpeciale: puniretur graui & contēptibili morte. clamauit aūc
Pauluſ. ſciens per ſpiritum cauſam quare uolebat ſe interficere. & tremefactuſ eſt.
cognoſcens terremotum diuina uirtute fuiſſe factum. pcidit Paulo & Syło ad pedeſ
quorum oratione factum fuerat miraculum. & quia a morte fuerat liberatuſ p Pauli
uerbum. & producens eoſ foraſ. carcerē. ait domini quid oportet me facere? q. diceret
paratuſ ſum uiam ſalutiſ audire & fideliter obedire. cetera patent uſq; ibi. & letatuſ
eſt de euaſione mortiſ corporaliſ per uerbum Pauli: & etiā ſpiritualiſ per ſuſceptionē
fidei. Et cum dieſ. Hic conſequenter ponitur eorum liberatio mandato humano. cū
dicitur. dimitte hominеſ illoſ tranſeunte enī paſſioniſ impetu aduerterunt magiſtratuſ
q̃ Pauluſ & Sylaſ fuerunt iniuſte uerberati & incarcerati ideo nolebant eoſ liberare.
Pauluſ autem dixit eiſ. id eſt lictoribuſ qui uenerant pro eorum liberatione. ceſoſ uoſ
publice. q̃ nō debet fieri niſi publiciſ malefactoribuſ indamnatoſ: quia puniti fuerāt
impetu paſſioniſ & nō iudicio rationiſ. hominеſ Romanoſ. quibuſ magiſ debet deferri
q̃ aliiſ. eo q̃ Romani habebant dominium orbiſ q̃ autem Pauluſ eſſet ciuiſ Roma/
nuſ habetur infra. xxii. ca. & nunc occulte noſ eiciunt uolenteſ crimen ſuū occultare
non ita ſupple erit ſed ueniant & ipſi noſ eiciant facto. confidenteſ q̃ iniuſte noſ uer/
berauerunt & incarcerauerunt & ita factum eſt. ut patet ex littera ſequenti. exeūteſ
autem de carcere. quē reintroierant ne cuſtoſ carceriſ poſt eorū receſſum inculpareē
pro eorum eductione. introierunt ad Lydiam. nomen eſt regioniſ ſecundum gloſam
& uiſiſ fratribuſ. id eſt Chriſtianiſ ibidem habitantibuſ. conſolati ſunt eoſ. ſua p̄ſentia
& ſancta doctrina. & profecti ſunt ad predicandum alibi uerbū dei .XVII.

QVm autem perambulaſſent. Hic cōſequenter ponitur predicatio Pauli in aliiſ
locis Macedonie. & primo in Theſſalonica. ſecundo in Beroe ibi. fratreſ autem
prima in duaſ. quia primo ponitē predicatio. ſecūdo inſurgens perſecutio ibi. zelātеſ
Circa primum dicitur. cum autem pambulaſſent; Amphibolim & Apolōiam. ciuitateſ
ſunt in quibuſ nō contraxerūt moram: uenerunt Theſſalonicam: ubi erat Synagoga
Iudeorum. in illa enim ciuitate habitabant cum gentilibuſ multi Iudei ſecundum con/
ſuetudinem. Pauluſ uero introiuit ad eoſ. ſcilicet Iudeoſ quibuſ Pauluſ conſueuerat
priuſ predicare quam gentilibuſ. ut patet ex precedētibuſ. & per Sabbam diſſerebat
eiſ de ſcripturiſ legiſ & Prophetarum. ad aperiens & inſinuans. ex eiſ quia Chriſtum

in lege & propheti promissum. oportuit pati & resurgere a mortuis. sicut patet Esaie liii. & Osee. vi. & in pluribus aliis locis sicut declarauit exponendo dicta ꝓphetarum. & quia hic est Christus. scilicet Iesus Nazarenus. quem ego annuntio uobis. ita ꝙ non solum ex scripturis declarabat passionem Christi & eius resurrectionem sed etiã ista esse completa in Iesu Nazareno. & sic non esse expectandum alium Christum sicut Iudei expectant. huiusmodi uero scripturas per quas ista probantur ego posui saltem in parte in quadam questione de aduentu Messye. & quidem ex eis. scilicet ex Iudeis. crediderunt in Christum & adiuncti sunt Paulo & Syle fide & societate. & de colentibus. id est de gentilibus priꝰ conuersis ad Iudaismum. & sic colebant unũ deum. gẽtilibusq;. id ẽ de eis q usq; tunc permanserant in gentilitate. Zelantes autẽ. Hic consequenter ponitur insurgens persecutio cum dicitur. zelantes autem Iudei ī/uidia moti assumentesq; de uulgo uiros quosdam malos qui ꝑni sunt adfaciendum mala. & turba facta concitauerunt ciuitatem. contra Paulum & Sylam & secundum quod dicit Iohannes os aureum a ueritate se esse uacuos professi sunt qui multitudine se ar/mauerunt. & assistentes domui Iasonis. in qua Paulus & Sylas fuerunt hospitati. & cũ non inuenissent eos: quia iam alibi transierant. trahebant Iasonem & quosdam fratres id est Xp̃ianos. cum eo ad principes ciuitatis. ut punirentur clamantes qm̃ ii q urbẽ cõcitãt. scilicet Paulus & Sylas. quos suscepit Iason. & ideo ꝓcepsit maleficii ipsoꝝ & bis omnes contra decreta cesaris faciunt. & subditur in quo. regem alium dicentes Iesum esse. scilicet non subiectum cesari. sed magis eius dominium. Impratores enim Romani bene permittebant alios Reges esse dum tñ eis essent subiecti & redderent eis tributum. & accepta satisfactione a Iasone per rationabilẽ excusationẽ uel emẽde solutionem uel alio conuenienti modo. quia non habetur in textu modus huius satis/factionis. Fratres uero. Hic consequenter describitur predicatio Pauli & Syle in Beroe & patet littera usq; ibi. Hi aũt. scilicet Iudei manentes in Beroe. erant nobili/ores. genere uel animo uel utroq; mõ. eoꝝ qui sunt Thessolonice. id est magis nobiles quam illi qui habitabãt Thessolonica. qui susceperunt uerbum Euangelicũ a Paulo & Sylo propositum. cum omni auiditate. id est ardẽter & deuote quottidie scrutan/tes scripturas legis & Prophetarum. si hec ita se haberent. scilicet ꝙ essent implete in Iesu Nazareno sicut Paulus & Sylas asserebant & multi quidem crediderunt ex eis scilicet Iudeis. & gentilium mulierum honestarum. id est iam ante conuersorum ad Iudaissmum. Cum autem. Hic consequenter mouetur persecutio contra Paulum. & patet littera usq; ibi. statimq; Paulum dimisẽrũt fratres. ut alibi posset ꝓdicare Euã/gelium Christi. Sylas autem & Timotheus remanserunt. ibi ad plenius instruendum & confirmandum in fide conuersos ad Xp̃m. Qui autẽ deducebant. Hic consequẽter describitur predicatio Pauli in aliis partibus grecie. & primo in ciuitate Athenien̄si. secundo in Chorinto. ca. xviii. tertio Ephesi ibi. Paulus uero. Circa primũ. primo describitur eius ad athenas peruentio. secũdo cũ philosophis disputatio ibi. Paulus aũt tertio predicatio ibi. stans autem. Circa primũ dicitur. qui autem deducebãt Paulũ. ut per mare iret alibi ad predicandum. deduxerunt eum usq; ad athenas. consolati eius societate & doctrine ueritate. & accepto mandato ab eo. per illos qui deduxerãt eum usq; ad athennas. profecti sunt. instructis plenius & conformatis Beroensibus ad qd̃ remãserãt. Paulus aũt. Hic cõsequẽter describit̃ Pauli disputatio cũ philosophis cuius primo ponitur motiuum: cum dicitur. incitabatur spiritus eius in ipso etc. nam ex celo fidei molestе ferebat Idolatriam que uigebat in ciuitate. & alios errores. ideo subditur disputabat autem in Synagoga cum Iudeis & colentibus. scilicet unũ deũ

& iſte erant gentileſ conuerſi ad Iudaiſſmum.& iſti cum Iudeiſ errabant cõtra Xp̃m dicenteſ eum eſſe uenturum. Pauluſ autem aſſerebat contrarium oſtendenſ per ſcrip/turaſ Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum.& in foro.id eſt in loco communi ubi cõue/niebãt philoſophi.ſupple diſputabat cũ eiſ.quidam aũt Epicurei & Stoici diſſerebãt id eſt diſputabant cum eo de felicitate hominiſ quam Epicurei dicebant conſiſtere in corpiſ uoluptatibuſ. Stoici uero in anime uirtutibuſ. tñ in pñti uita nam utriq; .ſ. Epicuri & Stoici negabant reſurrectionem & per conſequenſ aliam uitam. Pauluſ autem aſſerebat eam eſſe in anima: & corpore & hoc in uita futura. nam beatitudi/nem anime dicebant eſſe in apta dei uiſione.& fruitione. primo Cor. xiii. uidemuſ nunc per ſpeculum & in enigmate.tunc autem facie ad faciem. beatitudinem uero corporiſ ex dotibuſ claritatiſ ſubtilitatiſ agilitatiſ & impaſſibilitatiſ que cauſabunt in corpe ex redundãtia gloria anime que fiet in reſurrectione & hoc ex Xpi uirtute Phil.iii. ſaluatorem exſpectamuſ dominum Ieſum Chriſtum qui reformabit corpuſ humilitatiſ noſtre configuratum corpori claritatiſ ſue.& quia iſta uidebantur ſaltem pluribuſ eorum impoſſibilia: ideo ſubdit & quidam dicebant quid uult ſemiuerbiuſ. id ē ſeminator uerboꝝ.hic dicere. quaſi diceret non eſt aliud niſi multiplatio uerboꝝ friuolorum.alii.uero.ſupple dicebabant.qa non eſt de textu.licet in aliquibuſ libriſ ponatur.nouorum demoniorum uidetur annuntiator eſſe.dicit gloſa. q philoſophi illi audierant a Iudeiſ inter eoſ habitantibuſ ex diſperſione eorum facta tpe Anthi/ochi Regiſ nomen demonii eſſe abhominabile.& ideo doctrinam Pauli uocabant annuntionem demoniorum:tanq̃ eiſ abhominabilem. ſed iſtud non uidetur uerum. quia ſubditur q duxerunt Paulum ad Ariopagum ubi erat locuſ ſtudii uolenteſ ple/niuſ audire que eſſet eiuſ doctrina quod non feciſſent ſi eſſet eiſ abhominabiliſ. iterũ quia hoc nomen demon ſeu demonim non eſt nomen Hebraicum ſed magiſ Grecum ut dicit Iſidoruſ.viii.Ethicorum & ideo hoc uocabulum non didiciſſent philoſophi q erãt Greci ab Hebreiſ.ſed magiſ ecõuerſo.& ſecundum hoc dicit ibidē Iſidoruſ demõ Grece interpretatur ſcienſ aut perituſ latine.& perconſequenſ demonium interp̃tat ſcientia ſeu peritia ſic igitur uidetur hec littera exponenda. philoſophi.n.diſputãteſ cum Paulo nõ erant eiuſdem conditioniſ ſeu opinioniſ ut ſatiſ patet ex textu.& ideo illi qui reputabant doctrinam eiuſ friuolam uocabant eum ſemiuerbium. illi aũt qui uolebant eum audire pleniuſ tanq̃ bonam reputanteſ eam licet non intelligerent ad plenum dicebant Paulum annuntiatorem eſſe nouorum demoniorum.id eſt nouarũ ſcientiarum. propter quod deduxerunt eum ad Ariopagum ubi erat locuſ docendi. Athenienſeſ autem omneſ.id eſt de terra illa natiui.& aduene hoſpiteſ. qui aliunde illuc uenerant ratione ſtudii ſicut modo conueniunt parſiuſ. ad nihil aliud uacabant principaliter.niſi aut diſcere.quantum ad magiſtroſ.aut audire. quantum ad diſci/puloſ.aliquid noui.& in hoc eiſ aſſimilantur pariſienſeſ multi. Stanſ aũt. Hic conſe/quenter deſcribitur Pauli predicatio.& ſecũdo auditoꝝ diſtinctio ibi.cum audiſſent. Prima in duaſ. quia primo incipit Pauluſ a quodam:quod erat Athenienſibuſ notũ & conceſſum. ſecundo proſequitur intentum eiuſ ibi. deuſ qui fecit mundum. Circa primum dicitur. ſtanſ autẽ Pauluſ.ut meliuſ audiretur a multitudine.aic uiri Athe/nienſeſ per omnia ſuperſticioſoſ.id eſt idolorum cultoreſ uoſ uideo.hoc patet ad ſẽſũ quia in ciuitate illa erant multa idola.ideo ſubditur:preterienſ.n.& uidenſ etc.inueni aram in qua ſcriptum erat deo ignoto.in qualibet enim ara erat tituluſ ſuperſcripteuſ illiuſ cui erat conſecrata ut Ioui.Mercurio.& huiuſ modi.in hoc autem altari erat taliſ tituluſ.deo ignoto.ſupple conſecratũ eſt hoc altare.de cuiuſ conſecratione uarie

dictum est. aliqui enim dixerunt ꝙ fuit consecratum & institutum a posteris Her/
culis qui post eius mortem eiecti de regno suo & potestate recurrerunt ad auxilium
Atheniensium. per quod restituti fuerũt ad statum pristinum. propter quod dixerũt
misericordiã in Athenis posuisse sibi sedẽ cui consecrauerunt aram sed qa misericordia
nõ erat aliqua ꝑsona que fuisset hominibus nota sicut Iupiter Mercurius & huius/
modi fuerant. quas latini gẽtiles ad deos translatos esse dicebant. unde & ꝑmo Mach/
abeorum dicitur. de patre nostro inter deos translato etc. ideo illud altare intitulatũ
fuit deo ignoto & determinatũ. ꝙ non fierent oblationes & sacrficia nisi de gemitibus
lacrimis & precibus miserorum ibidẽ misericordiã postulãtiũ. ĩ scolastica uero historia
dicit ꝙ philosophi Athenis existentes & tenebras factas in die passionis Christi cõsy/
derantes ꝙ nõ poterant esse uirtute nature eo ꝙ facte fuerũt ꝑ interpositionẽ lune
ut dicit dyonisius se uidisse lunã retrocdẽtẽ ab oriẽte & supponentẽ se soli. tũc .n. erat
xv. & iterum eam redeuntem ad locum suum uersus oriẽtem talis aũt motus lune erat
contra cursum nature propter qđ illa eclypsis nõ fuit naturalis. item qa illa eclypsis
solis incepit a parte orientis & in eadẽ ꝑte fuit terminata: ut patet ex dictis. eclypsis
autem naturalis ipsius solis semꝑ incipit a parte occidentali. & in parte opposita ter/
minatur Item quia illa eclypsis durauit tribus horis. scilicet ab hora sexta usq; ad horã
nonam ut habetur Mat. xxvii. Eclypsis autem solis naturalis non tantum durat
sed modico tempore hec igitur & similia attendentes philosophi cõsecrauerunt altare
deo qui talia mirabilia faciebat quem uocauerunt ignotum. & bene si consideretur
eius excellẽtia que incomprehẽsibilis est a quacunq; creatura etiã beata. & ꝑcõsequẽs
aliquo modo sibi incognita: & multomagis a non beata dicebant etiam ꝙ ille deus
nolebat sacrificia de aĩalibus sed de ꝑcibus deuotis & orationibus. Cõsequẽter applicat
Apostolus ad suum ꝓpositũ dicens quod ergo ignorantes colitis ego annuntiabo uobis
scilicet Iesum uerum deum & hominem & hec applicatio patet secundam ultimam ĩsti/
tutionem dicti altaris conuenit etiam Christo secundum primam institutionem qua
dicitur consecrata misericordie nã Christo proꝑe nomen misericodie conuenit ꝓpriũ
enim eius est misereri & parcere. propter quod misericordia uocatur. psal. lxxxiii.
ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. Deus qui fecit.
Hic cõsequenter Apostolus ꝓseqt̃ intentũ ostẽdes primo conditionẽ Christi quantũ
ad deitatem. secundo quantum ad humanitatem ibi. & tempora. Crca primum dicit
deus qui fecit mundum & omnia que in eo sunt. hanc ꝓpositionẽ concedebant cõmu/
niter philosophi uocantes deum primam causam omnium & licet Auerrois neget deum
habere rationem cause efficientis: dicẽs eũ tm̃ habere rationẽ cause finalis: & ĩponat
hoc Aristoteli sensisse hoc. tamen non habet̃ ex dictis Aristotelis expresse. sed magis
oppositum ut dicunt alii expositores Aristotelis. plato autem manifeste dixit deum
causam efficientem mundi: & etiam ex tempore. unde dicit. viii. phisicorum ꝙ solus
plato generauit tempus. Alii uero Philosohi qui posuerunt mundum eternũ ponebãt
causã unã causã efficientẽ oĩum ut patet de Auicẽna & multis aliis. ex hoc cõsequẽter
declarat ꝙ deus non concludit̃ aliquibus locis determinatis. d. hic celi & terre cum sit
dominus: ut patet ex dictis. non in manufactis templis habitat. tanq̃ ibi contentus.
sed magis ĩa continet tanq̃ causa dans eis esse & cõseruans & ex hoc cõcludit ulterius
ꝙ non indiget sacrificiis humanis & oblationibus. d. nec manibus humanis colitur.
id est sacrificiis humanis manibus sibi oblatis. indigens aliquo cum sit per se sufficiens
& omnia alia eo indigentia ideo subditur. cum ipse det omnibus uitam. quantum ad
spirituales creaturas: cuiusmodi sunt angeli. & inspirationem. quantum ad animalia

que uiuunt per respirationem aeris: ad refrigerium cordis in quo consistit uita: uel per aliquid supplens uitā respirationis. sicut sunt pisces & huiusmodi. & ꝑ hoc ītelligūtur homines qui uiuunt uita spirituali. quantum ad animam & corporali per respirationē & omnia. quia quicquid boni est in creatura quacunq; totum est ex dei dono. fecitq; ex uno. s. ex Adam homine ꝑmo omne genus hominū. per generationis cōtinuationē inhabitare super uniuersam faciā terram. quia multiplicato genere humano ceperūt inhabitari diuerse partes terre. diffiniens statuta tempore. nam ante dilluuium uixerūt homines maiori tempore quam post. & terminos habitationis eorum. nā in una regione diutius uiuunt quam in alia. sicut in regioue Pymeorum uiuunt homines nouem tantum annis uel circiter. potest etiam aliter exponi quia determinauit q̄tum una quelibet gens debeat in sua terra manere. & postea ab ea expelli: sicut Chananei fuerunt expulsi de terra promissionis per filios Israel. & sic de multis aliis. unde dicitur Dañ. sdo. ipse mutat tēpora & etates trāsfert regna atq; cōstituit. Cōsequēter ostēdit ad quid fiant predicta dicens. querere deum. id est ad hoc ista fiunt ut homines querant deum per cognitionem. & attrectant eum aut inuenient. per amorē. quāuis non longo sit ab unoquoq; nostrum. immo ualde prope quod ostendit consequenter dicens. in ipso enim uiuimus: & mouemur: & sumus. sicut in causa efficiēte. nam causat in nobis uiuere moueri & esse & sic uicinior nobis quā nos ipsi. qa coniungit ꝑncipia intrinssica. Sciendum autem ꝙ uiuere hominis est intelligere. nam homo est homo ꝑ intellectum. propter quod dicitur primo Methaphisice animalia imaginationibus uiuunt & memoriis. homo autem ratione & intellectu uiuit: uiuere aūt uiuentibus ē esse: & sic intelligere est esse humanum. est etiam moueri ipsius inquantum cetere potentie mouentur. per uoluntatem & intellectum. & secundū hoc inducit auctoritatē Arati poete. d. sicut & quidam poetarum nostrorum dixerunt scilicet Arates & eius sequaces cuius auctoritas erat Atheniēsibus nota & autentica. non sic aūt sacra scriptura. propter quod eam non allegauit. & subditur auctoritas cum dicitur. ipsius etenī genus suum. id ē propinquitatem & affinitatem ad ipsum habentes: inquantum sumus intellectualis nature sicut & ipse. in qua facti sumus ad imaginem eius uerumtamen. quia ista intellectualis natura est eiusdem rationis in ipso & in nobis. ideo nō dicimur eius imago. sed ad imaginem eius facti. filius autem qui est eiusdem nature cū patre dicitur imago eius. in quo apparet excellentia Christi respectu nostri. Genus ergo posita deductione sua hic infert cōclusionē intentā dicēs. genus ergo cum simus dei. i. intellectualis nature: tñ infinitis gradibus distantes ab eius perfectione. nō debemus etc. iungatur sic littera. non debemus estimare diuinū. id est ens diuinū. esse simile auro & argēto etc. nam ista sunt infra hominem quia sunt irratiōabilia & etiā insensibilia deus autem supra hominem ut dictum est ꝓpter quod latria que est cultus deo debitus non est talibus idolis exhibenda. Et tēpora. Hic consequenter declarat conditionē Christi quantum ad humanitem in qua inter homines apparuit annuntians eis uiam salutis ꝑmo per seipsum. postea per Apostolos & discipulos alios. & hoc est quod dicit & tempora huius ignorantie. qua cultus diuinus impendit idolis. despiciens deus. id est uolens ultra durare. nunc tempore gratie. annuntiabit hominibus. per filium suum. & per credentes in eum. ut omnes ubiq; penitētiā agant. de idolatria & aliis peccatis. eo quod statuit diem in qua iudicaturus est orbem in equitate. reddendo penas debitas ꝑ peccatis: & premia pro meritis. in uiro in quo statuit. id est per uirum per quē diffinit. iudicare seculum scilicet hominem Christū qui iudicabit in forma hoīs gloriosa sicut dicitur supra primo ca. hic Iesus qui assumptus est a nobis sic ueniet. s. ad iudiciū

ſicut fuit ibidem expoſitum. & de hoc iudicio dicit̃ Io. v. ca. pater non iudicat quẽq̃ ſed omne iudicium dedit filio. & quoniam hoc iudicium fiet in reſurrectione generali quam preceſſit reſurrectio Chriſti ſicut eius exemplar & cauſa ideo ſubditur. fidem prebenſ etc. ordinetur ſic littera. ſuſcitanſ eum. ſcilicet hominem Chriſtum a mortuis quam mortem ſuſtinuit pro ſalute omnium: ex maxima caritate ad genus humanũ & obedientia ad patrẽ deũ. fidem prebenſ oĩbus. reſurrectionis future. quia reſurrectio Chriſti cauſa eſt & exemplar reſurrectionis noſtre. Cum audiſſent. poſtq̃ deſcripta eſt p̃dicatio Pauli. Hic conſequenter ponitur auditorum diſtinctio. & diuiditur in treſ parteſ. quia aliqui reſurrectionem mortuorum reputabãt impoſſibilem de quibus dicitur & quidam quidem irridebant. alii uero uolebãt ampliuſ conſiderare & illi dixerunt audiemuſ te. de hoc ite4. tertii uero crediderunt inter quoſ nominat̃ Dyoniſius Ariopagita tanq̃ famoſior & mulier nomine Damatis que ab aliquibus dicitur fuiſſe eius uxor etc.

.XVIII.

POſt hec. Hic conſequenter deſcribitur predicatio Pauli in Corintho. & diuidit̃ in duaſ parteſ. quia primo ponitur hec predicatio. ſecundo aduerſantiũ inſurrectio ibi. Gallione autem. Prima adhuc in duaſ. quia primo ponit̃ quoddã p̃dicatiõi preuium. ſcilicet aduentus eius ad Corinthum cum dicitur. uenit Corinthum. que eſt ciuitas in prouincia Achaie ut patet infra eodem ca. & inuenit̃ quendam Iudeũ noſe Aquilam. qui tum in Chriſtum credebat cum priſcilla uxore ſua ut manifeſte patet ex ſequentibus. eo qđ p̃cepiſſet Claudius etc. huius aũt imperialis precepti cauſa non exprimit̃: ſed in ſcholaſtica hyſtoria dicitur. q̃ hec fuit. quia Iudei habitanteſ Rome familiaritatem contraxerunt cum Agripina eius uore. & faciebant eam Iudaiſſare. acceſſit ad eoſ. tum quia erant catholici: tum quia erant eiuſdem artis. ſ. ſcenophatorie a ſcenos quod eſt tabernaculum ſeu tentorium. operabatur enim in hac arte Paulus pro uictu ſuo habendo ne grauaret illoſ quibus predicabat ſumptus ab eis accipiẽdo & ut per hoc repellerentur pſeudo Apoſtoli. ꝓpter queſtum predicanteſ. Diſputabat. Hic ponitur Pauli predicatio: cum dicitur. diſputabat in Synagoga ꝑ omne Sabbatum. aliis autem diebus intendebat operi manuali. cũ ueniſſent aũt de Macedonia Silas & Thimotheus inſtabat uerbo. q̃ autem ſubditur in aliqbus libris Euãgelii: non eſt in libris corectis ſed ſubintelligit̃. ante aduentũ aũt Syle & Thimothei predicabat Paulus tãtum in die ſabbatorum ſed poſt eorum aduentũ predicare cepit frequentius. teſtificanſ Iudeis Ieſum eſſe Chriſtum. in lege & prophetis promiſſum. & hoc per teſtimonium legis & ꝓphetarum. contradicentibus autẽ eis & blaſphemãtibus ipſum Ihesum. excutiens ueſtimenta ſua. in ſignum q̃ fecerat debitum ſuum de annũtiando eis ueritatis uerbum. ſanguis ueſter ſuper capud ueſtrum. id eſt pena debita ueniat ſup uos ex rebellione ueſtra. & migranſ inde. non tranſeundo ad aliã ciuitatẽ ut patet ex ſequentibus. ſed ad alium locum eiuſdem ciuitatis. ideo ſubditur. intrauit domum cuiuſdam nomine Tyti etc. priuſ autem manebat in domo Aquile & Priſcille cuius domus erat coniuncta Synagoe. per hoc enim Paulus poterat facere maiorem fructum in predicatione. eo quod populus ibi conueniebat ideo ſubditur. Criſpus aũt iſte ẽ quem baptizauit Paulus ſicut ſcribit p̃ma Cor. primo cetera patent uſq; ibi. ſedit autem ibi. id eſt manſit ſicut dicitur. Deut. primo ſediſtis ergo in Cadeſ Barne multo tempore. id eſt manſiſtis. Gallione autem. Hic conſequenter deſcribitur aduerſariorum inſurrectio contra Paulum: & patet littera uſq; ibi. dicenteſ quia contra legem hic perſuadet hominibus colere deum. ſ. contra legem Moyſi. quia lex Moyſi docet colere deũ ꝑ cerimoniaſ legis quaſ Paulus debere ceſſare dicebat. ut patet in epiſtolis

ſuiſ in pluribuſ locis. Incipiente autem Paulo aperire oſ ad reſpõdendũ: dixit Gallio ad Iudeoſ reſpondenſ pro Paulo. Si quidẽ eſſet iniquũ. aliquid inferẽdo nocumentũ alteri in rebuſ ſuiſ furto rapina uel aliquo huiuſmodi aut facinuſ peſſimum nocendo alteri in perſona propria uel ſibi coniuncta: utpote in uxore uel prole quod ẽ petuſ quã inferre nocumentum in rebuſ: recte uoſ ſuſtinerẽ audiendo querimoniã ueſtrã & faciendo iuſtitiam. ſi uero queſtioneſ ſunt. erat enim gentiliſ & ideo nõ curabat nec ad eum pertinebat diſcutere queſtioneſ Iudaice legiſ. & minauit eoſ a tribunali tanq̃ detineteſ tempuſ in friuoliſ. apprehendenteſ autem eoſ. ſcilicet miniſtri pro conſuliſ q̃ taleſ repulſoſ a iudice ſolent percutiendo expellere. Pauluſ uero. Hic conſequẽter deſcribitur predicatio Pauli in Epheſo & hec dupliciter. prima in ſua aduentu. ſcđa in ſuo reditu. xix. ca. Prima in duaſ ſcilicet in partem principalem & incidentalẽ. que incipit ibi iudeuſ aũt. Circa primum dicitur. Pauluſ uero cum adhuc ſuſtinuiſſet. id eſt expectaſſet dieſ multoſ in Chorinto fratribuſ ualefacienſ nauigauit in Syriam id eſt uerſuſ Syriã quia tunc uenit Epheſum ut patet ex ſequentibuſ. que non eſt i Syria ſed in Aſia qui ſibi totunderat in Theucriſ: qui eſt porticuſ Chorintheorum caput. ſecundum ritũ Nazareorum completo tempore uoti ſui ut habet Numeri. ſexto hoc enim fecit Pauluſ qui erat natione Iudeuſ: ad euitandum Iudeorum ſcandalum: ſicut dictum eſt ſupra. xvi. ca. de circunciſione Thimothei. ideo uero uoluit ſpirituſ ſanctuſ ut in primitiua Eccleſia ſtatim inhiberetur his qui ex Iudeis conuertebantur obſeruatio legalium: ſicut inhibebatur his qui ex gentilibuſ conuertebantur gentilitatiſ ritus. ut inter hoſ ritus differentia oſtenderet. nam gentilitatiſ ritus repudiabatur tanq̃ omnino illicituſ. & ſemper a deo probituſ. rituſ autem legiſ ceſſabit tãq̃ impletuſ per Chriſti paſſionẽ: utpote a deo in figuram Chriſti conſtitutuſ. que ceſſat adueniente ueritate. ſed non ſtatim omnino ceſſare debuit. ne ab aliquibuſ crederet ſemper fuiſſe illicituſ: ſicut gentilitatiſ rituſ. propter quod conuerſiſ de Iudaiſmo licebat legalia obſeruare tpe medio inter paſſionẽ Chriſti & publicationem Euangelii ſic tamen q̃ nõ ponerent ibi fidem credenteſ q̃ ſine tali obſeruatione fideſ Chriſti nõ ſufficeret ad ſalutem. deueniteq; Epheſum: & illoſ ibi derelinquit ſcilicet Aquilam & Priſcillam. ipſe uero ingreſſuſ Synagogam diſputabat cum Iudeis. oſtẽdenſ p ſcripturam in Ieſu Nazareno promiſſioneſ patrum eſſe completaſ. rogantibuſ aũt eis: ut ampliori tempore maneret ad pleniorem eorum informationem: non conſenſit. uolẽs alibi proficere ubi non dum erat predicatum Euangelium: ordinauit tñ ibi miniſtroſ Eccleſie ad fidelium inſtructionem. ſed ualefacienſ & dicenſ ad ſui excuſationẽ & eoq̃ conſolationem iterum reuertar ad uoſ deo uolente. quod & fecit ut patet. c. ſequenti quod autem in aliquibuſ libris interponitur oportet me ſollemnem diem ad uenientẽ facere Hieruſolimam. non eſt de textu: nec eſt in libris correctis. qa nec tunc Pauluſ iuit ad Hieruſalem. ſed poſtea per magnam tempuſ: & deſcendenſ Ceſariam que ẽ Metropoliſ Capadocie ut dicit gloſa alia autem eſt ceſarea Philippi in p̃uincia Phenicis & iterum alia in Paleſtina. de quibuſ habitum eſt ſupra. cetera patent uſq; ibi. confirmanſ omneſ diſcipuloſ. id eſt Chriſtianoſ in fide. Iudeuſ autem. Hec eſt parſ incidentaliſ in qua occaſionẽ predicationiſ Pauli de qua ſanctuſ Lucaſ locutuſ fuerat facit mentionem de predicatione quam appollo facit ibidem dicenſ. Iudeuſ autem quidam. natione appollo nomine exprimitur nomen eiuſ. quia erat famoſuſ allexandrinuſ genere. id eſt in allexandria natuſ. per diſperſionem iudeorum: quam fecerat Anthiochuſ. potenſ in ſcripturis. legiſ & Prophetarum hic erat edoctuſ uiam domini. id eſt Euangelium Chriſti imperfecte tamen ideo ſubdit. ſciens. tñ baptiſma Iohãnis

ſed Aquila & Priſcilla. qui remanſerant Epheſi hanc imperfectionem ſuppleuerunt ex quo patet quod dictum eſt ſupra in principio capituli. eoſ eſſe Chriſtianoſ. q̄ cum ueniſſet. ſ. in Achiā in q̄ eſt Corinthuſ contulit multum his qui crediderunt. priuſ per predicationem Pauli propter quod Pauluſ prima Corinthi. tertio capitulo dicit. ego plantaui. Appollo rigauit.

.XIX.

Factum eſt autem. Hic cōſequenter deſcribitur predicatio Pauli apud Epheſū in ſuo reditu. Circa quam ponitur primo hec predicatio. ſecundo preſumptiōis quorundam repreſſio ibi. temtauerunt autem. Prima in duaſ. quia primo deſcribit doctrina Pauli quantum ad ueritatem baptiſmi. ſecundo quantum ad predicationem Euangelii. ibi. ingreſſuſ autem. Prima parſ patet uſq; ibi, ſi ſpiritum ſanctum acceperint credenteſ. ſcilicet in ſigno ſenſibili. quia tūc ſic dabatur baptizatiſ per impoſitionem manuum Apoſtolorū ſed neq; ſi ſpirituſ ſanctuſ eſt ſcilicet hoc modo datuſ uel danduſ. Audiuimuſ. licet audiſſent q̄ deuſ eſt unuſ & trinuſ. cetera patent uſq; ibi. Iohanneſ baptizauit baptiſmo penitentie populum. erat enim baptiſmuſ Iohannis quedam proteſtatio faciendi penitentiam & diſponēdi ſe ad baptiſmū Chriſti in quo datur gratia iuſtificanſ dicenſ in eum q uenturuſ eſſet. hoc enim p̄dicabat Iohāneſ ut patet Mat. iii. & Io. primo. hiſ auditiſ baptizati ſunt in nomine Ieſu. in hac enim forma dabatur baptiſmuſ in primitiua Eccleſia rationibuſ dictiſ ſupra ca. ſcd̄o. cetera patent. Ingreſſuſ autem. Hic conſequenter ponitur doctrina Pauli quantum ad publicationem Euangelii. cum dicitur. cum fiducia loquebatur poſtpoſito timore humano diſputāſ cū cōtra dicētibuſ & ſuadenſ uoluntarie audientibuſ de regno dei. i. de ſuperna felicitate que conſiſtit in apta Chriſti uiſione ſcilicet deitatiſ p̄ncipaliter & humanitatiſ ſecundario ſuadebat etiam de modo ueniendi ad hanc beatitudinē que eſt per fidem caritate formatam. cum autem quidam indurarent. in ſua infidelitate. maledicenteſ uiam domini. id eſt doctrinam Chriſti. coram multitudine q̄d erat ſignū obſtinationiſ eorum. diſcedenſ ab eiſ Pauluſ ſegregauit diſcipuloſ. id eſt credenteſ ne inficerentur uerbiſ obſtinatoꝝ quotidie diſputāſ ad declarationem Euangelice ueritatiſ. in ſchola. id eſt in edificatio de quo Pauluſ ſcholam fecerat. Tyranni cuiuſdā dicunt aliqui q̄ Tyranni eſt nomen proprium illiuſ cuiuſ erat edificium. Alii uero dicunt q̄ eſt nomen appellatiuum. & accipitur hic Tyrannuſ pro homine potente & fecerat ibi Pauluſ ſcholam ut obſtinati timerent eum impedire. propter domini loci poteſtatem. ideo ſubditur. hoc autem factum eſt per biennium pacifice ita ut omneſ qui habitabāt in Aſya audirēt uerbum domini. id eſt poterant audire libere uirtuteſ quia ad confirmationē huiuſ doctrine non quaſlibet faciebat deuſ id eſt nō modicaſ uel cōmuneſ ſed multaſ & excellenteſ. unde ſubditur. ita ut etiam ſuper languidoſ etc. quod eſt maiuſ quam ſi per tactum Pauli uel eiuſ oratione fierent talia. Tēpta/uerunt autem. poſtq̄ deſcripta eſt Pauli predicatio. hic conſequentr ponit̄ p̄ſumptiōniſ quorundam reſpōſio. qui uolebat expellere demoneſ ab obſeſſiſ uirtute nominiſ Chriſti Apoſtoli predicanti. in quem tñ non credebant. & patet littera uſq; ibi. ſcene Iudei. eſt autem Scene nomen propriū illiuſ p̄cipiſ ſacerdotū Ieſum noui. & Paulū ſcio id eſt uirtutem eorum cognoſco. uoſ autem q̄ eſtiſ. quaſi diceret ad uoſ nō p̄tinet uirtuteſ eorum inuocare: cum ſitiſ increduli. & dominatuſ amborum. id eſt duoꝝ. de ſeptem filiuſ principiſ Iudeorum. Conſequenter ponitur fructuſ huiuſ repreſſionis cū dicitur. hoc autem notum factum eſt omnibuſ. per diuulgationem eorū q̄ uiderant & cecidit timor ſuper illoſ. ut nulluſ auderet talia attemtare. & magnificabat̄ nomen domini Ieſu tanq̄ magne uirtutiſ exiſtenſ multiq; credentium ueniebant ad Paulum

confidentes peccata sua & relinquentes. multi aũt ex eis qui fuerant curiosa sectati id est artes magicas. contulerut libros. id est apportauerunt ad Apostolum. & cõbus/ serunt. in contemptum diaboli. & honorem Iesu Christi. & cõputatis precijs illorum. hoc additur ad ostendendum ꝙ fecerunt hoc ex magna uoluntate cõburẽtes libros quos emerat ita care. Sciendum etiam ꝙ denarios ualebat. x. nũmos usuales. ideo sic nominabat a numero denario. ita fortiter crescebat uerbũ dei per multiplicatiõem fideliũ & confirmabat per augmentũ fidei credentiũ: his autem expletis. supertur est positus multiplex Pauli progressus per orbem ad predicandum. Hic consequenter po/ nitur eius regressus in Hierusalem ad tollerandum pro fide catholica: quã persecutus fuerat ibidem ut dictum est .supra. xviii. ca. &. ix. & diuiditur in tres partes. qa ꝑmo ponitur inspiratio propositi. secundo remotio impedimenti ibi. facta est autem. tertio persecutio inspirati. xx. ca. ibi uos uero. Circa primum dicitur. his autem expletis. scilicet discursibus Pauli pro predicatione Euangelii. proposuit Paulus in spiritu. id ẽ non propria uoluntate sed magis spiritus sancti reuelatione & ordinatione. transita Macedonia & Achaia. ad confirmandum credentes & accipiendam collectã portãdũ fidelibus pauperibus: qui erant in Hierusalẽ. oportet me & Romam uidere. tunc enĩ sibi fuit reuelatum ꝙ de Hierusalem iret Romam. modus autem eundi & causa non fuerũt tunc sibi reuelata. sed infra. xxiii. mittens autem in Macedoniam duos etc. hoc fecit ut collecta esset facta anteq̃ illuc ueniret quod erat sibi honestius & expeditius quia sic nõ oportuit eum ibi trahere moram propter dictã collectam. Facta est aũt Hic consequenter ponitur remotio impedimenti. & diuiditur in duas partes secundũ duplex impedimentum. secundum ponitur. xx. ca. ibi. ubi cum fuisset. prima in tres. quia primo impedimentum ponitur. secundo tollitur ibi. & cum sedasset. tertio iter Pauli resumitur in principio. xx. ca. prima ad huc in duas. quia primo ponitur impe/ dimenti motiuum prĩcipium. secundo eius exercitium ibi. his auditis. Demetrius enim fecit illud impedimentum cõmouens ciuitatem contra Paulum. & eius socios. motos propter temporale damnum & Dyane cultũ. & patet littera paucis exceptis: que ex/ ponentur de uia domini. id est de fide Christi. faciens edes argenteas diane. luna aũt uocatur diana. a dian quod est lux Grece. & neos quod est nouum latine. quia eius lux renouatur omni mense. dicebatur etiam agentibus preses uiarũ. quia eas ostendit de nocte. & quia in illis nihil crescit. pingebatur Diana in uirginis figura tenentis sa/ gittas eo qđ radios suos emittit usq; ad terram. tales igitur imagines faciebat de argẽto iste Demetrius & tabernacula argentea ꝑ reponendis imaginibus: sicut fit frequẽter in Ecclesia de imaginibus sanctorum. prestabat artificibus. inter quos erat principalis satis. quia de hoc artificio est nobis acqsitio magni lucri. Paulus hic suadens euertebat multam turbam. ab emptione talium imaginũ dicens in eis esse nihil numinis: aut uir/ tutis nõ solũ autem hec periclitabitur nobis pars in redargutionem uenire: qa redar/ guemur de falsitate faciendo imagines nullam uirturem habentes sed & magne Diane templum etc. id est cultus eius totaliter deficiet. quem seruauerunt patres uestri. His auditis. Hic consequenter ponit commotionis exercitium contra Paulũ & socios eius quos uolebant interficere per ciuitatis commotionem contra eos & patet littera usq; ibi. & impetum fecerunt uno animo Intheatrum. locus erat ubi puniebantur rei & dicitur atheora. id est speculo. eo quod multi ueniebant ad talia speculandum. illuc enim uolenter traxerãt comites Pauli cetera patent usq; ibi. Erat enim Ecclesia id est congregatio populi. confusa. quoniã ꝑ magna parte ignorabant causam illius commotionis. de turba autem detraxerunt Alexãdrum pro pellentibus eum Iudeis. qa

uolebat excuſare Paulum. ſed non habuit auditum ſed magiſ clamoriſ tumultum. Et cum ſedaſſet. hic impedimentum dicte commotionſ tollitur cum dicitur. & cū ſedaſſet ſcriba turbaſ. hic enim habebat offitium publicum in ciuitate propter quod poterat populum magiſ ſedare. quiſ enim eſt hominum qui neſciat? etc. q. d. non oportet hoc clamare cum ſit notum omnibuſ. proliſq; Iouiſ id eſt Diane progenite a Ioue de Latona eiuſ concubina. ut ſcribunt poete cetera patent uſq; ibi. q̄ ſi Demetriuſ & q cum eo ſunt artificeſ habent aduerſuſ aliquem iſtorum hominum cauſam alia rationabilem conuentuſ forenſeſ aguntur. in quibuſ cauſe uentilantur. & proconſuleſ ſūt. ſcilicet preſenteſ ad iudicandum accuſent inuicē coram iudicibuſ. ſi habent rationabilē cauſam ſi quid autem alteriuſ rei queritiſ preter cauſam Demetrii & qui cum eo ſunt artificum & in hoc alloquitur populum per artificeſ commotum in predicta Eccleſia legittima. id eſt congregatione proconſulum legittime iudicantium poterit abſolui. id eſt determinari. nā & periclitamuſ. id eſt in periculo ſumuſ argui ſeditioniſ hodierne a preſide uel impratore tanquam negligenteſ de cuſtodia ciuitatiſ in pace cum nulluſ ſcilicet noſtrum obnoxiuſ ſit. ſ. reuſ. de quo poſſumuſ reddere rationem. noſtriſ ſupi/ oribuſ. concurſuſ iſtiuſ. i. commotioniſ populi: & cū hoc dixiſſet ille ſcriba dimiſit Ec/ cleſiam. id eſt populi congregationem precipienſ ut quilibet iret in pace ī domū ſuam.

POſtq̄ autem. Hic conſequenter reſumitur iter Pauli .XX.
cum dicit̄. uocatiſ Pauluſ diſcipuliſ. id eſt catholiciſ. & exhortatuſ eoſ. ut ī bono incobato permanerent. ualedixit. recedenſ ab eiſ. & profectuſ eſt ut iret in Mace/ doniam. ſic enim per ſpiritum ſanctū ordinatū fuerat. ut priuſ tranſita Macedonia iret uerſuſ Hieruſalem ut dictum eſt ca. precedenti. cum autem perambulaſſet pteſ illaſ. ſ. Macedonie: & exhortatuſ eoſ fuiſſet multo ſermone: ut firmiter pmanerent in fide: uenit ad Greciam. id eſt ad aliam partem Grecie. nam & Macedonia eſt in Grecia largo modo dicta. Vbi. hic ponitur ſecundum impedimentum ſibi factum ex inſidiuſ Iudeorum in uia diſpoſita ab eo: eum occidere uolentium. habuitq; conſiliū ut reuerteretur per Macedoniam. ad euadendum illaſ inſidiaſ. & ſic fuit retardatuſ ab itinere. comitatuſ eſt eum Soſi pater. Pyrrhi ſcilicet filiuſ. Beroenſiſ. id eſt de ciuitate Beroe. hi cum preceſſiſſent noſ ſuſtinuerunt. lucaſ enim qui loquitur remanſerat cum Paulo a recta uia ꝓpter inſidiaſ declinante. Noſ uero. Remotiſ impedimentiſ itineriſ Pauli: Hic conſequenter ponitur perſecutio itineriſ incobati ſcilicet uerſuſ Hieru/ ſalem. & primo ponit̄ per uiam proceſſuſ. ſecundo ad terminum acceſſuſ. ca. xxi. ibi. poſt dieſ autem iſtoſ. Prima diuiditur in quattuor parteſ ſecundum quattuor loca in quibuſ Pauluſ fecit aliquam moram que patebunt ſequendo primuſ uero locuſ fuit ciuitaſ Troade ad quam primo deſcribitur Pauli peruentio. cum dicit̄. noſ uero nauī/ gauimuſ ꝑ dieſ Azimorum. id eſt ſollemnitate Paſchali tranſacta a Philippiſ. que eſt ciuitaſ Macedonie quā p̄mo Pauluſ intrauit ut habetur ſupra. xvi. & ab ea ulteriuſ receſſit. ut habetur hic & uenimuſ ad eoſ in Dan. ubi expectabant comiteſ Pauli qui eum preceſſerant: ut dictum eſt. ubi demorati ſumuſ diebuſ ſeptem ad credentiū cō/ firmationem. una aūt ſabbati. hic ſecundo ponitur Pauli predicatio cum dicitur. una autem ſabbati. id eſt dieſ dominica que eſt prima poſt ſabbatum cum conueniſſemuſ ad frangendum panem pro refectione corporali. Pauluſ diſputabat cum eiſ. priuſ reficienſ eoſ pane uerbi diuini. profecturuſ in craſtinum. ut uerba que recedēſ dicebat arctiuſ in cordibuſ audientium impreſſa remanerent. protraxitq; ſermonem. multum ſollicituſ de cibo ſpirituali: & paꝛ de corpali. Sedenſ aūt. Hic tertio ad cōfirmationē doctrine Pauli ponitur ſuſcitatio mortui: & patet littera uſq; ibi incubuit ſuper eum.

ex magna compaſſione deum oranſ pro etuſſuſcitatione. nolite turbari etc. ſciebat. n. per ſpiritum adoleſcentem reſuſcitatum. aſcẽdenſ autem ad cenaculum. unde iuuenis cecideraſ. frangenſq; panem & guſtanſ. id eſt modicum accipienſ. ſatiſq; allocutuſ eſt. circunſtanteſ uerbiſ edificatoriis uſq; in lucem diei: & ſic profectuſ eſt ex quo patet ſollicitudo Pauli pro ſalute proximi. quia profecturuſ in craſtinum per totam noctem non dormiuit intentuſ predicationi uſq; ad mediã noctẽ. & tunc reſuſcitato Onthico & modico pane guſtato ſermonem reſumpſit uſq; ad diem claram. & ſic iuit uiam ſuam adduxerunt autẽ puerꝝ uiuentem in conſpectu omnium. & conſolati ſunt non minime de uita pueri: ut facto miraculo ad gloriam dei. Noſ aũt. Hic conſequenter ponitur ſecunduſ locuſ in quo Pauluſ contraxit moram ſcilicet apud Miletum: ad quem p̃mo deſcribitur acceſſuſ ſecundo conſequenſ fructuſ ibi. a Mileto autem. tertio flebiliſ re/ ceſſuſ ibi. & cum hec dixiſſet. Circa primũ dicitur. noſ autem aſcendenteſ nauem. ſine Paulo. nauigauimuſ in Aſſon. nomẽ eſt loci ad quem Pauluſ uenit per terrã. aſſũpto eo. ſcilicet Paulo uenimuſ Mitilenẽ. nomen eſt inſule. & inde nauiganteſ ſequenti die uenimuſ cõtra Chium. aliq dicunt q̃ ſunt due dictioneſ: alii dicunt q̃ una tm̃: Alia die applicuimuſ Samum. nomen eſt portuſ. & ſequenti die uenimuſ Miletum. ubi propo/ ſuerat Pauluſ aliquantulum pauſare: & reddit rationem quare nauigando tranſierat Epheſim abſq; applicatione ad locum: que tñ erat ciuitaſ Metropoliſ & in q̃ Pauluſ frequenter predicauerat: cum ſubditur. ne qua mora illi fieret in Aſya. ſi enim decli/ naſſet illuc oportuiſſet eum diutiuſ morari propter multitudinẽ credentium: & ſollẽ/ nitatem loci. & cauſa feſtinatiõiſ Pauli ſubditur. ut diem Penthecoſtẽ faceret Hie/ roſolimiſ. id eſt ſollemnizaret. erat enim illa dieſ ſollemniſ. propter dationem legiſ: q̃tũ ad Decalogi precepta. Exo. xx. que manent in lege noua. & ꝓpter dationẽ ſpiri/ tuſſancti credentibuſ in ſigno uiſibili. Amileto. Hic ponitur conſequenſ fructuſ: qa Pauluſ mandauit ibi miniſtroſ Eccleſie de tota Epheſina Dyoceſi. & hortanſ eoſ ad bonum regimen Eccleſie dei informanſ eoſ primo contra ſeuitiam perſecutorum. ſcdo contra fraudulentiam de ceptorum ibi. attendite uobiſ. tertio contra concupiſcẽtiam temporalium bonorum ibi. argentum autem. & in omnibuſ ponit ſe pro exemplari. i. docenſ facto & uerbo. p̃ma parſ patet uſq; ibi. & tẽptationibuſ. id eſt periculiſ mortiſ que mihi acciderunt ex inſidiis Iudeorum. pro quibuſ nihil omiſi de contingentibuſ ad ueſtram ſalutẽ. & docerem eoſ publice & per domoſ. id eſt priuate. teſtificãſ Iudeiſ & gentilibuſ. indifferenter. in deum penitentiam. id eſt annuntiando eiſ penitentiam in deum ordinantem. & nunc ecce ego alligatuſ ſpiritu. id eſt ex reuelatione ſpirituſ/ ſãcti ad hoc aſtrictuſ cui tamẽ uolo prompte in omnibuſ obedire. uado. in Hieruſalẽ que in ea uentura ſunt mihi ignoranſ in ſpeciali. ſciebat tamen in generali. ideo ſub/ ditur. niſi q̃ ꝑ ſpirituſſanctuſ per omneſ ciuitateſ. id eſt frequenter proteſtatur mihi. d. quoniam uincula & tribulationeſ Hieroſolimiſ me manent. id eſt ibi me expectant. ſed nihil horum uereor. id eſt timeo ſuſtinere propter Chriſtum. nec facio aĩam meã id eſt uitam meam ſenſibilem. precioſiorem q̃ me. id eſt quam animam intellectiuam: que dicitur ipſe homo: eo modo loquendi quo totum denominatur a parte nobiliori. cetera patent uſq; ibi. qua propter conteſtor uoſ hodierna die. id eſt hac ultima uice pro omnibuſ. quia mundus ſum a ſanguine omnium. ſcilicet ueſtrum. ſi de cetero in/ curratiſ aliquid graue peccatum. & ſubditur cauſa. non enim ſubterfugi. propter que/ cunq; pericula imminentia mihi. quo minuſ denuntiarem omne conſilium dei uobiſ. de pertinentibuſ ad ſalutem. Attendite uobiſ. Hic conſequenter in format eoſ contra fraudulentiam deceptorum dicenſ. attendite uobiſ. in perſoniſ propriis & uniuerſo

grege cõmisso uestro regimini. i quo scilicet grege. uos spiritussanctus posuit Epos. id est mistros sub nomine Episcopoꝝ intelligunt alii Ecclesie ministri. unde Episcopus Grece superintendens est latine. & huius uigilantie subdit causam. d. ego scio p reue/ lationem spiritussancti. quoniam intrabunt post discessionem meã lupi rapaces i uos id ẽ falsi Apostoli ad decipiendũ uos & ex uobis ipsis exurgẽt uiri loquẽtes puersa. id est heretici corrumpentes articulos fidei. propter quod uigilate. super custodiã gregis uobis commissi. memoriã retinentes. ea que sollicite uos docui. ideo subditur. quoniã per triennium etc. & quia nisi dominus custodierit ciuitatẽ frustra uigulat q custodit eam. psal. c. xxvi. ideo subdit. & nunc commendo uos deo & uerbo gratie eius. id est facto uel effectui. uerbum enim frequenter in scriptura accipitur pro facto. secũdo Regum. i. quod est uerbum quod factum est: & maxime i deo. cuius dicere est facere Psal. xxxii. dixit & facta sunt qui potẽs est edificare. per gratiã in presenti. & dare hereditatem. glorie in futuro. in sanctificatis omnibus. nam ibi nullus admittitur nisi sanctus. Argentum autem. Hic consequenter informat eos contra concupiscentiam temporalem: per sui ipsius exemplum: quod erat eis per experientiam notum. mistra/ uerunt enim manus iste. apud enim eos uixerat de ꝓprio labore: & subdit causam. d. omnia ostendi uobis. pro exemplo perfectionis. quoniã sic laborantes. i. de proprio labore uiuentes. oportet suscipe. ad doctrinã fidei infirmos. q sunt auari & ad dandũ tardi. licet. n. Paulus posset accipere sumptus ab illis quibus predicabat: tñ frequẽter abstinebat ne fructus predicationis impediretur in illis: qui propter auaritiam suam ab auditu predicationis retraberentur. subdit etiam aliam causam: dicens. ac meminisse uerbi domini Iesu. supple oportet. quoniam ipse dixit. licet hoc non habeat in Euã/ gelio credendum tamẽ est q ꝓpter uerbum Apostoli quod dixit quia nõ omnia eius facta sunt scripta. Io. ultimo. & multo minus omnia eius uerba. sed Paulus p reue/ lationem habuit hoc Christi uerbum: sicut & eius Euangelium Gal. primo. Beatius ẽ magis dare quã accipere. ex hoc noluerunt aliqui dicere q maioris perfectionis est diuitias proprias in seculo pauperibus erogare: quam in religione mendicare. sed hoc reprobatur libro de ecclesiasticis dogmatibus. ubi dicitur bonum est cum dispẽatiõe bona pauperibus erogare. sed melius est intentione sequendi Christum totum simul donare: & absolutum a sollicitudine cum Christo egere. & Hiero. contra uigilantiũ dicit q asserit melius facere qui uruntur rebus suis: & paulatim fructus possessionum diuidunt pauperibus etc. sequitur nõ a me sed a deo respondetur uade & uẽde omnia que habes & da pauperibus: & ueni & sequere me. propter quod uerbũ istud beatius est etc. intelligendum ceteris paribus que non sunt in proposito. Et cum hoc dixisset hic ultimo ponitur Pauli flebilis recessus. eo q dixerat q non uiderẽt amplius faciem eius: & patet littera. hoc excepto. orauit cum omnibus illis. scilicet pro conseruatione eorum a quibus recedebat. & directione sui & eoꝝ quos secum ducebat .XXI.

QVm autem factum esset. Hic ponitur tertius locus in quo Paulus fecit aliquã moram scilicet ciuitas Tyri ad quam primo ponitur accessus: & exprimũtur hic aliqua loca: per que transiuit Paulus sine mora. & patet littera. Sciendum tamen q ponitur in aliquibus libris deinde Mirram. sed non est de textu. nec est i libris cor/ rectis. in Phenicem. nomen est prouincie. & uenimus Tyrum. & subdit causa cũ dicit ibi enim nauis in qua eramus erat expositura onus. q. d. propter hoc necesse fuit q ibi applicaremus. inuentis autem discipulis. id est Christianis. mansimus ibi diebus septem. ad consolationem nostram corporalem. post nauigatiõem: & ad credentiũ ibi manẽ/ tium spiritualem consolationem. qui Paulo dicebãt p spiritũ prophetie ne ascẽderet

Hieroſolimam. ſciendum q̄ hoc nō dicebant immediate per ſpiritum ſanctū q̄ Paulo dicebat illuc aſcendere. & ſic contraria diceret. ſed per ſpiritum prophetie habebant q̄ ſi Paulus aſcenderet in Hieruſalem ibi ſuſtineret perſecutionē propter q̄ ei con/ patientes ex ſuo ſpiritu ſuadebant ne illic aſcenderet. eſt enim Hieruſalem in altiori ſitu quam Tyrus. cetera patent. Noſ uero. Hic ponitur quartus locus ubi moratus fuit aliquantulum Paulus ſcilicet ceſarea. ad quam deſcribitur acceſſus cum dicitur. noſ uero nauigatione explicata. id eſt diſpoſita & preparata a Tyro deſcendimus Ptholomaidam. que nunc dicitur Acon. & ſalutatis fratribus. id eſt Xp̄ianis ibi manē/ tibus. manſimus die una. iſta mora propter ſuam breuitatem non addit ad numerum aliarum quattuor. alia autem die perfecti uenimus Ceſaream. Paleſtine q̄ Herodes in nomine ceſaris appellauit Ceſaream. que prius turris ſtrationis dicebatur. & intrantes domum Philippi Euangeliſte. aliqui dicunt q̄ iſte fuit Philippus Apoſtolus: eo q̄ hic dicitur Euangeliſta. id eſt enuntiator Euāgelii. ex offitio quod proprie pertinet ad Apoſtolos. ſed iſtud remouebitur per hoc q̄ ſubditur. qui erat unus de ſeptem. ſcilicet Dyaconibus de quibus habetur ſupra. vi. ca. ſi enim eſſet Philippus Apoſtolus diceret unus de duodecim. dicitur ego iſte Euangeliſta: quia tempore perſecutionis uerbum Euangelicum predicauit feruēter ſupra. viii. ca. ſuperuenit quidē uir. habens ſpiritū prophetie: ut habetur ſupra. xi. tulit zonā Pauli & alligās ſibi pedes etc. ī hoc imitat' modum Propherarum antiquorum: qui prophetabant aliquando non ſolum uerbis ſed exemplis & etiā ſenſibilibus factis. ſicut Hieremias poſuit catbenas ligneas ī collo ſuo Hieremie. xxvii. ad ſignificandum q̄ illi de quibus prophetabat ducerentur in captiuitatem catbenati. cetera patent. Poſt dies autē. poſtq̄ deſcripta eſt ꝓgreſſio Pauli per uiam: hic conſequenter deſcribitur eius acceſſus ad terminum. ſ. Hieruſalē ubi per ſpiritum uenicbat ad tollerandum perſecutiones ſicut ibidem perſecutus fuerat Eccleſiam. ideo diuiditur in duas partes. quia primo ponitur eius benigna receptio a Chriſtianis. ſecundo maligna perſecutio a Iudeis ibi. dum autem ſeptem dies. prima in duas quia primo deſcribit' Pauli receptio. ſecundo ſibi facta perſecutio ibi dixerūtq; ei. Circa primum dicitur. poſt dies autem iſtos. manſionis in ceſarea aſcendebamus in Hieruſalē. que ē in altiori ſitu q̄ ceſarea. uenerunt autem quidā de diſcipulis. uolētes prouidere Paulo & ſocius eius de hoſpitio. Cyprium genere. antiquum diſcipulū. id eſt a longo tempore in fidelitate probatum. iſte Iaſon uidetur habuiſſe domicilium inter ceſaream & Hieruſalem: ubi caritatiue recepit Paulum. & cum ueniſſemus Hieru/ ſolimam libenter exceperunt noſ fratres. id eſt Chriſtiani in Hieruſalem habitantes ſequenti autem die introiuit nobiſcum Paulus ad Iacobū Epiſcopū Hieroſolimitanū cetera patent. Dixeruntq; ei. Hic conſequenter deſcribitur perſecutio facta Paulo Circa quam ſciendum q̄ aliqui detrahentes Paulo ſeminauerant in Hieruſalē q̄ ipſe predicans Iudeis per alias partes diſperſis affirmabat eis illicitum eſſe etiā illo tēpore circunciſionem & alias legis ceremonias ſeruare. quod non erat uerum immo ipſe met Tymotheum circuncidit. ut dictum eſt ſupra. xvi. & in Theucris capud ſibi totūdit ſupra. xviii. propter quod ad remouendū ſcandalum Iudeoꝝ in Hieruſalē habitātiū pſuaſerunt Paulo Iacobus & alii ſeniores ut purificarentur in templo cum q̄busdam Nazareis: ut ſic omnibus oppareret falſum q̄d de ipſo fuerat dictum. & ipſe cōſenſit ut per hoc quod erat ſibi licitum illo tempore ammouetur ſcandalum infirmoꝝ. p̄mo igitur circa hoc ponitur perſuaſio Iacobi. ſecundo aſſenſus Pauli ibi. tunc Paulus. prima pars & ſecunda patēt ex dictis: paucis exceptis que diſcurrentur & oēs emula/ tores ſunt legis ſcilicet ſeruāde ne ſtatim dimittatur tamq̄ illicita ſicut ritus gentilium.

audierunt enim de te etc.q̄ hoc doceaſ quod tamen non eſt uerum. oportet cõuenire multitudinem de te uerbiſ factiſ ſcandalizatam. & impende in. illiſ. i. fac oblationem cum illiſ que ſolent fieri in talibuſ ſed ambulaſ & ipſe cuſtodienſ legem tanquã adhuc ſeruari licitam. dum tñ non ponatur ibi fideſ tenendo q̄ ſine tali obſeruatione fideſ Chriſti non ſufficeret ad ſalutem. ideo ſubditur. de biſ autem qui crediderunt ex gẽ/ tilibuſ. quoſ ſaluari credimuſ per fidem Chriſti ſine circunciſione & aliſ legalibuſ ut habetur ſupra. xv. ca. ſcripſimuſ iudicanteſ ut abſtineãt etc. pro Iudeoꝝ & gẽtium communi ſocietate ſeruanda: ut dictum eſt ſupra. xv. annuntianſ impletionẽ dierũ purificationiſ. hoc enim denuntiabat facta purificatiſ tamen illiſ Nazareiſ q̄ puri/ ficabantur termino uoti ſui expleto Numeri. xvi. Dum autem. Hic conſequenter deſcribit Pauli p̄ſecutio a Iudeiſ & p̄mo ponit hec p̄ſecutio. ſcd̄o ſubdit Pauli ap/ pellatio. c. xv. ibi. feſtuſ aũt. p̄ma in duaſ. q̄a primo ponit p̄ſecutio Pauli ī Hieru/ ſalem. ſecundo apud Ceſaream ca. xxiiii. Prima adhuc in duaſ. quia primo ponit iſta perſecutio. ſecundo p̄ſequentiũ diſſenſio. ca. xxiii. ibi. ſciẽſ autem Pauluſ. Prma ad huc in duaſ. quia primo interfectio Pauli queritur. ſecundo eripitur ibi querentibuſ autem. Circa primum dicitur. dum autem ſeptem dieſ conſumarentur. conſumando iſtorum dierum accipienda eſt a principio aſcenſuſ Pauli in Hieruſalem. dicit tamen gloſa q̄ non dum erat iſta cõſumatio: ſed appropinquabat. ita q̄ ſecundum ueritatẽ erat dieſ quinta. & hoc dicit gloſa ad uerificandum uerbum: quod dicit Pauluſ infra xxiiii. non ſunt pluſ mihi dieſ quam. xii. exquo aſcendi adorare in Hieruſalem quia cum iſtiſ quinq; oportet addere diẽ in qua diſſoluit Pauluſ Saduceoſ: & Phariſeoſ. & iterum aliam in qua ductuſ fuit Ceſariam ut paret ī textu. & iterum quinq; dieſ poſt quoſ princepſ ſacerdotum accuſauit Paulum in Ceſarea: ut habetur infra. xxiiii. qbuſ ſimul iunctiſ ſunt. xii. dieſ preciſe. Sed hic moduſ loquendi uidetur extraneuſ. ſ. q̄ pro quinq; diebuſ dicatur ſeptem. ideo aliter poteſt dici. ſcilicet q̄ dieſ illa purifica/ tioniſ fuit ſeptima ab ingreſſu Pauli in Hieruſalem ut textuſ innuit. & quinq; dieſ quibuſ princepſ ſacerdotum uenit Ceſaream accuſare Paulum incipiunt a Pauli puri/ ficatione & captione excluſiue. & ſic habentur. duodecim. dieſ preciſe. dieſ autem in qua ſoluit abinuicem Phariſeoſ & Saduceoſ & alia ī qua ductuſ fuit Ceſareã ſimul concurrerunt cum duobuſ de illiſ quinq; quibuſ princepſ ſacerdotum uenit Ceſaream hi qui de Aſia erant Iudei in Iudaiſmo obſtinati. qui ibidem Paulo contradixerant. cum uidiſſent eum in templo. ubi erat Iudeorum obſtinatoꝝ multitudo. concitauerũt omnem populum contra Paulum. & iniecerũt ei manuſ clamanteſ. eum morte dignũ ideo ſubditur. hic eſt homo qui aduerſuſ populum & legem & locum hũc omneſ ubiq; docenſ. hoc dicebant quia Pauluſ preferebat gentileſ uerbum dei deuote recipienteſ Iudeiſ ipſum repellentibuſ. ut patet in pluribuſ locis ſupra. & quia legẽ nouã p̄ferebat ueteri: & quia dicebat uerum ſacrificium. ſ. Euchariſtiam: ubiq; poſſe offerri. & non ſolũ in Hieruſalem ubiq; tamen licitum erat offerri ſacrifitia Iudeorum. inſuper & gentileſ. induxit in templum. licet autem & gentileſ poſſent ingredi templum quantũ ad illam partem in qua orabant: hominеſ immundi tamen ingredi non poterant ubi purificabantur Nazarei ad quam eſtimabant Paulum gentileſ induxiſſe: & appre/ hendenteſ Paulum trahebant eum extra templum ut ibi occideretur. ſic Ioiada pontifex fecit educi Atham extra ſceptra templi: ut ibi interficeretur. ii. Paralipõ. xxiii. & ſtatim clauſe ſunt ianue ne templum contaminaretur ex eiuſ morte. Querẽ/ tibuſ aũt. Hic conſequenter Pauluſ de Iudeoꝝ manibuſ eripit. & primo tribunuſ eripit illum. ſecundo Pauluſ petit alloqui populum ibi. & cum cepiſſet. Circa primum

dicitur nuntiatum est Tribuno cohortis. cui erat imposita custodia ciuitatis. & iussit alligari catheni duabus. ne posset euadere donec iquiuisset de eo .cetera patent usq; ibi. tolle eum. scilicet de uita presenti: tanquã uiuere indignum. Et cum cepisset. Hic consequenter Paulus cepit alloqui populum. & diuiditur in duas partes. quia primo ponitur huius allocutionis concessio. secũdo allocutionis executio ibi. & cũ ille. Circa primum dicitur. & cũ cepisset duci in castra. i. intra fortaliciũ: ubi manebat Tribunus cum militibus. si licet mihi licet etc. humiliter petit ut ciuis impetret quod querit. qui dicit ei grece nosci. ex hoc uidet q̃ ille Tribunus fuit grecus. propter quod petebat si Paulus sciret liguam grecam ut si loqueretur in ideomate magis sibi noto & ut Iudei assistentes nó intelligerẽt. nonne tu es Egytius etc. de isto dicit Iosephus 2do libro antiquitatis Iudaice: q̃ uenit in Iudeam fingens se Prophetam: & congregauit sibi multitudinem educens eam extra Hierusalem dicens q̃ ad eius iussum muri Hierusalẽ corruerẽt. & sic intrarent subito & bona raperent ciuitatis. sed felix preses p̃uenies cũ multis armatis multos ex eis occidit: & aliquos uiuos cepit. ille uero falsus Propheta per fugam disparuit. & probabile est q̃ sic multi cũ eo euaserunt. licet Iosephus non dicat. & eduxisti in desertum. Primo enim illos eduxit in desertum: & postea reduxit prope Hierusalem. ut depredarẽtur ciuitatem modo predicto. quattuor milia uiroꝝ siccariorum. est autem sicca gladius breuis: quo tunc utebantur latrones: & homicide: & inde siccarii dicebantur. & dixit Paulus. se excusando. ego sum homo quidẽ Iudeus a tharso cilicie. natus & sic non sum ille Egyptius. non ignote ciuitatis immo famose. municeps. id est habitator. rogo aũt te pmitte mihi loq ad populũ. uolebat enim per narrationem sue conuersionis annuntiare Iesum Christum & in credulitatem Iudeoꝝ ut patet ex sequentibus. Et cum permisisset. Hic consequenter ponitur allocutiõis executio in qua Paulus primo ad hoc disponit. secundo propositum exequitur. xxii. ca. Circa primum dicitur. & cũ ille scilicet Tribunus permisisset. Paulo loqui. Paulus stans in gradibus ut melius audiretur ab existentibus infertus annuit manum ad ple/bem. ut faceret silentium.

.XXII.

Viri fratres. Hic consequenter Paulus propositum exequitur: & primo ponitur eius narratio. secundo plebis acclamatio ibi. audiebant autem. tertio cause dis q/sitio ibi. uociferantibus autem. prima in tres. quia primo Paulus narrat suã Iudaicã conuersationem. secundo suam ad Christum conuersionem ibi. factum est aũt tertio sibi factam in templo uisionem ibi. factum est autem mihi. Circa primum dicit Paulus uiri fratres. quãtum ad minores & patres quantũ ad maiores. audite diligẽter que seq̃t magis prestiterunt silentium. tum quia per hoc sciuerunt ipsum esse Iudeum. tum qa liguam illam melius intelligebant q̃ aliam. ego sum uir Iudeus. natione & religione. natus tharso cilicie. ubi pater Pauli fuerat translatus. nutritus autem in ciuitate ista scilicet Hierusalem ubi fuerat missus a patre pro studio sacre scripture quod uigebat ibi. secus pedes gamalielis. i. in doctrina eius qui erat doctor ualde famosus: ut habet supra. v. ca. emulator legis. id est zelans pro eius obseruatione. qđ declarat p effectũ dicens. qui banc uitam. scilicet doctrinam Christianam persecutus sum usq; ad mortem intendẽs annichilare ipsam ut habitũ est supra. viii. & .ix. ca. sicut princeps sacerdotũ testimonium reddit mihi. reseruauerat enim litteras sibi elatas a principe sacerdotũ de consilio maiorum supra. ix. ca. que sibi erant in testimonium istorum. Factũ est aũt. Hic consequenter narrat suam mirabilem conuersionem: & patet sententia ex dictis supra. ix. c. usq; ibi. deus patrũ nostroꝝ p̃ordinauit te sua benignitate ut cognosceres uoluntatem eius de tua conuersione & uidens iustum. scilicet Christum hominẽ & deũ

ꝙ uidit in raptu non oculis corporis sed mentis. & audires uocem ex ore eius. dicentis Saule Saule quid me persequeris etc. qui eris testis illius. scilicet Christi ad oēs hoīes Iudeos scilicet & gentiles. etc. baptizare & abluere peccata tua. ꝑ uirtutē baptismi qui est sacramentum fidei in inuocato nomine ipsius. tunc. n. in nomine Christi dabat baptismus rationibus dicti si supra. ii. ca. Factum est autem. Hic consequenter narrat uisionem sibi factam. d. Factum est autem reuertenti mihi in Hierusalē. hoc nō fuit immediate post suam conuersionem: sed cum lustrata Arabia redit Damascum: & inde Hierusalem: ut dictum est supra ca. ix. & habet ex epistola ad Gal. primo capi. fieri mihi in stupore mentis. id est in raptu. & uidere illum. scilicet Christum in uisiōe imaginaria & intellectuali. festina: & exi uelociter ex Hierusalem. q. d. inutiliter ibi remaneres: & subditur causa. quoniam non recipient testimonium tuum de me. quod ammirans Paulus respondit. domine ipsi sciunt etc. q. d. per ea que feci contra te et fideles tuos debent esse certi ꝙ nullo modo te predicarem nisi de ueritate certificatus essem. uade quoniam ad nationes longe mittam te. q. diceret gentiles uerbum meum recipient. quod Iudei in Hierosolimis impugnant. Audiebant aūt. Hic consequēter ponitur ortus clamoris contra Paulum: quia per uerbum eius ultimum insinuabatur ꝙ Iudei maxime habitantes in Hierusalem essent a deo reprobati & gentiles quos Iudei uiles reputabant essent a deo electi ideo clamabant Paulum debere mori. uociferantibus. hic consequenter inquiritur causa dicti clamoris. & diuiditur in duas. qa primo attentatur indebitus inquirēdi modus. secundo subdit̄ alius debitus ibi. postea autem. Circa primum dicitur. uociferantibus autem eis. ut per clamorem obtinerent qd̄ ꝑ rationem non poterant. & scientibus uestimenta sua in signum doloris. & puluerem iactantibus in aerem: in detestationem uerborum Pauli. iussit Tribunus eum induci ī castra. ut causam dicti clamoris inquireret per tormenta. & cum astrinxissent eum loris. ut flagellaretur & torqueretur. dixit astanti sibi cēturioni. q preerat torturibus. ne modum torquendi consuetum excederet uel diminueret. si hominē Romanum. & indampnatum licet nobis flagellare. quasi diceret certum est ꝙ nō. Ciues enim Romani reputabant̄ nobiles per totam orbem eo ꝙ ciuitas Romana dominabatur orbi. nobiles autem nō questionabantur tunc temporis. & adhuc non questionant̄ in multis locis. cetera patent usq; ibi. ecce multa summa. s. peccunie. ciuilitatem istam cōsecutus sum. scilicet ut ciuis Romanus essem. q. d. quomodo ciuem Romanū ita te faciliter dicis qui pauper & abiectus uideris. & Paulus ait ego autem & natus sū ciuis Romanus. q. d. pinguius tuis habeo in hac ciuilitate: quam tu pater enim Pauli in signo nobilitatis habuit a Romanis ut dictum fuit supra. ii. Thimotheo. iii. & sic Paulus filius eius natus fuerit ingenuus. omnes autem ingenui erant ciues Romani. Tribunus quoq; timuit. ne ex applicatione Pauli ad tormenta accusaretur superioribus & puniretur.

.XXIII.

POstera autem die. Hic consequenter ponit̄ alius inquirendi modus & licitus. s. parteis uocando. & eos diligenter audiendo. & patet littera usq; ibi. ego omni cōscientia bona conuersatus sum ante deū. & non solum ante homines sicut faciunt hypocrite. q. d. sine causa persequimini me. princeps autem sacerdotum etc. dolens enim de hoc ꝙ Paulus se iustificabat iussit percutere os eius: ꝑ hoc insinuans ꝙ falsum dicebat percutiet te deus paries dealbatis. id est habens apparentiam tm̄ iusticie: sed non existentiam. summum sacerdotem dei maledicis. q. d. si non esset aliud crimen ex hoc tm̄ incurristi graue pena. dixit aūt Paulus se excusando. nesciebā fratres etc. de longinqs enim partibus uenerat: ut patet ex p̄dictis: & parum in Hierusalē steterat: ꝓpter qd̄

perſonam ſummi pontificiſ non cognoſcebat. ſcriptum eſt Exo. xxii. Sciens autem Pauluſ. ſuperiuſ deſcripta eſt Pauli perſecutio. hic conſequenter deſcribitur ꝓſequẽ/tium diſſenſio. ſicut enim unitaſ bonorum utiliſ eſt: ſic unitaſ malorum eſt nociua boniſ propter quod eorum diſſenſio eſt expediens ut per hoc eorum malicia impediaẽ ꝓpter hoc Pauluſ eorum diſſenſionem procurauit. & diuiditur in duaſ. quia primo ponitur huiuſ diſſenſioniſ procuratio. ſecundo oritur cõtra Paulũ noua machinatio ibi. facta autem die. Circa primum dicitur. ſciens autem Pauluſ etc. quia per magnum tempuſ ante inceperant iſte ſecte: ut dicit Ioſephuſ ãtiqtatiſ Iudaice libro. xviii. exclamauit in conſilio. ut ab omnibuſ audiretur. ego Phariſeuſ ſum quantum ad hoc ꝙ credebat reſurrectionem mortuorum. ſpiritum. & angelum. filiuſ Phariſeorũ. pater enim ſuuſ ſpiritualiſ qui eum inſtruxerat ſcilicet Gamaliel Phariſeuſ fuerat. ut patet ſupra. v. ca. & ſimiliter pater ſuuſ carnaliſ qui eũ poſuerat ſub diſciplina Gamalieliſ. de ſpe & reſurrectione mortuorum. i. propter ſpem uite future: quam expecto & reſurrec/tionem mortuorum. quam predico. ego Iudicor. id eſt ad mortem cõdennari queror & cũ hoc dixiſſet facta eſt diſſenſio etc. nam Phariſei eiuſ dictũ approbant Saducei uero reprobant. & cauſa ſubditur cum dicitur. Saducei autem dicunt non eſſe reſurrec/tionem mortuorum. & ſic negabant uitam futuram. nihil enim immortale dicebant eſſe in homine. neq; angelum. negabant enim omnem creaturam ſpiritualem. neq; ſpi/ritũ. generaliter nam & ipſum deum dicebant eſſe corporeum. propter quod de libriſ ſacre ſcripture recipiebant tantum. v. libroſ Moyſi. qui minuſ expreſſe loquitur de iſtiſq̃ libri prophetarum. & hic error proceſſit: ex hoc ꝙ intellectuſ humanuſ ſemp intelligit cum fantaſmate quod non poteſt corporalia tranſcendere. unde cogitanſ angelum format ſibi fantaſma hominiſ alati & cogitanſ deum. format ſibi fantaſma cuiuſdem regiſ magni omnibuſ preſidentiſ. proceſſit etiã ex falſo ĩtellectu ſcripture que deo attribuit formã corpoream: ut manuſ oculuſ aureſ etc. & ceteracorpiſ mẽbra per que uirtuteſ eiuſ ſpiritualeſ intelliguntẽ. unde dicit Gregoriuſ in moralibuſ habere namq; oculoſ dicitur: quia cuncta uidet manuſ: quia omnia operatur. & ſic de aliiſ & ex eiſdem cauſiſ proceſſit error quorundam monachorum ſimplicium deum eſſe cor/poreum eſtimantium. propter quod uocati ſunt Antropomorphite. ut dicitur libro de collationibuſ patrum. factuſ eſt autem clamor magnuſ Phariſeorum cũ Saduceiſ diſputantium & exurgenteſ quod Phariſeorum pugnabant. uerbiſ pro Paulo dicẽteſ nihil mali etc. quem priuſ perſequebantur ad mortem modo dicunt innocentem. qui ſi ſpirituſ ſcilicet diuinuſ locutuſ eſt ei. aut ãgeliſ quaſi dicant nihil eſt mirandum. quia utrunq; legitẽ in libriſ Moyſi: quoſ recipiebant Saducei. nam deuſ legitur locutuſ cũ Abrahã & etiam angeliſ domini in pluribuſ locis in Geñ. & in hoc arguebant cõtra Saduceoſ ex ſcriptura ab eis recepta. timens Tribunuſ ne diſcerpetur Pauluſ ab ipſiſ ſcilicet Saduceiſ cetera patent in littera uſq; ibi. ſic te oportet & Rome teſtificari. ex hoc motuſ fuit ad ceſaream appellare infra. xxv. Facta autẽ die. Hic conſequẽter noua machinatio contra Paulum cogitatur. & ſecundo diſipatur ibi quod cũ audiſſet Circa prmiũ dicitur facta autem die. ſequenti collegerunt ſe quidã ex Iudeiſ doleẽteſ ꝙ Pauluſ ſic euaſerat ſapienter cetera patent uſq; ibi. nunc ergo ut cito expediamur a tetunio & uoſ habeatiſ intentum. uoſ notum facite Tribuno cum conſilio. iungaẽ ſic littera. uoſ cum conſilio. id eſt uoſ ſimul conſiliati Phariſei & Saducei ne ꝓ ueſtrã diſſenſionem impediatiſ Pauli mortem. notum facite Tribuno rogenteſ eum ut ad/ducat illum. & patet littera. Quod cum audiſſet. Hic conſequenter dicta machinatio fruſtratur circa quam primo ponitẽ dicte machinationiſ reuelatio. ſecundo eiuſdem

fruſtratio ibi. Tribunuſ igitur. Circa primum dicitur. quod cum audiſſet filiuſ ſororiſ Pauli. qui erat ſolicituſ ꝑ eo inquirendo qd pro eo uel cõtra eum poſſet fieri. uenit & intrauit in caſtra. non enim ſic tenebatur Pauluſ quin amici ſui ad eũ poſſent ingredi & miniſtrare ei. tum quia non erat per iudicium condemnatuſ. tum quia erat ciuiſ Romanuſ uocãſ autem Pauluſ ad ſe unum de Centurionibuſ. dicitur autem Centurio qui habet centum homineſ in armiſ ſubſe. Tribunuſ uero qui habet mille & ſic miſit mi/norem ad maiorem. cetera patent uſq; ibi. apprehendenſ autem Tribunuſ. manum illiuſ. ut loqueretur ei ſecretiuſ. & forſan credenſ ꝙ Pauluſ ad eum aliquod exentum mitteret in ſecreto. Iudeiſ conuenit rogare te. id eſt Iudei conuentionem fecerunt derogando te. ut craſtina die producaſ Paulum. uolenteſ proditorie occidere eum. expectanteſ promiſſum tuum. id eſt ꝙ tu promittaſ eiſ eductionem Pauli ad eoſ & opere impleaſ. Tribunuſ igitur. Hic conſequenter deſcribitur reuelate machinatiõiſ fruſtratio per hoc ꝙ interim Pauluſ ductuſ fuit Ceſaream ad ꝓſidem qui erat iudex ſuperior: & hoc eſt quod dicitur. Tribunuſ igitur dimiſit adoleſcentem. ut iret uiam ſuam. precipienſ ei ne cui loqueretur. ne forte per hoc deductio Pauli in Ceſaream impediretur. cetera patent uſq; ibi. timuit eum etc. totum iſtud uſq; ibi incluſiue. q̃ſi pecuniam accepturuſ. non eſt de textu nec in libriſ correctiſ. ſed fuit quedam gloſa reddenſ rationem quare Tribunuſ mittebat Paulum cum ſecuritate tanta que poſtea per ſcriptoreſ textui fuit inſerta. ſcribenſ ei epiſtolam continentem hec. ſcilicet cauſã miſſioniſ: & cum ſimplicibuſ tantum. & patet littera hoc excepto. eripui cognito quia Romanuſ eſt. hoc dicit ad acquirendam preſidiſ benuolentiam. quaſi babenſ magnũ zelum de ciuibuſ Romaniſ. quia quando eripuit eum de manibuſ Iudeorum: non cognouit ꝙ eſſet ciuiſ Romanuſ ſed poſtea cognouit qñ eum queſtionare uoluit: ut habetur ſupra in fine ca. xxii. duxerunt illum per noctem ut euaderet inſidiaſ Iude/deorum in Antipatridẽ nomen eſt ciuſdã ciuitatiſ exiſtentiſ inter Ceſaream & Hie/ruſalem tñ magiſ ꝓpe Ceſaream. & poſtera die dimiſſiſ equitibuſ ut cum eo irent. ſ. cũ Paulo reuerſi ſunt ad caſtra. id eſt ad munitionem que erat in Hieruſalem ideo autẽ reuerſi ſunt ſunt militeſ & lancearii: qui erant peditеſ. quia Pauluſ erat extra piculũ inſidiarum. audiam te. inquit cũ accuſatoreſ tui uenerint. meliuſ enim inquirit̃ ueritaſ in pñtia partium: quam in abſentia alteriuſ. iuſſitq; in pretorio Herodiſ. id eſt quod fuerat Herodiſ. cuſtodiri eum. Herodeſ enim Aſcolonita renouauit & ampliauit illã ciuitatem uocanſ eam Ceſaream in honore Ceſariſ. que priuſ dicebatur turriſſtratiõiſ & ibi edificauit pretorium quod adhuc retinebat nomen autoriſ .XXIIII.

POſt quinq; autem dieſ. ſuperiuſ deſcripta eſt perſecutio Pauli in Hieruſalem: Hic conſequenter ponitur eiuſ perſecutio apud Ceſareã. Et diuidit̃ in treſ pteſ quia primo ponitur Pauli accuſatio. ſecundo eiuſ defenſio ibi. reſpõdit autem Pauluſ tertio iudiciſ reſponſio ibi. diſtulit autem. Circa primum patet littera uſq; ibi. & citato Paulo. p uiam iudicii ut reſponderet ad obiecta cepit accuſare. Tertulluſ orator ad hoc adductuſ. & primo ſecundum modum boni oratoriſ captat benuolentiam iudiciſ dicenſ. Cum in multa pace agamuſ id eſt uitam iſtam tranſſeamuſ: & multa corrigant̃ ad obſeruationem pacíſ communiſ. per tuam prudentiam. id eſt per regimen tuum. ſemper & ubiq; ſuſcipimuſ. tuum regimen. cum omni gratiarum actione. deo & tibi de tali regimine. ne diutiuſ autem protrahaм te. detinendo tempuſ in uerboꝝ ꝓlixi/tate oro te breuiter au diaſ noſ pro tua clemẽtia. quaſi dicat que petam ſunt exaudiri digna. Conſequenter accuſat Paulum dicenſ. Inuenimuſ hunc hominem peſtiferum. nomen eiuſ non exprimit: quaſi ꝑnimia malicia nominari non dignum & concitantem

ſeditionem omnibuſ Iudeiſ. cum tamen eſſet predicator Euangelice ueritatiſ & au/
torem ſeditioniſ ſecte Nazareorum. id eſt Chriſtianorum a Ieſu Nazareno ſic
dictorum. qui etiam templum uiolare conatuſ eſt. inducendo ibi gentileſ. hoc enim
imponebant ſibi falſo: ut patet ex predictiſ ſupra. xxi. capitulo. quomó & appbēſum
in templo. uoluerit ſecundum legem noſtram iudicare. q̄ſi dicat iſtud pertinet ad uoſ
ſicut & cultum templi cuſtodire. cetera patent uſq; ibi. adiecerant autem Iudei ad pro/
bandum: & confirmandum uerba Tertulli. Reſpondit autem. Hic conſequenter
ponitur Pauli defenſio: & primo captat iudiciſ benuolentiam. d. ex multiſ annis te
eſſe iudicem genti huic rebelli & male regibili. ſcienſ. quaſi dicat per hoc manifeſte
apparet bonitaſ tui regiminiſ: q; tā diu habuiſti regimen huiuſ gentiſ. & hoc ego ſciēſ
bono animo pro me ſatiſfaciam. confidenſ de tua iuſticia & mea innocentia. Conſe/
quenter reſpondet ad obiecta: & primo ad primum ſcilicet de concitatione ſeditio/
num in Hieruſalem dicenſ. poteſ enim cognoſcere. per multoſ teſteſ fidedignoſ. qa
non ſunt mihi pluſ dieſ. ſicut declaratum eſt ſupra. xxi. & neq; ī templo inuenerūt me
cum aliquo diſputantem. que diſputatio facit aliquando commotionem audientium:
aut concurſum turbe facientem: quod eſt ſeditioniſ ſignum. neq; in Synagogiſ neq;
in ciuitate. ſupple inuenerunt me predicta facientem. neq; probare poſſunt tibi illa.
ſupple de quibuſ nunc accuſant me: & tamen debent probare cum ſint actoreſ. Con/
fitebor. hic reſpondet ad ſecundum ſcilicet de ſecta Chriſtianorum: quā confiteē le
tenere tanq̄ ſanctam: & bonam. d. confiteor. hoc autem tibi tanq̄ iudici q; ſecundum
ſectam Chriſtianorum quā dicunt hereſim. id eſt magiſ teneri ex pertinatia & igno/
rantia popularium quam ex teſtimoniſ ſcripturarum unde dicebant Io. vii. nunquid
ex principibuſ aliquiſ credidit in eum: aut Phariſeiſ? ſed de turba que non nouit legē
maledicti ſunt. ſic de ſeruio deo patri. omniū. credēſ omnibuſ que in lege & propheiſ
ſcripta ſunt. & in Ieſu Nazareno ſunt impleta. ſpem habenſ in deum. de beatitudine
conſequenda per ipſum: quā & hi ipſi expectant: quantum ad Phariſeoſ. que etiam
ſecundum eoſ non habeē niſi in reſurrectiōe mortuoꝝ. in qua iuſti eternaliter p̄mi/
abuntur. & iniq damnabunē. in hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo & cōſcientiā habere
id eſt ſine ſcādalo. ſcilicet actiuo ad dominum: ad homineſ ſemper. non ſolum canenſ
offenſam dei: ſed etiam hominum quantum eſt ex me. & ſic offenſa accuſatoꝝ meorū
procedit ex malicia eorum. Poſt annoſ. Hic conſequenter reſpondet ad tertium. ſ.
de uiolentia templi dicenſ. poſt annoſ. autem plureſ a conuerſione. mea ad Chriſtum
elemoſinaſ facturuſ in genteſ meaſ. id eſt in fideleſ in Hieruſalem manenteſ: qui ſuaſ
uendiderunt poſſeſſioneſ ut ſupra habetur. iii. capitulo propter quod pauluſ pro eiſ
faciebat collectaſ in gentibuſ aliiſ ut habeē ſupra: & in epiſtoliſ ſuiſ. ueni ī Hieruſalē
& oblationeſ facturuſ: & uota reddituruſ deo: in quibuſ inuenerunt me purificatum
in tēplo. & ſic ipſum non uiolaui. ſed magiſ honoraui. non cū turba neq; cū tumultu.
inuenerunt me: ſed offerentem oblationeſ meaſ deuote. Conſequenter oſtendit qui
fuerunt illi qui eum in templo inuenerunt. & tumultum fecerunt dicenſ. quidam autē
ex Aſia Iudei. ut patet ex ſupradictiſ. xxi. quoſ oportebat modo preſto apud te eſſe
& accuſare etc. ſed eorum abſentia oſtendit eoſ magiſ culpabileſ eſſe de concitatione in
templo facta: quam fecerunt ſine cauſa. aut hi ipſi qui ſunt hic preſenteſ dicant ſi qd
inuenerint in me iniquitatiſ cum ſtem in cōſilio. id eſt ī iudicii loco niſi de una ac ſolū/
modo uoce. q. d. ego non fui cauſa diſſenſioniſ eorum: ſed ipſimet adinuicē p̄ deſēſiōe
ſectarum ſuarum. Diſtulit autem. Hic conſequenter ponitur reſponſio Iudiciſ &
ſecundo ſui ſucceſſoriſ. ca. xxv. prima in duaſ quia primo ponitur iudiciſ reſponſio.

ſecundo predicationiſ Pauli auditio ibi. poſt aliquot. Circa primum dicitur. diſtulit autem illoſ felix differendo dare ſententiam certiſſime ſciēſ de uia ueritatiſ ꝑ Paulo formidabat tamen turbare Iudeoſ motuſ timore humano: ſicut & Pilatuſ ſciens inno/ centiam Chriſti tradidit tamen eum Iudeorum uoluntati: ne contra eum aliqd mach/ inarentur erga Ceſarem dicens pro executione huiuſ dilationiſ. cum Tribunuſ lyſiaſ deſcendit. de Hieruſalem in Ceſaream: que eſt in inferiori ſitu. audiam uoſ. hāc aūt excuſationem accepit ex uerbiſ Tertulli qui in allegatione ſua dixerat ꝙ de omnibuſ que dicebat felix poterat a Lyſia cognoſcere ueritatem. iuſſitq; centurioni cuſtodire eum ſcilicet Paulum & habere requiem a catbenis uel infeſtationibuſ ſuiſ. nec quemq̄ prohibere de ſuiſ amiciſ. miniſtrare ei neceſſaria uictuſ & ueſtituſ. Poſt aliquot. Hic conſequenter ponitur predicatio Pauli Felici & eiuſ uxori: cum dicitur. & audiuit ab eo fidem que eſt in Chriſtum Ieſum. uxore ſua iudea ad hoc inducente uiꝝ ſuū. diſputante autem illo. id eſt predicante de iuſticia conſeruanda ad proximum. & caſtitate. ad ſeipſum. & de iudicio futuro: cuiuſ conſideratio inducit timorem diui/ num. tremefactuſ Felix. ex auditu talium reſpondit quo nunc attinet uade. tunc enim liberauit eum a clauſura carceriſ dans ei libertatem eundi per ciuitatem ita tamē ꝙ rediret ad mandatum ipſius: ſimul & ſperans quia pecunia ei daretur a Paulo. quaſi diceret non ſolum dedit Paulo hanc libertatem iudicii diuini timore: ſed etiam cupiditate pecunie. biennio autem expleto. iſtud biennium non eſt tempuſ preſidatuſ Feliciſ: aliter non uidetur uerum ꝙ dixit ei Pauluſ ſupra eodem ca. ex multis annis te eſſe iudicem huic genti ſciens etc. ſed eſt tempuſ more Pauli in Ceſarea. tpe enim Feliciſ ſurrexerunt in Iudea multi latroneſ & falſi prophete populum ſeducenteſ & communitatem perturbanteſ ut dicit Ioſephuſ in quibuſ capiendis & reprimendis Felix fuit occupatuſ: ita ꝙ cauſam Pauli non determinauit. & quia eiuſ determina/ tionem differre uolebat: ut patet ex predictis accepit ſucceſſorem Felix portium feſ/ ſtinata. ita ſcribitur in libris correctis. & ita nominat eum Ioſephuſ lib. xx. Iudaice antiquitatiſ. uoleſ autem gratiam preſtare Iudeis Felix. timens ne accuſaretᵉ ab eis de malo regimine terre reliquit Paulum uinctum. reuocans libertatem quā dederat ei: tamen per hoc non euaſit accuſationem Iudeorum apud Ceſarem: non ꝑ Paulo ſed propter malam terre gubernationem: ut dicit Ioſephuſ libro predicto & ſic con/ tigit Pilato qui in fauorem Iudeorum condemnauerat Chriſtum. nam accuſatuſ a Iudeis relegatuſ fuit in exilium.

.XXV.

FEſtuſ ergo. poſito tractatu Feliciſ circa Paulum: Hic conſequenter ponitur tractatuſ ſui ſucceſſoriſ erga eum. & primo in Pauli abſentia: ſecundo in eiuſ p̄/ ſentia ibi. & altera die. Circa primum dicitur feſtuſ ergo cum ueniſſet in prouinciam Iudee. poſt triduum aſcendit Hieroſolimam eo ꝙ erat metropoliſ terre: cetera patēt uſq; ibi. inſidias tendenteſ. id eſt tendere diſponenteſ. feſtuſ autem reſpondit etc. quia in cauſis maxime arduis ſicut eſt mors uel uita hominis non eſt procedendum leuiter ſed mature. Et altera die. Hic conſequenter ponitur tractatuſ in Pauli preſentia: & patet littera uſq; ibi: circunſteterunt eū. ut eoꝝ multitudine & circundatione terreret multas & graues cauſas obicienteſ. que non exprimuntur hic. ſed ex reſpōſione Pauli patent in parte cum dicitur. Paulo omnibuſ rationem reddente. ad excludendū accu/ ſationeſ eorum. quoniam neq; legem Iudeorum etc. ut patet ex reſponſionibuſ Pauli precedenti ca. Feſtuſ autē. ſuperius deſcripta eſt multiplex perſecutio Pauli a Iudeis in Hieruſalem: & in Ceſarea. hic conſequenter ponitur eiuſ appellatio per quam exiuit de Iudea. & iuit Romam ſicut dominuſ dixerat ei ſupra. ca. xxiii. & diuiditur

in treſ parteſ. qa Primo Pauli appellatio interponit. Secundo de appellatioē cōſulit ibi & cum dieſ aliquot. Tertio Romam mittitur ca. xxvii. Circa primū dicit Feſtuſ autem uolens gratiam preſtare Iudeis: quia timebat accuſari ab eis ſicut et pluresſ alii qui eum in eodem officio preceſſerāt. reſpondēſ Paulo. non ad eiuſ uerba ꝓpter que debuiſſet eum dimittere tanq̄ ſine culpa. dixit. uolens eum inducere ut conſentiret in Hieruſalem duci: & ibi iudicari: quod erat Paulo periculoſum. propter quod habuit cauſam appellādi: ideo ſubdit. ad tribunal ceſariſ ſto. quia Feſtuſ non habebat au/ toritatem Iudicandi niſi a ceſare. cetera patent uſq; ibi. nemo poteſt me illis donare. cum ſim innocens. qđ patet ex predictis. quia Iudei nihil poterant ꝓbare de grauibuſ in quibuſ eum accuſabant. ideo format ſuam appellationem dicens. Ceſarem appello. tanq̄ Iudicem ſuperiorem ad quē licet appellare ab inferiori. tunc Feſtuſ cū cōſilio locutuſ. id eſt habito conſilio cum ſapientibuſ ſibi aſſiſtentibuſ. reſpondit ceſarem etc. deferendo appellationē ſicut iuſtum erat & dignum. Et cum dieſ. Hic conſequenter de Paulo appellante queritur conſilium: quantum ad miſſionis eiuſ modum. & primo in eiuſ abſentia. ſecundo in eiuſ preſentia ibi. altera autem die. Circa primum dicitur. & cū dieſ aliquot tranſacti eſſēt. ab appellatione Pauli. Agrippa Rex. iſte fuit filiuſ Herodis Agrippe: quem percuſſit angeluſ domini ut habetur ſupra. xii. & Bernice ſoror eiuſ ut dicit Ioſephuſ libro primo de Iudaico bello. deſcenderunt Ceſaream ad ſalutandum Feſtum. tenebat. n. iſte Agrippa regnū ſuū a Ceſare. ideo uoluit ſalutare Feſtum qui in Iudea tenebat Ceſariſ locū. cetera patent uſq; ibi. poſtulanteſ aduerſū eum damnationem mortis. ad quoſ reſpondi qa non eſt Romanis conſuetudo donare quibuſcunq; perſonis & quantumcunq; magnis. aliquē hominem. puniendū ad mortem priuſ quam iſ qui accuſatur preſenteſ habeat accuſatoreſ. aſpectuſ enī & auditis pīnet preſentialiter multum conferunt iudici ad cognitiōem ueritatis. cetera patent uſq; ibi. nullā cauſam ferebāt. de qbuſ ſcilicet cauſis. ego ſuſpicabar. ut de homicidio uel aliqd huiuſmodi. queſtioneſ uero quaſdam de ſuperſtitione ſua. id eſt de religione Iudaica quam bene nominat ſuperſtitionem. quia ſuperſtitio proprie loquendo eſt uana: uel ſupflua religio. que tunc uigebat apud Iudeoſ magis curanteſ de traditiōibuſ hominū quam de mandatis diuinis. ut dicitur Mat. vii. beſitanſ autem. ego de huiuſmodi que/ ſtione quia gentilis erat: nihil ſciens de Iudeorum ritu: aut lege. Paulo aūt appellāte ut ſeruaretur Auguſti cognitioni. id eſt impratoris. ſic enim impratoreſ Romani uo/ cati ſunt Ceſareſ a Iulio Ceſare ꝑmo imperatore: ita nominati ſunt Auguſti & adhuc nominātur ab Auguſto Ceſare eo quod multum auxit imperiū. uolebam & ipſe ho/ minem audire. nam Agrippa Iudeus erat: & multa de Paulo audierat. Altera autē. Hic conſequenter ponitur conſilium in preſentia Pauli. primo conſilium queriť. ſcđo Paulo loquendi locuſ conceditur. capi. xxvii. prima parſ patet paucis exceptis: que diſcurrentur. cum multa ambitione. id eſt cum multo apparatu & cultura ueſtium: & ſocietatis. petens & acclamans. ut ex magnitudine clamoris inclinaretur animuſ Feſti ad concedēdum mortem Pauli. de quo quid certum ſcribam domino nō habeo quia ſicut dictū eſt gentilis erat ignoraſ queſtioneſ & diſcordiaſ que ſunt inter Iudeoſ & Chriſtianoſ. & maxime a te o Rex Agrippa. qui es Iudeoſ ut interrogatiōe facta a Paulo per te habeam quid ſcribam de ipſo. & ſubditur cauſa. ſine ratione enim etc.

AGrippa uero. Hic conſequenter Pauluſ inquiritur. .XXVI.
& diuiditur in duaſ parteſ. quia primo auditur Pauli reſponſio. ſecundo ſuper eam habetur collatio ibi. & exſurrexit Rex. prima ad huc in duaſ. qa ꝑmo ponitur reſponſio Pauli ad Agrippam. ſecundo ad Feſtum preſidem: ibi. hic loquente. Circa

primum Paulus captat Agrippe benuolentiam dicens. de omnibus de quibus accusor a Iudeis Rex Agrippa estimo me beatum apud te. id est innocentem a te iudicari. cum sim defensurus me hodie. in tua presentia maxime te sciente omnia que apud Iudeos sunt. & sic intelliges uerba mea legis et Prophetis consona: propter quod obsecro patienter audias me. hoc autem dixit: quia intendebat plura dicere ut ex sequentibus patet. Et quidem. Hic consequenter prosequitur suam intentionem: circa quam primo narrat suam conuersationem in Iudaismo. secundo persecutionem quam intulit populo Christiano: ibi. & ego quidem. tertio suam conuersionem ab errore pristino ibi. in quibus & cetera. Circa primmum dicit. & quidem uitam meam a iuuẽtute: que ab initio fuit in gente mea Hierosolimis. quia fuit ibi missus & traditus doctrine Gamalielis. ut dictum est supra. xxii. quoniam secundum certissimam sectam uestre religionis uixi Phariseus. secta enim Saduceorum que in credẽdis diuidebatur contra ista nulla erat cum negaret generaliter spiritum & resurrectionẽ mortuorũ & nunc in spe. id est pro spe que ad patres nostros repromissionis. scilicet de Christo uenturo & resurrectione & de beatificatione per eum fienda. facta est a deo. patriarchis & prophetis. sto Iudicio subiectus. tanquam male factor. & reus. in q̃. scilicet spe. xii. tribus nostre nocte & die seruientes deo sperant uenire. nam Pharisei non credentes Christo sperabant ipsum uenturum & resurrectionem mortuorum futuram Saducei uero sperabant ipsum uenturum. hominem tñ purum & potentem & temporaliter regnaturum: & Romanorum potentiam ablaturum. negabant tamen resurrectionem mortuorum. Iudei uero in Christum credentes tenebant aduentum eius primum in Iesu Nazareno completum. sed sperabant ipsum uenturum ad iudicium & suscitaturum mortuos. penas & premia eis secundũ merita & demerita reddituꝝ. de q̃ spe accusor a Iudeis. Rex a Phariseis obstinatis: de hoc ꝙ dicebat Paulus Iesum Nazarenum esse Christum in lege & prophetis promissum. a Saduceis uero de spe resurrectionis mortuorum. ideo subdit. quod incredibile iudicatur apud uos etc. q. diceret non est ratio: quia deus legit̃ mortuos suscitasse in ueteri testamento ad preces Helie. iii. Regum. xv. & ad preces Helisei. iiii. Regum. iii. Et ego. Hic cosequẽter narrat persecutionem quam fecerat credentibus in Christum. & patet sententia ex dictis supra. viii. & ix. usq; ibi. & cum occiderentur. ex quo uidetur ꝙ in illa ꝑsecutione non solum Stephanus fuit occisus: sed etiam plures alii. detuli sententiam non tñ sicut iudex. quia Paulus tunc non erat iudex: sed adhuc iuuenis. sed quia sententiam datam a principe sacerdotum & aliis senioribus deferebat executoribus. unde supra v. capitulo in fine dicitur: ꝙ testes deposuerunt uestimẽta sua secus pedes adolescẽtis qui uocabatur Saulus: & lapidabant Stephanum etc. compellebant blasphemare. i. negare Iesum Nazarenũ esse Christũ. & ãplius insaniens in eos. nã hoc nõ faciebat sana mente: sed erronea. persequebar usq; ad exteras ciuitates: que sunt extra Iudeã sicut patet de Damasco que est in Syria. sicut dicit̃ Esaie. v. caput Syrie Damascus. In quibus. Hic consequenter narrat suam conuersionem mirabilẽ. & primo eã narrat secundo ad propositum applicat ibi. hac de causa. ꝑma pars patet ex dictis supra. ix. ca. usq; ibi. omnesq; nos decidissemus in terram. hic suppletur quod supra. ix. & . xxii. omittitur scilicet de casu sociorꝫ Pauli cum eo: non tamen ibi dicitur ꝙ solus Saulus ceciderit sed casus aliorum non exprimitur. cetera patent ex dictis supra. ix. ca. usq; ibi. ad hoc enim apparui tibi in raptu ut constituam te ministrum & testem eorum que uidisti: & audisti. istud est efficax testimonium scilicet per usum & auditum: & eorum quibus apparebo tibi sicut ī hoc libro legunt̃ plures apparitiones diuine & reuelatiões

Paulo poſtea facte: ut conuertantur a tenebriſ errorum ad lucem fidei Chriſtiane: & de poteſtate ſathane: in qua detinentur captiui per idolatriam. ad deum per La/ triam ut recipiant remiſſionem peccatorum. & per gratiam in preſenti: & ſortem iter ſanctoſ: per gloriam in futuro. & quia hec acquiruntur per ueram fidem ſubditur per fidem que eſt in me tanquã in redemptorem hominum & glarificatorem. unde Rex Agrippa non fuit incredululſ. quod eſt nephariũ. omnia uero predicta narrauit Paululſ ut Agrippa magiſ ſibi crederet. ſed biſ qui ſunt Damaſci primũ. ut patet ſupra ix. & Hieroſolimiſ: non immediate poſt Damaſcum. ſed priuſ luſtrata Arabia: redit Paululſ Damaſcum: & inde Hieruſalem annuntianſ ibi Chriſtum: ut dictum ẽ ſupra ca. ix. & . xxii. digna opera penitentie facienteſ: ut ſecundum quantitatem delictorũ ſit quantitaſ operum ut dicit Gregoriuſ Omelia quarta tanta debet quiſq; a ſe licita reſcindere quanta ſe meminit illicita perpetraſſe. Hac de cauſa. Hic conſequenter narrationem ſuam applicat ad ſuam intentionem. ſcilicet q̃ captuſ fuerat & ligatuſ propter ſuam iuſticiã dicenſ. hac de cauſa. ſcilicet quia annũtiaui iudeiſ & gentilibuſ conuerſionẽ ad deum per penitẽtie opera. me Iudei cum eſſem ĩ tẽplo, in loco deuoti/ oniſ & non contentioniſ comprehenſum temptabant uolenteſ me interficere: ut habeẽ ſupra. xxi. Auxilio aũt adiutuſ dei. mei protigentiſ uſq; ĩ hodiernum diem. ſto. firmuſ & conſtanſ in facto propoſito. teſtificanſ minori atq; maiori. id eſt indifferẽter oĩbuſ fidẽ Chriſti. nihil extra dicenſ. quã ea que ꝓphete locuti ſunt fictura eſſe: & Moyſeſ qui predixerunt de Chriſto uentura: & impleta ſunt in Ieſu Nazareno. ſi paſſibiliſ ẽ Chriſtuſ. hic accipitur ſi pro quia. hoc enim dixerunt prophete ſicut declaraui ĩ plu/ ribuſ locis exponendo libroſ eorum. & unum replico quod habetur Eſaie. liii. q̃ totũ intelligitur ad litteram de Chriſto ſicut ibidem fuit plenius declaratum. & ibi dicitur de ipſo tanq̃ ouiſ ad occiſionem ducetur: & quaſi agnuſ coram tondente ſe obmuteſcit etc. ſimiliter Moyſeſ hoc predixit per ſacrificia legiſ & potiſſime agni paſchaliſ: ſig/ nificaſ Chriſtum pro ſalute mundi immolandum. ꝓpter quod ſanctuſ Io. baptiſta de Ieſu Nazareno dixit. ecce agnuſ dei: ecce qui tollit peccata mundi. Io. i. Similiter Moyſeſ ſcribenſ prophetiam Patriarche Iacob Geñ. xlix. non auferetur ſceptr̃ de Iuda: & dux de femore eiuſ donec ueniat qui mittenduſ eſt etc. que prophetia dicitur ad litteram de Chriſto: ut ibidem fuit declaratum. & ſic Moyſeſ ſcripſit ip̃m de Tribu Iuda ſecundum carnem naſciturum: & per conſequenſ carnem paſſibilem habiturum Item Deut. xxxii. deum qui te genuit dereliquiſti: & obliuiſ eſ domini creatoriſ tui ſecundum doctoreſ antiquoſ Hebreoſ hec eſt littera. deum qui te naſci fecit debili/ tabiſ. id eſt obliuiſceriſ domini doloratum tuum. Si primuſ ex reſurrectione mortuoꝝ ſi pro quia. quia primuſ reſurrexit ad uitam immortalem. ſicut manifeſte predixit Propheta Dauid Pſal. xvi. non dereliqueſ animam meã in inferno: nec dabiſ ſanctũ tuum uidere corruptionem etc. ſicut expoſitum eſt ſupra. ii. ca. lumen annuntiaturuſ eſt populo Iſrael: & gẽtibuſ. hoc. n. fuit predictum Eſaie. xlix. qđ ad litterã ĩtelligiẽ de Chriſto: ſicut ibi fuit expoſitum. parum eſt ut ſiſ mihi ſeruns ad ſuſcitandaſ tribuſ Iacob: & feceſ Iſrael conuertendaſ. dedi te in lucem gentium ut ſiſ ſaluſ mea uſq; ad extremũ terre. Hoc loquẽte eo. Hic conſequenter ponit̃ reſponſio Pauli ad Feſtũ preſidem: qui Paulo loquenti de reſurrectione mortuorum dixit inſaniſ Paule. quia reſurrectionem mortuorum credebat impoſibilem tanq̃ gentiliſ. propter quod dictũ Pauli uocauit inſaniam. multe te littere ad inſaniam conuerterunt. homineſ. n. ciaca multaſ ſcripturaſ conuertenteſ uehementer ſuum ſtudium habent aliquando cerebrũ turbatum: & organum fantaſie leſum: & per conſequenſ intellectum impeditum. q in

actu suo indiget fantasmate necessario. non insanio inquit optime Feste. non dixit hoc adulatione: sed quia talis erat modus loquendi cum reuerentia locum imperatoris tenentibus. sed ueritatis euangelice. & sobrietatis uerba eloquor. quia non excedebat modū debite locutionis. scit enim Rex Agrippa. qui erat instructus in lege & ppbetis cetera patent usq; ibi. in modico suades me fieri Christiannum. quod dupliciter pōt intelligi uno modo negatiue in modico. i. in nullo: sicut frequenter dicitur in cōmuni sermone. Alio mode affirmatiue. in modico suades etc. i. aliquantulū inclinans me ad hoc: sed non perfecte & hic sensus magis congruit sequenti littere ut uidebit̄. cetera patent. Et exsurrexit Rex. Hic consequenter sup uerba pauli habetur collatio cum dicitur. & cū secessissent. ad partem ut secretius loquerentur dicentes. quia nihil morte aut uinculis dignum: quid facit homo iste? & iter istos dicentes sic fuit Agrippa primus & principalis tam propter dignitatem regiam: quam propter eius sapientiam. fuit enim ualde sapiens: & eloquens ut refert Iosephus primo libro de Iudaico bello propter quod protulit conclusionē consilii dicens Festo. poterat hic hō dimitti. sicut innocēs. & ex hoc patet ipsum inclinatū fuisse aliquo mō ad credendum Xp̄m. aliter non dixisset Paulum innocentem sed magis morte dignū tanq̄ pseudo Xp̄i p̄dicatorē unde legitur in ecclesiastica hystoria q̄ imminente destructione Hierusalē & Iudee p̄ Romanos Xp̄iani qui erant ibi monitu angeli transierūt in regnū huius Agrippe qui erat confederatus Romanis. & patet per Iosephum primo de iudaico bello: & ibi fuerunt pacifice recepti. si non appellasset cesarem. exquo enim ad superiorem erat appellatio interposita & recepta & Paulū īsequebatur ut morte dignū pars aduersa. non poterat eū preses absq; suo periculo dimittere liberum .XXVII.

UT autem iudicatum est. habito consilio de missione Pauli ad cesarem: Hic consequēter describit Lucas huius consilii executionem: & primo describitur Pauli progressus: secundo ad Romam eius accessus ibi. post menses autem tres ca. xxviii. prima diuiditur in tres partes. quia primo ponitur Pauli per mare euagatio. secundo eius naufractio ibi. multo autem tēpore. tertio post naufragium recreatio in p̄ncipio xxviii. ca. Circa primum: sciendum q̄ multa nomina ponunt̄ hic de quibus dicunt aliqui q̄ sunt nomina Insularū: alii. ciuitatum maritimarū. utrunq; tamen in pluribus habet parum de certitudine: tum quia ex longitudine temporis multa nomina sunt mutata terrarū: uillarum: & insularū: sicut Parisius antiquitus Lucbetia dicebatur. tū quia nomina sunt equiuoca sicut Babylonia ad illā que est in Egypto. & ad illā que fuit antiquitus in Caldea dicitur igit̄. ut aūt iudicatū est nauigare eum p̄ consilium p̄dictū. & tradi Paulū cū reliquis custodiis. i. uinctis uel in custodia detentis. Centurioni nōie Iulio cohortis auguste. cohortes aūt militū habebāt ppria nōia ut quelibet ciuius congregari posset ab alius distincta. unde & illa cui preerat Cornelius uocabat̄ Italica: ut habet̄ supra. x. ascendentes nauem Adrumetinā. sic dictam a ciuitate Adrumetis nomine. que est in Affrica ut dicit glosa. sustulimus. i. a terra retraximus ad altitudinem maris perseuerante nobiscū Aristarcho: alius qui cū Paulo uenerant Hierusalem: ut habetur supra. xx. reuertentibus ad loca sua. sequenti aūt die uenimus Sydonem in qua ciuitate Paulus antea predicauerat. permisit ad amicos ire. ad eos salutandum & in fide firmandū & curā sui agere accipiendo ab eis necessaria nauigantibus pro se & suis socius: subnauigauimus Cyprum apropiquando Insule. sed nō ibi descendendo: ꝓpterea quod uenti essent contrarii. qui non permittebant nauem currere uersus Italiam. & sic declinabant ad latus & pelagus Cilicie & Pamphilige nauigantes. huic inde nauigantes uenimus Lisceam. nomē est ciuitatis. que ē in puicia

Lysie. transposuit nos in eā ut citius & expeditius ueniremus Romā. & cum multis diebus tarde nauigaremus. propter defectum uenti: & uix deuenissemus contra Gnidū nomen est Insule secundum glosam. prohibente nos uento. qui mutatus erat a debili pro eis tamen in contrarium & fortiorem. ad nauigauimus Crete. id est prope Cretā que est Insula iuxta Salmonem. que est ciuitas Maritima dicte Insule opposita & uix iuxta nauigantes uenimus in locum quendā q uocat Boniportus in Creta. non tñ sic dictus a bonitate ut patet infra. ut dicitur q nō erat aptus. ad hyemandū sicut aliquando aliqua uilla nominatur bona uilla: que tñ est multū defectiua. Multo autē tempore. Hic consequenter describit naufragatio: & diuiditur in tres partes. qa p̄mo ponitur Pauli piculi denuntiatio. secundo nauigantium aliq̄lis consolatio ibi. & cum multa. tertio naufragii per pessio ibi. cum autem dies. Circa primū dicitur. multo aūt tempore per acto. non in portu: quia ibi non manserunt ut infra dicitur & cū iā non esset tuta nauigatio eo quod ieiunium iam p̄teriisset. aliq dicunt q istud ieiunium fuit Xp̄ianoꝝ ante natiuitatē dñi uel Iudeoꝝ p morte Godolie: uel pro templi destructione. sed nullū istoꝝ uidet uerꝝ. quia Centurio & milites & etiā naute saltē p maiori parte erant gētiles hec ieiunia non seruantes. ideo magis uidetur q hoc ieiunū fuit in mari ubi propter tempestatē nō uacabat nautis cōmedere nisi paucꝝ: propter nauis regimen: & aliis ꝓpter timorem. propter qd naute debiliores erant facti. consolabat eos Paulus. dans eis bonum cōsiliū: si accipere uoluissent. uiri uideo. spiritu prophetico q certior ē experiētia nautica. qm̄ cū munia etc. i. cū p̄iculo magno rerum & corpoꝝ nostroꝝ. Centurio aūt gubernatori & nauclero magis credebat propter nauticā sciētiam. est aūt naucleris dñs nauis possessiue. uel conductitie. & dicit a naue & cleros: quod est sors: & cū aptus portus non esset ad byemandum. cum tñ byems imminueret. plurimi statuerūt cōsiliū. i. firmiter deliberauerūt nauigare inde contra Pauli cōsiliū si quomō possent deuenientes Phenicē. que est prope locū unde recesserant. Phenicea enim est propinq̄ Palestine in q̄ est Cesarea. de q̄ recesserant. ut patet ex predictis Hyemere. ibi. n. s. in Phenice erat portus aptus ad byemandum. portum Crete. unde uolebāt recedere ut patet ex predictis: & sequentibus. respicientē ad Africum & choꝝ. li respicientē refertur ad Phenicē: que respicit Cretā siue portū Crete: ad p̄tē occidentalē. africus enī & chorus sunt uenti occidentales. laterales tñ. africus ex pte meridiei. chorus aūt ex parte aquilonis. glosa uero aliter ordinat litteram. d. q portus Crete de quo fit hic sermo: est in Phenice. sed dicit portus Crete: eo q respicit Cretā ad occidentē. sed prima expositio melior uidet. & magis cōsona cōsueto mō loquēdi. aspirante aūt Austro. q est uentus meridionalis. estimantes ꝓpositū se tenere. s. nauigare in Phenicē p uentū lateralē quo frequenter utunt naute uolebant. n. nauigare uersus orientē ut patet ex p̄dictis. cum sustulissemus de Asson. locus est unde soluunt naues mare ingredientes. q in latino dicit statio. legebāt Cretā. i. nauigio transibāt ab ea recedentes: legere. n. est equiuocū qa significat furari: colligere: nauigio trānsire & litteras sonare. unde uersus: fur aurū: uirgo flores: mare nauita: libros clericus: equoce singula quisq; legit. non post multū autem misit se contra ipsam. s. nauē uentus Typhonicus. i. maris inflatius & tēpestuosis dictus a typhos quod est inflatio. Euroaquilo. sic nominat ille uentus: & ē lateralis Aquiloni: ex pte tñ orientis: & sic exponit africo: nō tñ directe omnino: ex q̄ parte nauigabāt. cūq; arcepta esset nauis. uiolētia uenti. & non posset conari inuentū. i. contra uentū. data naui flatibus ferebamur. i. amotus uelis ibamus secundum flatū uenti. Insulā aūt quandā decurrentes. i. iuxta eā currentes: quia non poterant ibi applicare propter uiui uenti. potuimus uix obtinere

Scaphā.i.ea uti ad munīēdū nauí.ē.n.nauicula q̄ naute utunt̄ ad eūdū circa nauē: & agendū ea que sunt necessaria pro nauis tuitione ideo subdit̄ adiutoriis utebamur accingentes nauem ne ligna soluerentur a ui maris.& ut tardius incederet nauis.ideo subditur. timētes aūt ne Syrti inciderēt ex nimis ueloci cursu.est aūt syrtis uel syrtes locus periculosus ex arena.submisso uase.s.Scapha.sequenti die iactū fecerunt eorum que in naui minus erant necessaria.& tertia die suis manibus armamenta.i. utensilia nauis ꝓiecerunt.retinentes ea tm̄ que necessaria erant ad nauigandū. cetera patent. Et cū multa.Hic consequenter describit̄ Pauli consolatio. & p̄mo ponit̄ causa cum dicitur. & cum multa ieiunatio fuisset. partim ex timore:partim ex cōtinua nautaꝝ occupatione ꝓpter qđ multū indigebant consolatione.tunc stans Paulus. constāter & intrepide: dixit. eos primo arguendo de contemptu sui cosilii. oportebat quidem o uiri audite me non tollere.nauē a Creta. sed ibi hyemare. lucriq; facere.i.euitare: per hoc ista pericula & damna: consequenter consolatur eos dicens.Et nunc suadeo uobis. q̄uis nō me audieritis.bono animo esse.id est consolatos quia sola nauis peribit personis saluis.hoc predixit ut cum euenerit prophetico spiritu eū locutū fuisse sciāt & de pertinentibus ad salutē sibi credāt.astitit.n.angelus dei mihi hac nocte.tales.n. reuelationes magis fiunt de nocte quietatis sensibus:quam de die.cuius sum ego apo/ stolus & minister.ne timeas Paule a periculo maris: & ecce donauit tibi deus omnes q nauigant tecū quantū ad salutē corporalē nam oīs euaserūt ut patet ī fine capituli utꝝ aūt dederit eos quantū ad salutē spiritualem non habet̄ expresse. sed ꝓbabile ē ꝙ uisa ipletiōe sui dicti & miraculis que fecit in Insula uiperā sine sui lesione combu/ rendo: & infirmos oratione sanando crediderunt Xp̄o. unde & centurio qui erat ꝓncipalior ꝓhibuit uictos interfici uolēs seruare Paulū. unde uidebat̄ extunc ꝯcli/ natus ad credendū cetera patent usq; ibi.sed postea q̄.xiiii.nox.ab ortu tempestatis nauigantibus nobis in Adria.i.in mari adriatico:ꝓpe montē Garganū ut dicunt aliq. alii dicunt ꝙ Adria est nomē appellatiuū: & significat mare petrosum sic dictum ab adros grece.quod est petra latine.& huic magis consonat littera sequens:cū subditur suspicabantur naute apparere sibi aliq̄ regionē.ex scopulis apparētibus de longe.qui & submittentes Bolidē.instrumentū ē quo temptatur profundū maris ꝑ plūbum: uel stannū pendens ad cordā.timentes aūt ne in aspera loca incideremus.qa nō inuenerāt profundū maris:eq̄liter distans in breui spacio.de puppi.id est de ultima parte uanis. mittentes anchoras quattuor. ut facerent nauē stare ne inciderēt in aspera loca. op/ tabant diē fieri.ut uiderēt magis a longe si essēt ibi aliq scopuli.nautis aūt querētibus fugere in Scapha que magis euitare pōt talia loca quā nauis magna.sub obtentu.i. similatione.q̄si incipent a ꝓra.i.a p̄ma ꝑte nauis anchoras extendere ad nauē magis arrestādū qđ ꝓcipiēs Paulus spiritu diuino dixit cēturiōi & militibus.nisi hi q in naui manserint etc.qa nauis sine nautis & in mari petroso piclitatur cito. tunc abscider̄t milites funes Scaphe.ne ꝑ eā naute possent fugere.cetera patent usq; ibi.ieiuni pma/ nentes nihil accipientes.id est modicum quod quasi nihil reputatur.ii. Phisicorum.& etiam communi modo loquendi de homine modicū comedēte dicitur qđ nihil comedit nō.n.tanto tpe uixissent sine aliq̄li comestione ꝓpter quod rogo uos accipe cibū pro salute uestra.i. ut fortiores sitis in naufragio imminēti ad euadendū de mari.anime/ quiores aūt facti omnes uerbo Pauli & eius exemplo.eramus uero uniuerse anime.i. homines: denominando totū a parte nobiliori. Cum aūt.Hic consequenter describit̄ naufragii perpessio. cum dicitur terram non agnoscebant.s. in littore maris. sinum uero quendā considerabant.i.receptaculū in q̄dam Insula & cū anchoras sustulissent

id est de mari leuassent committebant se mari: q̃uis uiderent ibi periculũ nauigando. maius tñ periculũ erat ibi manere quam ad suũ p̃dictũ tendere. & leuato arcemone.i. paruo uelo qđ magis deseruit directioni nauis: q̃ celeritati motiõis. & cũ incidissemus in locũ Bitalassum. locus est altus in profundo maris habens mare profundius ex utraq; parte sic dictus ab is & Talasson. quod est mare in greco. Impegerũt nauem ad terrã illam altiorem. & prora quidem fixa manebat immobilis. quia mare non erat ibi tam ꝓfundũ ꝙ nauis posset ibi natare. puppis uero soluebatur a ui maris ex ĩpetu enim fluctuũ apte posteriori irruentiũ soluebat̃ compago lignoꝝ. cetera patẽt ibi. iussitq; eos qui possent natare etc. isti erant milites. dicit. n. Vegetius in libro de re militari: ꝙ Tyrones Romani a principio adiscebant artem natandi. que frequenter est necessaria in exercitibus. cetera patent.

.XXVIII.

ET cum euasissemus. Hic consequenter post naufragiũ ponit̃ passoꝝ recreatio. & secundo huius beneficii recõpensatio ibi. contigit aũt. Circa primũ dicit̃. & cũ euasissemus. tunc cognouimus ꝑ habitatores Insule. quia militiue. sic habent libri correcti Barbari uero. i. habitatores Insule q dicunt̃ Barbari: eo ꝙ non loquebant̃ Hebraice: Grece: nec Latine: alia enĩ idiomata barbarica dicunt̃. p̃stabãt nõ modicã humanitẽ nobis. compatiendo naufragiis. accensa aũt pyra. i. congerie lignoꝝ ardẽtiũ que dicit̃ pyra a pyr quod est ignis. reficiebant nos. qui de mari exieramus a q̃ totaliter madefacti. ut patet ex dictis. & cũ hoc erat frigiditas temporis. cũ cõgregasset aũt Palus sarramentoꝝ etc. in quo appet eius caritas. q totus madefactus nõ cucurrit statim ad ignẽ: sed collegit sarramenta ad ignis augmentationẽ. uipera. serpẽs ẽ uenenatus. sic noĩatus eo ꝙ ui pariat. nã catuli existentes in uentre matris qñ crescũt latera eius rodunt: & sic exeunt matrẽ interficiendo a colore. cum processisset fugiens ignis calorẽ: inuasit manum eius. ipsam mordendo. cetera patent usq; ibi. utiq; homicida est hõ hic. sciebant. n. qa commune est apud om̃s gentes ꝙ homicida debet mori. ultio. i. iusticia diuina non permittit eũ uiuere mortẽ sibi debitam q̃ euaserat in mari supplẽs per aliã uiam. & ille quidẽ excutiens bestiam etc. secundũ saluatoris dictũ. Luce. x. dedi uobis uirtutem calcandi sup serperntes & scorpiones & nihil uobis nocebit. at illi estimabant eũ in tumorẽ conuertẽdum etc. secundũ consuetũ morẽ taliter ꝑcussorum conuertentes se unus alteri colloquẽdo. dicebant eũ esse deũ. credentes eũ immortalẽ: deos enim dicebant gentiles homines ĩ immortalitatẽ consecutus scđm suã estimationẽ ut Saturnũ. Iouem. & sic de aliis. ĩ locis aũt illis erant p̃dia. i. possessiones: & domicilia qui nos suscipiẽs caritatiue triduo benigne exhibuit uictualibus reficiendo. Contigit aũt. Hic consequenter describit̃ dictoꝝ bñficioꝝ compensatio caritatiue tum qa dei dona non cadunt sub p̃cio sicut dictũ est supra. viii. ca. & hoc est quod dicit̃. cõtigit aũt. patrem Publii principis Insule febribus & dissintheria. i. fluxu uentris. uexatum iacere. his enĩ infirmitatibus simul concurrentibus est hõ morti propinquus: ad quem Paulus intrauit uisitãdo eũ caritatiue. saluauit eũ statim ab utraq; infirmitate q etiã multis honoribus nos honorauerunt: & de beneficiis grati & in Paulo cognoscẽtes dei uirtutẽ operari. Post menses. descripto multiplici processu Pauli ꝑ uiam. Hic consequenter describit̃ eius accessus ad terminũ. s. Romã. & primo describit̃ accessus. scđo commorandi modus ibi. cũ aũt. Circa primũ dicit̃. post menses aũt tres. utꝝ autem hoc tempus incipit a p̃ncipio nauigationis de cesarea: uel aduentus ad hanc Insulã textus non dicit. uidet̃ tñ magis ꝓbabile ꝙ cõputet̃ ab aduentu ad Insulam. nã ut patet ex p̃dictis intendebant hyemare alicubi. ne uident̃ hyemasse alibi quã in illa Insula. cui erat insigne castoꝝ sic est in libris correctis. duo. n. germani. s. Castor & Pollux q

dicunt hic castores in plurali a ꝑmogenito sic nominati audientes Helenam sororem suā esse raptam insecuti sunt per mare: & orta tempestate nusq̄ cōparauerunt. ꝓpter qđ gentiles crediderunt eos immortales esse factos: uocantes eos deos maris. ꝓpter hoc insigne habebat illa nauis. & cū uenissemus Syracusam. Sicilie ciuitatem: unde fuit beata Lucia: inde circūlegētes. i. circa Insulā nauigātes. deuenimus Regiū. nomē est loci. secunda die uenimus puceolos. hic est locus ultra Romā ubi Virgilius edificasse dicit balnea supponens titulos singulis. cōtra quas infirmitates ualerent. que salertani postea destruxerūt. & sic uenimus Romā. i. ꝑpe Romā. & inde cū audissent fratres. id ē Xp̄m Rome habitantes: ex quo patet q̄ Paulus non fuit ꝑmus qui predicauit Rome Xp̄m. occurrerūt nobis usq; ad Apii foꝝ. sic nominatū a quodā consule noīe Claudio Appio. a quo & uia Appia nuncupat ex tribus tabernis. est unū nomē compositū ex duobus integris: & est indeclinabile. propter qđ est hic accusatiui casus. est aūt nomē ꝓpriū cuiusdā notabilis domus tres frōtes cōsimiles habentis: in q̄ uēdebant uenalia ꝑ transeuntibus. & ubi hospitabant. quos cū uidisset Paulus gratias agēs deo de inuentione Xp̄ianoꝝ accepit fiduciā ꝓficiendi ibi in p̄dicatione Euangelii. Cū aūt. Hic cōsequenter describit manendi modus: & ꝑmo quātū ad Pauli cōditionē: cū dicit. ꝓmissum est Paulo ꝓmanere sibimet. i. ubi uoluisset. cū custodiente se milite. ita q̄ nō habebat carcerē clausum. Post tertiū. hic secūdo ponit modus manēdi: quantū ad occupationē Pauli. circa quā primo ponit narratio cause sue appellationis. secūdo ponit ab eo uerbū edificatiōis ibi. cū constituissēt. Circa primū dicit. cōuocauit ꝑmos iudeoꝝ. in qbus alii uirtualiter consistunt nihil aduersus plebē faciens aut morē paternū. nam in tēplo inuentus sum oblationes faciens scđm modū Iudeoꝝ. unctus ab Hierosolimis etc. ut patet supra. xxi. qui. s. Romani: cū interrogationē a me habuissent uoluerūt me dimittere ut innocentem ut patet supra. xxv. & . xxvi. contradicentibus aūt Iudeis: qa uolebant me occidere insidiis: ut patet supra. xxiii. & . xxv. coactus sum appellare cesarē. qa uidebā iudicē inclinatū ad faciendū Iudeoꝝ petitionem iniustā. non q̄si gentē meā. s. iudaicā habens aliqd accusare erga cesarē. ꝓpter hanc igitur causā. rogaui uos uidere ad ostendendū uobis innocentiā meā. ꝓpter spē enim Israel. de christo ꝓmisso in lege & prophetis. que in Iesu Nazareno impleta ē. & de resurrectione mortuorum. que in eius aduentu secundo implebitur. cathena hac circundatus sum. eo q̄ ista predicaui: & predicabo. cetera. patent usq; ibi. rogamus aūt a te audire qd sentis. de Iesu Nazareno. nam de hac secta. s. Xp̄ianoꝝ notum est nobis. qa ubicūq; ei contradicitur a ꝑncipibus Iudeoꝝ: ut patet ex supra dictis in multis & diuersis locis. Cū constituissent. Hic consequenter Paulus ad eoꝝ petitionē ꝓponit uerbū euangelice p̄dicationis. ꝓut subditur. quibus exponebat scripturas. ueteris testamenti. testificans regnū dei. i. ianuā beatitudinis apertā per passionem Christi suadēsq; eis de Iesu Nazareno: q̄ est uere Xp̄us ex lege Moysi & ꝓphetis id ē ex eoꝝ scripturis. a mane usq; ad uesperā. in quo apparet eius sollicitudo circa p̄dicationē. & quidam credebāt. a deo interius coacti. Io. vi. nemo pōt ad me uenire nisi pater q̄ misit me traxerit eū. quidam non credebant a deo propter sua demerita: reprobati discebant. s. non credentes. dicente Paulo. unū uerbū obstinatis. qa bene spiritussanctus locutus est per Esaiā Prophetā. vi. ca. uade ad populum istum etc. que autoritas hic allegata scđm translationē. lxx. refertur ad tēpus Christi secundū sensum litteralē: ut ibidē plenius dictum fuit pronuntians Iudeoꝝ obstinationē pro parte maiori in ꝑmo aduetu Christi. aure. s. corpali audientis & non intelligentis. quia Iudei audierunt p̄dicationē Christi & Apostoloꝝ eius & pro maiori parte ueritatem

ab eis dictã nó receperũt: credendo. & uidentes uidebitis: & non pspicietis. qa uiderũt miracula Christi corpalibus oculis. & non cognouerunt uirtutẽ sue deitatis. incrassatũ est. n. cor populi hic. methaphorica ẽ locutio: qa sicut grassitudo circa cor cõgregata suffocat uitã corporalem: ita malicia Iudeoꝝ aggregata in mente eoꝝ extinxit i eis uitã spiritualẽ. & auribus grauiter audierunt. dicentes Io. vi. durus est hic sermo. qs pót eũ audire. & oculos suos. s. mentales. compresserũt. i. a ueritate declinauerunt. ne forte uideant etc. hoc dicit ꝓpter libertatẽ arbitrii p quã poterant a ueritate auerti & ad eã conuerti: ad quã si conuersi fuissent gratiam sanantem diuinitus habuissent. notũ ergo sit uobis Iudeis. qm̃ gentibus missum est hoc salutare dei: Iudeis. n. repel/lentibus ꝓdicationẽ Apostoloꝝ ipsi predicauerunt gentibus ex ordinatione dei. sicut dixerunt Barnabas. & Saulus supra. xiii. uobis oportebat primũ loq uerbum dei: sed qm̃ repellitis illud & indignos uos Iudicatis eterne uite. ecce conuertimur ad gentes: sic enim nobis ꝓcepit dñs & ipsi audient. sicut patet impletũ p orbẽ terrarum. & cum hec dixisset exierunt ab eo Iudei indignati. quia gentiles eis ꝓponebat. multã inter se habentes questionẽ. nam aliqui credebant Paulo. aliq discredebãt. Mansit aũt. Hic secundo ponit ꝓdicatio Pauli indifferenter omnibus Iudeis: & gentilibus: cũ dicitur. mansit autem biennio toto. s. Rome in suo conducto. i. in hospitio ab eo locato: & suscipiebat oẽs indifferẽter q ingrediebant ad eum ad audiendũ uerbũ dei: predicãs regnũ dei. i. beatitudinẽ eternam. & docens que sunt de dño Iesu Xp̃o. ea que sunt necessaria ad salutẽ. cũ omni fiducia. de adiutorio saluatoris: sine ꝓhibitiõe impatoris ex hoc aũt q hic dicit mansit aũt biennio toto etc. & q docebat de Iesu sine ꝓhibi/tione: innuit ueri similiter q uult ad predicandũ in partibus occidentis: & maxime in Hyspania. sicut scripserat Romanis. xv. per uos ꝓficiscar in Hyspaniã. Paulus. n. anno. ii. Neronis. fuit adductus Romam & biennio mansit ibi: ut dicit hic. Nero aũt imperauit. xiiii. annis: in quoꝝ ultimo interfecit Petrꝝ & Paulum. & sic uidetur q tempore intermedio Paulus uerit ad predicandũ in partibus occidentis: & maxime in Hyspania. & postea redit Romã: ut circa finẽ Imperii Neronis ipse cum beato Petro per martyrii palmam transierunt ad gloriã. Ad quam nos perducat qui cum patre & spiritusancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Incipit postilla super Canonica beati Iacobi Apostoli.

Quattuor sunt minima terrre: & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Prouerbioꝝ. xxx. Septem epistole que canonice. id est regulares nuncupant edite sunt a quattuor apostolis Iacobo Petro Iohanne & Iuda. & in uno libro collocat. igitur de eaꝝ autoribus ministra/liter tñ. nã actor principalis est spiritussanctus. pót dici cõueniẽter uerbũ propositũ: quattuor sunt minima terre etc. in quo circa istos apostolos tria notantur in numerationis Typus quattuor sunt humiliationis actus minima terre contemplationis excessus. & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Circa primũ: sciendũ q q̃ternarius numerus est primus numerus q̃dratus quia cõsurgit ex ducti primi numeri. s. binarii in seipsum. bis duo enim quattuor sunt quadratura uero pfectionem uirtutis figurat. unde Philosophus primo Ethicorum: uirtuosum uocat q̃dratum. d. q utiq; uere bonus & quadratus sine uituperio. nã sicut corpus quadratum in quolibet latere optime sedet. ita uirtuosus in quolibet casu & fortuna bene se habet. isti uero quatttuor apostoli fuerunt uirtute perfecti. propter

quod in multis quatternarius sunt figurati. isti.n. sunt quattuor fluuii Paradisi aqua sapiētie militantē ecclesiā irrigantes Geñ.ii. quattuor aurei circuli in arca testamēti que Xp̄us est lateribus existentes.Exo.xxv.q̄ttuor uenti cele mortuos uiuificantes Ezechē.xxxvii.quattuor uiri in fornace tribulationis illesi p̄manentes. Dañ.iii. ubi dicit̄ q̄ species unius quasi speties filii dei quia beatus Iacobus dei filio Xp̄o Iesu in forma & figura corporis fuisse dicit̄ similimus. hi sunt q̄ttuor fabri cornua peccatoꝝ deicientes. tertio Actuū.i.& alii. plures quaternarii possent ad propositū induci de sacra scriptura.sed isti sufficiant. Circa secundū sciendū q̄ humilitas est decor & custos omniū uirtutū. Gregorius q ceteras uirtutes sine humilitate congregat.quasi puluerem inuentū portat.isti uero quattuor Apostoli sic ex eoꝝ actibus & doctrina patet fuerunt humilimi. quod notat̄ cum dicit̄. minima terre. unde q̄libet eoꝝ potuit dicere illud primo ad Cor.xv.ego sum minimus Apostoloꝝ. fuerunt enim isti Apostoli de natura principioꝝ.que sunt minima quātitate. sed maxima uigore & uirtute.sic isti Apostoli per ueram humilitatē minimi fuerunt in sua reputatione. & maximi p̄ p̄dicationem in fidelium multiplicatione secundū illud Esaie.lx.minimus erit in mille: & paruulus in gentem fortissimā. Circa tertiū cōsiderandū q̄ sicut dicit̄ Prouerbioꝝ.xi. ubi humilitas: ibi sapientia.propter quod circa istos Apostolos post actum humiliationis notatur excessus contemplationis cum dicitur. ipsa sunt sapientiora sapientibus. sapientes aūt huius mūdi reputati sunt Philo.q tñ ad ueram sapientiam que Xp̄s est: nō attigerunt.secundum q̄ dicit Hieronimus in epistola ad Paulinū:de omnibus sacre scripture libris.hoc doctus Plato nescuit.hic Demostenes eloquēs ignorauit. isti aūt Apostoli hanc sapientiā attigerunt.& sic sapiētiores sapientibus fuerunt.de quo p̄t exponi quod dicit̄ infra ad Cor.i.quod stultū est dei sapientius est hominibus.dei aūt fuerunt & sunt isti Apostoli tanq̄ membra p̄ncipalia corporis eius mistici:& licet stulti ac stolidi fuerunt a mundi sapientibus reputati:tñ fuerunt sapientissimi. sapientia.n. Phylosophoꝝ fuit deorsū p̄cedēs ex cognitiōe istoꝝ sensibiliū & corruptibiliū ducens in amorē terrestriū.propter q̄d hic dicit̄ terrena & Dyabolica.Iacobi.iii. sapientia uero Apostoloꝝ fuit desursum descēdens a patre luminū eoꝝ mentibus impressum per sanctumspiritū.propter q̄d fuit pudica:pacifica:modesta:suadibilis:bonis consentiēs plena misericordia. & fructibus bonis.quibus fruent̄ electi in aula glorie celestis ad quam nos perducat etc. .I.

Iacobus Iesu Christi. liber iste diuiditur in quattuor partes: secūdum quattuor Apostolos huius libri scriptores sicut dictū fuit de libro.xii. Prophetarum qui diuidit̄ secundū numeꝝ scriptoꝝ.partes aūt huius libri patebunt p̄sequendo. p̄ma p̄s continet epistolā sancti Iacobi:que diuidit̄ in duas partes.s.probemiū & tractatum. secunda incipit ibi.omne gaudium.In p̄ma parte describitur persona salutans ex noīe cum dicit̄ Iacobus. Iste ē Iacobus minor frater Iude Apostoli & filius Alphei.alius uero Iacobus q dicitur maior fuit frater Iohannis Apostoli & Euangeliste. & filius Zebedei.secundo ex religione cū dicit̄.Christi seruus.non aūt dicit Apostolus. quia scribebat conuersis ex iudaismo qui preferebant se conuersis ex gentilitate:ut patet Actuum.vi.& in epistolis Pauli in pluribus locis.propter quod ut eos induceret ad humilitatē exemplo sui non nominauit se Apostolū.q̄d nomen ē dignitatis.sed seruū q̄d nomen est subiectionis.Consequenter describunt̄ p̄sone salutate cū dicit̄.duodecim Tribubus.ex quo patet q̄ scribebat conuersis de Iudaismo.populus enim Iudaicus in duodecim Tribus diuidebatur.que sunt in dispersione.i.extra terram Iudee.illos enim qui erant inIudea poterat informare uerbo q̄ modus informandi efficatior est quam

ſcripto. erat enim Epūſ Hieroſolimitanuſ. & ſic illi qui erant in Iudea cuiuſ Metropoliſ eſt Hieruſalē erant de dyoceſi ſua. conſequenter exprimunt bona optata: cum dicit: ſalutem. ſ. per gratiā in preſenti. & p̄ gloriā in futuro. Omne gaudiū. Hic incipit tractatuſ in quo beatuſ Iacobuſ informat credenteſ bene ſe habere: primo reſpectu ſui: ſecundo reſpectu p̄ximi. ca. ii. tertio reſpectu dei ca. iii. ibi. adulteri. ſc̄m ordinem doctrine a magiſ notiſ ad minuſ nota procedendo. iſta tñ diuiſio non eſt ſic preciſa: quin in una parte ponat aliqd de pertinentibuſ ad aliaſ. & econuerſo. & hoc propter connexionē uirtutū. Circa primam partē conſiderandum q̄ reſpectu ſui bō bene ſe habet: per hoc q̄ temptationibuſ uiriliter reſiſtit. & per hoc q̄ ueritati humiliter acquieſcit. quia per primū uitant uitia: & acq̄runt uirtuteſ moraleſ per ſc̄m uero expellit ignorantia: & acq̄runt uirtuteſ intellectualeſ. ſecunda incipit ibi. ſciti fratreſ mei. prima diuidit in treſ. nam primo beatuſ Iacobuſ ponit ſuā informationē ſecundo infert intentam concluſionē ibi. gloriet aūt. tertio remouet erroneam opinionē ibi. nemo cum temptatur. prima adhuc in duaſ quia primo inducit ad reſiſtēdū temptationibuſ in caſibuſ certiſ. ſecundo in dubiis ibi. ſi quiſ aūt ueſtr̄. Ad euidentiā primi conſiderandū q̄ temptationeſ metū inducenteſ de amiſſione boni iam habiti: ſūt uehementioreſ q̄ille que inducunt ad appetitū de acq̄ſitione non habiti: unde dicit Aug. terrena diligunt. artiuſ adepta quam concupita conſtringant. nam illud uelut incorperata p̄ſcindunt. iſta uero uelut extranea repudiant. & quantomagiſ ſunt intrinſeca. tanto metuſ de amiſſione eſt uehementior. ſicut metuſ de amiſſiōe uite ſeu membroꝝ aliquoꝝ q̄ de amiſſione bonorum poſſeſſoꝝ. & ideo qui bene reſiſtit temptationibuſ iſtiſ bene poteſt reſiſtere & aliiſ. quia ſecundū q̄ dicit beatuſ Aug. non eſt conſentaneum rationi cupiditate eum uinci: qui metu non frangitur. & ideo beatuſ Iacobuſ docēſ reſiſtere temptationibuſ ponit exemplū de temptationibuſ metum inducentibuſ de amiſſione boni iam habiti cuiuſmodi ſunt perſecutioneſ in perſoniſ uel rebuſ iam poſſeſſiſ. dicit igitur. omne gaudiū. i. celeſte gaudiū quod includit in ſe perfectionem eminentiuſ. omniſ boni gaudii. eſtimate fratreſ mei finaliter conſequi. cum intemptationibuſ uariiſ incideritiſ. ſi fortiter eiſ reſtiteritiſ. ſcienteſ q̄ probatio fidei noſtre in perſecutionibuſ. per quaſ declarat bō fideliter adherere deo q̄n̄ p̄ aduerſa quecunq; non ſeperat ab eo. patientiā operat. nam per talem ſufferentiā frequētatā uirtuſ patiētie acq̄rit. per quē quidem habitū ſufferentia taliū que primo ſibi erat difficiliſ redditur faciliſ patientiaaūt opuſ perfectū habet. in perſecutionibuſ. n. illud q̄d occurrit primo ſuſtinenti eſt triſticia. ex hoc ulteriuſ inſurgit ira. que eſt appetituſ uindicte contra perſequentem. & tertio odiū. uirtuſ patiētie aufert triſticiā iſtam. ut patet ex dictiſ. & ſic preſcindit radicem duobuſ aliiſ. quia qui non triſtatur in perſecutione non iraſcit contra perſequentē. nec odit eū. ideo bene dicitur quod in hoc habet opuſ perfectum propter quod ſubditur. ut ſitiſ perfecti & integri. quia q̄ bene reſiſtit temptationibuſ iſtiſ de facili reſiſtiſ aliiſ. ut ſupra dictū eſt. in nullo deficiēteſ quia ſicut ſcriptū eſt non ſolum per hoc euitantur uicia: ſed etiam acquiruntur oppoſite uirtuteſ. Si quiſ. Hic conſequenter docet reſiſtere tēptationibuſ in caſibuſ dubiis temptatur enim quiſ aliquando de aliquo perpetrando quod ignorat eſſe licitum. & aliquando de malo ſub ſpecie boni. propter quod ad reſiſtēdū temptationū in huiuſmodi caſibuſ neceſſe habet ab aliquo dirigi. infallibile uero directiuū ē ipſe deuſ: q nō deficit ad ſe ueraciter recurrentibuſ. quia ſicut natura non deficit in neceſſariis multo minuſ actor nature. propter quod taleſ dirigit per ſeipſum uel per miniſterium. ſicut patet Actuū. x. de cornelio ad cuiuſ directionē miſit Petr̄. ideo dicit beatuſ Iacobuſ

si quis autem uestrū indiget sapientia. quod contingit in dubijs. postulet a deo qui det omnibus affluenter.nam omnibus hominibus dat bona nature: que sunt magna ualde & super hoc se disponentibus dat bona gratie: que sunt maiora & pseuerantibus bona glorie que sunt maxima. & non improperat. s. gratis nam frequenter ingratis Iudeis improperauit p prophetas beneficia eis exhibita: in exitu de Egypto in deserto. & in terra promissionis. & dabit ei. nā petitio semp exaudit qñ fit pie pro se & pseuerāter postulet aūt i fide Iesu Christi. nihil hesitās.de diuina potestate. & etiā uolūtate dādi petentibus debite. s. pie per se perseueranter. qui enim hesitat. de potestate uel uolū/tate diuina. similis est fluctui maris. quia est instabilis non habens mentem in deo sta/biliter fixā. non ergo estimet hō ille. q accipiat aliqd a dño de pertinentibus ad bona gratie. qa nature bona sunt bonis & malis cōmunia. Mat. v. q solē suū oriri facit sup bonos & malos etc. si autem aliquis hesitet de proprio defectu impetendo dubitās ne petat insufficienti modo p tali hesitatione non impeditur sue postulationis exauditio si hesitans de deo impeditur de quo ad huc subdit. uir duplex animo. nunc deo adherēs nunc mundo. inconstans est in oībus uijs suis. i. in operibus suis nihil ducens ad pfectū Glorietur. postq̄ beatus Iacobus iduxit ad resistendū persecutionibus. hic cōsequēter concludit intentū suum. s. q non solum sunt sustinende patienter: sed etiā gaudenter propter p̄mium. secundū q dicit saluator Mat. v. beati estis cum maledixerint uobis homines: & persecuti uos fuerint etc. sequitur gaudete & exultate qm̄ merces uestra copiosa est in celis. & hoc est quod dicitur. gloriet autem frater humilis. i. abiectus & depressus. in exaltatione sua i celestibus futura. diues aūt in humilitate sua. byronica est locutio. ut dicit glosa cui concordat sequens littera cū dicit qm̄ sicut flos feni transi/bit. i. cito deficiet eius potentia: & ponit exemplū sensibile dicens. exortus est enim sol iusticie cum ardore. existens in cancro uel leone. & arefecit fenum. qa defecit eius uiror & decor: & applicat ad propositum. d. ita & diues in itineribus suis. s. potentia & gloria. marcescet. s. in morte & aliqñ etiam ante mortem. beatus uir in spe q sufferet temptationem. ita q non uincit ab ea: sed uincit eam. qm̄ cum probatus fuerit. sicut aur̄ in fornace. accipiet coronam uite. & tunc erit beatus in re. quā repromisit deus diligētibus se. quia nihil est acceptū deo nisi fiat ex caritate. i. Cor. xiii. si distribuero omnes facultates meas in cibos pauper̄ etc. sequit caritatē aūt non habeam nihil mihi prodest. Nemo cū temptatur. Hic consequenter circa predicta remouet errorem duplicem. secūdū remouet ibi. nolite itaq; errare. Circa primū sciendū q quia potētie anime sunt a deo & actus ear̄: ideo dixerunt aliqui q temptatio inducens ad malum est a deo: ita q deus est actor mali culpe: uolentes propter hoc sua peccata excusare propter quod remouet hoc dicens. nemo cum temptat. i. per temptatiōem ad peccatū inducit. dicat qm̄ a deo temptat. qm̄ hoc est falsum: deus enim nō temptator ē malor̄ sed bonor̄ tm̄: sicut dicit Gen̄. xxii. temptauit deus Abraham ut eius innocentia ino/tesceret alis. & daretur alis in exēplū. ipse enim neminē tēptat. inducens eum ad pec/candū. unusq̄sq; uero temptatur. tali temptatione ad peccatū inducēte. a cōcupiscētia sua. inordinata: propter quod dicit Augustinus. xiii. de ciuitate dei q amor sui usq; ad contemptū dei facit ciuitatem diaboli: ad quā pertinet hō per peccatū generaliter & ideo amor sui tendens ad cōtemptū dei qui est idē quod cōcupiscētia inordinata ē causa omnis peccati: & subditur processus cum dicit. abstractus & illectus. quia p̄mo insurgit complacentia seu delectatio absq; consensu perfecto: & tunc stat interminis peccata uenialis. deinde cōcupiscētia cum concepit. i. inualuerit. parit peccatū iducens ad consensum perfectum. peccatum uero cum confirmatū fuerit. in opore exteriori

generat mortem. nam inducit ad reiterationem & consuetudinem: ad quam sequitur obstinatio que est mors anime. nec argumentū inductū ꝙ deus sit actor peccati ualet. quia actus peccati inquantū actus est aliquod ens & bonum: & ideo reducit in deum sicut in causam prima m & efficientem. sed inquantum malus est priuatio. nec habet causam efficientē. s. maliciam uoluntatis: uel eius defectum sicut motus claudicationis est a uirtute gressiua effectiue: deformitas aūt talis motus est ex curui/tate tibie. Nolite. hic remouet secundum errorem: quia sicut aliqui dixerunt deū esse actorem peccati ut dictum est ita alii dixerūt bonū meriti esse ab homine. s. pelagiā: dicentes hominem siue gratia uitā eternam posse mereri: quod remouet dicens. nolite errare. & subdit in quo. omne datum optimū. ꝙ est bonū meritoriū faciens hominem eterna uita dignū. & omne donū perfectū. i. donū gratie desursum est descendens a patre luminatū. & non ab homine solū quia bonum meritorium excedit ꝓportionē nature creature: sicut & in finis ad quem ordinat secundū illud. ꝑma Cor. ii. oculus non uidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit etc. apud quem nō est transmutatio. immutabiliter enim facit mutabilia: sicut intellectus noster immaterialiter intelligit materialia. unde Boetius dicit de consolatione immobilisq; manens: dat cuncta moueri. & idē declarat. Aristotiles. viii. Physicoꝝ. nec uicissitudinis obūbratio nam in eo non sunt plures actus intelligendi & uolendi sibi succedētes sed unico actu simplicissimo & eterno intelligit & uult se & omnia. uolūtarie genuit nos uerbo ueritatis. id est per uerbum incarnatum: quod est ipsa ueritas Io. xiiii. ego sum uia ueritas: & uita ut simus inicium aliquod creature eius. quantū ad esse gratie. quod hic inchoatur & perficit in celo. quia gloria est gratia cōsumata. Scitis fratres mei. postq̄ beatus Iacobus induxit fideles ad resistendū temptationi: hic consequenter eos īducit ad acqescendū ueritati. & primo eam deuote audiendo. secundo ope ad implēdo ibi. estote aūt factores. Circa primum dicit. scitis fratres mei dilectissimi. id est scire debetis quod subdit. sit aūt omnis homo uelox ad audiendū. ueritatis uerbum. tardus autem ad loquendū. nam hoc pertinet ad doctoris offitium. ad quod se ingerere ē ꝓsumptuosum. & tardus ad iram. nam ira per uitiū oculum mentis excecat. & ira que ē per zelū ipsum aliqñ perturbat. ut dicit Grego. v. moraliū. ira enim uiri. que ē per uitiū iusticiam dei non operatur. minus dicit & plus significat. nam ira que est per uitiū. nō solum iusticiam omittere facit: sed etiam frequenter ad faciendū iniusticiam inducit. Consequenter propositum concludit. d. propter quod abicientes omnem immunditiā corporis & anime: que intellectum hebetat. & abundantiam malicie. id est ire processum & augumentum usq; ad opus iniusticie: quod intellectum excecat ut dictum est. in mansuetudine suscipite insitum uerbum. i. uerbum fidei: quod mentibus humanis debet inseri. est autem mansuetudo tractabilitas quedam mentis propter quod est debita dispositio ad recipiendum impssionem uerbi diuini. sicut cere tractabilitas ad impressionem sigilli. Estote. Hic consequenter inducit ad acquiescendum ueritati ipsam opore adimplendo. & ꝑmo facit propositū. secundo remouet oppositū ibi. si qs autem. Circa primum dicit. estote aūt factores uerbi & non auditores tm̄. precepta enim diuina saltem in pluribus sunt de operabilibus: & ideo non sufficit auditus sed requirit opus: propter quod dicit Philosophus ꝑmo Ethicoꝝ. ꝙ illi qui sunt contenti scīētia moralia absq; ope sunt similes illis q attēte medicos audiūt. sed nihil faciūt eoꝝ que dicunt. & sicut isti non habent corpus bene curatum. sic nec illi animam. propter quod de tali auditore subditur. hic conparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis sue. i. uultum suū corporalem in quo est natus. in speculo in quo uidetur umbratice

& imperfecte. propter quod talis cosideratio paruam aut nullam facit impressionem. & sic est de auditu preceptoꝝ dei sine operatione, qui aũt prespexerit in lege pfecte libertatis. i. in lege Euangelica: que dicitur lex libertatis. tũ quia lex est amoris. lex aũt uetus fuit lex timoris. Aug. in lib. cõtra Adamatiũ. breuis differẽtia legis & Euãgelii timor & amor. timor autem respicit cõditionem seruilem. amor aũt liberam. tum quia lex noua liberat a seruitute & onere legis ueteris: ut frequenter dictũ est supra. & permanserit in ea. secundum eam uiuendo. hic beatus in facto suo erit. i. ex opere suo. Si quis. Hic consequenter remouet oppositum. quia aliqui uolebãt uiuere ociosi credentes ꝙ eis sufficeret ad salutem susceptio fidei propter quod hoc improbat. d. si quis aũt putat se religiosum esse. id est uerum & perfectum Christianum. nõ refrenans liguam suam. iactãdo se ꝙ credere sibi sufficit ad salutem sed seducens cor suum per falsam oppinionem. huius uana est religio. quia non dicit ad finem debitum sicut medicina dicitur uana que nõ inducit sanitatem religio autem. s. Christiana. munda & immaculata apud deũ. id est accepta apud deum. hec est uisitare pupillos etc. id est exercere se in operibus misericordie erga proximũ: & in opibus mũdicie erga se ipm.

FRatres mei. postq̃ beatus Iacobus iformauit fideles ad bñ se habendũ .II. respectu sui. Hic cõsequẽter idẽ facit respectu ꝓximi. & diuidit in duas ptes. qa primo inducit fideles ad bene se habendum ergra proximum in collatione boni. scõdo in euitatione mali. ca. iii. prima in duas. quia primo facit propositũ in collatione boni honorabilis. secundo in collatione boni utilis ibi. sic loquimini. Ad euidentiam autem primi. duo sunt premittenda. primum est quid sit acceptio personarum. secundo q̃liter habet locum in exhibitione bonorum. Circa primum sciendum ꝙ equitas distributiue iusticie in hoc consistit ꝙ aliqua diuersis distribuuntur secundum proportionem ad dignitatem uniuscuiusq;. propter qđ si in tali distributione attendatur ad causam per quam aliquis proportionatur ad tale donum. tunc fit secundum equitatem iusticie distributiue. ut sic cancellarius Parisiẽsis promoueat aliquẽ ad magisterium attẽdens ad sufficientiam sue scientie per quã efficit̃ proportionatus siue dignus respectu talis honoris si autem attendat personam tantum uel quamcunq; causam aliam que non facit ad hoc: ꝙ proportionetur ad talem honrem: ut quia est consãguineus uel cõpatriota: uel diues: uel aliqđ tale: facit contra equitatem iustitie distributiue. & ꝑ cõsequens peccat. quia nõ opponitur uirtuti nisi uitium. & tale peccatũ uocatur acceptio persone seu personarum. contingit tamen aliquam persone condictionem facere eam dignam respectu unius rei: & non respectu alterius. sicut consãguinitas facit aliquẽ dignum: ut instituatur heres patrimonii: non autem ut detur ei magisteriũ uel ꝓlatio ecclesiastica. Circa secundum sciendum ꝙ honor datur alicui in testimonium uirtutis iii. Ethicorum. & ideo sola uirtus est causa debita honoris exhibendi. & hoc cõtingit dupliciter. uno modo uirtus propria & sic uirtuoso debetur honor. Alio modo uirtus aliena: & sic principes & prelati sunt honorandi. etiam si sint mali inquantum gerunt personam dei & communitatis cui presunt. & eadem ratione parentes & dñi propter participationem dignitatis diuine. quoniam deus est omniũ pater. & dominus. similiter & senes ꝓpter signũ uirtutis quod ẽ senectus. & similiter diuites: quia maiorem locũ optinent incommunicatibus. Si autem solo intuitu diuitiarũ honorantur ẽ acceptio personarum: & sic peccatũ. & sic loqtur Gregorius Omelia. xxviii. superbia uestra retunditur qua in hominibus non naturam q̃ ad imaginem dei facti sunt: sed diuitias honoramus. his ergo premissis accedamus ad litteram. in qua beatus Iacobus excludit a fidelibus personarum acceptionem per quam indebite honor exhibetur. & sic eos

reducit ad debitã honoris exhibitionem. ī quo sic procedit. quia primo ponit intẽtũ. secundo inducit exemplum ibi. etenim. tertio probat assumptum ibi. audite fratres. quarto excludit falsum intellectum ibi. si tamen. Circa primum dicit nolite in personarum acceptione habere fidem. inducendo ad fidem uel recipiendo ad eam p̃ aministrationem sacramentoꝝ. uel nutriendo in fide per bonam exhortationem: cũ p̃sonaꝝ acceptione. quod fit quando in istis debita causa non attenditur. ut patet ex p̃dictis sed indebita. s. attendendo ad p̃priũ questum uel aliquod huiusmodi. p̃pter qđ p̃dicta non habent exerceri. si autem attendantur ad honorem diuinum & ecclesie bonum: & deuotionem recipientis fidem: uel exhortationem: non est acceptatio personarum in talibus. si predicta magis exhibeantur aliquibus quam alijs secundum maioritatẽ deuotionis ipsorum uel honoris diuini & ecclesie sicut conuersio constantini ad fidẽ ex cuius exemplo multi ualde uenerunt ad fidem. & ex eius facto ecclesia est promota & honorata: quasi per totũ orbem. & sic etiam laborare ad conuersionẽ & nutritiõem in fide diuitum: & potentum magis quam pauperum. non est acceptio personarum: attendendo ad bona que ex ipsis prouenire possunt: magis quam ex pauperibus. dñi nostri Ihesu Christi glorie. id est fidem Christi. qui est dominus & dator glorie: non secundum acceptionem personarum. sed secundũ meritorum gradus & proportionem Et enim si introierit. Hic consequenter ponit exemplum ad propositum de paupere & diuite ingredientibus congregationem fidelium in ecclesia. & potest dupliciter intelligi. uno modo de paupere & diuite infidelibus. qui sunt ad fidem inducendi. Alio modo de paupere & diuite fidelibus. qui sunt in fide nutriendi. Si igitur pauper infidelis uel fidelis sic contentantur q̃ de eius conuersione & nutritione in fide parum aut nihil curetur: semper est peccatum. Similiter si diues propter diuitias tantum in istis pauperi preponatur: quia utrobiq; est acceptio personarum: & ī istis duobus casibus uidetur loqui beatus Iacobus. Si autem diues prohonoretur seu preponatur in p̃dictis pauperi: non habendo respectum ad diuitias precise: sed ad bonum quod ex eius conuersione uel nutritione in fide probabiliter estimatur prouenire: non uidet̃ esse personarum acceptio: nec peccatum. & sic intelligenda est littera hec. cum subditur. & si ei dixeritis. s. diuiti. tu sede hic. bene attendendo ad diuitias precise. pauperi aũt dicatis tu sta illic bene etc. ipsum cõtemnendo. uel propter paupertatem precise: ip̃m minus a deo amabilem & honorabilem iudicando: ideo subditur. & facti estis iudices cogitationum iniquaꝝ. Audite. Hic consequenter probat suppositum. scilicet q̃ diues propter diuitias precise non est magis honorabilis nec pauper propter paupertatem contemptibilis: & hoc dupliciter. primo diuina autoritate: cum dicitur. nonne deus elegit pauperes. ut patet de Apostolis. tamen a principio elegit aliquos diuites. ut Zacheum. & Lazarum. diuites in fide. etc. quasi dicat ei debetis conformari & debet sic in ecclesia fieri. quia pauperes in temporalibus: diuites tamen in spiritualibus. sic q̃ ex eorum spiritualibus diuitis magis prouenit honor diuinus: & bonum ecclesie diuitibus in temporalibus sunt prebonorandi. secundo hoc idem probat ex diuitum austeritate dicens. nõne diuites per potentiã opprimunt uos? in bonis possessis damnificãdo & ipsi trahunt uos ad iudicia. ut condemnemini in personis ad mortem. hec enim frequenter fiebant in ecclesia primitiua. tertio hoc probat ex diuitum malignitate dicẽs. nonne ipsi blasphemant nomen bonum. scilicet Iesu Christi. q̃ sicut dicit Bernhardus est mel in ore: melos in aure: iubilus in corde. Si tamen. Hic remouet falsum intellectum circa precedentia. ex his enim que dixit de diuitibus posset aliquis credere q̃ essent a fidelibus odiendi. quod remouetur dicens si cum legem regalem perficitis. id ẽ

a Rege regum datam ſecundum ſcripturaſ ueteriſ teſtamenti ac noue legiſ. diligeſ proximum tuum ſicut teipſum. id eſt ad eandem beatitudinē conſequendam. & noīe proximi intelligitur omniſ homo. qa ad imaginem dei factuſ & ad beatitudinē aptuſ. ſi autem perſonaſ accipietiſ. modo predicto: redarguti a lege. Deut. primo ita paruū audietiſ ut magnum. nec accipietiſ cuiuſq; perſonam: & ſubdit malum quod inde ſeqt̄: cum dicitur. quicunq; autem. quod eſt intelligendum de pena damni. que eſt carentia diuine uiſioniſ quā incurrit hō per unam tranſgreſſionem diuine legiſ. quia peccatū mortale eſt tranſgreſſio legiſ diuine. ſed penam ſenſuſ incurrit grauiorem. qui plureſ tranſgreſſioneſ facit. & q̄ de pena damni intelligatur. littera ſequenſ oſtendit. cū dicit̄ qui enim dixerit non mechaberiſ etc. ab una enim deo ſunt omnia precepta: propter quod & per uniuſ tranſgreſſionem offenditur: & perconſequenſ eiuſ uiſio tollitur. Sic loquimini & ſic facite. Hic conſequenter beatuſ Iacobuſ informat fideleſ de col/ latione boni utiliſ que conſiſtit in operibuſ miſericordie. & diuiditur in duaſ parteſ. quia primo facit propoſitum. ſecundo remouet oppoſitum ibi. quid proderit? Circa primum dicit. ſic loquimini & ſic facite: ut opera ueſtra ſint uerbiſ conformia & q̄liter ſubdit. ſicut per legem libertatiſ. id eſt legem Euangelicam. incipienteſ iudicari. id eſt ad iudicium futurum debite diſpoſitum ubi dabit̄ ſententia beatitudiniſ conſequende pro operibuſ miſericordie. Matthei. xxv. uenite benedicti patriſ mei etc. & ſubditur Eſurui & dediſtiſ etc. iudicium enim ſine miſericordia etc. Mat. xxv. Ite maledicti in ignem eternum etc. ſequitur. eſurui & non dediſtiſ mihi manducare etc. ſuperex/ altat anima mea iuditio. nam in caſibuſ dubiſ inter iuſticiam & miſericordiam ſemper declinandum eſt ad partem miſericordie. Vnde dicit Ra. Sa. ſuper Exo. conſtitutū q̄ apud Hebreoſ fuit antiquituſ cōſtitutum q̄ ſi maior parſ iudiciſ in uno cōdemnet aliquem ad mortem: non propter hoc interficienduſ eſt ſed expectanda eſt maior deliberatio. ſi autem maior parſ in uno liberet eum eſt liberanduſ. Quid proderit. Hic conſequenter remouet oppoſitum ſcilicet q̄ fideſ ſine operibuſ miſericordie ualeat ad ſalutem: & hoc remouet primo per rationem. ſecundo per exemplum ibi. uiſ aūt ſcire. Circa primum ponitur quadruplex ratio. prima accipitur ex defectu taliſ fidei. & eſt taliſ. illud q̄ eſt mortuum ſpiritualiter nō poteſt ſaluare eternaliter. fideſ ſine operibuſ eſt huiuſmodi. quia uiuificatur per caritatem. amor autem dei nunquam eſt otioſuſ operatur enim magiſ ſi eſt. ſi autem renuit operari amor non eſt. ut dicit Gregoriuſ Omelia. xx. & hoc eſt intelligendum habita opportunitate operandi. propter quod fideſ que per dilationem non operatur mortua eſt. & ſic inefficax ad ſalutem. & hoc eſt quod dicit. quid proderit fratreſ mei etc: quaſi diceret nihil ad ſalutem. Si autem. Hic ponitur ſecunda ratio que accipitur ex ſimili. fideſ enim ſine operibuſ ſimiliſ eſt uerbiſ ſine effectu. ſed tale uerbum nihil proficit ſicut ſi aliquiſ dicat famelico uade & comede. & non det ei aliquid ad comedendum. tale uerbum nihil prodeſt: ſed magiſ eſt fruſtratoriū & deriſorium. & hoc eſt quod dicitur. Si autem fratreſ ſint nudi etc. & patet littera ex dictiſ. Sed dicet quiſ. Hic ponitur tertia ratio: que accipitur ex obprobrio quod poteſt inferri ſic credenti. quia non poteſt oſtendere fidem ſuam: ſi requiratur que non uerbiſ ſed operibuſ uere oſtenditur. & hoc eſt quod dicitur. ſed dicet quiſ. id eſt poteſt dicere rationabiliter improperando ſic credenti. tu fidē habeſ ſecundum dictum tuum. oſtende mihi fidem tuam ſine operibuſ. quaſi diceret non po/ teriſ: ſed ego potero qui opera habeo. Tu crediſ. Hic ponitur quarta ratio & accipit̄ ex demonibuſ: qui credunt ex euidentia ſignorum & contremeſcunt timore penarū & tñ hoc non ualet eiſ ad ſalutem. quia nō poſſūt agere opuſ meritorium: & ſimiliter

ſuo modo fideſ que non operatur per dilectionem: non proficit ad ſalutem. Viſ aũc ſcire. Hic conſequẽter dictum erroꝝ remouet: per exemplũ duplex. ſecundũ ponit ibi. ſimiliter autem. primum eſt ipſius Abrahe: cui p̃ponit inuebẽdo cõtra aduerſariũ dicenſ. uiſ autem ſcire per exempla. o homo in aniſ. dicitur autem homo inaniſ qui nõ ſequitur finem debitum: ſicut medicina que non inducit ſanitatem & eadem ratione homo qui per opera bona non conſequitur beatitudinem. quoniam fideſ ſine opibuſ ocioſa. quaſi diceret oſtendam tibi per exemplum patriſ noſtri Abrahe. Ideo ſequitur Abraham pater noſter nonne ex operibuſ iuſtificatuſ eſt? quaſi diceret ſic. ſed cõtra hoc uidetur dictum Apoſtoli Ro. iii. ſi enim Abraham ex operibuſ legiſ iuſtificatuſ eſt habet gloriam: ſed non apud deum. & ibidem. tertio ca. ex operibuſ legiſ non iuſtificabitur omniſ caro. dicendum q̃ Apoſtoluſ ibi loquitur contra illoſ q̃ cerimonialia opera legiſ dicebant neceſſaria ad ſalutem. que tñ iam caſſauerant in morte chriſti quantum ad efficatiam. hic autem ponitur exemplum de obedientia Abrahe ad deum procedente ex magna dei dilectione que ſemper manet efficax ad ſalutem: cũ dicit. offerenſ Iſaac filium ſuum ſuper altare. Geñ. xxii. paratuſ illum immolare ex fide & dilectione ad deum: ut habetur Hebreorum. xi. credenſ q̃ amortuiſ poſſet eum ſaluare deuſ. ideo ſubditur. uideſ quoniam fideſ cooperabatur operibuſ illiuſ. que non eſſent meritoria ſine fide ſine q̃ impoſſibile eſt placere deo. Hebreo. xi. & ex opibuſ fideſ cõſũmata eſt. habituſ enim firmatur & manifeſtatur per opera. & ſimiliter magnitudo fidei Abrahe apparuit ex eiuſ obedientia filium offerendo. propter quod cũc ſibi dictum fuit a domino. nunc cognoui q̃ timeaſ dominum. id eſt cognoſcere feci alioſ. notitie enim dei nihil accreſcit de nouo & ſuppleta eſt ſcriptura. dicenſ credidit Abraham deo. hoc enim dictum fuit Abrahe Geñ. xv. non ſolũ anteq̃ offerret Iſaac ſed etiam antequam eſſet. ſed ex oblatione Iſaac ſcriptura dicitur eſſe ſuppleta inquãtum per hoc magnitudo fidei Abrahe fuit aliſ declarata ut dictum eſt. & cõcludit intentum. uideti ſquoniam ex operibuſ iuſtificatur homo & non ex fide tantum. ita q̃ utrumq; eſt neceſſarium ad iuſtificationem. nam fideſ que non operatur p̃ dilectionem mortua eſt. & informiſ. & iterum opera ſine fide non ſunt deo placentia. ut predictum eſt. Similiter. Hic ponitur ſecundum exemplum de Raab. que ex fide unius ueri dei ſaluauit exploratoreſ Iudeorum. ut habetur Ioſue. ſecundo. & p̃ hoc appoſita eſt ad populum Iſrael. Ioſue. vi. & conſecuta eſt ſalutem ex fide. ſimiliter & operibuſ. & hoc eſt quod dicitur. ſimiliter autem. & patet littera uſq; ibi. & p̃ aliam uiam eicienſ. recepit enim eoſ per ianuam: & emiſit per feneſtram. & ſuaſit eiſ declinare ad montana ne reperientur a p̃ſecutoribuſ in ſtrata publica. & ſic infert cõcluſio intenta cum dicitur. ſicut enim corpuſ ſine ſpiritu mortuum eſt. quia dat uitam corpi ita & fideſ ſine operibuſ. id eſt ſine dilectione operante: que eſt uita anime primo Io. tertio tranſlati ſumuſ de morte ad uitam quoniam diligimuſ etc .III.

NOlite plureſ magiſtri etc. Poſtq̃ beatuſ Iacobuſ docuit fideleſ bene ſe habere ad proximũ in collatione boni. Hic conſequenter idem facit in euitatione mali. & primo in uerbo. ſecundo in facto capitulo q̃rto. Prima in duaſ. quia primo oſtẽdit mala ex uitio lĩgue prouenientia: propter que debet ab omnibuſ refugi. ſecundo bona ex taciturnitate ſequentia: propter que debet ab omnibuſ captari: ibi. quiſ ſapienſ. Prima in duaſ. quia primo declarat malum loquacitatiſ in doctrina. ſecũdo in communi uita ibi. in multiſ. Circa primum ſciendum q̃ ex oquacitate prouenit q̃ aliqui preſumptuoſe docere uolunt quod neſciunt: contra quoſ dicit. nolite plureſ magiſtri fieri: n ã docere eſt opuſ ſapientiſ: quorum paruuſ ẽ numeruſ. ſtultorum aũt

infinitus. eccleſiaſtes. ꝑmo ſcientes qm̃ matus iudiciũ ſumitis. id ẽ matorẽ cõdemnationẽ incurritis quia tales magiſtri facitunt alios errare: & per hoc multipliciter damnationẽ incurrunt. Matthei. xv. Si cecus ceco ducatum preſtat ambo in foueam cadunt. In multis. Hic conſequenter oſtendit malum loquacitatis in communi uita: & hoc ex quattuor ſcilicet quia inficit communiter multipliciter incurabiliter & innaturaliter. ſecundum ponitur ibi. poteſt etiam. tertium ibi. omnis enim natura. quartum ibi. in ipſa benedicimus. Circa primum dicit. In multis enim offendimus omnes. & maxime in uerbo: quia lingua ſita eſt in lubrico. propter quod citius mouetur ad malum q̃ alia mẽbra. Ideo ſubdit ẽ ſi qs in uerbo nõ offẽdit ꝑfectus eſt uir. quia facilius cuſtodiuntur alia membra: & quia pauci ualde ſunt perfecti. eccleſiaſtes ſeptimo uirum de mille unum reperiri. ideo uitium lingue inficit communiter. Poteſt. Hic conſequẽter oſtendit ꝙ inficit communiter multipliciter premittẽs ad hoc triplex exemplũ. ꝑmum eſt animale: nam equus qui eſt animal magnum circunducitur cum freno paruulo. ſecundum artificiale quia nauis magna mouetur cum paruo gubernaculo. tertiũ naturale: quia modicus ignis magnam ſiluam incẽdit. & eodẽ modo lingua que ẽ modicũ membrum multa mala facit per cõtentiones per detractiones & huiuſmodi. ita ꝙ fere omnia mala prouenium ex uitio lingue. & ex dictis patet littera paucis exceptis que diſcurrentur. poteſt etiam freno circunducere totum corpus. ſcilicet animalis magni. & magna. ſcilicet mala. exaltat. id eſt prouocat. ecce quantus ignis. id eſt quã modicus & lingua. ſcilicet mala: ignis eſt. accẽdens contentiones ſeductiones & alia mala. ideo ſubditur. uniuerſitas iniquitatis. ſupple eſt mala lingua uirtualiter que maculat totum corpus. nam in alia membra redundat malum eius. & inflammat rotam natiuitatis ueſtre. id eſt curſum uite ueſtre: qui aſſimilatur rote que incipit & terminat̃ in eodẽ puncto. & ſic homo naſcitur impotens & ignorans: & ſi moritur naturaliter reddit ad eundem ſtatum de communi curſu. inflammata a Iebenne. id eſt a diabulo qui ſic nominatur: eo ꝙ Iebenne deputatur. Omnis enim natura. Hic conſequenter oſtendit ꝙ inficit incurabiliter: quia lingua mala non eſt domabilis ſicut cetera membra: que poſſunt ligari & a ſuis actibus impediri. non ſic autem lingua niſi preſcindatur. & hoc eſt quod dicitur. omnis enim natura beſtiaꝝ etc. hic uidemus ad ſenſum ꝙ multa animalia ferotia domantur ab homine. linguam autem. maliloquam hominũ nullus. quãtũcunq; ſapiens domare poteſt & ſubditur. eſt enim inquietũ malum. qa ſita ī lubrico ut dictum eſt. & plena ueneno. detractionis. mortifero. nam detractor interficit eum de quo detrahit ꝑ infamiã: et eũ q libenter audit & ſeipſum per culpam. In ipſa. Hic conſequenter oſtendit quitiũ lingue inficit innaturaliter. contra. n. curſum nature eſt quod ex eodem principio procedunt contraria. nam contrariorum contrarie ſunt cauſe. & tamen ex eadem lingua ꝓcedunt contraria. ſcilicet benedictio & maledictio. & hoc eſt quod dicitur. In ipſa benedicimus deum patrem. pro beneficiis ſuis. & ī ipſo maledicimus homines. qui frequẽter ſunt innocentes qui ad ſimilitudinem dei facti ſunt & ſic maledictio redundat in deum. ſicut uituperium factum imagini reddundat in ipſum. non oportet fratres mei hic ita fieri. qa uidentur nature contrariari: & ſubdit ad hoc exemplum de fonte. & patet littera. & ficus que non producit uuas. qa hoc eſſet contra eius naturam: & ſimile eſt quodammodo de lingua que creata ad benedicendum. & ideo maledicere eſt ei innaturale. & de aqua ſalſa que non fit dulcis ſed manet in proprietate nature ſue: lingua autem maledicta tranſmutatur a natura ſua ut dictum eſt. Quis ſapiens. poſtq̃ beatus Iacobus oſtendit mala ex loquacitate prouenientia: propter qđ eſt fugienda. Hic conſequenter oſtẽdit bona ex taciturnitate

prouenientia: propter que est appetenda. hic autem bona sunt sapientia & disciplina & eis annexa que beatus Iacobus primo proponit. secundo sapientiam distinguit. ibi. ꝙ si zelum. Circa primum sciendum ꝙ ex taciturnitate que consistit specialiter bonos audiendo: prouenit disciplina. nam discipuli boni propriū est audire. ex auditu uero sapientia acquiritur. & acquisita augmentatur. Prouerbiorum primo. Audiēs sapiens sapientior erit. & sic ulterius sapientia in bonis operibus manifestatur. & hoc ē quod dicitur. quis sapiens & disciplinatus inter uos. secundum habitum acquisitum: uel infusum: uel utroq; modo. quia sapientia acquisita bene disponit ad sapientiā infusā. sicut patet de Dañ. & sociis eius. Dañ. primo. ostendat in bona conuersatione. id est perfectum exteriorē. in mansuetudine sapientie. que opponitur uitio lingue. Quod si zelum. Hic consequenter distinguit sapientiam mundanam. & diuinam. secunda describitur ibi. que autem desursum est. Circa primum sciendum ꝙ sapientia humana hic dicitur que per cautelas & mendacia tendit ad fidem indebitum. & hoc procedit ex passionibus inordinatis: & maxime inuidie: & odii. & hoc est qđ dicitur. ꝙ si zelū amarꝫ. id est inuidiam habetis. adinuicem: & contentiones sunt in cordibus uestris. id est intentiōes inferendi nocumētū proximo. nolite gloriari. si deducatis ad effectū tanq̄ sitis sapientes. & mendaces esse aduersus ueritatem. quia non est uera sapiētia sed magis stulticia. ideo subditur. non est enim ista sapientia desursum descendens. id est a deo a quo est omne bonum. sed terrena. inquantū procedit ex concupiscentia oculorum animalis. procedens ex concupiscentia carnis. diabolica. procedens ex superbia uite ideo dicitur sapientia mundana quia omne quod est in mundo reducitur. ad ista tria. primo Io. ii. Que autem. Hic consequenter discribit sapientia diuina siue a deo data & ordinate. Primo quantum ad terminum a quo facit recedere quod est malū cum dicitur. que autem desursum est sapientia. id est a deo data. Primum quidem pudica est. id est faciens recedere ab omni turpitudine. secundo quantum ad terminū ad quem facit tendere: qui est beatitudo in qua quietatur appetitus. ꝙ notatur cum dicitur deinde pacifica. tertio quantum ad illa per que sapientia perducit ad pacē seu finē ubi post recessum a corruptela turpitudinis ꝑmo occurrit hominū ꝙ modū debitū in omnibus teneat. Ideo dicitur. modesta. secūdo ut in his in quibus ipse sibi non sufficit aliorum monitis acquiescat. & quantum ad hoc subditur suadibilis. & hec duo pertinent ad hoc ꝙ homo pacem habeat in se ipso: sed alterius ad hoc ꝙ sit pacificus etiā alius. primo requiritur ut eorum bonis non repugnet. ideo dicitur. bonis consentiēs. secundo ꝙ defectibus proximi compatiatur in effectu. & subueniat ī effectu. & q̄tū ad hoc subditur. plena misericordia & fructibus bonis. tertio requiritur ut defectus aliorum emendare caritatiue satagat: & hoc est quod dicitur. Iudicans sine simulatione. ne scilicet correctionem exerceat ex odio precedente: sub caritatis ostensione. hec autem hominis pacificatio in se & cum aliis in uia est quedam prelibatio perfecte pacis in patria. & sic est finis sapientis prout habetur in uia. ideo subditur. Fructus autem iusticie. id est beatitudo eterna que per iusticiam acquiritur: & in fruitione beata consistit. in pace seminatur. quia sicut semen continet fructum: futurum potencialiter & imperfecte: sic pacificatio in uia de qua dictum est continet pacem eterne glorie.

.IIII.

VNde bella. postq̄ beatus Iacobus monuit ne proximo malum inferatur uerbo. Hic consequenter ducit ad hoc ꝙ non inferatur facto. cuius radicem uolens prescindere dicens. Vnde bella. quibus infertur nocumentum corporibus. & lites. in iudicijs. quibus infertur nocumentū in rebus possessis. nonne ex concupiscentijs uestris?

ſupple talia oriuntur. que militant. id eſt dominantur in membriſ ueſtriſ. qa membra
mouentin talibuſ maliſ a concupiſcentia contra dictamen recte rationiſ concupiſcitiſ
& non habetiſ. quia frequenter taleſ non aſſequuntur intentum. occiditiſ. innocẽteſ
& zelatiſ bonis inuidẽteſ. & nó poteſtiſ adipiſci. ſatiſfactionẽ cócupiſcẽtie ueſtre. que
ſemp ad malú accendit̃. ligatiſ & belligeratiſ propter qd̃ nó poſtulatiſ. aliquid a deo
preſumenteſ obtinere quod concupiſcitiſ ueſtra fortitudine. petitiſ & non accipitiſ. q.
diceret ſi aliquando aliq̃ petatiſ a deo non accipitiſ: & ſubdit̃ ratio. eo ꝙ male petatiſ
petendo ea que ſunt ſaluti ueſtre contraria: ut inimici mortẽ: ſeu poſſeſſionẽ uel aliqd
huiuſmodi. Ideo ſubditur. ut ſ cócupiſcentiiſ ueſtriſ inſumatiſ. i. concupiſcentiaſ ueſtraſ
impleatiſ inſúmo. inſummiſ uerbum eſt compoſitum ab in & ſuma iſ & ſic inſumere eſt
intuſ ſumere. qd̃ eſt cócupiſcẽtiã malam ad implere. Adulteri. ſuperiuſ beatuſ Iacobuſ
docuit fideleſ bene ſe habere reſpectu ſui & proximi. Hic conſequenter idem facit
reſpectu dei. & primo facit hoc reſpectu diuine bonitatiſ. que debet hominеſ attrahere
Scd̃o ratione ſue ſeueritatiſ que debet recedenteſ ab eo torrere. ca. v. Prima in duaſ
nam primo monet a mundo & diabulo recedere. receſſuſ enim ab uno contrario pre/
cedit acceſſuſ ad aliud. ſecunda incipit ibi. appropinquante deo. Circa primú primo
monet recedere a mundo. ſecundo a diabulo ibi reſiſtite. Prima in duaſ. quia primo
monet relinquere mundú. ſecúdo inducit ſcripturam ad ſuú propoſitú ibi. amputatiſ.
igitur circa primum monet a múdo recedere. i. ab inordinata concupiſcentia delecta/
bilium huiuſ mundi. dicenſ adulteri. recedenteſ a propria ſponſa que eſt lex diuina.
Sap. viii. exquiſiui eam a iuuentute mea. & queſiui in eam ſponſam aſſumere. & adhe/
renteſ fornicarie. ſ. concupiſcentie mundane. neſciti. q. d. bene debetiſ ſcire ex ratiõiſ
dictamine & ex frequenti uobiſ facta munitione. qa amicitia huiuſ mũdi. i. inordinata
adheſio delectabilibuſ huiuſ mundi inimica eſt dei. quia facit recedere ab ipſo. quicúq;
ergo uoluerit etc. hoc ſequit̃ ex primo & patet. conſequenter inducit ſcripturam ad
ſuum propoſitum. d. an putatiſ quia inaniter ſcriptura dicat. q. d. hoc non eſt putãdú
quia non continet aliquid falſum: aut ſuperfluum. ad inuidiam concupiſcit ſpirituſ q
eſt in uobiſ. hec littera dupliciter exponit̃. Vno modo de ſpiritu humano: & ſic legit̃
depreſſiue & intelligitur aſſertiue: & eſt ſenſuſ. ꝙ ſpirituſ humanuſ tendit ad inuidiam
id eſt ad triſticiam de bono alteriuſ: quod inordinate concupiſcit. quod ꝓtinet ad ami/
ciciam huiuſ mundi: ut patet ex predictiſ. & ſecundum hunc ſenſum hec littera accipit̃
de Geñ. ix. ubi dicitur ſenſuſ enim & cogitatio cordiſ humani ꝓmiſcunt in malum ab
adoleſcentia ſua. Apoſtoli namq; non ſemper allegant uerba ſcripture: ſed frequẽter
ſenſum tantúmodo & ſecundum hunc ſenſum quod immediate ſubditur. maiorẽ aút
dat gratiam. dicitur de alio ſpiritu. ſ. diuino. Alio modo legitur dicta littera interro/
gatiue: & intelligitur negatiue. ad inuidiam concupiſcit ſpirituſ qui habitat in uobiſ.
q. d. non & eſt ſenſuſ ſpirituſſanctuſ qui habitat in uobiſ. i. qui datuſ eſt uobiſ fuit in
baptiſmo non concupiſcit. i. non facit uoſ concupiſcere ad inuidiam. i. non inducit uoſ
ad triſticiam de bono proximi: quod facit amicicia huiuſ ſeculi. & ſecundum hoc iſta
littera ſumitur ex primo ca. ſapientie benignuſ eſt enim ſpirituſ ſapientie: & ſic non
inducit ad inuidiam ſed magiſ ad mutuam caritatẽ. ideo ſubditur. maiorẽ autem dat
gratiam. quia dat bona ſpiritualia que ſunt meliora. & hec expoſitio melior uidetur
q̃ prima. quia magiſ continuat litteram ut patet. & quia in libriſ correctiſ punctatur
interrogatiue: modo predicto & perconſequenſ intelligitur negatiue. propter quod.
id eſt propter maiora bona que dat ſpirituſ diuinuſ. d. ſacrã ſcripturam Prouerbiorꝝ
tertio. deuſ ſuperbiſ reſiſtit. denegando eiſ gratie dona. humilibuſ aũt dat gratiã. nã

humilitas est debita dispositio ad eam: hec enim littera habetur Prouerbiorū. tertio. secundum translationē. lxx. ubi nostra littera habet ipse deludet illusores: & māsuetis dabit gratiam. propter quod concludit. subditi igitur estote deo. tanq̄ uero humiles ut det uobis suam gratiam. Resistite. Hic consequenter monet a diabolo recedere. Circa quod sciendum q̄ diabolus est superbus: secundū q̄ quod dicitur de eo Iob. xli. ipse est Rex super omnes filios superbie. quanto aūt aliquis est superbior tāto magis abhorret supari. propter quod diabolus uidens aliquem fortiter resistentē dimittit eū temptare timēs ne ab ea superet̄. ꝓpter qđ recedit ab eo ante finem belli. Vnde dicit Ambro. sup Lucam q̄ diabolus instare formidat. quia frequentius fugit triumphari. & hoc est quod dicitur hic. resistite autem diabolo. uiriliter repugnando & fugiet a uobis. Appropinq̄te deo. Hic consequenter beatus Iacobus monet accedere ad deū ratione sue bonitatis que debet attrahere qđ ab ea procedit esse gratie & esse nature Primo ergo inducit ratione primi. Secundo ratione secundi ibi. ecce nunc. Circa p̄mū sciendum q̄ ad deum accedimus per dilectionem. dilectio uero dei includit dilectionem proximi. propter quod inducit primo ad diligendum deum. secundo proximum ibi. nolite detrahere. Prima adhuc ī duas. quia primo īducit ad dei dilectionem. secūdo ad quedam habentia ad ipsam connexionem ibi. emundate. Circa primum dicit. appropinquate deo. que appropinquatio terminatur ad dilectionem. que est unio amantis cū amato. & appropinq̄bit uobis. dona gratie sue conferendo. & etiam augmentando Sed contra hoc uidetur quod dicitur. ī. Io. iiii. in hoc est caritas non quia dileximus deum: sed qm̄ ipse prior dilexit nos. Dicendum q̄ diligere est uelle alicui bonum. Si igitur consideretur actus diuine dilectionis qui est in ipso: precedit omnia temporalia cum sit eternus. & sic loquitur Io. in autoritate inducta. si autē consyderetur huius dilectionis effectus qui est temporalis: sic aliquid est precedens ex parte dei: & aliquid ex parte hominis. sicut enim deus in fluxu generali conuertit omnia ad seipsum: sicut ad ultimum finem secundum esse nature. sic influxu spirituali conuertit humanam naturam ad se: sicut ad finem supernaturalem. & hic influxus spiritualis non est aliq̄ gratia habitualis: sed est motio diuina siue instinctus quo mouet naturam humanā ad bonum meritorium. nec denegatur alicui q̄diu est ī hac uita presenti. sed hoīes ad hūc instinctum diuersimode se habent. quia aliqui acquiescunt & sequuntur. & sic ad gratiam habitualem de condigno disponuntur quibus dispositis deus dat gratiā habitualē per quam meritorie operantur. Alii uero resistunt instinctui diuino. & sic merito eis gratia habitualis denegatur. patet igitur q̄ dispositio ad gratiam de congruo que est ab homine modo dicto precedit collationē gratie habitualis. que est a deo. & sic dicit̄ hic. appropinquate deo & appropinquabit uobis. ueruntamen hanc dispositionem de congruo precedit diuinus instinctus: seu motio ad bonum meritoriū: ad quod natura humana de se non potest assurgere. & sic dicit saluator Io. vi. Nemo potest uenire ad me nisi pater meus qui misit me traxerit eum. & sic patet q̄ principium meriti simpliciter est a deo: & non a libero arbitrio. Emundate. Hic consequenter inducit ad quedam annexa diuine dilectioni dicens. emundate manus. id est opera. & purificate corda. quia qui diligit cordis mundiciam propter gratiam labiorum suorum: habebit amicum Regem. Prouerbiorum. xxii. duplices animo. id est qui prius fuistis animo duplices nunc deo nunc diabolo & mundo adherendo. miseri estote & lugete. ī. statū miseri assumite recurrēdo ad deum cuius proprium ē misereri & parcere. risus uideā. ī. p dissolutionē in luctu comitat̄ p contritionē. Est autē risus letitia exterior. gaudiū aūt respicit mentē interiorem. & sic mutatio integra in facie & in mente. humiliamini

in conſpectu dei. qui uidet omnia quantumcunq; latentia: & non ſolum in cõſpectu hominũ qui tantum uident patentia. & exaltabit uoſ in celo. ubi eſt ꝑfecta dilectio. Nolite detrabere. Hic conſequenter inducit ad dilectionem proximi remouendo impedimenta. d. nolite detrabere fratreſ alterutz. per quod infertur fame detrimentũ & ꝑ hoc innuit oppoſitũ .ſ. conſeruationẽ bone fame. & eiuſ augmentum: qđ ẽ opuſ dilectioniſ proximi. qui detrahit fratri. in ore. aut qui iudicat fratrem ſuũ. eſſe malũ in corde. detrahit legi. que prohibet hoc fieri. Leuit. xix. nõ eriſ ſuſurro nec criminator in populiſ. & iudicat legem. facto deſignanſ eã eſſe malã: quia facit tanq̃ licitũ qđ ipſa dicit illicitum. ſi aũt iudicaſ legẽ non eſ factor legiſ obediens ei ut ſupiori ſed iudex tanq̃ ſuperior ipſi. quod tñ eſt falſum. ideo ſubditur. Vnuſ eſt. n. legiſlator & iudex. ſ. deuſ. qui põt perdere tranſgreſſoreſ & liberare legiſlatoreſ. tu aũt quiſ ẽ qui iudicaſ proximũ? q.d. tu uſurpaſ tibi officium diuinũ. Ad cuiuſ maiorem ĩtellectũ ſciendũ q̃ iudicare propria autoritate ſoli deo conuenit. hominibuſ aũt ex diuina cõmiſſione tã in foro eccleſiaſtico q̃ ſeculari. Iſta tñ cõmiſſio non ſe extendit ad ea que ſunt oĩno occulta. ſed diuino iudicio reſeruanẽ. De biſ aũt que aliquo mõ patent uel ꝑ facta uel per ſigna poſſunt hoieſ iudicare. & hoc poteſt eſſe dupliciter. Vno modo cum proceſſu ad punitionẽ & hoc ſolũ pertinet ad iudiceſ. Alio modo ſine tali ꝓceſſu. & hoc etiam pertinet ad alioſ homineſ. Sciendũ tñ q̃ iudiciũ importat ſententiã firmã de aliquo. Si igitur procedit ex euidentia facti nullum eſt peccatũ. ut ſi quiſ iudicet alium homicidam quia uidit eũ homicidiũ committere: & idem uidetur ſi procedat ex euidentibuſ ſigniſ. ut ſi quiſ uideat ſolũ cum ſola & nudũ cũ nuda in eodem lecto: & nõ appareat aliquid unde poſſit hoc excuſari ĩ toto: uel in parte: ut conſãguineitaſ multũ propinqua: ſicut eſt matriſ ad filium: uel infirmitaſ grauiſ: uel aliquid huiuſmodi: & ſic uidenſ iudicaſ perſonaſ eſſe fornicariaſ: ſi ambe ſint ſolute uel adulteraſ ſi ambe uel altera ſint ligate. Si aũt procedat iudicium ex probabilibuſ: ſeu leuibuſ ſigniſ: & eſt iudicium de graui peccato peccatũ eſt mortale. quia tale iudicium eſt contra caritatẽ proximi: & ex peruerſo affectu. ſi autem non ſit iudicium ſeu firma ſententia: ſed magiſ ſuſpitio qua quiſ incipit dubitare de bonitate proximi. ſic eſt ueniale peccatum: grauiuſ tñ uel minuſ graue ſc̃dm maioritatẽ & minoritatem ſuſpitioniſ ꝓbabilitatiſ. & leuitatem ſignorum. Ecce nunc. Hic conſequenter inducit ad amorem dei ex bonitate eiuſ: q̃ dat & conſeruat eſſe naturale: inducẽſ ad hãc cõſiderationẽ & remouẽſ oppoſitam. d. ecce nũc qui dicitiſ hodie an craſtino ibimuſ. q. d. ueſtz eſſe & operari ſit totaliter in dictione ueſtra cum tamen non ſit ita. ideo ſubditur. qui ignoratiſ quid ſit in craſtinum. ſ. futuz. quia deuſ poterit interim opuſ ueſtrum & uitam ſubtrahere. ideo ſubditur. que eſt enim uita ueſtra. & reſpõdit. uapor eſt ad modicũ parẽſ. i. cito ualde tranſiens. ꝓ eo ut dicatiſ. i. propter hoc debetiſ dicere tanq̃ coacti a ueritate. ſi dominuſ uoluerit & ſi uixerimuſ etc. id eſt preponenteſ ſuppoſitionem diuine uoluntatiſ in oĩbuſ factiſ ueſtriſ: ex qua dependet uita & omniſ operatio ueſtra. nũc autem exltatiſ in ſuperbiſ ueſtriſ. quaſi diuino adiutorio non indigeatiſ. oĩſ exultatio taliſ maligna eſt. id eſt malo igne ignita eſt. qa a demone procedẽſ & iad gnẽ Iebẽne diſponẽſ & maxime homineſ litteratoſ & ſcienteſ ſecundũ qđ habeẽ Luce. xii. Seruuſ qui cognouit uoluntatem domini ſui & non facit uapulabit multiſ. ſ. plagiſ. & hoc eſt quod dicit̃. ſcienti igit̃ bonum facere & nõ facienti peccatũ eſt illi. & ſi ſit bonũ neceſſitatiſ eiuſ obmiſſio eſt peccatum mortale ſi autem ſit bonũ ſuper irrogationiſ peccatum eſt ueniale aliqñ: & aliquando nullum.

Agite nūc diuites. postq̄ beatus Iacobus induxit ad adherendū deo ex cōsydera/
tione sue bonitatis. Hic consequenter idē facit ex considera tione sue seueritatis
que maxime in iudicio apparebit. Sciendum tamen' q̄ illud iudiciū sicut erit terribile
malis: sic erit consolabile iustis. Vnde saluator de ipso loquens Luce. xxi. dixit apo/
stolis his aūt fieri incipientibus respicite. & leuate capita uestra. i. exhilarate corda.
ut exponit Greg. Omelia p̄ma. Ideo beatus Iacobus malis p̄mo incutit iudicii terrorē
ut a peccatis resiliant. secūdo iustis eius fauorem ut ei inseparabiliter adhereant ibi.
patientes igitur. Circa primum incutit primo terrorem iudicii cupidis & auaris dicēs.
agite nunc diuites. s. uestras uoluntates. & est hyronica locutio que est intelligenda p̄
contrarium. Ideo subditur. plorate ululantes. Est aūt ululatus sonus confusus q̄ signū
est magni doloris. in miseriis uestris. id est pro miseriis uestris. que aduenient uobis. in
iudicio futuro. ut patet ex sequentibus & subditur duplex causa. prima est indebita
bonorū temporalium congregatio & conseruatio. cum dicitur. diuitie uestre. ut bladū
in horreo & uinum in cellario & cetera huiusmodi. Consequenter loquitur de diuitiis
artificialibus. Aurum & argentum uestrū eruginauit. in terra absconditum. & erugo
eius in testimonium uobis erit. i. contra uos. & manducabit carnes uestras. i. affliget. q̄a
erit causa afflictionis in Iebenna post iudicium. quia tunc anima cum corpore affli/
getur igne iebenne. thesaurisastis uobis iram. i. aggregastis uobis dei uindictam. in no/
uissimis diebus. tunc erit finale iudiciū. Consequēter ponitur causa sc̄da que ē paupū
defraudatio: cū dicit̄ ecce merces operariorū uestrorū etc. clamat uos accusādo. & sciēdū
q̄ tria sunt peccata que specialiter dicunt̄ clamare ad dñm. s. innocentis occisio Gen̄.
iiii. uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. uitii contra naturam p̄petratio.
Gen̄. xviii. clamor sodomorū & gomorreorū multiplicatus est etc. & paupes defrau/
datio. ut dicit̄ hic. & clamor eorū in aures dñi sabaoth. i. exercituū introiuit ad faciēdū
uindictam per angelos. qui dicunt̄ eius exercitus. quia sunt executores diuine iusticie
Epulati estis. hic secundo intulit terrorem carnalibus & lasciuis. & hic ordinate. q̄a
diuitie prestūt fomentum huius mundi uitii. dicit igitur. Epulati estis super terram.
hoc est in p̄senti uita sed esurietis postea: sicut patet de diuite epulone q̄ positus in tor/
mentis guttā aque nō potuit impetrare. Luce. xvi. & in luxuriis enutristis corda
uestra. in illis delectando. & bene de luxuria loquitur post gulā: que ministrat sibi
materiam. quia semen est de superfluo alimenti. secundo deanima. In die occisionis.
hic tertio incutit terrorem crudelibus & malignis qui ex diuitiis suis & potentia mouēt
persecutionem iustis. eo q̄ sunt dissimiles eis. secundū q̄d̄ dicit̄ Sapientie. ii. in persona
eorū circumueniamus ergo iustū: q̄m̄ inutilis ē nobis etc. ideo dicit. in die occisiōis etc. i.
tempore primitiue ecclesie in quo fideles ducebant̄ ad iudicia & occidebantur sine sui
resistentia & sic ponit̄ hic singulare pro plurali cum dicit̄. occidistis iustum. i. iustos.
quod frequenter fit in scriptura. Aliqui autem exponūt hoc de occisione Christi qui
dicit̄ iustus anthonomasice q̄a non solum ē iustus formaliter sed etiam effectiue alios
iustificando: nec resistit suis successoribus: cum tñ posset resistere. Patientes igitur.
Hic consequenter consolat̄ iustos ne in tribulationibus deficiant. & primo inducit
eos ad pacientiam. secundo ad dei reuerentiam: ibi. ante omnia. Circa primum dicit̄.
patientes igit̄ estote fratres. in tribulationibus usq; ad aduentū dñi. qui reddet uobis
mercedem laboris uestri. & ponit exemplū dicens ecce agricola expectat usq; ad tp̄s
debitum. patienter ferēs. laborem usq; ad culturam terre sue. donec accipiet tēporaneū
id est primitiuum fructum. terra enim p̄missionis de q̄ loquit̄ reddit duplicem fructū
in anno. s. in aprili & septembri. patientes estote. repetitio est premisse sententie ad

maiorem impreſſionem. nolite ingemeſcere fratreſ in alterutꝝ. uidenteſ mutuaſ penaſ ſed magiſ confortate alterutꝝ. ad fortiter tollerandum ſicut ſex fratreſ cum matre: uidenteſ cruciatū ſeptimi inuicē ſe hortabantᵉ fortiter mori. ii. Mach. vii. ut non iu/dicemini. i. condemnemini: ſi per mutuā querelā & luctū frangamini per impatientiā ecce iudex. i. Xp̄ſ. ante ianuam aſſiſtit. ad uoſ roborandum uelociter & premiandū ad hoc exemplum ſanctoꝝ inducit. d: exemplum accipite fratreſ exituſ mali. ſ. q̄ntum ad malum pene & nō culpe. quia preciosa eſt in conſpectu dñi morſ ſanctorum eiuſ Pſal. c. xv. & longanimitaſ. in expectatione ꝓmiſſi. & laboriſ quottidiani. & pati/entie. in aduerſitate: propbetaſ uobiſ datoſ ī exemplum ad talia ſuſtinendū. q locuti ſunt in nomine dñi. conſtanter contemptiſ perſecutionibuſ quaſ propter hoc paſſi ſūt ſicut patet de Michea. Zacharia. Eſaia. Hieremia. & pluribuſ aliſ. ecce beatifica/muſ. id ē beatoſ dicimuſ. eoſ qui ſuſtinuerunt. tribulationeſ patienter. & inducit duo notabilia exempla. d. ſufferentiam Iob audiſtiſ. qui exemplar patiētie datuſ ē uobiſ. & finem uidiſtiſ dñi. qui in ſua paſſione ſuſtinuit dolorem accerbiſſimū patientiſſime. Et dicit uidiſtiſ. qui multi adbuc uiuebāt q paſſionem dñi Ieſu uiderant. qm̄ miſericorſ eſt dominuſ. in affectu & miſerator in effectu. ex maxima enim dei miſericordia p/ceſſit ꝙ daret nobiſ filium ſuū ī redemptioniſ noſtre precium & fortitudiniſ exemplū. Ante omnia. Hic conſequenter adducit fideleſ ad dei reuerentiam. & hoc in quattuor primo in iuramenti deuitatione. ſecundo in feruenti deuotione ibi. triſtatur autem. tertio in ſacramenti ſuſceptione ibi. infirmatur. quarto in proximi correctione ibi. fratreſ mei. Circa primū dicit. ante omnia fratreſ mei nolite iurare. i. non preponatiſ iuramentum omnibuſ uerbiſ ueſtriſ: & promiſſiſ. hoc dicitur ad remouendum errorem illorum qui dixerunt iuramentū eſſe frequentandum. eo ꝙ dicitur Deut. x. dominū deum tuū timebiſ. & illi ſoli ſeruieſ. ibiq; adherebiſ iurabiſq; in nomine illiuſ. propter quod dixerunt ꝙ frequentatio iuramenti facit ad reuerentiam dei. & ſic eſt exercēda ſed hoc patet falſum per dictum Chriſti. Mat. v. ego autem dico uobiſ non iurare omnino etc. & per dictum beati Iacobi in hoc loco. hoc etiam patet per rationem. qa illud quod non queritur niſi ad ſubueniendum defectui: non eſt per ſe appetendum ſeu frequentandū: ſicut patet de medicina: quo non queritur niſi ad ſubueniendum infirmitati. & ſic eſt de iuramento. quia non queritur niſi ad ſubueniendum defectui quo unuſ hō non credit alteri. in quo caſu ſubuenitur per iuramentū. in quo inducit ueritaſ dei infallibiliſ in teſtimonium in ſe. ſicut cum iuratur per deum uel ī aliq̄ crea/tura inquantū relucet in ea ueritaſ diuina ut per celum. quia thronuſ dei eſt: uel per terram qui ſcabellū pedum eiuſ eſt Mat. v. iurare uero per creatuam ſecundum ſe eſt illicitum. & ſic patet ſicut iuramentum non eſt inducendum niſi in caſu in quo eſt neceſſarium ad cōfirmationem ueritatiſ & ſic intelligēda eſt autoritaſ inducta Deut. x. In tali enim caſu iurandum eſt ꝑ nomen dei & non per nomina idolorum. ſecundū ꝙ dicitur Exo. xxiii. per nomina deorū exterorum non iurabiſ: quia per ea non eſt ueritaſ cōfirmanda. hoc enim pertinet ad infidelitatem. ſit autem ſermo ueſter: extra caſum predictum. eſt. eſt. non. non. ſimpliciter affirmando ueritatem. & negando fal/ſitatem. ut nō ſub iudicio. i. condempnationem decidatiſ ex frequenti iuratione uera, cadendo in falſam. Eccleſiaſtici. xxxiii. uir multum iuranſ replebit iniquitate. Tri/ſtatur. Hic conſequenter inducit ad dei reuerentiam in feruenti deuotione dicenſ triſtatur quiſ in uobiſ. id eſt patitur accidiam que eſt quedam triſticia in obſequiiſ diuiniſ. oret equo animo & pſallet. id ē uitatur ſpiritum erigere ad orandum deum de/uote tā ſecrete. ideo dicitur. oret. q̄ publice. & pſallat. oratio. n. & pſalmodia ſūt cōtra

dictam triſtitiã optima remedia. Infirmat. Hic conſequẽter inducit ad dei reuerẽtiã in ſumptione ſacramenti: & primo facit propoſitum. ſecundo declarat quoddam dictũ ibi. multũ enim. Primũ facit in duplici ſacramento ſcilicet unctionis extreme: & penitentie. quantum ad primum. infirmatur quis in uobis. infirmitate de qua ꝓbabiliter dubitatur mori. nam illud ſacramentum eſt exeuntium de hac uita. Inducat Preſpiteros eccleſie. etc. licet iſtud ſacramentum fuerit a Chriſto inſtitutũ: tamen per beatũ Iacobum fuit expreſſius hic publicatum. & oratio fidei ſaluabit infirmũ. corporaliter & ſpiritualiter: ideo ſubditur. & alleuiabit eũ dominus. ab infirmitate: ſi expediat ei. & ſi in peccatis ſit. uenialibus remittentur ei uirtute huius ſacramenti. Conſequenter inducit adureuerenter ſummendum penitentie ſacramentũ quo remittũtur peccata mortalia. d. confitemini ergo alterutrum. exquo patet ꝙ confeſſio debet fieri nõ ſolũ deo: ſed etiam homini. Vnde & in in lege ueteri ſacrificia que offerebantur deo pro peccatis offerebantur per manum ſacerdotis. & orate ꝓ inuicẽ. nam confeſſor tenet̃ pro confitente orare. & econuerſo. Multũ enim. Hic conſequenter declarat quoddã dictum. ſ. ꝙ oratio ſit magne efficatie: quia dixerat ꝙ ualeat contra iuſticiam: & ad dei reuerentiam in ſacramentorum perceptione. ideo dicit. multum enim ualet deprecatio iuſti. nam econtrario de iniuſto dicitur. Eccleſiaſtici. xv. non eſt ſpetioſa laus in ore peccatoris. aſſidua. nam una de conditionibus que faciunt orationem ſemper exaudibilem: eſt ꝙ ſit perſeueranſ. alie due ꝙ ſit pia & per ſe. Helias homo erat ſimilis uobis. paſſibilis. nam timore mortis fugit a facie Iezebelis. iii. Regũ. xix. & oratione orauit ut non plueret. iii. Regum: xvii. ſuper terram. ſcilicet Iſrael. nam propter maliciam regis Achab fuit illa plaga inducta: ut dictum fuit ibidem. & rurſum orauit & celum dedit pluuiam. iii. Regũ. xviii. Fratres mei. hic ultimo inducit ad dei reuerentiam in fraterna correctione que eſt actus dilectionis proximi: & per conſequens ordinatur ad dilectionem & reuerentiã dei. dicit igitur. ſi quis ex uobis errauerit. a ueritate fidei uel morum. & conuerrit quis eum. ab infidelitate ad fidem uel a uitiis ad uirtutes. ſaluabit animam eius a morte. ſ. culpe & Iebenne. & operit multitudinem peccatoꝝ. ut nõ uideanẽ a deo puniẽda pena eterna. & ſic ab eo recipienẽ in gloria: ad quã nos ꝓducat q cũ patre & ſpirituſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.

Incipit Canonica beati Petri.

PEtrus Apoſtolus. Nec eſt ſecunda pars principalis huius libri. in qua ponunẽ epiſtole beati Petri. Et diuidiẽ in duas ptes. ſecudum duas eius epiſtolas. Epiſtola uero prima in tres partes diuidit. ſ. in prefationem: proſecutionem: & concluſionem. ſecunda incipit ibi. benedictus. tertia ibi. p Siluanũ fidelẽ prope finẽ. In prefatione primo deſcribitur perſona ſalutanſ: & hoc ex nomine. cum dicitur. Petrus. Primo enim uocatus eſt Symon. ſed poſtea cognominatus eſt Petrus a petra que eſt Chriſtus ꝓpter fidei firmitatem. Vnde dicit Aug. in omnibus ardentiſſime fidei inuenitur Petrus & ex offitio cum ſubditur. Apoſtolus Ieſu Chriſti. ſecundo deſcribunẽ perſone ſalutate cum dicit̃. electis. ſ. a deo ad fidem catholicam. aduenis. aduene dicebantur illi qui de gentilitate conuertebantur & illis uidet̃ beatus Petrus ſpetialiter ſcribere. diſperſionis. i. exiſtentibus extra terrã iudee. quod patet ex hoc qđ ſubdit̃. Ponti Gallachie. etc. & nominat iſta loca qa Siluanus per quẽ ſcripſit q eſt Silas forſitan uolebat ire ad illa loca ad confirmandum fideles:

eo q̄ ibi fuerat in predicatione cum Paulo. ut patet in actibus Apostolorū secundū
prescientiam. illud refertur ad id qđ supra dicit̄. electis. hec. n. electio ꝯcludit aliquid
eternum. s. scire & uelle diuinū. & q̄ntum ad hoc dicit̄. secundū prescientiā dei patris
& accipitur hic prescientia p̄ predestinatione. includit etiam aliquid temporale scilicet
collationem gratie in presenti: & glorie in futuro: & quantum ad hoc dicit̄ in sancti/
ficatione spiritus. talis enim sanctificatio appropriat̄ spiritui sancto. inobedientiā etc.
id est p̄ inobedientiam Iesu Xp̄i q̄ fuit obediens usq; ad mortem: mortem aūt crucis.
Phil. ii. Ab hac aūt passione habent efficatiā sacramenta noue legis: que sunt instru/
menta uestre sanctificationis. tertio describunt̄ optata bona cū dicit̄. gratia uobis: in
presenti & pax in futuro multiplicatur. quia tunc quietabitur totus hominis appe/
titus. Benedictus. hic incipit prosecutio siue tractatus in quo beatus Petrus informat
fideles. & primo generaliter quantum ad omnes. secundo magis spetialiter quantū ad
aliquos status spirituales ibi. serui subditi estote. post mediū secundi ca. Prima ī duas
quia p̄mo fideles informat de spirituali regeneratione. secundo de regeneratoꝝ edu/
catione. ca. ii. Prima adhuc in duas. q̄a primo de regenerationis benefitio deo regra/
tiat̄. secundo renatos ad uite munditiam exhortat̄ ibi. propter qđ succincti etc. p̄ma
adhuc in tres. q̄a primo regratiat̄ de regeneratione baptismali. scđo respondet tacite
questioni ibi. in quo exultabitis. tertio p̄positum cōfirmat̄ oraculo prophetali ibi. de
qua salute etc. Circa primum sciendum q̄ benefitium regenerationis baptismalis est
commune fidelibus defunctis: propter quod de hoc benefitio regratiat̄ beatus Petrus
pro se & p̄ alios: ut eos inducat ad similes gratiarū actiones. dicit igit̄. benedictus deus.
quantū ad totam trinitatē. & pater quantū ad patris personā. q̄ secundum magnam
misericordiam suam. & non secundum merita nostra regenerauit nos in sacramento
baptismi: p̄ qđ efficimur filii dei adoptiui. in spem uiuā. i. certam. per resurrectionē
Iesu Christi ex mortuis. per quā habemus certitudinē future glorificationis. quia cum
esset hō passibilis. sicut & nos ad uitam immortalē resurrexit: & quia filii adoptiui ha/
bent ius in hereditatis participatione. Ideo subditur. in hereditate. i. ad consequendū
hereditatem. incorruptibilem. nam hereditas celestis nunq̄ deficit. & incontaminatā.
quia nihil immundum recipit. & immarcessibilem. nam suū decorē nunq̄ minuit sed q̄a
non omnes renati per baptismū: hanc hereditatem cōsequunt̄ sed solum perseuerātes
in bono. secundū quod dicitur Mat. x. Qui aūt perseuerauerit usq; in finē hic saluus
erit. & ideo subditur. conseruatā in celis. non in omnibus renatis. sed in uobis. id est
pro uobis. qui in uirtute dei custodimini. perseuerantes in bono que perseuerantia p̄n/
cipaliter est a deo. per fidem. caritate firmatam. in salutem. s. consequendā. paratam
reuelari in tempore nouissimo. i. in finali iudicio. tunc enim reuelabitur manifeste. nā
electi apparebūt gloriosi in anima & corpore. In quo etc. Hic consequēter beatus
Petrus respondet cuidam tacite questioni que posset ex predictis oriri. nam ex hoc q̄
dictum est baptizatos esse dei filios adoptiuos: & coheredes regni celestis: posset aliq̄s
infirmus fidelis querere. igit̄ quomō dimittit nos deus filios suos tot & tantas tribulati/
ones sustinere. nam in ecclesia primitiua credentes sustinebant multas tribulationes.
Ad quod respondet beatus Petrus dicens q̄ hoc non est ad malum credentium: sed ad
bonum eorum sicut aurum in fornace deiectum inde non deterioratur: sed purius &
melius efficitur. & hoc est quod dicit. in quo exultabitis eternaliter. modicum nunc si
oportet contristari temporaliter. in uariis temptationibus. persecutionum in rebus
possessis aut in amicis: uel in corporalibus p̄prius. omnes enim pene temporales modice
sunt respectu eternarum. ut p̄batio fidei uestre. in tribulationibus fornace. inueniat̄

idē cedat uobiſ in laudem. id eſt ad laudem & gloriam ſempiternam. In reuelatione Ieſu Chriſti.id eſt tempore iudicii in quo manifeſtabit gloriam electorum ut p̄dictum eſt. quē cum non uideritiſ diligitiſ. licet enim aliqui adhuc uiuerēt qui humanitē X̄pi uiderant tñ eiuſ deitatem non uiderant de qua eſt fideſ. Ideo ſubditur. In quem nunc quoq; non uidenteſ creditiſ. fide formata caritate. que facit credentem dignum uita beata. Ideo ſubditur. credenteſ aūt exultabitiſ etc.& patet littera ex predictiſ. De q̄ ſalute. Hic conſequenter confirmat predicta oraculo prophetali dicenſ. de q̄ ſalute fienda. fienda per Chriſtum. exquiſierunt atq; ſcrutati ſunt prophete. non naturali lumine atq; ratione: ſed ſupernaturali illuſtratione. quod uel quale tempuſ. i. ſi. X̄pi miniſterium impleretur tempore propinquo uel longinquo. & ſi impleretur tempore pacifico aut bellicoſo. de utroq; enim prophetauerūt.nā Geñ.xlix. patriarcha Iacob prophetauit q̄ eſſet implendū tēpore quo deficeret regnū Iude. q. d. non auferetur ſceptr̄ de Iuda & dux de femore eiuſ: donec ueniat qui mittenduſ eſt. ſimiliter p̄phe/ tauerunt q̄ tempore pacis eſſet implendū Eſaie. ii. conflabunt gladioſ ſuoſ in uomereſ & lanceaſ ſuaſ in falceſ. Chriſtuſ. n. natuſ fuit pacificatiſ omnibuſ regniſ: ſub imperio Romanor̄. Luce.ii. ſpirituſ Chriſti q loquebat in prophetiſ q dicit̄ ſpirituſ Chriſti ſicut & patriſ. quia p̄cedit a patre & filio. prenuntianſ eaſ que in Chriſto ſunt. im/ plete. paſſioneſ & poſterioreſ gloriaſ. ſicut patet Eſaie. liii. ubi multipliciter loquitur de paſſione Chriſti: & de glorificatione ipſiuſ in fine ca. dicit tñ paſſioneſ & gloriaſ in plurali. qa nō ſolū paſſuſ eſt in ſe ſed etiam in membriſ ſuiſ. ſimiliter eiuſ gloria deri/ uatur ad membra. qbuſ reuelatū eſt quia non ſibiipſiſ. i. myſterium Chriſti q̄d fuit eiſ reuelatum non fuit eor̄ temporibuſ adimpletū: ſed tempore X̄pianorū. Ideo ſubdit̄ nobiſ aūt miniſtrabant. prenuntiādo futura. que nunc nūtiata ſunt nobiſ. ad impleta per eoſ qui euangelizauerūt uobiſ. i. predicauerunt Euangeliū. ſpiritu ſancto de celo miſſo. in ſigno uiſibili in die Penthecoſteſ. tunc enim fuerunt illuminati & cōſtanteſ effecti ad predicandum Euangelium in omnibuſ linguiſ. propter quod non eſt eiſ minuſ credendum quā propbetiſ. qa eodē ſpiritu ſunt locuti. primo magiſ in q̄ntum per eundem ſpiritū fuerunt magiſ illuminati. in quem deſyderant angeli proſpicere. nam eadē eſt uiſio & fruitio triū perſonar̄. iſtud tñ deſyderium non ſportat expec/ tationē nō habiti: ſed continuationē habiti. Propter quod. Hic cōſequēter inducit renatoſ ad mundiciam uite. & primo ponit ſuam monitionē. ſcd̄o inducit ad hoc mul/ tiplicem rationē ibi. & ſi patrem. Circa primū dicit. propter q̄d. i. qa eſtiſ filii dei per adoptionē ut predictum eſt. ſuccincti lumboſ mentiſ ueſtre. i. caſti corpore: & mēte. ſobrii. in uictu & ueſtitu. & perfecti. in omni uirtutiſ actu. ſperate in eo qui offert uobiſ gratiam. i. ſperate ad conſequendā gloriā que eſt gratia conſumata. que offert̄ q̄n gratia in preſenti dat̄. que eſt arra glorie. i reuelationē Ieſu Chriſti. id eſt p eiuſ reuelationē quando apte facie ad faciē uidebitur. quaſi filii obedientie. in mandator̄ dei ad impletionē. non configurati. i. cōformati. p̄oribuſ ignorantie ueſtre deſyderiiſ id eſt carnalibuſ uitiiſ quibuſ eratiſ dediti anteq̄ de tenebriſ ignorātie uocati eſſetiſ ad lumen fidei. ſed ſecundū eum q uocauit uoſ ſāctum. ut ei conformemini propter q̄d ſubdit̄. ut & ipſi ſancti in omni conuerſatione ſitiſ. imitanteſ eum prout poteritiſ. q̄m ſcriptū eſt Leuit.xix. ſancti eritiſ etc. Et ſi patrem. Hic cōſequenter inducit ad ſuū propoſitum multiplicem ratiōem. prima accipitur ex dei timore q facit ab immūdicia recedere. Prouer. xv. per timorem domini declinat omniſ a malo dicenſ. & ſi patrem inuocatiſ eum. & accipitur hic ſi pro quia. quia fideleſ inuocant deum tanq̄ patrē ſuū. qui ſine acceptione perſonarum iudicat in equitate iuſticie. ſcd̄m uniuſcuiuſq; opuſ.

reddenſ ei penam uel premiú. propter hoc eſt magiſ timenduſ. in timore etc. tũgatur ſic littera. conuerſamini tempore incolatuſ ueſtri. i. tpe preſentiſ uite í timore. q facit offenſam dei patriſ cauere. Scienteſ. Hic ponitur ſecunda ratio que accipit ex boíſ ualore: qui patet ex hoc ꝙ redemptuſ eſt tanto precio. ſ. ſanguine Chriſti precioſo. ꝓpter qđ non debet ſe paruipẽdere uituſ carnalibuſ maculando. Vnde dicit Hugo libro de arra ſponſe ampliuſ uiliſ mihi eſſe non debeo. tm̃ deo placui ut mori pro me eligeret: ne perderet me. Ideo dicitur. ſcienteſ ꝙ non de corruptibilibuſ. etc. de uana ueſtra conuerſatione paterne traditionis. cõuerſi enim de gentilitate a parẽtibuſ erãt informati Idoliſ ſeruire. qđ eſt ualde uanú. nam idolú eſt nihil. 1. Cor. x. ſimiliter cõ/uerſi de Iudaiſmo erant informati a parẽtibuſ ſpiritualibuſ. ſ. ſacerdotibuſ relinquere mandata dei propter mandata hominú: ut habẽt Mat. xv. ꝙ erat ualde malú. pót hoc etiam intelligi de cerimoniſ ueteriſ legiſ: que dicunt uane: tú qa nó cõferebant gratiam: tú qa ceſſauerunt in morte Xp̃i quantú ad obligationem. nam ab eterno myſterium Chriſti fuit preordinatú a deo. propter uoſ. i. ad utilitatem ueſtrã. q ſuſci/tauit eú a mortuiſ. ſuſcitatio uero Chriſti licet facta fuerit a tota trinitate attribuit tm̃ patri: ſicut & potentia per quã facta eſt. & dedit ei gloriam. ſ. corpiſ quã accepit in ſua reſurrectióe. nam ab inſtanti conceptioniſ habuit gloriã anime. & fideſ ueſtra & ſpeſ de beatitudine conſequenda. eſſet in deo. ab ipſo recipienda. Animaſ ueſtraſ: Hic ponit tertia ratio que accipit ex fraternitatiſ amore: q turbatur qñ aliqui uituſ ſe maculant. que alii abhorrẽt. Ideo dicit. Animaſ ueſtraſ teſtificãteſ. i. uoſmetipſoſ totum a digniori parte denominando. in obedientia caritatiſ. i. ex caritate mandata dei ſeruando. in quibuſ prohibetur adulterium. & etiam concupiſcentia uxoriſ aliene in fraternitatiſ amore. id eſt ſicut uere fratreſ in fide. ſimplici ex corde. id eſt ſine plica doloſitatiſ ſeu falſitatiſ. inuicem diligite attẽtiuſ. quia ſi homo diligit fratrem ſuú car/nalem: quanto magiſ debet diligere fratrem ſuum ſpiritualem. Renati. Hic ponitur quarta ratio que accipit ex originiſ honore. homo enim attendenſ nobilitatem ſue originiſ etiã. ſecundum carnem abhorret uituſ fedare ipſam. & multo magiſ debet abhorrere fedationem ſue ſpiritualiſ originiſ. que incorporaliter eſt dignior. & hoc ẽ quod dicit. renati non ex ſemine corruptibili. debetiſ ſupple uoſmetipſoſ caſtigare. Vnde refertur ad id quod predicitur: animaſ ueſtraſ caſtigánteſ per uerbum dei uiui expreſſum in ſacramento baptiſmi: in quo fit regeneratio. accedente enim uerbo ad elementum fit ſacramentum. & permanetiſ in eternum. in ſuo effectu. caracter enim baptiſmaliſ eſt indelebiliſ. gratia etiam ibi data eſt arra uite eterne. quia omniſ caro fenú. hic accipitur de Eſaia. xl. ca. per quod oſtenditur ꝙ omniſ nobilitaſ car/naliſ originiſ nihil eſt reſpectu ſpiritualiſ. hoc autem eſt uerbum quod euangelizatú eſt in uoſ. id eſt apud uoſ nam primo predicatur regeneratio baptiſmaliſ & poſtea cetera ſacramenta.

.II.

DEponenteſ. Poſtq̃ beatuſ Petruſ inſtruxit fideleſ de regeneratione ſpirituali: Hic conſequenter inſtruit eoſ de educatione conſequenti. ſicut opere nature nutritio ſequitur generationem. Et diuiditur in duaſ parteſ. quia primo inducit ad banc educationem. ſecundo ad conſequendum perfectionem: ibi. ad quem accedenteſ ſicut in naturalibuſ perfectio ſequitur educationem: nutritio uero in fide & moribuſ preſupponit uitiorum abiectionem. ideo dicit. deponenteſ autem omnem máliciam. & malã cogitationem contra proximum adhuc in corde latentem. & omne dolum. id eſt uerbum proximi deceptorium. & ſimulationeſ. bonitatiſ apparẽtiſ tantum. & ſuidiaſ. id eſt triſticiaſ de bono proximi. & omneſ detractioneſ. quibuſ infertur nocumentú

proximo in eius fama: que est precioſior pecunia. ſicut mō geniti infantes. rationales ſine dolo. regenerati enim per baptiſmum debent eſſe ſimiles infantibus quantum ad innocentiam. ſed non quantū ad ignorantiam. lac concupiſcite. ſ. facilioris doctrine. ſecundū qđ dicit. 1. Cor. iii. tanquam puluſ in Chriſto lac potum uobis dedi. non enī de nouo baptizatis debent ardua & difficilia fidei proponi. que non ſunt ab eis capti/bilia: ſed tantum leuia. ſic nec pueris corporaliter dantur ſtatim cibaria ſolida: ut carnes aut piſces. ſed de facili conuertibilia ut lac & huiuſmodi. ut in eo creſcatis in ſa/lutem. i. ut per noticiam facilium aſcendatis ad noticiam magis difficiliū. & ꝓficiatis in magnitudine fidei & morum. ſi tamen guſtatis qm̄ dulcis eſt dominus. ſicut enim cibus corporalis non proficit niſi ſapiat: ſic nec ſpiritualis. Ad quem accedentes. Hic conſequenter inducit fideles ad perfectionis adeptionem. ſecūdo ad adepte diffuſionē ibi. uos aūt. Prima in tres. quia primo facit ſuam monitionē. ſecūdo inducit ſcripture confirmationem ibi. propter qđ. tertio infert ſuam concluſionem ibi. uobis igitur. Circa primum ſciendum qđ Chriſtus eſt fundamentum eccleſie. ſecundum quod dicit̄ primo ad Cor. iii. fundamentū aliud nemo poteſt ponere preter id quod poſitū eſt Ieſus Chriſtus. huic autem fundamento adherent fideles per fidē caritate formatā & ſic proficiunt ad augmentū fidei & morum. & hoc eſt quod dicit. ad quem. ſ. Xp̄m accedentes. fide formata caritate. lapidē uiuū. nō tantū formaliter: ſed etiā effectiue quia cauſat in aliis uitam ſpiritualem. ab hominibus quidem reprobatum. id eſt a iudeis perfidis humana tantum ſapientibus non diuina. a deo autem electum. ad ſalutē mūdi fiendā per ipſum. & honorificatum. in miraculorum operatione: & in ſua gloriosa reſurrectione: & aſcenſione: & ſpiritus ſancti miſſione. & ipſi. i. uosipſi. tanq̄ lapides uiui. per fidem caritate formatam. ſuperedificamini domus ſpirituales. id eſt i domus ſpirituales. ſacerdotium ſanctum etc. Circa quod ſciendum q̄ ſicut Chriſtus homo ē dei templū: quia in eo habitat diuinitas & ſacerdos & hoſtia inquantū obtulit ſemet/ipſum deo patri pro ſalute mundi: ſic fideles ei conformati ſunt dei domus uel templū inquantū deus habitat in eis per gratiam. ſunt etiam ſacerdotes & hoſtia inquantum ſe ipſos offerunt deo per deuotionem: & ſanctam operationem. ideo ſubditur. offerre id eſt ad offerendum ſpiritales hoſtias non carnales. ſicut in lege ueteri. acceptabiles deo per Ieſum Chriſtum. per quem ſumus deo patri reconciliati propter quod in fine orationum & oblationum eccleſie ponitur. per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: uel aliquid ſimile. quia per ipſum noſtre oblationes & orationes ſunt accepte. Propter quod. Hic conſequenter ad propoſitum inducit ſcripturā dicens: proter quod cōtinet ſcripturam. Eſa. xxviii. ſecundum tranſlationem. lxx. Ecce ponam in Syon. id eſt in eccleſia per Syon figurata. eo quod ibi Chriſtus predicauit & Apoſtolis ſpiritum ſanctum miſit. lapidem ſummum. id eſt Chriſtum ſicut ibidem declaratum fuit etiā. ꝓ dicta hebraicorum doctorum. angularem. quia Chriſtus conīūxit iudeos & gentiles in una eccleſia: tanquam duos parietes. electum. a deo ad opus noſtre redemptionis preciosum. per inhabitationem deitatis. & qui credidit in eū tanq̄ in ſaluatorē omnīū fide formata caritate. non confūdetur. ſed magis honorabitur celesti honore. uobis igitur. Hic conſequenter ex dictis infert concluſionē dicens. uobis igitur honor cre/dentibus. erit ſupple in celestibus. non credentibus autem lapis. quē reprobauerunt edificantes. id eſt iudeorꝫ ſcribe & ſacerdotes. hic factus eſt in caput anguli. cōiungēs iudeos & gentiles in una eccleſia dei. & lapis offēſionis & petra ſcandali. & hoc accipit̄ de Eſa. viii. & intelligitur ad litteram de reprobatiōe iudeorum: ut ibidem fuit dictū Ideo ſubditur. bis qui oſtendunt uerbo. i. iudeis obſtinatis blaſphemantibus Chriſtum

nec credunt in quo & positi sunt. ad hoc enī fuit eīs data lex ut disponerent ad Xp̄m secundum q̄ dicitur Gal. tertio lex pedagogus uester fuit ī Christo: & ipsi pro maiori p̄te p̄manserunt increduli. Vos autem. Post q̄ induxit fideles ad perfectiōem consequendam. Hic consequenter inducit eos ad huius perfectionis diffusionem. tunc enī dicitur aliquid perfectum cum potest alterum facere quale ipsum est. iii. Metb. & primo inducit ad hanc diffusionem faciendam uerbo predicationis. secundo exemplo sancte conuersationis ibi. Carissimi. Circa primum dicit. uos autem genus electum. supple estis per baptismū in quo facti estis filii dei adoptiui. & per consequens de genere eius. regale sacerdotium. id est confirmati Christo qui est Rex & sacerdos scd̄m ordinem Melchisedech. qui fuit Rex & sacerdos. Gen̄. xiiii. & sic est de ueris Christianis qui sunt Reges per subiectionem passionū & sacerdotiū per orationis deuote sacrificium. Ideo dicit Apoc. v. fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes etc. gens sancta. id est p̄ baptismū lauata & mundata populus acquisitionis precioso sanguine Christi ut dictum est. ca. precedenti. ut uirtutes ei annuntietis. uerbo sancte exhortatiōis. q̄ de tenebris. ignorantie. uos uocauit in admirabile lumē suū. s. fidei & gratie & finaliter ad lumen glorie. qui aliquando non populus dei. ante conuersionē. Hec autem scriptura accipitur de Ozee. primo. & intelligitur ad litteram de uocatione gentilium ad fidem ut ostensum fuit ibidem. & hic inducitur: quia sicut dictum fuit in principio huius epistole beatus Petrus uidetur eam spetialiter scripsisse conuersis de gentilitate. gentiles autem dicebantur non populus dei: eo quod erant idolatrie diditi: Iudei uero dicebanē eius populus ut patet ī multis locis ueteris testamenti. eo q̄d erāt cultores uniuus dei. nunc autem populus dei. quasi diceret nunc est ecōuerso. nā Iudei obstinati facti sunt: non populus dei. gentiles uero conuersi populus eius: quia Xp̄o incorporati. qui non consecuti misericordiam. quia gentiles non habuerunt p̄phetas & legem diuinitus datam sicut Iudei. nunc autem misericodiam consecuti. per legis euangelice susceptionem. Carissimi. Hic consequenter inducit fideles ad diffusionem fidei per exemplum sancte conuersationis. secundo per exempla debite subiectionis ibi. subiecti estote. Circa p̄mū dicit. obsecro uos tanq̄ aduenas & peregrinos. a regno celesti. Hebre. ii. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus: deo perigrini sumus. abstinere uos a carnalibus desyderiis. peregrini tantum nō querunt in delicius manere sed festinanter ad patriā transire. & hoc potissime cōpetit predicatoribus. secundum quod dicit Cor. ix. castigo corpus meum & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis predicauerim ipse reprobus efficiar deiectus a delicius carnalibus. Ideo subditur. que militant ad uersus animā. a culmine uirtutis ipsam deicīēdo conuersationem uestram inter gentes habentes bona. non ad propriam laudem: sed ad gloriam dei: & proximi edificationem. Ideo sequitur. glorificet deū in die uisitationis diuine gratie. eos ad fidem conuertendo. Subiecti. Hic consequenter inducit eos ad dandum exemplum debite humiliationis que est fundamentū & custos omnis uirtutis dicēs subditi estote. uera humilitate. omniū humane creature propter deum. inquantū eius imago relucet in ea: & potissime superioribus personam dei rep̄sentātibus. Ideo subditur: siue regi etc. & subditur ad uindictam maleficiorū. & sic sunt extirpatores uitiorum. officio & conseruatores uirtutum: propter quod etiam debetur eis honor q̄ exhibendus est alicui ratione uirtutis in se uel in alio ut dictum est supra Iacobi scd̄o. quia sic est uoluntas dei. quam implere debetis. ut bene facientes obmutescere faciatis etc. qa per hoc auferetis ab eis materiam obloquendi de uobis. quasi. liberi secundum ueritatem que est libertas a uitio. & non quasi uelamen habentes malicie libertatem.

quasi diceret libertas uestra sit ad bonum & non ad malum quod dicit contra aliquos qui dicebant se esse liberos a tributo eo quod erant filii per baptismum ꝙ non est uerꝝ & sic retinendo illud qđ debebatur dominis temporalibus committebant furtum. sed sint serui dei. qui reddunt unicuiq; quod est sibi debitum. Mat. uicesimosecundo redd/ite que sunt cesaris cesari: & que sunt dei deo. omnes honorate. inquantum relucet in eis imago dei. fraternitatem diligite. quasi diceret licet omnes sint caritate diligendi: tamen spetialiter Christiani qui sunt fratres uestri ex Christo & ecclesia. sicut & uos regenerati. deū timete timore filiali. regē honorificate. inquantū gerit psonam dei. Serui. postq̄ beatus Petrus informauit omnes generaliter: Hic cōsequenter informat existentes in aliquibus statibus spetialiter. & primo in statu seruili. secundo in statu coniugali. tertio ca. In tertio in statu pastorali in principio. v. capi. quarto in statu iuuenili ibi. similiter adolescentes. Prima in duas: quia primo ponit suum documentū. secundo confirmat per exemplum ibi. in hoc enim. Circa primum dicit. serui subditi estote omni tempore dominis. hic accipitur omne pro toto: totum autem & pfectū idem. v. Methaphysice. Est igitur sensus ī omni tempore timore. id est īperfecto. Est autem timor perfectus quando quis cauet non solum offensam dei: sed etiam hominis propter deum: Ideo subditur. non tantum bonis. id est bene morigeratis. & modestis. id est operantibus secundum moderamen rationis. sed etiam discolis. id est discordātibus ab istis moribus: & imperandi modo. Hec est gratia. id est res gratiosa coram deo. qa est super erogationis. si propter conscientiam dei. id est propter conscientiam timoro/sam quā aliquis habet de deo: quia nō solū uult eius implere mādata sed etiam cōsilia sustinet quis tristicias. id est illatas a dominis penas. patiens inuste. id est patienter sustinens quod infertur inuste. quod declarat consequenter dicens. que est enim gratia. id est super erogatio. si peccantes & colapizati suffertis. quasi diceret nulla sed magis est iusticia. sed si beneficientes. id est bene seruiētes dominis uestris. patiēter sustinetis. propter deum penas ab eis illatas uobis. hec est gratia apud deum. Vnde reddet super erogationis premium. In hoc enim. Hic consequenter confirmat per exemplum dictum suum dicens. In hoc enim uocati estis. ut iniurias patienter tole/retis. quia & Christus passus est pro uobis. similia & multa maiora & patet littera usq; ibi. tradebat autem se iudicanti inuste. id est Pilato qui iudeorum fauore & cesaris ti/more condemnauit eū īuste. Io. xviii. tradidit aūt se Pilato: qui tradidit se Iudeis: eū querentibus ad mortem. quibus obuiauit dicens. ego sum. si ergo me queritis sinite hos abire. scies ꝙ tradituri eum erant Pilato. hec autem traditio ex parte Christi pcessit ex obediētia ad patrem: & maxime caritate ad uos. ex parte uero Iude ex maxima cupiditate. ex parte Iudeorum ex magna malignitate. propter quod in Christo fuit summe meritoria. in alius autem damnabilis: & iniqua. qui peccata uestra ipse pertulit in corpore suo. penam pro ipsis debitam sustinendo. super lignum. sancte crucis. ut peccati mortui. id est ut amplius non peccemus. sicut mortui corporaliter cessant ab actu operādi. iuste uiuamus. id est Christo q est nostra iusticia effectiue. cuius liuore quem habuit in corpore ex colaphisationibus & percussionibus. sanati estis. a pecca/torum infirmitatibus. quod declarat ulterius dicens. eratis enim. ante conuersionem. sicut oues errantes. per deuia uitiorum. sed conuersi estis nunc ad pastorem. id ē Xp̄m qui pascit uos corpore & sanguine suo. in eucharistie sacramento. Episcopus ani/marum uestrarꝝ. earum saluti semper intēdēdo. Episcopus enim grece superintēdens dicatur latine. ab epi quod est supra & scopus. ꝙ est intentio .III.

Similiter & mulieres. Hic consequenter informat existentes in statu cōiugali. &

ſecundo reuertitur ad íformanſ omneſ in generali ibi. in fide autem unanimeſ omneſ. quia p̀mo mulieres informat de debita ſubiectione. ſcd̄o de honeſta compoſitione ibi. quarum ſit. Circa primum dicit. ſimiliter & mulieres ſubdite ſint. In hoc continuat ſe ad partem precedentem: in qua agitur de ſubiectione ſeruorum ad dominoſ ſuoſ. uiriſ ſuiſ. in quibuſ magiſ uiget ratio q̄ in mulieribuſ. propter quod ad eoſ pertinet regimen & adminiſtratio domuſ. ut ſi qui. ſcilicet uiri. non credunt uerbo. predicati/oniſ. per mulierum conuerſationem. id eſt per uxorum ſuaꝝ connerſationem ſanctā. ſine uerbo. predicationiſ communiſ. lucrifiant. id ē cōuertatur ad fidem ſecundū quod dicitur prima Corinthеoꝝ nono. ſanctificatuſ. eſt uir infideliſ: per mulierem fidelem. conſyderanteſ ſanctam conuerſationem ueſtram. o uoſ mulieres. in timore. filiali ip/ſiuſ dei: & mutatur hic moduſ loquendi de tertia perſona ad ſecundam. quod fit fre/quenter in ſacra ſcriptura. Quarum. Hic conſequenter agit de mulierum cōpoſitiōe que debet eſſe honeſta. & nō curioſa ideo dicit̄. quaꝝ ſic nō extrinſecuſ capillatura. i. nō ſit extrinſecuſ apparēſ uidētibuſ: qa hoc eſt ad ꝓuocationē incōtinētie. aut cir/cūdatio auri. i. ornamēta aurea circa caput: ſicut ſūt corone auree & huiuſmodi. aut indumēta ueſtimentoꝝ. i. indumenti nimiſ precioſi aut curioſi: ꝓpter qd̄ dicitur. ueſ/timentorum. per excellentiam. ſicut roſa dicitur floſ florum. ſed qui abſcondituſ eſt homo cordiſ. id eſt menſ ipſa que dicitur homo interior. ſecunda Cor. quarto. licet iſ qui foriſ eſt homo noſter corrumpatur: tamen iſ qui intuſ eſt renouatur de die in diem. nam eſt incorruptibiliſ & dicitur homo interior in muliere ſicut in uiro. quia communiſ generiſ eſt homo. Vnde uerſuſ

Eſt communiſ homo pariter cum uirgine latro.

Incorruptibilitate quieti & modeſti ſpirituſ. dicitur autem ſpirituſ humanuſ quietuſ qñ nō perturbatur a paſſionibuſ concupiſcibiliſ & iraſcibiliſ & modeſtuſ. qñ in actibuſ humaniſ tenet modum debitum. ſecundum moderamen recte rationiſ. primum fit per uirtuteſ que ſunt circa operationeſ: ſicut ſunt liberalitaſ iuſticia & huiuſmodi. & quia iſte ſunt uere diuitie ſicut dicit Grego. Omelia. viii. Vere diuitie ſuut que nō diuiteſ uirtutibuſ faciunt. ideo ſubditur. qui eſt in conſpectu dei locuplex. Sic enim. Hic cō/ſequenter inducit exemplum ad ſuum propoſitum de ornatu & ſubiectione mulierū dicenſ. ſic enim aliqñ. id eſt tempore preterito & ſancte mulieres ſperanteſ in deo. & non in labili mundo. ornabant ſe. diligēter ornatu uirtutum interiori: & parum cu/rabant de exteriori. ſubiecte ꝓpriſ uiriſ. eiſ obediēdo in licito & honeſtiſ. ſicut Sarra obediebat Abrahe. ut Geñ. xviii. ad eiuſ dictum celeriter commiſcuit ſimilam faciens inde paneſ. dominum enim uocanſ. Vnde ibidem dicitur. poſt q̄ conſenui: & dominuſ meuſ uetuluſ eſt: uoluptati operam dabo. cuiuſ eſtiſ filie benefacienteſ. quia ſic eam imitamini tanq̄ matrem. & non pertinenteſ ullam perturbationem. q. d. ſic enim eam imitando non habetiſ timere: quod per uoſ erga uirum uel familiam ueniat aliq̄ tur/batio. Viri ſimiliter cohabitanteſ ſecundum ſcientiam. aliqui exponunt hanc coha/bitationem de redditione debiti. que debet fieri ſecundum ſcientiā ut uir non moueat̄ ad hoc libidine. ſed proliſ amore ad dei cultum educande. Poteſt etiam exponi & magiſ conſone precedentibuſ & ſequentibuſ. ut uidetur de cohabitatione domeſtica. in qua mulier debet eſſe ſubiecta ut dictum eſt. & eodem modo uir qui preeſt debet preeſſe ſecundū ſcientiam. Ita ꝙ non tractet uxorem ſicut ancillam: ſed ſicut ſociam. Vnde & mulier facta eſt de latre uiri. Gene. ſecundo. Ideo ſubditur. q. infirmiori uaſculo muliebri. nā mulieres ſunt infirmioreſ corpore uiriſ de communi curſu. & etiā mente: quia minuſ uigēt intellectu & ratione. imptienteſ honorem. eiſ prouidendo de

victu & vestitu sufficienti & honesto. secundum statū & propriaſ facultateſ. tanquā
coheredibuſ gratie uite. i. uite beate: ad quam per gratiam peruenitur. exquo enim
uir & uxor ſunt coheredeſ uite eterne: debent in preſenti ſociabiliter & amicabiliter
conuiuere. Ideo ſubditur. ut non impediantur orationeſ uestre. nam cum uir & uxor
non ſunt bene concordeſ: minuſ poſſunt orationi uacare: & eoꝝ orationeſ ſunt minuſ
exaudibileſ. In fide. Hic reuertitur Apoſtoluſ ad informandum omneſ communiter
ordinando eoſ. Primo ad proximum. Scđo ad deum ibi. dominum autem Chriſtum.
Tertio ad ſe ipſum ca. iiii. Prima in duaſ. quia primo ordinat eoſ in collatione boni.
ſecundo in perpeſſione mali ibi. non reddenteſ. Circa primū dicit. In fide autem oīſ
unanimeſ. Fideſ autem accipitur uno modo: ut eſt uirtuſ theologica. & ſic inducit eoſ
ad unitatem eccleſie ut non ſint inter eoſ ſciſmata. Alio modo ut eſt uirtuſ moraliſ &
ſic fideſ idem eſt quod felicitaſ & hoc modo inducit eoſ ad unitatem fidelitatiſ mutue
quod ſubditur in aliqbuſ libriſ. in oratione eſtote. non eſt de textu. nec ē in libriſ cor-
rectiſ. compatienteſ adinuicem. ſicut membra uniuſ corporiſ miſtici ipſiuſ Chriſti. per
hoc enim alleuiatur ille qui patitur: cum percipit alioſ ſibi compatienteſ adinuicem
ſicut ſuſtinenſ graue ponduſ corporale: quando alii cum eo oneri ſe ſupponunt: ut
dicit Philoſophuſ. ii. Rethorice. Fraternitatiſ amatoreſ. id eſt communitatiſ fidelium
ga licet quilibet ſit per ſe diligenduſ: tñ magiſ eſt communitaſ diligenda. miſericordeſ.
elemoſinaſ indigentibuſ tribuendo. modeſti. in omnibuſ modū debitū tenendo. humileſ
ut non predictiſ bonis per ſuperbiam eleuamini. ſed totum attribuatiſ gratie dei. Nō
reddenteſ. Hic conſequenter ordinat fideleſ in perpeſſione mali. in quo poteſt qſ du-
pliciter deordinari. Vno modo per audaciam uicē rependendo. Alio mó per timorē
inpuſilanimitatem decidendo. igitur primo remouet primum. ſecundo ſcđm ibi. & qſ
eſt. Prima in duaſ. quia primo mouet uicem non rependere. ſecundo inducit ad hoc
autoritatem ſcripture ibi. qui enim. Circa primum dicit. non reddenteſ malum pro
malo. in factiſ iniurioſiſ. nec maledictum p maledicto. in uerbiſ cōtentioſiſ ſed ecōtra-
rio benedicenteſ. hic rationem aſſignat dicēſ. quia in hoc uocati eſtiſ ad fidem catho-
licam. ut benedictionem dei hereditate poſſideatiſ: que nō datur maledictiſ: ſed bene-
dictiſ: propter quod dicit ſaluator Luce. vi. benedicite maledicentibuſ uobiſ. Qui
enim uult. Hic conſequenter inducit ad propoſitum autoritatem ſcripture Pſalmi.
xxxiii. dicenſ. qui enim uult uitam diligere. ſ. beatam in q̄ nulluſ moritur. & uidere
dieſ bonoſ. in beatitudine celeſti ubi dieſ noctibuſ non interrumpunt̄: faciat ſupple
qđ ſequit̄. coherceat linguam ſuā a malo. ut non reddat maledictū p maledicto in
aperto. & labia eiuſ ne loquant̄ dolū. contra maledicentem ſibi: machinādi malum in
occulto. declinet autem a malo. in opere. & faciet bonum. he ſunt enim due parteſ
iuſticie. inquirat pacē. cū proximo etiam iniurioſo. Ro. xii. quod ex uobiſ eſt cum
omnibuſ hominibuſ pacem habenteſ. & perſequatur eam. i. pfecte ſeq̄tur. & ſubdit̄
ratio cum dicitur. qa oculi dñi ſuper iuſtoſ. ſicut ſup ſpecialiter dilectoſ. oculuſ enim
dirigitur ad id quod ſpecialiter amat̄. & aureſ eiuſ ad preceſ eorum. tanq̄ parate ad
exaudiendū. uultuſ aūt dñi. ſ. ire & indignationiſ. Vnde in Hebreo ſic habet̄. ire dñi
ſuper facienteſ mala. ad eoſ puniendū. Vnde in Pſalmo ſubdit̄. ut perdat de terra. ſ.
uiuentium memoriā eoꝝ. Et quiſ eſt. Hic conſequenter remouet timorē inordinatū
per quē hó cadit in puſilanimitatē: & frangit̄ per inconſtantiā dicenſ. & quiſ eſt qui
uobiſ noceat? uoſ perſequendo. ſi boni emulatoreſ fueritiſ. q. d. nulluſ. & eſt hic boni
genitiui caſuſ: & neutri generiſ. amatoribuſ enim boni & imitatoribuſ. qđ importat̄
per emulari. Vnde uerſuſ. Emulor inflat̄ amat inuidet ac imitat̄. perſecutioneſ non

sunt ad detrimentum: sed magis ad uirtutis augmentum. Ideo subditur. sed & si quid patimini propter iusticiam beati.supple estis in spe & postea eritis in re si perseueritis ideo concludit. timorem autem eorum ne timueritis. timore deiciente a bono uirtutis & non conturbemini impacienter auersa sustinendo. Dominú aút. Hic consequẽter ordinat fideles ad deum. & secundo inducit exemplum ibi. quia & Christus. ad deum autem bene ordinatur homo per fidem ex caritate formatam. & hoc est in tribus. ꝑmú est ꝙ hec fides in eius corde firmetur. & quantú ad hoc dicit. dominum aút Christum sanctificate. id est firmate sanctú enim in una significatione est idem qđ firmum: in cordibus nostris sibi firmiter adherendo. quia firmus est in seipso. secundum est ꝙ hec fides ad alios deriuetur. & quantú ad hoc subdit. parati semper ad satisfactionẽ. que fit dupliciter. Vno mó fideli simplici: q petit a magis ꝓfecto in fide plenius erudiri. Alio modo infideli fidem irrationabilem reputáti. Prima satisfactio est per doctrinã caritatiuam. secunda uero per fidei rationabilem defensionem. ostendendo ꝙ continet omnem sanctitatem: & quia per miracula a deo confirmta est: qui non pót esse testis falsitatis & huiusmodi. secundum gratiam a demino datam defendenti. Vnde & ipse promittit. Luce. xxi. Ego dabo uobis os & sapientiam. cui non poterunt resistere: & contradicere omnes aduersarii uestri. ueruntamen ista defensio debet carere presúptione. & iactantia: Ideo subditur. sed cum modestia. id est modo debito & honesto. & timore dei conscientiam habentes bonam. Ita ꝙ sit bona dispositio interius & exterius. ut in eo ꝙ detrahunt de uobis. reputantes uos fatue & male credere. confundaẽ in seipsis ex bona uestra responsione: & sancta conuersatione. tertium est quod ꝓpter quecunq; aduersa homo a fide non euellatur: & quantú ad hoc subditur. melius est. n. & iungatur littera sic. benefaciẽtes. fide per dilectionem operante. pati aduersa quecunq;. si uelit uoluntas domini. per fidelium probationẽ. quam malefacientes. id est indebite resistentes. Quia et Christus. Hic ad propositum inducit exemplum de Christo in quo non potuit poni exemplum quantum ad primam fidei conditionem scilicet confirmationem ī corde credentis. nam in eo non fuit: sed clara uisio ab instãti conceptionis. sed quantú ad alias duas scilicet quantum ad fidei deriuationem in alios & sufferentiam aduersarium propter eius ueritatem ponit exemplum de Christo Primo quãtum ad ultimam. ut continuet se littere immediate precedenti dicens. nam & Christus semel pro peccatis. scilicet alienis. mortuus est. quasi diceret dedit uobis in hoc exemplum & dicit. semel. quia resurrexit ad uitam immortalẽ. & quia una mors eius sufficit ad omnia peccata delenda iustus ꝓ iniustis ut ipsos iustificaret. Ideo subditur. ut uos offerret deo mortificatos quidem carne. id est insẽsibiles factos ad desyderia carnis uiuificatos autem spiritu. id est sensibiles & mobiles factos ad sequendum instinctum spiritus sancti. In quo. Hic consequenter ponit exemplum de alia códitione. scilicet de deriuatione fidei per predicationem. & primo ponit exemplum. scđo infert correlarium ibi. ꝙ & uos. Circa primum sciendum ꝙ predicatio Noe uocando ad penitentiam peccatores sui temporis ne perirent in diluuio: fuit figura predicationis Christi per se & discipulos usq; ad finem mundi uocádo peccatores ad penitentiã ne pereant in iudicio finali. propter quod de hoc ponit exemplú per locum a minori facies argumentum. quia si illos uocauit ad penitentiam: multo fortius uocauit & uocabit alios: & hoc est quod dicitur. in quo. id est ad figurandum uocationem peccatorum mortificandorum carne: & uiuificandorum spiritu modo dicto. & his qui in carcere erant ligati. consuetudine peccandi. secundum illud Prouerbiorum quinto. iniqtates sue capient impium. & funiculus peccatorum suorum constringitur.

quod erat tempore Noe. ſecundum quod dicitur Geñ. ſexto. omniſ caro corrúperat uiam ſuam. ſpiritu uehemenſ predicauit. ſcilicet per Noe cui inſpirauit facere arcam & predicare penitentiam. licet enim adhuc non fuerit humanitaſ Chriſti: tamen ſuppoſitum eſt eternum Hebreo. xiii. Ieſuſ Chriſtuſ heri & hodie ipſe & in ſecula. q̄ increduli fuerant aliquando. ipſi deo loquenti per Noe. quia non credebant diluuium debere inundare. quando expectabat dei patientiam. peccatoreſ ad penitentiam centum uiginti annis. ſecundum quod dicitur Geneſiſ. ſexto eruntq; dieſ illiuſ centum .xx. annorum. cum fabricaretur arca. per Noe & filioſ eiuſ. in qua pauci. i. octo anime. ſ. Noe & treſ filii eiuſ: & uxoreſ eorū. Geñ. vii. ſalue facte ſunt p̄ aquā. inq̄ntū eleuauit arcā ſ̄ ſublimea terra Geñ. vii. Iſto mó exponit glo. & doctoreſ cómuniter paſſú iſtú. Sed q̄a hec expoſitio accipit miſtice carcerē pro cōſuetudine peccādi. Ideo aliter p̄ót dici abſq; p̄iudicio. tñ q̄ hic accipit̄ carcer pro Lymbo inferni: ſ̄ quo detinebant̄ patreſ antiq̄ ſic exponendo. in quo. ſ. ut plureſ offerret deo patri. & hiſ q̄ in carcere erant. i. in Lymbo. ſpiritu uenienſ. q̄a in anima deſcēdit ad detētoſ ſ̄ Lymbo corpe iacente in ſepulchro p̄dicauit q̄a tunc eiſ miniſterium ſue incarnationiſ & redemptioniſ impletum eſt. declarauit. inter quoſ erant aliqui qui perierant in diluuio corporaliter. ut poteſt dici probabiliter. quia uidenteſ diluuium increſcere ſecundū̄ quod predixerat Noe crediderūt multi: qui priuſ erant increduli & penituerunt de peccatiſ ſuiſ. & ſic deſcenderunt ad Lymbum cum patribuſ aliiſ. ſi autem contra hoc dicatur. q̄ diluuium ſic uenit ſubito q̄ non potuerunt penitere. ſecundum quod uidetur ſaluator dicere Luce decimoſeptimo. edebant & bibebant etc. & uenit diluuium & perdit omneſ. Dicendum q̄ licet ſubito uenerit in uallibuſ: & plena terra: non tamen ſic in montibuſ. quia aque in augmento ſuo poſuerunt. xl. dieſ &. xl. nocteſ. & ſic habitanteſ in locis arduiſ uidenteſ aquaſ increſcere ſicut dixerat Noe potuerunt penitere. & forte plureſ de aliiſ: ſic igitur de iſtiſ dicitur. qui increduli fuerant aliquando. ſcilicet ante in undationē diluuii. ſed tunc crediderūt ut dictum eſt. cetera exponantur ut priuſ. Quod & uoſ. Hic expredictiſ infert correlarium dixerat enim paucoſ per aquaſ fuiſſe ſaluatoſ in diluuio: inquantum cum aq̄ eleuauit eoſ de terra: ideo dicit q̄ ſimili mó aqua baptiſmaliſ ſ̄eluat ſpiritualiter. quia per gratiam ibi datam eleuat mēteſ a terreniſ deſyderiiſ: ad petendum celeſtia. & hoc eſt quod dicit. q̄ & uoſ nunc ſaluoſ facit. ſpiritualiter iungatur ſic littera. baptiſma ſimiliſ forme. id eſt modo ſimili. tum quia pauci ſaluantur per baptiſmum reſpectu nó ſaluatorū. tū q̄a eleuat a terreniſ ad ſupiora mó dicto: ſicut aqua diluuii ſaluauit Noe: & qui cū eo erant: corpaliter eoſ eleuando ad ſuperiora. nó carniſ depoſitio ſordium. q. d. uirtuſ baptiſmi nó ſolum eſt in lotione corporiſ: ſed p̄ncipaliter in lotione mentiſ. ideo ſubditur. ſed coſcientie bone interrogatio. nā a baptizando querit̄ crediſ ſ̄ deū? & reſpōdet credo p̄ ſe ſi eſt adultuſ. uel p̄ patruoſ ſi eſt p̄uuluſ fideſ aūt caritate formata facit cōſciētiā bonā in deū tēdentē & ideo ſ̄ deū cōiugit̄ cū eo. q̄ p̄dicit̄ cōſciētie bone. ſupple tēdētiſ ſ̄ deū p̄ reſurrectionē dñi noſtri: Ieſu Xp̄i. p̄ quā habemuſ introitū ad celeſtia. ſc̄m q̄d dicit̄ in collecta paſce. deuſ q̄ hodierna die p̄ unigenitū tuū eternitatiſ nobiſ aditum deuicta morte reſeraſti etc. q̄ eſt in dextera dei per ſuam aſcēſionē. Mar. ultimo. Aſſūptuſ ē in celū & ſedet a dexteriſ dei. deglutiēſ mortē. q̄a reſurrexit ad uitā imortalē. & q̄a abſtulit a nobiſ mortē culpe. ſubiectiſ ſibi angeliſ poteſtatibuſ & uirtutibuſ. hic angelorū treſ ordineſ exprimunt̄. unuſ de inferiori gerarchia. cū dicit̄. āgeliſ. & duo de media ibi. & poteſtatibuſ & uirtutibuſ. & p̄ hoſ omneſ alii ordineſ intelligunt̄ quibuſ homo Chriſtuſ perficitur.

QHristo igitur etc. Hic beatus Petrus ordinat fideles respectu sui. & secundo reuertitur ad ordinandum eos respectu proximi ibi. ante omnia talis enim reuersio maxie fit i moralibus ꝑpter cōnexionē uirtutū. Vnde Philosophus primo Ethicorū tractat de felicitate: & iterū redit ad tractādū de ea i libri fine. Respectu uero sui bene se habet homo quādo caro subdit̄ spiritui. hoc autem fit ꝑ eius macerationē & concupiscentiaꝝ represſionē: & diuine punitiōis appropinquationem. quod ponitur ibi. omnium finis. Circa primum dicit: Xp̄o igit̄ passo i carne: & uos eadē cogitatiōe armamini. qa talis cogitatio iducit ad maceratiōnē carnis & dep̄ssionē cōcupiscētie carnis. Ideo subdit̄. q passus ē in carne. i. redegit carnē suam in obediētia aie desiit a peccatis carnalibus. ut iam non hoim desideriis. i. uoluptatibus carnis quas communiter desierant homines. sed uoluntati dei etc. iungat̄ sic littera. sed uoluntati dei uiuat ei obediēdo. quod reliquum est temporis. i. residuū presentis uite. sufficit enim preteritū tēpus etc. i. debet penitenti sufficere qd̄ p̄terito tempore uixit carnaliter: quam uitam gentes uolunt communiter & appetunt & per hoc q̄ dicit sufficit intelligenda nō est approbatio uite p̄terite: sed magis reprobatio potest etiam aliter exponi ut hec littera. sufficit enim preteritum tempus. iungatur cum eo q̄ subditur. Ad uoluntatem gentium consumandam. quoniam aliqui se laxāt ad peccata carnalia per aliorum monita. qui cum ambulauerunt in luxuriis. quantū ad actum exteriorem in desideriis quantum ad effectum interiorē. cōsequenter tāgit uitium gule quod est incitamentum luxurie. d. uinolentiis: per excessum in uino cōmessationibus in cibo. potationibus inebriatiuis quibuscunq; quarum alique sunt alie a uini potatione. & illicitis idolorum cultibus: q cultus frequenter oriunt̄ ex p̄dictis Exo. xxxii. sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere. i. idolatrare in quo admirantur infideles & luxuriosi. non concurrentibus uobis etc. id ē quia non concomitamini amplius eos in predictis uitus blasphemantes Xp̄m in quem creditis. q reddent rationem in iudicio finali. propter hoc enim in mortuis. i. infidelibus secundū illud. Matth. viii. dimittere mortuos sepelire mortuos suos. euāgelizatū ē ut iudicēt̄ id est ut credentes condemnentur. secūdum homines in carne. i. ab hoibus carnaliter uiuentibus. uiuant autem scd̄m deū. ex cōuersione enim ad fidē ista duo cōsequunt̄. sed primum occasionaliter. secundum autem ex intentione euangelizantium fidem. Omniū autē. Hic ponitur secundum represſiuum carnalium uitiorum: cum dicitur: omnium autem finis appropinquabit. quia de die iudicii nemo scit propter hoc ē cogitanda tāq̄ semper propinqua: & talis cogitatio rep̄mit carnalia uitia. Ideo subdit̄: Estote ergo prudentes id ē uobis prouidentes ut ibi appareatis mundi. & uigilate in orationibus ut deus uos dirigat sine cuius directione non potestis uiuere munde. Ante omnia. Hic consequenter reuertitur ad ordinādum fideles respectu proximi. & p̄mo in communicatione bonorum. secundo in perpessione malorum ibi. carissimi. Circa primum dicit. ante omnia etc. qa caritas excellentior est. ceteris uirtutibus. i. Corin. xiii. maior autem horum est caritas. Ideo subditur: quia caritas operit multitudinem peccatorum. ne uideantur tanq̄ diuino iudicio puniēda. sed quia caritas debet ostēdi in opere aliter non esset uera. scd̄m q̄ dicit Grego. homelia. xx. amor dei nunq̄ est otiosus: operatur enim magna si est. si autem operari renuit amor non ē ideo subdit̄: hospitales inuicem sine murmuratione. de expensis hospitū. Vnusquisq; sicut accipit gratiam: a domino liberaliter in alterutrum. illam amministrantes. aliis cōmunicādo gratis: & benigne. sicut boni dispensatores: domino uestro conformes qui dat gratis & liberaliter. multiformis gratie dei: uidetur enim hic beatus Petrus loqui de gratia

gratis data. que dat ad utilitatē ecclesie dei: & hec est multiformis: sicut dicit Apost. ii. Corin. xii. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientie alii sermo scientie etce. & in fine cōcludit. hec autem omnia operatur unus atq; idem spiritus diuidēs singulis prout uult: sed quia in usu talis gratie requiritur intentio recta. Ideo subdit. siquis loquitur exhortationis uerba quasi sermones dei. i. totum bonum attribuat deo & nō sibi. siquis ministrat. egentibus tēporalia bona tanq̄ ex uirtute quā administrat deus. id est attribuat hoc deo q dedit sibi uoluntatē & facultatē hoc faciendi. Ideo subdit: ut in omnibus honorificetur deus. i. Corin. x. omnia in gloriam dei facite. per Iesum Xp̄m. qui est mediator dei & hominum. Carissimi. Hic ordinat fideles in perpessióe mali pene aduersarius fidei. Vnde hic inuitat eos ad gloriam martyrii. Circa quod primo inducit ad confidentiam. secūdo tollit erubescentiā ibi. si exprobramini. Circa primum dicit. carissimi nolite peregrinari. i. a fide alienari. in feruore persecutionis sic exponit cōmuniter. potest etiā aliter exponi magis litteraliter: sic nolite pegrinari id est corpore elongari timore mortis imminentis. in feruore persecutionis. licet enim licitum sit fugere tamen pfectius est remanere nisi in casu utpote quando persecutio est personalis. & quando ex fuga apparet maius bonum ecclesie, ppter qd fit elōgatio ad tēpus. & nō timore mortis. sicut Paulus fugit de Damasco & de Hierusalē. Actu. ix. qui ad temptationem uobis fit. i. ad probationem fidei uestre. quasi noui aliquid nobis contingat. i. nolite peregrinari dictis modis q̄si persecutio ad mortem sit aliqd nouum: quia multi ante uos sustinuerunt martyriū. sed cōmunicātes Xp̄i passiónibus. per tollerantiā martyrii. gaudete spiritu. ut & i reuelatione glorie eius. i. in aperta uisione ipsius ad quam per martyrium peruenitur. gaudeatis. exultantes eternaliter cum angelis. Si exprobrabimini. Hic consequenter tollit erubescentiam: & primo in uerbo. d. si exprobrabimini p uerba ignominiosa. uobis illata. i nomie Xp̄i. i. ppter confessionem nominis eius. beati eritis. primo in spe: & postea in re. quoniam quod ē honoris glorie & uirtutis dei. ita q̄ honor refertur ad opus uirtuosum. gloria ad cō/ scientie bonum testimonium. uirtus uero ad triumphum de diabolo habitum. & qui ē eius spiritus. i. spiritus sāctus qui dicit spiritus filii sicut & patris. nā ab utroq; ꝓcedit. super uos requiescit. in uobis specialiter habitando uel aliter. sup uos requiescit. sicut sessor super equū ducens eū secundū suū libitum: sic spiritus sanctus ducit tales scd̄m suum instinctum. Ro. viii. qui spiritu dei aguntur hi filii dei sunt & per consequens q̄ est honoris & glorie meritorium & uirtutis operationem habitat in eis. Nemo aūt. Hic secundo tollit erubescētiam in factis. d. nemo autē uestrū patiat sicut homicida. illi enim qui patiuntur pro suis criminibus rationabiliter erubescunt. Si autem ut Xp̄ianus. i. pro fide Xp̄i patiatur & non pro crimine. non erubescat. quia hoc est opus uirtuosum qd̄ non est erubescibile: sed magis honorabile. Ideo subdit. glorificet autem deum in isto nomine. i. q̄ non solum uocabitur Xp̄ianus: sed etiā fidelis Xp̄i testis per martyrium. martyr enim grece dicitur esse testis latine. quoniam tempus est ut incipiat iudicium. i. condempnatio ad mortem. a domo dei. i. a fidelibus Xp̄i. In primitiua enim ecclesia multi transibāt per martyrium sicut predixerat saluator Io. xvi. uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare deo. si autem primum a uobis. incipit condempnatio. quis finis eorum qui non credunt? q. d. incorpabiliter durior. s. condempnatio ad mortē eternā. & si iustus uix saluabit quia per multas tribulatiōes oportet eum ingredi regnum celoꝝ. Actu. xiiii. Impius & peccator ubi parebunt? q. d. nusq̄. nam in inferni profundo abscondit erūt. & sic concludit oppositum de iustis patientibus dicens. Itaq; & hi qui patiuntur martyriū.

ſecundum uoluntatem dei. qui ſic ordinauit fieri fideli creatori: cõmendant animaſ ſuaſ in bene factis. & ſic ſecure eaſ cõſeruat & cũ angeliſ coronat glorioſe. .V.

SEnioreſ. poſtq̃ beatuſ Petruſ íformauit fideleſ generaliter: & ſeruoſ & cõiugatoſ ſpecialiter & poſtea interpoſuit informatióeſ aliq̃ſ in cõmuni. hic informat ſpecialiter exiſtenteſ in ſtatu paſtorali. d. ſenioreſ ergo. dicunt aũt ſenioreſ Epiſcopi p̃ſbyteri & doctoreſ. Vnde p̃mo de anima ubi trãſlatio noua habet ſi ſenex haberet oculũ ut iuuenis uideret utiq; ut iuuenis. antiq̃ habet ſi preſbyter haberet oculũ iuuenis etc. Debẽt. n. miniſtri eccleſie eẽ maturi moribuſ & etate. obſecro. hũiliter & caritatiue cũ ſenior. i. cõſimiliſ eiſ í etate & officio. & teſtiſ Xp̃i paſſionũ. q̃ſ ego uidi: uel aliter teſtiſ xp̃i paſſionũ. qap eo fui patuſ ad martyriũ í carcere Herodiſ. Act. xii. qui & eiuſ que in futuro reuelanda eſt glorie communicator. i. ad horam p̃ticepſ factuſ uiſióiſ glorie Xp̃i in tranſfiguratione ubi ſe tũc oſtẽdit Petro Iobãni Iacobo in forma humana glorioſa. in qua apparebit manifeſte in iudicio uel aliter. cõmunicator. i. p̃dicator glorie Xp̃i que reuelanda eſt in futuro modo dicto: Cõſequenter ponit formam ſue obſecrationiſ. d. paſcite qui in uobiſ eſt gregem dei id eſt populũm commiſſum ueſtro regimini. prouidẽteſ. de pabulo uerbi dei & euchariſtie ſacramẽti non coacte ſed ſpontanee. i. nõ amaro animo ſed prompto & libero. neq; turpiſ lucri gratia. i. ppter tpalem queſtũ. ſed uolũtarie ppter honorẽ diuinum. neq; ut dñanteſ uideriſ. i. non eleuati per ſuperbiam ratione p̃lationiſ. ſed forma facti gregiſ. Ii facti eſt nominatiui caſuſ & pluraliſ numeri. i. tenenteſ debitam humilitatem ad ſubditoſ informationẽ. & ex animo. ita ut hec humilitaſ ſit uera & non ficta. & cũ appuerit princepſ paſtorum. ſ. Xp̃uſ in iudicio. percipietiſ immarceſſibilem. i. indefectibilem coronam glorie. í anima ſimul & corpore. Similiter. Hic ultimo informat exiſtẽteſ in ſtatu iuuenili & primo de humilitate que debet eſſe in iuuenibuſ. d. Adoleſcenteſ ſubditi eſtote ſenioribuſ. reuerentiam & obedientiam debitam exhibendo omneſ. n. inuicem humilitatẽ inſinuate. i. uerbiſ & operibuſ demonſtrate ut excitetiſ uoſ mutuo ad opera humilitatiſ. quia dominuſ ſuperbiſ reſiſtit: ut patet de electione angelorum ſuperbientium & eleuatione hominum humilium ad loca angelorum. propter quod concludit. humiliamini etce. omnem ſolicitudinem ueſtram proiicienteſ in eum. nó q̃ omittant facere: quod in ſe eſt. nam hoc eſſet temptare deũ. ſed q̃ ipſi teneãt ſe aſſeq omne bonum per uirtutem dei. Sobrii eſtote. Hic ſecundo informat eoſ de uigilãtia & ſobrietate. que ſũt multũ neceſſarie iuuenibuſ. d. Sobrii eſtote. í uictu & ueſtitu. & uigilate. i. diligenter a peccatiſ precauete. quia aduerſariuſ ueſter diaboluſ tanq̃ leo rugienſ. per ſeuiciam circuit per maliciam. querenſ quem deuoret. incorporando ſibi per mortalem culpã. cui reſiſtite forteſ in fide. formata caritate que eſt armatura ſufficienſ ad ſibi reſiſtendũ. ſcienteſ eandẽ paſſionẽ. i. demonii inſultũ & temptationẽ ei que in mundo eſt ueſtre fraternitati fieri. i. fratribuſ ueſtriſ per mundũ diſperſiſ q. d. reſiſtite diabolo ſicut & ipſi. & quia taliſ reſiſtentia indiget diuina aſſiſtentia. Ideo ſubdit. deuſ autem omniſ gratie. ſ. dator. qui uocauit uoſ per fidem: in eternam gloriam ſuam. finaliter conſequẽdam. in Xp̃o Ieſu modicũ paſſoſ. omniſ enim pena temporaliſ ẽ modica reſpectu eterne: & etiã reſpectu mercediſ expectate. ipſe p̃ficiet illud ad quod ueſtra uirtuſ non ſufficit. & confirmabit ueſtram fragilitatẽ. ſolidabitq; gratiam uobiſ datam. ipſi gloria etc. Per Siluanum. Hec ẽ ultima parſ ſiue cõcluſio huiuſ epiſtole in qua primo oſtendit per quem ſcribit: ut recipienteſ eam ſint magiſ certi q̃ emanauerit a Petro & non ab aliquo pſeudo Apoſtolo. d. per Siluanũ fidelẽ fratrẽ uobiſ ut arbitror breuiter ſcripſi. ut meliuſ poſſitiſ retinere & opere adimplere.

obſecranſ.i.obſecrando mouenſ & nō imperanſ de predictoꝝ impletiōe. & cōteſtāſ hanc eſſe ueram gratiam dei.ſ.fideſ catholica.in qua ſtatiſ firmiter radicati. Secūdo eoſ ſalutat ex parte fidelium qui cum eo erant Rome. Vnde ſcripſit hanc epiſtolam d.ſalutat uoſ eccleſia.i.congregatio fidelium. que eſt in Babylone.i.in Roma quā figuraliter notat Babylonē. ſcd̄m qd̄ dicit Hieronymuſ in libro illuſtriū uirorum. quia ſicut Babylon fuit ciuitaſ maxima & idolatrie dedita:ſicut patet in Daniele:ſic Roma poſtea ſuo tpe. Vnde dicit Leo Papa de ſāctiſ Apoſtoliſ Petro & Paulo de ciuitate Romana : q magnā credebat ſe fuiſſe religionē ſi nulliuſ reſpuerit falſitatē id eſt Idolatriā collecta. ſ.ad fidem Xp̄i.ſicut alie eccleſie.& Marcuſ filiuſ meuſ.ſ. ſpiritualiſ in baptiſmo & doctrina. ſalutate inuicem in ſignū mutue caritatiſ.in oſculo ſancto.non adulatorio.ſicut Abſolon oſculabatur populum.ſcd̄o.Regū.xv.non ſimulatorio Ioab Amaſam.ii.Reg.x.non proditorio dominum.Matth.xxvi.nō impudico ſicut mulier adultera.Prouer.vii.ſed oſculo ſancto.quod ē caritatiſ ſignū etiam eiuſ commentum.gratia.ſ.dei uobiſ omnibuſ ſupplē ſit. qui eſtiſ in Xp̄o Ieſu. incorporati ſibi per fidem.Amen.

Incipit ſecunda eiuſdem.



Imon Petruſ. Hic incipit ſecūda beati Petri epiſtola.quā ſcripſit eiſdem quibuſ & primā. Et diuidit̄ i duaſ parteſ ſ.in ſalutatiōnē & proſecutionē. Sec ūda ibi. uoſ autem. In prima parte primo deſcribitur perſona ſalutanſ ex nomine primo cum dicit̄: Simon quod nomen habuit anteq̄ uocaretur a Xp̄o & ab adiuncto cū dicitur Petruſ. Hoc nomen impoſuit ſibi Xp̄uſ a firmitate fidei. & ad diſtinctionem alteriuſ Simonis qui dicitur Zeloteſ Actu.i. deſcribitur etiā ex humilitate cū dicit̄.ſeruuſ. & ex officii dignitate ibi & Apoſtoluſ Ieſu Xp̄i.Hiſ. Hic ſecundo deſcribuntur perſone ſalutate cum dicit̄.hiſ q coeq̄lem uobiſcum ſortiti ſunt fidem.per li coequalem non excluduntur diuerſi graduſ in fide circa obiectum.nam ad fidem in quolibet requiritur q̄ omneſ articuli fidei credant̄ ſi enim quiſ unum ſolum articulum diſcrederet nulliuſ fidem proprie haberet.cum in fide ſunt graduſ quantum ad explicationem . licet enim omneſ fideleſ credant omneſ articuloſ ſaltem implicite: tum habenteſ maiorem noticiam plura credunt explicite. ſimiliter quantum ad intentionem.quia unuſ credit feruentiuſ & firmiuſ alio. ſed per li coequalem excluditur diſtinctio Iudeorum. & gentilium quia gentileſ credenteſ equaliter receperunt dona dei.inter que eſt fideſ ſicut & Iudei. Vnde Ro.x. Non enim eſt diſtinctio Iudei & Greci.nam idē dominuſ omniū diues in omneſ q̄ inuocāt illum. Vnde Actu.x.Corneliuſ & alii gentileſ qui erant cum eo ſpiritū ſanctū rece/ perunt eodem modo:ſicut Iudei receperant in die Penthecoſteſ.& hoc eſt qd̄ dicitur hiſ.i. gentilibuſ conuerſiſ quibuſ ſpecialiter ſcribebat Petruſ:ut dictum eſt in p̄ncipio precedentiſ epiſtole. qui coequalem uobiſcum.ſ.Iudeiſ de q̄buſ erat Petruſ:ſortiti ſūt fidem.& etiam alia dona dei.Ideo ſubditur.in iuſticia dei.i.data per deū.& accipit̄ hic iuſticia prout eſt omniſ uirtuſ.ſicut accipit Philoſophuſ uno modo.v.Ethicorū ſed ibi loquitur de iuſticia acquiſita.hic autem agitur de infuſa gratia. hic tertio de/ ſcribuntur optata bona:cum dicitur:gratia uobiſ. in preſenti. & pax in futuro ubi quietabitur totuſ appetituſ hominiſ. adimpleatur in cognitione domini noſtri Ieſu Xp̄i.i.per cognitionem ipſiuſ in preſenti que dirigit ad pacem illam cognoſcendo de Xp̄o que ſequuntur.quō omnia etce. totum eſt ſub uno uerſu.uſq; ibi. Voſ autem.

excluſiue & ideo ẽ de ſalutatiõe in qua exprimũt optata bona. & eſt littera intricata propter quod ſic iungatur. in cognitione domini noſtri Ieſu Xp̃i quõ etc. id eſt ut cognoſcatiſ q̃ benigne & pfecte donata ſunt nobiſ omnia que ad uitã gratie pt̃inẽt. & pietatẽ. i. cultum latrie qui pietaſ a Tulio & doctoribuſ catholicis nominat. diuine uirtutiſ ſue. i. per uirtutem diuinam que eſt in eo. ſ. Xp̃o. Veruntamen qa cognitio Xp̃i & donorum eiuſ deriuata eſt ad gentileſ per predicationem Apoſtoloꝝ a Xp̃o immediate illuminatorum. ideo ſubdit Petruſ per cognitiõem eiuſ. ſ. Xp̃i uobiſ datã ab eo: qui uocauit uoſ ꝓpria gloria & uirtute cum eſſemuſ ſimpliceſ & ideote. Actu. iiii. propter quod totum eſt ab ipſo. per que. ſ. gloriam & uirtutem Xp̃i. maxima & preciosa uobiſ promiſſa donauit. ſ. ſpiritum ſanctũ in ſigno uiſibili & dono linguaꝝ. ſicut ꝓmiſerat Lu. ulti. Voſ aũt manete í ciuitate donec íduamini uirtute ex alto & Io. xvi. Si. n. nõ abiero paclytuſ nõ ueniet ad uoſ. ſi aũt abiero mittã eũ ad uoſ. & ſubdit: ibidẽ. cũ aũt uenerit ille ſpũſ ueritatiſ docebit uoſ omnẽ ueritatẽ. ut ꝑ hec dona ſpirituſ ſancti uobiſ data. efficiamini. credenteſ noſtre predicationi. diuine cõſorteſ nature. per dona gratie ſicut & noſ. ſic enim perfectiõeſ naturaleſ ſunt quedã diuine nature ꝓticipatiõeſ in eſſe naturali ſic dona gratie in eſſe ſupnaturali & q̃m acceſſuſ ad terminum ad quem includit receſſum a termino oppoſito. Ideo ſubditur fugienteſ etc. & patet. Voſ aũt. Hic incipit ꝓſecutio epiſtole in qua ꝑmo credenteſ inducit ad tenendum firmiter fidei ueritatem. ſecundo ad precauẽdum oppoſitã falſitatem. c. ii. Prima in duaſ quia primo ponit dictam inductionem. ſecundo inductioniſ ratiõem. ibi hoc enim. Circa primum ſciendum q̃ fideſ ſine operibuſ mortua eſt: ut dictum eſt ſupra Iacobi. ii. propter quod non eſt uſq; quaq; perfecta nõ ꝓpter ueritatiſ defectũ nam fidei etiam informi non ſub eſt falſum. ſed operiſ defectũ. Ideo credẽteſ inducit ad fidem operantem per dilectionem. & aliaſ uirtuteſ annexaſ. d. uoſ autem. ſupple ſcitiſ. curam omnem ſubinferenteſ. ad implendum quod ſubditur. miniſtrate in fide ueſtra uirtutem. ſ. bene operandi: ut appareat uiua in uirtute autem ſcientiam id eſt operationiſ directiuam. in ſcientia autem abſtinentiam. nõ ſolum ab illicitiſ: ſed etiã ab aliquibuſ liciti ſ peruenienteſ ad conſiliorum perfectionem. in abſtinentia autem patientiam. ſicut dicitur Matth. vi. cum autem ieiunatiſ temporibuſ non inunctiſ: nolite fieri ſicut hypocrite triſteſ etc. In patientia aũt pietatẽ. hoc enĩ eſt pfectiõiſ q̃ homo ſit ſibi duruſ per abſtinentiã: & aliiſ piuſ per condeſcenſionẽ. in pietate autẽ circa aliquaſ perſonaſ ſingulareſ. fraternitatiſ. i. communitatiſ fidelium amorem. qa bonum communiuſ eſt diuiniuſ: & meliuſ. In amore autem fraternitatiſ caritatem id ẽ unionem ad deum. que eſt uinculum perfectioniſ Collo. iii. & per conſequenſ omniũ predictorum perfectiua. Hec enĩ. Hic conſequenter ponit inductioniſ dicte ratio. & primo ratio ſumpta ex parte inductioniſ. Secundo ex parte inducentiſ ibi. ꝓpter quod. Prima ratio eſt quia ſi acquieſcatur inductiõi iam dicte prouenit inde magnũ bonum: & euitatur malum. & hoc eſt quod dicitur. hec enim p̃dicta ſi uobiſcũ aſſint. inſeparabiliter & ſuperent. oppoſita uitia. non uacuoſ nec ſine fructu. immo plenoſ meritiſ & premiiſ. uoſ conſtituent finaliter in domini noſtri Ieſu Xp̃i cognitione. i. eiuſ aperta uiſione. Io. xvii. hec ẽ enĩ uita eterna ut cognoſcant te ſolum deum: & quem miſiſti Ieſum Xp̃m. cui nõ p̃ſto ſunt. hic cecuſ eſt intellectu. & manu tẽptanſ id eſt dubiſ in effectu. obliuionẽ accipiẽſ etc. i. effectũ uidẽ obliuiſ: ſue purgatiõiſ per baptiſmum in quo accepit nouam uitã ꝑ fidẽ caritate formatã. & aliiſ uirtutibuſ operantem. Quapropter fratreſ magiſ ſatagite. procedendo de bono in meliuſ. ut per bona opera certã ueſtram uocatiõem. ad fidẽ catholicã. & electionẽ. ad beatitudinẽ

faciatis. q. d. si essetis a bonis operibus ociosi uiderent uocatio & electio uestra magis esse. secundum presentem iusticiam quam scdm eternam dei predestinationē. Sciendū tamen ꝙ hic accipitur certitudo ꝙ probabili coniectura: que certitudo ē in humanis & moralibus agilibus requirenda. secundum quod dicitur. 1. Ethicorum. disciplinati est enim in tantum certitudinem inquirere unumquodq; genus inquantū natura rei recipit proximum enim uidetur Mathematicū persuadentem acceptare & rhetoricū demonstrationes expetere. hec ení facientes. i. opera bona cōtinuantes nō peccabitis aliquando. s. mortali peccato: qa ueniale nō potest uitari omnino. sic. n. abūdanter id est per multa merita ministrabitur uobis introitus in eternum regnum. qđ ē sūme desiderandum. Propter quod. Hic consequenter inducitur ad propositū ratio sūpta ex parte inducentis & est duplex. Et secunda ponitur ibi. non enim. Prima uero accipit ex cura pastorali: que mouere debet pastorē ad īformādum subditos ī bono: & confirmandum & maxime quādo scit obitum suum propinquū. & sic erat in Petro pastore fideliū. & hoc est qđ dicit. propter quod uos incipiam semp cōmouere de his id est de operibus bonis & dicit. & incipiam. i. ita feruēter hoc faciam: ac si eēm semp in principio. & quidem scientes. bonum facere. & cōfirmatos uos in presenti ueritate supple desiderio esse. propter quod in aliquibus libris ponit uolo. qa subintelligitur: licet non sit de textu. iustum autem arbitror. ratione officii mihi impositi. q̄m diu sum in hoc tabernaculo. i. uiuens in corpore. qđ dicitur tabernaculū anime. suscitare uos in commonitiōe. i. excitare uos ad bonū. certus ꝙ uelox ē depositio tabernaculi mei sciebat enim mortem suam propinquam per Xp̄i reuelationem. Dabo aūt opera id ē efficaciter & frequēter hoc faciā. habere uos. supple memoriā de cōmonitiōibus meis post obitum meum. pastor enim bonus desiderat & querit salutem sui gregis: nō solum pro tempore suo sed etiam pro futuro. ut horum memoriam faciatis. i. opere adimpleatis. ex dictis patet ꝙ hanc epistolam scripsit Rome sicut & precedentem nā sicut dicitur hic propinquus erat passioni sue quam sustinuit Rome. Non ení. Hic ponitur secunda ratio que accipitur ex doctoris certitudine: qui tanto magis mouet ad docendum: quātum scit suam doctrinam esse ueram. erat autem Petrus de ueritate sue doctrine duplici uia certus. secūda ponit ibi. & habemus. prima uia fuit p auditū immediate a deo patre a quo nulla falsitas potest esse. Ideo dicit. non enim inductas fabulas secuti. sicut sequuntur poete & doctores. notum facimus uobis domini nostri Iesu Xp̄i uirtutem. uobis predicando: & sermonem miraculis nomine Christi factis confirmando ad sue diuinitatis ostensionem. & prescientiā. nam inquantū deus nouit oīa ab eterno: & inquantū homo ab instāti cōceptionis nouit omnia que cognoscit deus scientia uisionis que respicit habentia esse secundum differentiam temporis ꝺ̄cūq; sed speculatores facti illius magnitudinis. i. magnifice transfiguratiōis quam uiderūt Petrus Iacobus & Iohannes. in qua transfiguratiōe apparuit eis ī forma humanitatis glorioſa. accipiens enim a deo patre gloriam & honorem. i. testimonium honoris et glorie diuine uoce delapsa ad eū sensibiliter. a magnifica gloria. i. a deo patre. huius est modi. i. que uox fuit talis. hic est filius meus dilectus. s. naturalis & per cōsequens eiusdem nature & eiusdem glorie mecum. in quo mihi complacui. ut per eum perficiā salutem generis humani. ipsū audite aure corporis: & mente credentes. eius doctrinā & hanc uocem nos audiuimus. sensibiliter & intelligibiliter. cum essemus cum ipso in monte sancto. qui dicitur sanctus ratione huius apparitionis sancte. que describitur Matth. xvii. Et habemus. Hic ponitur secūda uia certitudinis quam habuit Petrus scilicet ex scriptura prophetica: cuius intellectum habuit per Xp̄m Luce ulti. tunc

aperuit illis sensū ut intelligerēt scripturas. & hoc est quod dicit. & habemus firmiorē propheticum sermonem. que firmitas potest ad duo referri. s. ad sermonem Petri. & sic sermo propheticus non est firmior sermone eius simpliciter. sed magis econuerso. nam Apostoli fuerunt magis illuminati a deo q̄ Prophete antiqui. erat tamē firmior alicui utpote uideo i prophetali doctrina nutrito. hoc est enim magis credūt cōsuetis dici apud eos: sicut dicit Philosophus. ii. metaphisice. q̄ aliqui magis assētiunt fabulis & dictis poetarum: q̄ rationibus certis Philosophorum. inter gentiles autem quibus Petrus specialiter scribebat: erant aliq̄ de iudaismo conuersi. eo q̄ una ecclesia fiebat ex gentibus & Iudeis. potest etiā dicta firmitas referri ad sermōes aliorū Prophetarū a Dauid cuius sermo firmior est simpliciter q̄ aliorum eo q̄ fuit eximius Prophetarū ut dicitur in principio glo. libri psalmorū. eo qđ alii Prophete ueritatē sibi reuelatā in uisionibus imaginariis uiderunt: ut ibi dicitur. Dauid autem nude per intellectum sine talibus imaginibus. sicut clarius uidet qui demonstrationes geometricas capit sine descriptione ut plenius dixi cum tractarem de gradibus prophetie in principio libri Psalmorum. & hoc modo uidetur beatus Petrus loqui cum dicit. habemus firmiorem propheticum sermonem. nam secundum glo. intelligit de sermone Dauid: q̄ habetur Psalmo. ii. dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. qui ad litteram intelligitur de Xp̄o: sicut ibi ostensum fuit etiam per antiquos doctores Hebreorū hanc autem autoritatem non exprimit hic beatus Petrus quia eadem est in sententia cū prius allegata. hic est filius meus dilectus. quantum spectat ad propositum. cui benefacitis attendentes. s. sermoni prophetico. q̄si lucerne lucenti. in caliginoso loco id est in hoc mundo ignorantie tenebris obscurato. donec dies illucescat. i. clara uisio ueniat. & lucifer. i. diuina claritas. oriatur in cordibus uestris. quia non est uisibilis oculis carnalibus: sed tātum mentalibus. Hoc primum. Hic reddit rationē. sui dicti: scilicet q̄ sermoni prophetico debet attendi. quia procedit ex diuina reuelatione: & non ex humana fictione. & hoc est q̄ dicit. hoc primū intelligentes q̄ omnis ꝓphetia scripture. i. in sacra scriptura posita. qđ dicit ad excludēdū ꝓphetias alias que nō sūt alicuius firmitatis. ꝓpria interp̄tatione non fit. i. nō fit sensu humano. Ideo subdit: non enim etc. sed spiritu sancto inspirati et. a quo non potest nisi ueritas inspirari: & in uirtute eius pronuntiari.

.II.

EVerunt uero. Post̄q̄ beatus Petrus inducit fideles ad tenendum fidei ueritatē Hic consequenter inducit ad eos ad precauendum oppositā falsitatem. Et p̄mo circa aduentum Xp̄i in mundum. secundo circa aduentū eius ad iudiciū. c. iii. Prima falsitas est hereticorum fidem Xp̄i corrumpentium. quarum primo ostēdit malitiā. secundo penam. ibi quibus. Circa primum dicit. fuerunt uero & Pseudoprophete in populo. s. iudeorum ante Xp̄i aduentū: sicut patet i libris Para. & Re. in pluribus locis. sicut & in nobis. Xp̄ianis erunt magistri mēdaces. quales erant Pseudoapostoli & heretici. qui introducent sectas perditionis. sicut Ebion & Cherintus negantes di/ uinitatem Xp̄i. et tempore Apostolorum. propter hoc beatus Iohannes in p̄ncipio euangelii sui declarauit diuinitatem Xp̄i dicens. In principio erat uerbum etc. scd̄m q̄ dicit Hieronymus in prologo sup Ioban. & postea Cerinthus & multi alii errauerūt circa fidem Xp̄i. superducentes sibi celerem perditionem. i. causam perditionis. & nō sibi solum: sed etiam aliis. ideo subditur. & multi sequentur eorum luxurias. ad hoc enim q̄ plures eos sequentur concedebant carnales delicias ad quas homines sunt ꝓni per quos uia ueritatis id est fides catholica. blasphemabitur. a paganis & Iudeis: tā q̄ mala. & per hoc enim dat̄ infidelibus occasio deridendi & cōtemnendi fidē catholicā

& factis uerbis id est ad decipiendum compositis de uobis negociabũtur. bona uestra temporalia subtrahendo. Quibus. Postq̃ ostendit hereticoꝝ maliciã. Hic cõsequẽter declarat penam. & secundo pene grauitatem ibi. magis autem. Prima diuidit in duas: quia primo facit propositum. secundo inducit ad hoc triplex exemplum ibi. si enim angelis. Circa primum dicit. quibus iudicium. i. pena ad quam condemnabimur. iam olim non cessat. quia semper durabit ut exponunt aliqui. sed hec expositio uidetur excludi. per hoc quod premittitur. iam olim. & sic loquitur de preterito duratio illa sempiterna erit de futuro. Ideo melius sic exponitur ut uidetur. iam olim non cessat id ẽ a p̃ncipio mũdi ẽ p̃parata. nam a principio distinctionis rerum locus inferni est ab aliis distinctus. & sic dicitur Esa. xx. preparata est ab heri a Tophet rege p̃parata profũda & dilatata nutrimẽtum eius ignis & lingua multa flatus domini sicut torrens sulphuris succẽdẽs eã. Si. n. Hic cõsequẽter p̃bat p̃positũ p triplex exẽplũ. primũ est de ãgelis peccãtibus de qbus dicit. si. n. deus ãgelis peccãtibus nó pepcit a pena debita. sed rudẽtibus. i. funibus ínferni. q funes sũt peccata que sũt causa detractiõis ad ínferna secundũ q̃ dicitur Prouer. v. Iniquitates sue capient impium: & funibus peccatorum suorum constringitur. detractos a sotietate sanctorum angelorũ. in tartarũ tradidit cruciandos in iudicium id est post iudicium reseruari. primo enim ceciderunt in hunc aerem caliginosum: ubi sunt ad exercitium bonorum. habentes tamen suam penam & supplicium post iudicium uero detrudentur in inferno deficiente sanctorũ exercitio & tunc crescet eoꝝ pena accidẽtalis ex his quos induxerũt ad peccatũ: & dãnationẽ sicut gloria sanctorum angelorum ex his quos induxerunt ad bonum & salutem. & ex his supplendum est q̃ similiter deus non parcet hereticis. Et originali. Hic ponit̃ secundum exemplum de submersis in diluuio propter peccata. d. & originali mundo non pepercit. dicuntur autem hic originalis mundus hoies qui fuerunt ante diluuiũ: eo quod tunc currebat prima etas mundi que terminata fuit in diluuio. sed octauum Noe. quia cum eo fuerunt septem persone a diluuio saluate. Iusticie preconem. qa predicauit hominibus illius temporis penitentiam ut dictum est supra epistola prima tertio. ca. diluuium mundo impiorum inducens dicit autem mundo impiorum qa tunc oñis caro corruperat uiam suam Geñ. vi. Et ciuitates. Hic ponitur tertiũ exemplũ de ciuitatibus subuersis tempore Loth: ut habetur Geñ. xix. & ciuitates Sodomoꝝ: & Gomorreorum in cinerem redigens. qa pluit super eas ignem & sulphur: ut habet̃ ibidem. exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens. i. ostendens q̃ sic puniẽtur nisi peniteant. & iustum Loth oppressum a nephandorum iniuria. secundũ qđ dicit̃ Geñ. xix. uimq; faciebant Loth uehementissime etc. ac luxuriosa conuersatiõe. nã uitium contra naturam uolebant exercere. eripuit per angelos qui eum cum uxore & filiabus extra ciuitatem eduxerunt: ut habetur ibidem. & subditur causa. aspectu enim & auditu iustus erat. ex ũita & fama eius iusticia apparebat. habitans apud eos qui de die in diem. i. q̃si continue. animã iustã. ipsius Loth. iniquis operibus cruciabãt nam emendare non poterat: & sic cum dolore portabat. cõcludit igitur. nouit deus pios de temptatione id ẽ de morte eripere: qñ expedit eis ut patet de Loth & Noe. Iniquos uero in diem iudicii. s. extremum: reseruare cruciandos quia tunc cruciabũt̃ non solum in anima: sicut ante iudicium. sed etiam in corpore. & ex dictis exemplis concludendum est q̃ similiter hereticis de pena debita non parcetur. Magis autem. Hic consequenter ostẽdit huius pene grauitatem: de qua primo ponit̃ duplex ratio. secũdo prime rationis declaratio ibi. Hi uero. Prima adhuc in duas: secundũ duplicẽ rationem. secunda ibi. ubi angeli. prima uero ratio accipitur ex parte culpe penam

merentiſ. ex quantitate enim culpe accipitur quãtitaſ pene Deutero. xxv. ſecundũ menſuram peccati erit & plagarum moduſ. ſecundum aũt expoſitoreſ beatuſ Petruſ d. hic hereticoſ grauiuſ puniendoſ q̃ demoneſ & aliоſ de quibuſ poſuit exempla. Ita ꝙ non ſolum eſt hic argumetum a ſimili: ſed etiam a maiori: negatiue cum dicit. ſi deuſ angeliſ peccantibuſ non pepercit & aliſ cõſequenter ꝓſequitur multo minuſ hereticiſ ex hoc ſequitur peccatum eorum eſſe grauiuſ. & hoc ſatiſ patet de peccatiſ mortuorũ in diluuio: & in ſubuerſiõe Sodome & Gomorre. nam peccata ꝓpter que p̃ncipaliter inducte fuerunt punitioneſ ille fuerunt carnalia: ut patet ex predictiſ hereſiſ uero ẽ peccatum infidelitatiſ: qđ eſt directe cõtra deum: & ſic ſecundũ ſuum genuſ grauiuſ eſt peccatiſ carnalibuſ. Iterum hereſiſ eſt grauior ſpecieſ infidelitatiſ: nam grauiuſ ẽ fidem ſuſceptam corrumpere uel negare: quod faciunt heretici: quam non ſuſceptam quod faciunt Iudei & pagani ſicut apud hominеſ peiuſ eſt promiſſum denegare q̃m non promiſſum. & ſic ſequitur ꝙ pena hereticorum ſit grauior & maxime quãdo ſũt inuoluti cum hoc peccatiſ carnalibuſ: qualeſ deſcribũtur iſti: de quibuſ loquit̃ beatuſ Petruſ ut patet ex precedentibuſ: & ſequentibuſ. de peccato uero & pena demonum magiſ eſt dubium. ueruntamen idem poteſt dici probabiliter de ipſiſ ſaltem quantum ad multoſ eorum. quia doctoreſ catholici dicũt cõcorditer: ꝙ hominеſ boni ꝓ merita aſſumendi ſunt ad ſingulоſ ordineſ angelorum: & ſic ad equalem gloriam. & eadem ratione ut uidetur hominеſ mali per ſua demerita: ſecundum pluſ & minuſ puniendi ſunt in ſingulиſ gradibuſ penalibuſ demonum. cum igitur hereſiſ ſit peſſima ſpecieſ infidelitatiſ: que eſt ualde graue peccatum: ſequitur ꝙ eoꝝ pena ſit grauior q̃ multoꝝ demonum & maxime quando ſunt hereſiarche aliſ uitiſ irrepti: qualeſ deſcribuntur iſti. uel ſaltem eorũ aliqui. Hiſ dictiſ patet prima ratio grauiuſ punitioniſ hereticoꝝ que accipitur ex grauitate culpe ipſorum cum dicitur. magiſ autem eoſ. ſ. hereticoſ reſeruat deuſ cruciandoſ. qui poſt carnem. ei obediendo. in cõcupiſcentiaſ immũdicie id eſt luxurie que fedat totum hominem. & maxime in peccato contra naturam. quod frequenter in ſcriptura nominatur immundicia: ambulant ſic uiuẽdo. dominationeq̃ contemnunt. i. Xp̃m qui non ſolum dicitur dominuſ in concreto: ſed etiã dominatio in abſtracto. ꝓpter excellentiam domini. quia eſt rex regum: & dominuſ dominantiũ Apo. xix. audaceſ autem. affirmando falſũ pro uero. ſibi placẽteſ. i. de ſeipſiſ magnã ſapientiam eſtimanteſ quod eſt argumentum inſipientie. ſectaſ hereſum. non metuũt facere. eaſ adinueniendo: & docendo. blaſphemãteſ. fidei ueritatem: & per cõſequens eiuſ auctorem. Vbi angeli. Hic ponitur ſecunda ratio grauitatiſ pene hereticorum que accipit̃ ex pte ſubiecti penã ſuſtinentiſ. nã demõeſ q ſũt fortioreſ ad ſuſtinendũ uix poſſũt ſuſtinere penã iferni. & multominuſ heretici qui ſunt debilioriſ uirtutiſ. & ſic ex hac pte grauiuſ affliguntur. & hoc ẽ quod dicitur. ubi id eſt in pena inferni. angeli. ſ. mali. fortitudine & uirtute cum ſint maioreſ. qa naturalia manſerunt in eiſ integra ut dicit Dyoniſiuſ non portãt. i. uix portant: & ſuſtinent. ſicut. n. ſ poſſibile dicitur: qđ eſt de difficili poſſibile. ſic nõ portabile dicit̃ hic cũ difficultate portabile. execrabile iudicium id eſt penam que non dicitur execrabiliſ inquantum eſt a deo: quia ſicut eſt iuſta: ſed ex parte demonum qui execrantur illam tanq̃ iniuſtam. Hi uero. Hic declarat primam rationem de grauitate hereticorũ pene. ꝓpter grauitatẽ culpe ipſorum. & primo ponitur hic declaratio. ſecundo infert concluſionem intentã ibi. ſi enim. Circa primum notandum ꝙ locutuſ ẽ de luxuria inſipientia: & ſuperbia ſupra in principio tertii .c. de auaricia iſtorum. ideo iſta quattuor declarat in q̃ttuor partibuſ que patebunt proſequendo primo igitur declarat eorum inſipiẽtiam. d. Hi

uero.ſ.heretici ſupple ſunt uelut irrationabilia pecora:carenteſ intellectu ueritatiſ. naturaliter in captionem & pernicię.i.ex impetu nature brutaliſ:ad pabulū feſtinát & ſic incidunt in laqueum.& capiuntur:& necantur:& ſic dicitur.in perniciem.que dicitur a p & neco.caſ. In hiſ que ignorant blaſphemāteſ.i.ſic heretici blaſphemāteſ in hiſ que ignorant.i.in articuliſ fidei.contra quoſ ex errore latrant.in corruptione ſua.i. in ſenſu ſuo corrupto:quo corrupti ſunt:& aliоſ corrumpunt.peribunt.pena gehenne.percipienteſ mercedem iniuſticie .i.penā debitam ſue malicie. Voluptatem Hic conſequenter declarat hereticorum luxuriam.d.uoluptatem exiſtimanteſ diei deliciaſ.Circa quod ſciendum q uoluptaſ idem eſt q delectatio:que poteſt eſſe bona & mala.bona ſi ſit de opibuſ uirtutum intellectualium:uel moralium. mala autem ſi ſit de actibuſ ueneriſ.uoluptaſ igitur que eſt idem quod delectatio:poteſt eſſe bona & honeſta.mala & turpiſ.licet autem frequentiuſ accipiat̄ pro delectatione honeſta in operibuſ boniſ.Ideo dicitur. Voluptaſ diei.quia qui facit ueritatem uenit ad lucē Iob.iii.Eſt igit̄ ſenſuſ q heretici luxurioſi delectatiōeſ carniſ reputāt eē uoluptatē diei.i.eaſ eſſe licitaſ & honeſtaſ & ſic ſ̄ugitur littera.uoluptatem diei.i. delectationē honeſtam exiſtimanteſ ſupple eſſe.deliciaſ coinqnatiōiſ.i. luxurie ubi eſt coinqnatio duarum perſonarū cōiunctione.& macule.i.gule ideo ſubditur.deliciſ affluenteſ.in conuiuiiſ ſuiſ in quo notatur exceſſuſ in q̄litate & q̄ntitate cibi: & potuſ. luxuriāteſ uobiſcum.i.uoſ ad hoc pertrahenteſ.oculoſ habēteſ plenoſ adulterii.i. ſigni adulterii & inceſſabiliſ delicti.i.gule que ſatiſfactionē repetit cottidie.pelliciēteſ.i.decipiēteſ animaſ inſtabileſ id ē que non ſunt in fide firmate.Cor exercitatū.Hic cōſequenter declarat eorum auariciam.d.cor exercitatum auariciam habenteſ.quia frequenter cogitant qualiter bona ſimpliciū ad ſe trahāt maledictioniſ filii.i.maledictiōe diuina digni.ſicut dicitur mortiſ filiuſ ille qui eſt morte dignuſ.ii.Reg.xii. derelinquēteſ uiam rectam iuſticie errauerunt per deuium auaricie.ſecuti uiam Balaam ex Boſor. qui cupiditate ductuſ iuit ad maledicendum populo Iſrael Numeri.xxii. quod erat iniquum.Ideo ſubditur.qui mercedem iniquitatiſ amauit.tā q̄ cupiduſ & auaruſ.cor/reptionem uero habuit ſue ueſanie ſubiugale animaliſ.ſ.aſinam ſuam que corripuit eum a uia declinādo & pedem eiuſ parieti allidēdo:& etiam diuina uirtute loquēdo: ut habetur Numeri.xxii.prohibuit Prophete inſipientiā. oſtēdendo per hec ſigna quod ibat ad Balaam mente peruerſa.Hi ſunt .Hic declarat hereticorum ſuperbiam d.Hi ſunt fonteſ ſine aqua. nam ab eiſ non emanat fonſ ſapientie.nebule. propter obſcuritatem erroriſ.turbinibuſ exagitate.i.uentiſ tēpeſtuoſiſ ſuperbie.q̄buſ caligo tenebrarum. inferni reſeruatur. ut pena reſpondeat culpe. ſuperbia enim uanitatiſ loquenteſ erroneam doctrinam.pelliciunt.i.decipiunt.in deſideriiſ carniſ luxurie.i. luxurie carnaliſ ad diſtinctionem idolatrie que eſt luxuria ſpiritualiſ.eoſ q paululū effugiunt.i. aliquantulū ſe ſubtrabūt a doctrina eccleſie.taleſ enim cito ab hereticiſ decipiūtur.qui.ſ.heretici.in errore conuerſati.i.indurati.libertatē illiſ p̄mittenteſ diceēdo q̄ licite poſſint uti delectationibuſ carniſ:ut ſic citiuſ decipiant laxanteſ ea ad que homineſ ſunt proni.tamē ipſi.ſ.heretici.ſerui ſunt corruptioniſ q̄ probat cō/ſequenter.d.a quo enim quiſ ſuperatuſ eſt:huiuſ & ſeruuſ eſt.ipſi uero ſuperati ſunt a corruptione uitioꝝ:ut patet per predicta ergo etc. Si enī. Hic infert cōcluſionē intentam .ſ. q̄ heretici ſint aliuſ peccatoribuſ grauiuſ puniendi. quia recidiuum ad infidelitatem & ad alia uitia eorum culpam aggrauant per ingratitudinem & hoc eſt quod dicitur.ſi enim refugienteſ coinquinationem mundi.i.luxurie gule & auaricie & ſuperbie in cognitione domini noſtri id eſt per receptionem fidei que talia prohibet

bis rursus implicat per recidiuum superaē. per consuetudinē. facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. propter aggrauationem predictam . ideo subditur. melius enim erat illis non cognoscere etc. quia per recidiuū ingratitudo beneficii diuini ꝑcepti aggrauat peccatum cetera patent. .III.

ET hanc ecce uobis carissimi. Postq̄ Apostolus remouit errorem contingentem circa primum Xp̄i aduentū. Hic consequenter docet p̄cauere errorē futurū. Circa quod sic procedit. quia primo fideles inducit ad tenēdum sanam doctrinam. d. Et hanc ecce uobis carissimi secundam scribo epistolam. in quibus. prima & secunda epistola uestram excito in commonitionem sinceram. i. per monitionem caritatiuam. ut memores sitis eorum. que predixi uerborum sanctorum. ut ea retineatis mente: & impleatis opere. & subdit cuius sunt uerba. d. Prophetarū & Apostolorū uestrorum preceptorum domini & saluatoris. i. que uerba sunt domini precepta. nos aūt sumus eius ministri denuntiando uobis ista. Hoc primū. Hic cōsequenter inducit ad p̄cauendum errorem: qui error primo ponit̄: & eius motiua ratio. secūdo ratiōis exclusio ibi. latet enim eos. Tertio ueritatis determinatio ibi. aduenient autem. Circa primū dicit. Hoc primum scitēres q̄ uenient in nouissimis diebus potissime circa Antixp̄i tpa in deceptiōe illusores id est illusores ueritatis. habentes uerba cōposita ad decipiendū iuxta propriās concupiscentias ambulantes id ē secundū delectabilia mundi & carnis uiuentes dicentes etc. Circa quod sciendū q̄ circa futurū iudiciū a tēpore Apostolor̄ fuit unus error. s. q̄ illud iudicium erat ualde propinquum. quem remouet Paulus Apostolus. ii. Thessa. ii. d. Rogamus aūt uos fratres: ut nō cito moueamini a uestro sensu: neq; terreamini quasi instet dies domini. alius aūt error est totaliter cōtrarius scilicet illorum qui negant iudicium futurum . & est error illorum qui negāt diuinā prouidentiam non se extendere ad actus humanos: & etiā illor̄ q̄ negāt īmortalitatē anime humane. Ad utrunq; enim errorem sequit̄ iudiciū non esse futurum. Errores autem isti renouabuntur & inualescent circa tēpora Antixp̄i. & p̄ consequēs cōclusio sequens de generali iudicio non futuro. Ratio uero motiua ipsorum erit: propter cursum nature: qui a temporibus de quibus nō est memoria processit p̄ reuolutiōes dierum & annorum ita q̄ non fuit mundi notabilis mutatio: nec similiter erit. & hoc est quod dicitur. dicentes ubi est promissio: aut aduentus eius. q. d. non potest ostēdi per aliquid apparens q̄ Xp̄us sit uenturus ad iudicandū. nec p̄ consequens ꝑpleturus sit illas promissiones quas Xp̄iani dicunt in eis impleri. secundum quod dicitur Luce xxii. bis autē fieri incipientibus respicite & leuate capita uestra: quoniā appropinq̄t redemptio uestra. & subditur confirmatio cum dicitur. ex quo enim patres dormierūt antiquissimi. omnia sic perseuerant. in suo cursu & eadem ratione: sic perseuerabunt sine tali mutatiōe: que dicitur in iudicio futura. Latet enī. Hic consequenter ponit̄ rationis exclusio. In hac enim ratione duo implicantur. Vnum est quod non fuit de preterito notabilis mundi mutatio. ex quo concludit q̄ nec erit de futuro. aliud q̄ promissiones facte Xp̄ianis non sunt implete nec implebuntur & ex tali retardatiōe impletionis arguitur iudicium nō esse futur̄. ꝓpter q̄ beatus Petrus primo excludit primum. secundo secundum ibi. unum uero. Primum autem excludit tāq̄ falsum per diluuium preteritum. quod notabiliter mutauit mundum submergendo omne uiuum preter illa que saluata fuerūt in arca. Gen̄. vii. terra etiam fuit notabiliter īmutata nam ante proferebat fructus plures & meliores: propter quod esus carnium & piscū concessus est post diluuium. Gen̄. ix. & pro debilitatione humane nature. igitur per hanc mutationem primo dictum aliorum excluditur: & secundo propositū concludit̄

ibi celi aũt. Circa primũ ſciendum q̄ littera hec dupliciter eſt exponẽda: ſc̄m duaſ expoſitioneſ de formatione rerum & eorũ diſtinctione quaſ diffuſe poſui in p̄ncipio Geñ. una eſt q̄ materia omnium corporalium excepto celo empyreo producta fuit ſub una forma communi propter quod uocatur pluribuſ nominibuſ. ſ. terra. Geñ. i. In principio fecit deuſ celum & terram. ſecundum enim Bedam & Strabum & alioſ ſequenteſ hunc expoſitiõis modum: per celum intelligitur celum empyreũ: q̄d ſtatim factum fuit & angeliſ repletum. per terram uero materiam corporalium. uocat̄ enim abyſſuſ: & aqua ibidem tenebre erunt ſuper faciem abyſſi. & ſpirituſ domini ferebat̄ ſup aquaſ. ſicut uolũtaſ artificiſ ſup materiã. de qua uult aliqua diſtincte formare. ita q̄ de illa prima die formata eſt lux. ſecunda die celum ſtellatum: & criſtallinum: deſuper ipſum. tertia die quattuor elementa. Sciendum etiam q̄ beatuſ Petruſ non loquitur hic de aliquo celo niſi de aereo: quod fuit purgatum per diluuium aſcendẽſ xv. cubitiſ ultra cacumina montiũ. de q̃ purgatione loquitur hic beatuſ Petruſ Igit̄ ſc̄m hũc modũ ſicut exponnitur littera. latet enim illoſ q dicũt mutationẽ notabilẽ mundi non eſſe factam de preterito. hoc. ſ. quod ſequitur poſtea. uoluntaſ. quaſi. d. hec ignorantia eſt affectata quia poterant ſcire mutationem per ſacram ſcripturam que loquitur de diluuio de quo ſubditur. celi erant priuſ id eſt q̄ ante diluuium erat celum aereum. quod dicitur celi in plurali. propter eiuſ duaſ parteſ. ſ. ſuperiorem que tranſcendit cacumina montium: que cum celo reuoluitur motu diuino: ut habet̄ p̄mo Meteoꝛ. & iferiorẽ que nõ ſic reuoluit̄ ꝓpter ipedimentũ mõtiũ & terra. i. elemẽtũ terre de q̃. i. de informi materia: que nominat̄ aq̃: ut dictũ ẽ. & de illa facta ſũt elemẽta ut dictũ ẽ & p aquã conſiſtenſ. qa ꝓtibuſ terre admiſcent̄ parteſ aque. ut terra habeat continuationem & conſiſtentiam aliter enim reſolueret̄ in puluereſ. dei uerbo facta ſunt iſta. ut patet Geñ. i. per que. ſ. tria elemẽta predicta aquã aerem terram Ille tunc moduſ. i. tempore Noe. aqua. ſ. diluuii mundatuſ. a ſordibuſ factiſ in mũdo ſenſibili. perit. qa omnia uiuentia fuerũt mortua: exceptiſſaluatiſ in arca. Elemẽta etiam fuerunt deteriorata. quod aũt diluuium proceſſerat ex tribuſ elemẽtiſ p̄dictiſ patet Geñ. vii. ubi dicitur. Rupti ſunt omneſ fonteſ abyſſi magne. i. oceani qa ca/ uernoſitateſ terre intra quaſ continet̄ mare rupte fuerunt. & ſic aque mariſ effuſe fuerunt ſup terram habitabilẽ. ex quo patet q̄ per aquam & terram factũ ẽ diluuiũ ſimiliter per aerem. nã ibi ſubditur. & facta ẽ pluuia ſuper terram. xl. diebuſ &. xl. noctibuſ. & ſic magna parſ aeriſ conuerſa fuit in aquã. Alia uero expoſitio accipit̄ ſc̄m dictũ Hebreoꝛ. & pluriũ doctoꝛ catholicoꝛ q dicũt a p̄ncipio creatiõiſ oĩa corpalia: & quattuor elementa fuiſſe ſimul ꝓducta ſub formiſ ſuiſ ſubſtãtialibuſ ab inuicẽ diſtinctiſ. & formatio ſeu diſtinctio eoꝛ: que deſcribit̄ i principio Geñ. facta. i. die ſecunda tertia & q̃rta non accipit̄ niſi ſecundũ qualitateſ & ꝓprietateſ accidẽtaleſ ſicut dicitur aliquiſ homo fieri quãdo peruenit ad etatem adultũ. & hoc ꝓpter debitã quantitatem & robur corporiſ & ſimilia que tunc attingit. & tamẽ non ſunt ꝓprie/ tateſ accidentaleſ quia ſecundum ſuam ſubſtãtiam factuſ eſt homo a principio uniõiſ anime cum corpore. & ſic lux que dicitur facta prima die eſt ipſa claritaſ ſoliſ que eſt eiuſ qualitaſ. quod autem dicitur ſol fieri quarta die. hoc eſt ſecundum motum eiuſ proprium: ab occidente in orientem. celum uero quod dicitur factum ſecunda die. i. corpora celeſtia hec factio intelligitur ſecundum ſoliditatem tunc eiſ datam. ſecundũ Hebre. ſecundum alioſ uero eſt uirtuſ influendi in inferiora: que tunc fuit eiſ data. ſimiliter formatio elementorũ ſeu diſtinctio facta fuit tertia die ſecundũ ꝓprietateſ accidentaleſ nam ante diem tertium elementum aque non habuit debitam denſitatem.

ſed uaporaliter eleuabatur. per totum aeriſ ſpatium. & ſic unū elementū nō uidebat ab alio diſtinctum nec ſimiliter terra qa erat aquiſ cooperta ſed tunc data fuit aque debita denſitaſ & ſic occupauit minorem locū & facte fuerunt concauitateſ in terra ubi recepta fuit una parſ elementi aque & ſic remanſit diſcooperta aquiſ una parſ terre pro habitatione hominum: & animalium. & aer apparuit in ſua tranſparentia: ſicut plenius dixi in principio Geñ. & ſecundum hoc ſic exponenda eſt hic littera cū dicitur celi erant priuſ id eſt due parteſ aeriſ: inferior & ſuperior. & terra. i. elemētū terre. de aqua formata modo dicto quia per denſitatē aque & receptionem eiuſ intra concauitateſ terre apparuerūt elementa diſtincta cetera exponantur ſicut priuſ. Celi. Hic ex p̄dictiſ concludit p̄poſitū arguenſ a ſimili. q̄ ſicut mūduſ fuit imutatuſ per aquam tempore Noe: ſic aduenīente iudice immutabit̄ per ignem cōflagratiōiſ qui ſecundum doctoreſ catholicoſ tantum aſcendet quātum aque diluuii aſcenderūt & hoc eſt quod dicit. celi autem qui nunc ſunt. ſuperior parſ aeriſ & inferior & terra id eſt elemētum terre: per quod etiam intelligitur elementū aque eo q̄ nō ē totaliter ſeparatum a terra. ſed aliqueſ parteſ aque cōmiſcentur partibuſ terre. & aliqua intra concauitateſ eiuſ continentur: ut dictum eſt. eodem uerbo diuino repoſiti ſunt id eſt conſeruati: quoniam ſi uirtuſ dei conſeruanſ ab eiſ retraheretur: in nihilū redigerent̄ igni ſeruati in diem iudicii. i. tunc per ignem purgandi: & perditionis impioꝝ hoīm. tunc enim corpore & anima damnabuntur. Vnum uero. Hic excludit ſcd̄m motiuū de tardatione impletionis diuinorum promiſſorum. quia nō eſt retardatio ex parte dei: licet nobiſ uideatur. propter quod dicitur. qa unuſ dieſ apud dominū ſicut mille anni apud noſ ſic autem loquitur Petruſ eo quod dicit̄ pſal. lxxxix. mille anni ante oculoſ tuoſ tanq̄ dieſ heſterna que preteriit. per millenariū enim intelligit̄ q̄tumcūq̄ reuolutio temporum que modica eſt: & q̄ſi nulliuſ momēti cōparata diuine eternitati propter quod reſpondendo eorum argumento ſubdit. nō tardat dominuſ promiſſiſ id eſt in redditione promiſſorum non tardat ultra debitum. ſicut quidam exiſtimane erronee: propter hoc neganteſ iudicium futurum ut predict̄ū eſt. ſed patienter agit iudicium differēdo propter noſ. ut. ſ. iuſti in merito p̄ficiant: & mali per penitentiā redeant. Ideo ſubditur. nolenſ aliquoſ pire. quantū ē ex ſe. Aduenīet. poſtq̄ excluſit errorem circa iudicium futurum. Hic conſequenter determinat ueritatem & primo ponitur hec determinatio. Secūdo ſubditur utiliſ monitio ibi cum hec igitur. Tertio doctrine Pauli approbatio ibi. ſunt & cariſſimiſ. Quarto concludit̄ intenta cōcluſio ibi. noſ igitur. Circa primum dicitur. Aduenīet autem dieſ domini. i. dieſ iudicii: qui dicitur dieſ domini. quia tunc in omnibuſ fiet uoluntaſ eiuſ: in punitione malorum & premiatione bonorum. & ſubditur moduſ uenīēdi cum dicitur. ut fur. i. repente & ex improuiſo: ſicut dicitur. Matt. xxiiii. de die autem illa & hora nemo ſcit etc. In quo celi. i. ſuperior parſ aeriſ & inferior. magno impetu tranſient. a ſtatu in quo nunc ſūt per impetum igniſ conflagrationiſ. elementa uero calore ſoluentur. q. d. non ſolū aer ſed etiam cetera elementa igne purgabuntur. terra autem etc. i. non ſolum terra: ſed omnia que in ipſa ſūt facta & de ipſa producta exurentur. Cum hec igitur. Hic ex dictiſ ſubdit̄ utiliſ monitio qa ſi tanta diſtrictio iudicii ſ appebit ī ſenſibilibuſ elemētiſ homineſ meriti & demeriti boni & mali capaceſ debent eſſe ſolliciti q̄ ſint in aduentu iudicii preparati. & hoc eſt quod dicitur. cum ergo hec omnia elementa diſſoluenda ſunt modo dicto qualeſ oportet uoſ eſſe in ſanctiſ conuerſationibuſ. ad uoſ ipſoſ & pietatibuſ. ad proximoſ. q. d. oportet uoſ multum ī talibuſ eſſe p̄paratoſ expectātes cum ſecuritate. & properanteſ cum hilaritate in aduentum diei. ſ. extremi iudicii

ſicut dicit ſaluator Luce. xxi. his autem fieri incipientibus reſpicite & leuate capita uestra id est exhilarate corda: ut exponit Greg. omelia prima per quem. ſ. aduentū diei iudicii. celi ardentes etc. exponat ut supra. nouos. i. eosdē in substantia in melius tamen immutatos & sic innouatos secundum promissa ipsius. Esa. lxxxv. Ecce ego creo celos nouos & terrā nouā. i qbus iusticia habitat. i. habitabit & loquit̄ de futuro per modum presentis propter certitudinem prophetie. qa tūc omnia ad lineā iusticie reducentur. Ideo concludit. ꝓpter qd̄ carissimi hec expectantes. ſ. iustā retributionē pro meritis uel demeritis. satagite immaculati. a peccatis carnalibus. & inuiolati a spiritalibus & inueniri in pace conscientie. & domini nostri Iesu Xp̄i longanimitatem id est remunerationis nostre ab ipso dilationem. salutem arbitramini id ē reputate ad augmentū meriti uestri & p̄mii. Sicut & carissimus. Hic cōsequenter ponit̄ doctrine Pauli approbatio cui Pseudoapostoli detrahebāt dicentes. q̄ non erat Apostolus: eo quod non fuerat cū Xp̄o sicut alii. & ideo dicebant doctrinā eius nō esse suscipiendā ut apostolicam. Secundo dicebāt eam continere erronea peruertentes eius intellectū uerbi gratia ex eo quod dixit Ro. v. ubi aūt abundauit delictum superabundat & gratia. dicebant eum hoīes inducere ad frequentationē peccati ut sequent̄ augmentū gratie: q̄ non est uerum. sed intēdit ibi dicere q̄ sicut tēpore legis Moysaice peccatū abundabat: eo q̄ ipsa peccatum ostendebat: & nō aufferebat. sic per Xp̄m sub lege factum gratia abundat. Ideo dicit̄. Io. iii. q̄ salus ex Iudeis est. Igitur Petrus Apo. utrunq; remouet ostendens primo Paulum esse uerum apostolū nominans ipsū fratrē carissimum. d. sicut & carissimus etc. Secundo ostēdens eius doctrinam esse sanctam secundum datam sibi sapientiam a deo. Ideo scripsit uobis non instinctu proprio: sed diuino ostendit etiam. eam esse conformē sue doctrine. d. sicut & in omnibus epistolis loquens. ſ. epistolis Pauli de his. i. de eisdem de quibus scripsi uobis. ſ. de ueritate fidei catholice: & de preparatiōe ad futurū iudiciū. sicut patet in epistolis Pauli in pluribus locis. in quibus sunt quedam difficilia intellectu. maxime rudibus. Ideo subditur. que indocti in sacris scripturis. & instabiles. in fide & moribus. deprauāt male interp̄tando sicut & ceteras scripturas. ſ. euangelium & Prophetarum q̄s Iudei & heretici corrūpūt ad suam ipsorum perditionem. i. damnationem. ut dictum est supra. c. p̄cedenti. Vos igitur. Hec est ultima pars in qua concluditur intentum. Vos igitur fratres p̄scientes iudicium futurum. & fallacias hereticorum custodite. i. diligenter cauete. quod seq̄t̄ in aliquibus libris. Vosmetipsos non est de textu ne insipientium errore traducti. i. extra regulam fidei ducti. excitatis a propria firmitate. fidei & morum. crescite uero in gratia. merendo eius augmentum per bona opera. & in cognitione domini nostri Iesu Xp̄i. i. ut magis explicite cognoscatis articulos fidei: & beneficia Iesu Xp̄i ipsi gloria nunc & in diem eternitatis id est sine fine. Amen.

Incipit prima canonica Iohannis.

Quod fuit ab initio. Hic incipit tertia pars principalis huius libri. In qua ponunt̄ epistole beati Iohannis Apostoli & Euangeliste & quia secundum ordinem doctrine communia debent specialia precedere. Ideo ponitur primo ad iformandū omnes generaliter. Secundo ad informādum aliquas personas specialiter: in p̄ncipio epistole secunde. Presens epistola in duas partes diuiditur scilicet in prohemium & tractatum: qui incipit ibi. & hec est annūtiatio

In prologo uero tria facit. quia primo reddit auditores attentos. Secúdo dociles siue doctos ibi. & uita. Tertio benuolos ibi. qđ uidimus. Circa primú sciẽdú q̃ difficultas materie reddere debet auditores attentos. nam ad capiendum talia requiritur maior attentio inter illa uero que spectant ad doctrinam catholicam maxima difficultas ẽ circa emanationem filii a patre in diuinis de qua tractat infra. v. c. d. tres sunt que testimonium dant in celo pater uerbum. & spiritus sãctus. similiter maxia difficultas est circa incarnationem filii assumentis naturam humanam in unitate superpositi. de qua dicitur infra. iiii. omnis spiritus qui confitetur Iesum Xp̃m in carne uenisse ex deo est & hoc est quod dicit. quod fuit ab initio etc. cõstructio est suspensiua usq; ibi. annuntiamus uobis. & ideo sic construenda est littera. annuntiamus uobis uerbũ quod processit eternaliter a patre: qui est principium seu inicũ totius emanatiõis psonarũ diuinarum secũdum quod dicit. Aug. iiii. de tri. pater est principium totius trinitatis. principium autem significat id a quo aliquid procedit. uerbum uero sum filius. nam idem est uerbum quod & filius: qui procedit a patre. Ideo pater dicitur principiũ uel initium filii: siue uerbi. & q̃ iste sit intellectus huius littere patet ex hoc qđ subdit. aliquibus tamen interpositis de uerbo uite. Consequenter procedit ad mysteriũ incarnationis. d. q̃ audiuimus scilicet a Iohanne baptista incarnati uerbi precõe cuius discipulus fuit iste Iohannes Apostolus & Euãgelista ut dicunt cõmuniter doctores q̃ ipse & Andreas fuerunt illi duo discipuli q audito a Iohanne de Xp̃o ecce agnus dei: secuti sunt Iesum. Io. i. sed Iohannes expressit nomen Andree: & suum tacuit. quia nolebat se commendare. qđ uidimus oculis nominis. cũ ipso conuersando. scđm quod dicitur. Io. i. uerbum caro factum est: & habitabit in nobis: & uidimus gloriã eius. oculis. n. corpalibus uiderũt eius humanitatẽ. & diuinitatẽ eius oculis mẽtalibus per fidem. & non solũmodo per fidem communem que est ex auditu: sed etiam per illustrationem specialem que est quodammodo ex usu. Ideo subditur. qđ ꝓspeximus id est pfectius inspeximus. uiderunt enim apostoli Xp̃m cecos illuminantẽ mortuos suscitantem. & huiusmodi. que nõ possunt nisi uirtute diuina fieri. & talia frequẽter faciebat ipando tãq̃ ppria uirtute & sic uirtus diuinitatis uidebat quodãmõ in opi/ bus illis: sicut causa i effectibus suis suo mõ. & manus nostre contractauerunt. ad de/ clarationem ueritatis sue resurrectiõis. Luce ulti. palpate & uidete qa spiritus carnẽ & ossa non habet. sicut me uidetis habere. de uerbo uite. quia uerbum incarnatum ẽ uita per essẽtiam & etiam per efficatiam. est enim autor uite nature gratie & glorie Et uita. Hic reddit auditores dociles. illa enĩ que clarius proferunt. Vnde Hiero. in prologo super Penthatentũ: quod melius nouimus: melius & proferimus. Apostoli uero fuerunt magis illuminati de diuinis q̃ alii precedentes: uel futuri. ꝓpter quod clarius potuerũt docere de diuinis. & hoc facit auditores dociles. Ideo dicit. & uita. i. uerbum quod est uita per essẽtiam: ut dictum est. manifestata est. per opera diuina in humanitate assumpta exercitata. & uidimus nos ceteris clarius & testamur. de usu & auditu. & annuntiamus uobis. ut edocti sitis. uitam eternam. i. uerbum incarnatũ ut dictum est. ii. Io. xvii. hec est uita eterna ut cognoscant te solum deum: & quem misisti dominum Iesum Xp̃m. qui erat apud patrem. ut persona distincta ab eo per eternam generatiõem in diuina natura. & apparuit nobis tẽporaliter in humanitate assumpta. Quod uidimus. Hic ultimo reddit auditores benuolos: ex bonitate finis huius doctrine. nam per eam habetur in presenti uita gratie. & glorie in futuro. & hoc est quod dicitur. quod uidimus etc. iam expositum est supra. annuntiamus uobis ut & uos societatem habeatis uobiscum. per caritatem que est eadem cum gratia. uel et

inſeperabiliter annexa & ſotietaſ ueſtra ſit cū patre & filio. & per hoc intelligitur. ſ. ſpirituſ ſanctuſ qui eſt tertia in trinitate perſone. per caritatem enim tota trinitaſ inhabitat menteſ iuſtorum. ſicut amanſ habitat in amato & econuerſo. propter quod dicitur infra. iiii. qui manet in caritate in deo manet & deuſ in eo. ſi autem nō eſt in peccatoribuſ: licet ſit in eiſ per eſſentiam: preſentiam & potentiam. per quem modum etiam eſt in ceteriſ creaturiſ & quia ſotietaſ gratie eſt diſpoſitio ad ſotietatē glorie. Ideo ſubdit. & hec ſcribimuſ uobiſ ut gaudeatiſ. de gloria tā habita in ſpe. & gaudiū ueſtrum ſit plenum. quando habebitur in re. Et hec eſt annūtiatio finito prohemio: hic acceditur ad tractatum: in quo agitur de biſ que in ꝓhemio ſunt breuiter p̄libata ſunt autem tria: ut patet ex predictiſ. ſ. eternaliſ uerbi generatio temporaliſ eiuſ incarnatio. fidelium ad inuicē & cū deo aſſotiatio. & de iſtiſ tractat in proceſſu huiuſ epiſtole non tñ eodē ordine. nā ut continuet dicenda dictiſ immediate. primo tractat de ultimo. ſ. fideliū: & dei aſſotiatione. Secundoo de uerbi incarnatione. c. iiii. tertio de eiuſ eterna generatione. c. v. Circa primum ſciendum: q̄ ſotietaſ dei & hominum in caritate inchoatur in uita. & conſumatur in patria. Igitur primo tractat de ea: ut in uita habetur. ſecundo prout in patria expectatur. c. iii. Prima diuidit̄ in treſ ptes nam primo excludit huiuſ ſotietatiſ impedimentum. ſecūdo inducit ad eiuſ ꝓmotiuum ibi. & in hoc ſcimuſ. Tertio ut euitet̄ predicit dicte ſotietatiſ facte diſſipatiuum ibi. nolite diligere. Prima ad huc in duaſ. quia primo declarat propoſitū. Sc̄do cōcludit intentum in principio ſecundi ca. Prima adhuc in duaſ. quia primo declarat ꝓpoſitū Secundo remouet quoddam falſum ſi dixerimuſ. Circa primum ſciendū q̄ ſimilitudo facit aſſocietatem Ecc. xiii. omne animal diligit ſibi ſimile. omniſ caro ad ſibi ſimilem ſotiabitur. & per oppoſitum: diſſimilitudo impedit eam. ii. Chorin. vi. que enī ptici/patio iuſticie cum iniquitate? aut que ſotietaſ luciſ ad tenebraſ? peccatum aūt tenebra eſt. & ideo facit diſſimilitudinem ad deum: qui eſt lux uera & per conſequens impedit ſotietatem cum eo dicit igitur. & hec eſt annuntiatio. i. reſ annuntiatione digna quā audiuimuſ ab eo id eſt a uerbo incarnato. & annūtiamuſ uobiſ. tanḡ eiuſ Apoſtoli & miniſtri: & quid ſit illud ſubditur. quoniam deuſ lux eſt. hoc audierunt ab eo. Io. ix. ḡdiu ſum in mundo lux ſum mundi. lux enim habet rationem manifeſtatam. in uerbo uero diuino omnia declarantur. propter quod ꝓprie lux dicitur. Vnde Auguſtinuſ iiii. ſuper Geñ. Xp̄uſ non ſic dicitur lux quomodo lapiſ. ſed illud ꝓprie hoc figurāte & tenebre ignorantie & culpe. in eo non ſunt ulle. nulluſ enim defectuſ in eo poteſt eſſe. Ideo ſubdit. ſi dixerimuſ etc. & in tenebriſ ambulamuſ. ſ. culpe & per conſequēſ ignorantie: que ſemper concomitatur culpam. ii. Ethicorum ignoranſ omniſ maluſ. & Prouer. iii. errant qui operantur malum. mentimur uerbo. quia ſumuſ conſci malorū noſtrorum. & ueritatem non facimuſ. mentiendo facto: & nō ſolū uerbo hypocriſiſ enim mendacium eſt in facto. ſi autē in luce ambulamuſ. uiuendo ī meritoruſ opibuſ ſotietatē habemuſ adinuicem. propter ſimilitudinem ad ipſum. & ſanguiſ Ieſu Xp̄i filii eiuſ emundet noſ ab omni peccato. qa ſacramenta noue legiſ de qbuſ ē baptiſmuſ & penitentia: quibuſ auffertur omne peccatum efficatiam habent a paſſione Xp̄i. Si dixerimuſ. Hic remouet quoddam falſum dictum quo aliqui iactabant ſe immuneſ a peccato eſſe. oſtēdenſ q̄ aliqſ non poteſt hoc dicere de peccato p̄ſenti: nec de p̄terito niſi ſibi reuelatū fuerit a deo dicit igitur. ſi dixerimuſ quoniā peccatū nō habemuſ. de preſenti. ipſi noſ ſeducimuſ. i. extra ſotietatem dei ducimuſ per falſitatem quia ſi de peccato uentali ſit ſermo: illud non poteſt in p̄ſenti uita totaliter uitari. de illo enim dicit̄ Prouerb. xxiii. ſeptieſ in die cadet iuſtuſ. & ſic nulluſ poteſt ueraciter affirmare

illo se carere. Sed quia peccatū ueniale nō separat a dei sotietate. Ideo melius uidet̄ ꝙ de peccato mortali loquatur. nullus enim potest scire se mortali peccato totaliter carere: nisi deus sibi reuelauerit. Ecclesiastes. ix. Nescit homo utrū amore uel odio dignus sit. propter quod si absq; dei reuelatiōe asserat se om̄i peccato mortali carere iam incurrit peccatum iactantie & superbie & etiā falsitatis: asserendo qđ nescit. Ideo subdit̄. & ueritas in nobis non est. sed si confiteamur peccata nostra humiliter. & uere fidelis. in reddendo promissa. & iustus est. quia promissum est aliquo modo debitum. & sic reddere ē iustum. ut remittat nobis peccata nostra. sic enī promisit. Matth. iiii. penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum: & emundet uos ab omni iniquitate per ecclesie sacramēta sicut predictū est. si dixerimus qm̄ nō peccauimus. de preterito. mendacem facimus eum. s. deum dicentem contrarium. si queratur. ubi dicunt doctores aliqui ꝙ hoc dicit Iob. xv. qs est homo ut immaculatus sit. & iustus appareat natus de muliere? ubi translatio alia habet nemo mūdus a sorde: nec infans cuius est unius diei uita super terram. sed isti non uidentur bene dicere: quia uerbum allegatum non est ipsius domini: nec sancti Iob ex spiritu dei loquētis. sed est uerbū Eliphat Themamas. q licet in ꝓcessu libri multa uera dicat: tamen falsā conclusionē nititur sustinere. ut patet per sententiam domini in fine libri: propter quod dicere ꝙ uerbum eius sit uerbū domini non uidet̄ conuenienter dictū sed alibi dicit de peccato originali ꝑ os Dauid Prophete psal. xlviii. In iniqtatibus cōceptus sū & in peccatis cōcepit me mater mea & de actuali dicit. Matt. vi. ubi docet om̄es orare ꝓ peccatoꝝ suorum remissione. debita nostra dimitte nobis. ꝙ esset friuolum ei qui non haberet peccata. & ꝑ Apostolū. Ro. iii. Est autem deus uerax. omnis homo mēdax. uerbum eius id est Christus qui est uerbum dei patris nō est in nobis per gratiā sanctificantē

Filioli mei. Hic ex predictis infert conclusionem intentam. .II.

scilicet ꝙ debemus peccatum uitare. d. filioli mei. Hic predicta scribo uobis ut non peccetis ne sotietati diuine īpedimentū ponatis. sed & siqs peccauerit ex humana fragilitate. aduocatū habemus Iesū Xp̄m ad patrē. ostendentē patri ꝓ peccatoribus uulnera. iustum. q. d. non interpellat pro quibuscunq; peccatoribus: sed solum ꝓ uere penitētibus. & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. actiue & passiue. nam seipsū obtulit pro nostra expiatione. non pro nostris autem tantum: sed etiam pro totius mundi. s. quantum ad sufficientiam. sed pro electis tantum: quantum ad efficaciam. nam alii ponunt obicem. Et in hoc scimus. Hic cōsequenter ponitur dicte sotietatis promotiuum quod est opus meritorium: per qđ caritas per quā deus ī nobis habitat & nos in ipso meretur augeri. ut aucta mereatur & perfici. Sic igitur ꝓcedit beatus Iohannes. quia primo ad opus meritoriū inducit omnes generaliter. Secundo aliquo specialiter ibi. scribo uobis filioli. Prima in duas. qa primo inducit ad opus meritoriū Secundo cōfirmat suum dictum ibi. carissimi. Circa primum dicitur. & in hoc scimus. probabili tamen coniectura. quoniā cognouimus eū. noticia amatiua que ē practica prout praxis extenditur ad effectum. si mandata eius obseruemus. quia sicut dicit Grego. omelia. xx. Amor dei nunq̄ est ociosus operatur enim magna si est. si autem renuit amor non est. Ideo subditur. qui dicit se nosse eum. noticia caritate formata. & mandata eius non custodit. facultate habita. mendax est. quia ueritas non subest dicto eius. qui autem seruat uerbum eius. corde retinendo: & opere adimplēdo. uere in his caritas perfecta est. perfectū ē cui nihil deest. v. Metaphisice. Sed hoc potest intelligi dupliciter: quo ad presens. Vno modo cui nihil deest de his ad que tenetur. & sic qui seruat uerbū dei ad eius p̄cepta dicitur in caritate ꝑfectus. Alio mō accipit̄

cui nihil deest. de his que potest habere & sic caritas non est perfecta in via qa semp potest quilibet quantumcunq; perfectus in merito crescere. Vnus tamen dicitur alio perfectior inquantum seruat non solum mandata necessitatis: sed etiã cum hoc cõsilia que sunt supererogationis & sic dixit Xp̃us Matth. xix. Inueni uiam perfectiõis querenti. si uis pfectus esse uade & uende omnia que habes: & da pauperibus. & ueni & sequere me. & q̃nto qs feruentius mandata uel plura de consiliis ex caritate seruat seruat & strictius dicitur magis perfectus & quia per caritatem deus habitat in nobis. Ideo subditur. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. tamen hic accipiẽ scientia large pro coniectura probabili ut dictum est ca. precedenti. nisi superhabeatur reuelatio diuina q̃ autem sequitur in aliqbus libris. si in Xp̃o perfecti fuerimus. non ẽ in libris correctis qui dicit se in illo manere. per caritatẽ. debet sicut ille ambulauit inter homines conuersando. & ipse ambulare Xp̃m imitando: non solum in obseruatione preceptoq; sed etiam consiliorũ secũdum suã possibilitatẽ q̃uis ad hoc nõ teneatur de necessitate. Carissimi. Hic consequenter cõfirmat dictũ suũ. s. per hoc q̃ preceptũ de dilectiõe dei & proximi: ex quo procedunt opera bona est ab antiquo datum. d. carissimi non mandatum nouum scribo uobis etc. est enim hoc mandatum dictamine legis naturalis. q̃ homo diligat deũ a quo habet esse & uiuere: & hominẽ sibi similem in specie. Vnde & bruta & animalia hoc faciunt Ecc. xiii. Omne animal diligit sibi simile. & sic est insertum menti humane a sua prima conditiõe ẽ enĩ de lege scripta diuina Deutero. vi. diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc. & de dilectione proximi dicit Leuit. xix. diliges proximum tuum sicut te ipsum. & sic datum ẽ ab initio legis. Itẽ mandatum nouum scribo uobis. quia idem preceptum de dilectione renouatum est in euangelio quod dicitur lex amoris. quod uerum est id ẽ uerificatum. & in ipso. s. deo humano: qui ex caritate maxima passus est pro nobis: & in nobis quia per hoc dedit hominibus maximum intensiuum amorem. propter qd̃ imminente sua passione dixit Io. xiii. mandatum nouum do uobis: ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. qa tenebre id est figure & umbre ue. tes. transierunt in cuius signum uelum templi fuit tunc scissũ Luce. xiii. & uerum lumen iam lucet. i. ueritas euangelii. qui dicit se in luce esse id ẽ in ueritate euangelii uiuere. & fratrem suum odit in tenebris est. culpe & ignorantie & per oppositum. qui diligit fratrem suum. in deo: & secundum deum: qd̃ ẽ caritatiue diligere. in lumine manet. s. gratie & p̃ consequens in lumine increato: in quo manet p̃ gratiã sicut amãs in amato. & scandalũ in eo nõ ẽ scilicet actiuũ nec passiuũ. scandalum enim est dictum uel factum minus rectum: alteri prebentis occasionem ruine manens autem in lumine dicto modo uel facto nec prebet alteri occasionem peccandi nec ex facto uel dicto alterius ruit in peccatũ. qui aũt odit patet ex dictis sentẽtia. Scribo uobis. Hic cõsequenter ad opera meritoria inducit aliquos specialiter & p̃mo baptizatos ab eo de quorum salute erat p̃ncipaliter sollicitus nõ enĩ omĩs baptizauit uel conuertit nam in partibus illis Paulus predicabat & Timotheus: & plures alii ut patet i epistolis Pauli & actibus Apostolorum. dicit igiẽ. scribo uobis filioli. illi p̃prie filioli dicuntur alicuius a quo sunt baptizati uel de baptismo leuati. quoniã remittũtẽ uobis peccata. i. remissa sunt in baptismo: qui delet totam culpam & penã p̃pter nomẽ eius: scilicet Xp̃i in cuius nomine dabatur baptismus in primitiua ecclesia: ut habetur Actu. ii. q. d. decetero non debetis coinqnari per peccatũ. Secundo inducit p̃fectos in moribus & scientia. de quibus est multum curandum eo quod bonum ipsoq; redũdat in totam ecclesiam: propter quod uocat eos patres. d. scribo uobis patres propter qd̃ cognouistis eum qui ab initio est. i. uerbum incarnatum procedens a patre. ut dictũ

est in principio huius epistole. q. d. eis exquo habetis maiorem scientiam alius debetis esse aliorum exemplum: p opera uirtutis. Tertio inducit adolescētes in qbus incipiūt concupiscentie carnis uigere: propter quod laudat eos de castitate ut ad eam magis animentur. nam uirtus laudata crescit. ideo dicit. Scribo uobis adolescentes: quoniam uicistis malignum. i. mali ignis incentiuum: qui est ignis concupiscentie carnalis. q. d. de cetero nō debetis uos pmittere uinci a carnalibus desideriis. Quarto īducit infātes tamen aliquo modo rationis capaces: q licet pauca cognoscant de diuinis tñ cognoscūt deum esse patrem ipsorum. d. Scribo uobis infantes quoniā cognoscitis patrem. q. d. exquo cognoscitis. debetis eum reuereri: & prout possibile uobis est imitari. Quinto inducit iuuenes qui tā habent robur corporis. d. scribo uobis iuuenes: quoniā fortes estis & uerbum dei in uobis permanet. q. d. sicut estis fortes corpore ita sitis mente: ut non deficiatis in quacunq; tribulatione & subditur ad hoc ratio. & uicistis malignum id est diabolum renuntiando ei & pompis eius in baptismo. q. d. debetis firmiter stare ne decetero uinceamini ab ipso. Nolite diligere. Hic ponit̄ diuine sotietatis cū hoibus dissipatiuum: ut euitetur istud quod est duplex. s. cupiditas que est uenenum caritatis: in qua caritate consistit eius sotietas & heresis peruersitas. que dicta á sotietatem dissoluit. Ideo primo docet cauere primum. Secúdo secundū ibi. filioli. Circa primū dicit. nolite diligere mundum non accipitur hic mūdus pro uniuersitate creaturarū sicut dicitur Io. i. mundus per ipsum factus est creature enim diligende sunt inq̄tum per eas ascendimus tanq̄ per scalam ad cognitionem creatoris. Ro. i. inuisibilia enim dei a creatura mundi idem ab homine per ea que facta sunt intellecta concupiscunt̄ sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. sed accipit̄ hic mūdus p hoibus delectabilia huius mundi inordinate querentibus de quibus dicitur. Io. i. mundus eū nō cognouit quia occupatio circa delectabilia mundi impedit cognitionem dei. licet autem natura sit in ipsis diligenda: uitium tamen est odiendum & fugiendum nam amicus stultorū similis efficietur. Prouer. xiii. nominantur mundus ratione uitiorum. Ideo subditur. neq; ea que in mundo sunt. i. uitia eorum si quis diligit mundum. hoc modo dictū nō est caritas patris in eo. nam amor delectabiliū huius mūdi detrahit ab amore diuino quoniam omne quod est in mundo. i. in hominibus mundanis. concupiscentia carnis est que uiget in uoluptuosis & cōcupiscentia oculorum. in cupidis & auaris: & supbia uite in ambitiosis. que. s. triplex concupiscentia. non est ex patre quia nihil uitiosū est a deo. licet res concupite sint ab eo: & etiam potētia concupiscibilis & eius actus: inquantum est ens non autem inquantum deordinatus. sed ex mundo est. qa puenit ex defectu seu malicia hominum mundanorum. & mundus id est homines mundani. transibit. de hoc mundo per mortem uita enim p̄sens nō est nisi transitus qdā Sapi. ii. umbre transitus est tempus nostrum. qui autem facit uoluntatem dei manet ineternū quia de statu gratie transit ad statum glorie: que gratia consumata est. Filioli. Hic consequenter docet precauere hereticorum peruersitatem & secundo firmiter tenere catholicā ueritatē ibi. uos qđ audistis. Tertio circa dicta facit breuē recapitulationē ad maiorum dictorum firmitatem ibi. hec scripsi uobis. prima in duas qa p̄mo mouet hereticos cauere. secúdo docet eos cognoscere. ibi sed uos. Circa primū dicit Filioli. Hic accipitur filioli largius quā supra. s. pro omibus fidelibus: qui dicūtur filioli beati Iohannis eo quod erat Apostolus in illis ptibus. nouissima hora est. i. sexta etas huius mundi que simul currit cum septima que est etas quiescentiū in celo a tpe passiōis xp̄i per quem aperta est ianua celestis. Aliter exponitur de tempore Antix p̄i. quod dicit̄ hora nouissima eo quod est futurum circa finē mundi. tamen aliquo modo cepit a tpe

Apostoli: in quo Ebyon & Chorintus surrexerũt: & plures heretici: q fuerũt figura Antixpi sicut beatus Iohannes baptista dicit uenisse in spiritu Helie Luce. 1. & huic expositioni magis concordat littera sequens: cũ dicitur. & sicut audistis qa Antixpus uenit. 1. uenturus est tpe suo. nunc Antixpi multi facti sunt. s. heretici corrumpentes ueritatem euangelii: sicut faciet Antixpus. Vnde scimus. 1. ex hoc perpendimus. qa nouissima hora est. 1. q tempus Antixpi quodãmodo incepit ab eis. ex uobis pdierũt id est ex societate uestra nam heretici proprie dicuntur qui fidem susceptã catholicã corrumpunt. sed non erant ex uobis secundum eternam dei predestinationem. nam si fuissent ex uobis permãsissent utiq; uobiscum. quia diuina predestinatio nõ frustratẽ in effectu suo sed ut mãifesti sint. supple exierũt de societate nostra. ut sic a fidelibus melius euitentur. sed uos. Hic consequenter docet modum cognoscendi hereticos: qui aliquando aliunde ueniebant ad subuertendum fidem simplicũ. & primo tãgit modũ a parte fidelium. d. sed uos unctionem gratie habetis a sancto. s. spiritu que data est uobis in baptismo & nostris omnia. s. ad salutem necessaria. natura enim nõ deficit in necessariis: & multominus actor nature. ueritas autem fidei necessaria est ad salutẽ tamen magis uel minus explicite secundum statum credentium nam sacerdotes plura tenentur explicite cognoscere de his que sunt fidei q̃ simplices laici. & ideo si ueniat hereticus ad corrumpendam fidem & fidelis se conuertat ad deum ad habendum eius unctionem: dirigentem non deficiet quin eum dirigat per se uel per alium. secundum ea que pertinẽt ad statũ suũ. & sic in potestate fidelium est habere unctionẽ docentem de omnibus necessariis ad salutem. illud autem habere dicimur quod est in potestate nostra habendi. nõ scripsi uobis quasi ignorantibus. hoc dicit specialiter p maioribus. qui sciebant falsitates heresium: & ueritatem articulorũ discernere. Secũdo dat modũ cognoscendi ex parte hereticorum. d. quis mẽdax? scilicet in fide. nisi is qui negat. 1. negationem que sequitur affirmat esse ueram. s. quoniã Iesus non est Xpus. hoc. n. affirmãt Iudei obstinati dicẽtes q̃ Iesus Nazarenus nõ ẽ Xpus in lege & Prophetis promissus hoc etiam affirmabant heretici qui iudaizabãt post susceptionem baptismi hic est Antixpus id est Xpo contrarius. qui negat patrem & filium etc. sunt enim correlatiua que posita se ponunt. & perempta se perimunt ideo qui negat unũ: & alterũ & similiter qui confitetur unum & alterũ. Vos. Hic consequenter monet eos tenere fidei ueritatem uos quod audistis ab initio. uestre conuersionis in uobis p maneat. sine hesitatione & deuiatione. si autem in uobis permanserit. s. fides caritate formata quã recepistis in baptismo. & uos i filio & patre permanebitis. in presenti per gratiam. & hec est repromissio quã ipse pollicitatus est uobis. dare de futuro uitã eternã. Io. vi. hec est uoluntas eius qui misit me patris ut omnis qui uidit & credit in eũ habeat uitã eternã. Hec scripsi. Hic ponit circa p̃dicta recapitulationẽ ad maiorẽ affirmationẽ d. hec scripsi uobis de his qui se ducunt uos. 1. conãtur uos decipere. & uos unctionem gratie quam accepistis ab eo. 1. a deo in baptismo. manet in uobis. in potestate enim ẽ hominibus illam gratiam obseruare: quia deus non subtrahit gratiam suam ab aliquo nisi ipse prius subtrahat se a deo per malam uoluntatẽ. & non necesse habetis ut aliqs homo doceat uos. non est per hoc intelligendum q̃ fideles simplices contẽnere debeãt doctrinam superiorum: ut eam negligere cum eam possunt habere. qa doctrina dei est. sed hoc dicitur quia si humana doctrina deficeret deus suppleret: ut supra dictũ est. sed sicut unctio eius id est dei que est sufficiens docet uos de omnibus. necessariis ad salutẽ maxie i casu i quo deficit humana doctrina. Vnde frequẽter inueniũtẽ aliqui simplices nutriti in campis clariusq; uidentes in his que sunt necessaria sue saluti: q̃ illi q

quasi cottidie audiunt sermones in ciuitatibus magnis & uerum est & nó est mendaciú nam ab eo qui est regula ueritatis non potest ꝓcedere nisi uerum & sicut docuit uos manete in eo. per bonam uoluntatem ut cú apparuerit in iudicio. habeamus fiduciá id est certitudinem de beatitudine. & non confundamur. in aduentu iudicis audiendo illam terribilem sententiam: que habetur. Matth. v. Ite maledicti in ignē eternum etc. si scitis quoniam iustus est. accipitur hic si pro quia. quia cuilibet fideli hoc notú est de deo. scitote quoniam & oīs qui facit iusticiam. i. opera iusticie ex ipso natus est. i. hoc facit inquantum habet esse ab eo: & si loquamur de operibus iusticie que ē uirtus pollitica uerú ē qa ab ipso est oīe bonum nature & multo fortius uerú est de operibus iusticie infuse: que datur cum gratia per quam homo constituitur in quadá participatione supernaturali esse diuini. secundum quod dicitur. ii. Petri. i. maxima & preciosa nobis ꝓmissa uobis donauit. ut per hec efficiamini diuine cōsortes nature

Videte qualem caritatem. Postq̄ beatus Iohannes .III.
tractauit de sotietate dei & hominum que habetur in uia. Hic consequenter tractat de illa que expectat in patria. Et diuidit in duas partes quia ꝑmo declarat eius perfectionem. Secundo debitam ad eam dispositiōem ibi. & omnis. Circa primú dicit. uidete. i. diligenter attendite. qualem caritatem dedit nobis pater nos in filios adoptando. Io. i. dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Ideo subditur: ut filii dei nominemur. & simus. in ueritate ita ꝙ hoc nomen in uobis non est uacuum: nec inane. & per consequens habemus ius in celesti hereditate ꝓpter hoc mundus non nouit uos. noticia approbationis hoīes enim mundani nó approbāt illos qui terrenis contemptis tendunt ad hereditatem celestem eos miseros & stolidos reputantes & subditur causa cum dicitur. quia non nouit eum. ex hoc enim ꝙ hoīes terreni sunt mundanis totaliter intenti auertuntur a cognitione dei patris inquātum est dator celestis hereditatis propter quod non apparebant cōtemptores terrenorú: & appetitores celestium. & si queratur que sunt illa celestia respondet. carissimi nunc filii dei sumus per gratiam adoptionis. & non dum apparuit qd erimus. q. d. nó possē sufficienter exprimere quia illa bona celestia non sunt cōprehensibilia ab hominibus uite presentis prima Corinthiorum. ii. Oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus his qui diligunt eum. scimus. q. d. hoc tñ scimus in generali de celestibus ꝙ cum apparuerit. i. cú uobis se patrē ostēderit in possessiōe celestis hereditatis nos ponēdo. similes ei erimus. in ipsú q̄ntum possibile ē tráformati & ei coniuncti & subditur modus huius coniunctionis: & transformationis. quoniam uidebimus eum sicuti est. uidendo ipsum clare trinum & unum. cognitio enim ꝑ oīes philosophantes fit per assimulationē cognoscentis ad cognitú. hec autem uisio facta est cognitio que potest haberi a creatura. intellectuali & per consequens est igitur assimulatio perfectissima ad deum. est transformatio per amorem annexú. & in hoc cōsistit sotietas dei & beatoꝝ. Et omnis. Hic cōsequenter declarat debitā dispositionē ad hanc dispositionem consequendam. que dulex est. secunda ponitur ibi. omnis qui non est iustus. Prima in duas quia primo facit propositum. secundo remouet qudodā erroneum dictum ibi. filioli. Prima uero dispositio ad uisionem dei consequendá est puritas mentis secundum dictum saluatoris. Matth. v. beati mundo corde quoniā ipsi deum uidebunt. Ideo dicitur. & omnis qui habet spem habeat in eo. i. in deo sperans ipsum uidere facie ad faciem clare. sanctificat se. conscientiam emundando. sicut ille qui sanctus est. propter quod non admittit ad suā uisionē nisi sanctos & ꝙ repellant immundi: consequenter ostendit cum dicitur. omnis qui facit peccatum & iniquitatem

facit. nam peccatum est transgressio legis diuine. lex autem diuina est ipsa equitas & ideo in omni mortali peccato est equitatis corruptio. & per consequens iniquitas. & scitis quia ille apparuit i carne assumpta. ut predicta tolleret que sunt diuine uisiõis impedimenta. & peccatum in eo non est. i. esse non potest ideo subdit. omnis qui in eo manet fide. formata caritate: non peccat q̃ diu sic manet qa cõtraria simul nõ possũt in eodem uerbo. & omnis q peccat nõ uidit eum. uidens enim deum clare cum uideat eum eẽ summum bonum: nullo modo potest auerti ab eo per peccatum. nec cognouit eũ. fide formata caritate per hoc est intelligendum q̃ habens fidẽ caritate formatã non possit peccare ut aliqui dixerunt: & male Apoc. & caritatem autem tuã primam reliqsti: memor esto itaq; unde excideris etc. & sic est intelligendũ q̃ nullus utẽs actu fide formata caritate uel existens in ea peccat: ideo dicitur. nec cognouit eum scilicet actu peccando. filioli. Hic consequenter remouet quoddã dictum erroneum. erant enim aliqui dicentes q̃ cognitio fidei sine operibus sufficiebat ad salutem: cõtra quem errorem scripsit beatus Iacobus: ut uisum est supra in epistola sua & sic contra ipsum dicit beatus Iohannes filioli nemo uos seducat predicto errore. qui facit iusticiã. i. opera iusticie. iustus est. & ille nõ qui credit sine operibus q facit peccatũ ex diabolo est. licet dicat se esse xp̃ianum quoniam ab initio diabolus peccat. non est per hoc intelligendum q̃ creatus sit malus ut dixerunt aliqui quia scribitur Geñ. i. uidit deus cuncta que fecerat & erant ualde bona sed ex quo primo peccauit semper i peccato perseuerauit. nam peccatum eius est irremediabile & ad peccandum homines induxit In hoc apparuit filius dei. in humanitate assumpta. ut dissoluat opera diaboli. per mortem suam: & ecclesie sacramẽta ab eius morte efficatiam habẽtia. Ideo cõcludit omnis qui natus est ex deo. p sacramẽtum baptismi: quod est fidei formate sacramẽtũ peccatum non facit inquantum sit natus quia fides formata caritate: non stat cum mortali peccato. Ideo subditur. quoniam semen ipsius in eo manet scilicet gratia que non compatitur secum tale peccatum. & non potest peccare. inquantum habens gratiã: que nõ põt eẽ ratio peccãdi: sicut sedens inq̃tũ sedẽs nõ põt ãbulare. & in hoc sensu sedentem ambulare est impossibile potest tamen peccare p defectibilitatẽ liberi arbitrii: quod non confirmatur in bono per gratiam in presenti. nisi in aliquibus ex gratia speciali. propter hoc infert distinctionem filiorum dei a diabolo. d. In hoc manifesti sunt filii dei. s. q̃ non peccant mortaliter. & filii diaboli per operationem peccati: & sic patet q̃ non sunt aliqui filii dei per fidem sine operibus q̃ concludere intendebat. Omnis. Hic ponitur secunda dispositio ad beatitudinem que est caritas fraterna Matth. v. beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et diuiditur in duas partes qa primo inducit ad fraterne caritatis actũ. secũdo declarat debitum modum ibi filioli. Circa primam partem primo continuat se ad predicta. d. Omnis qui non est iustus iusticia infusa non est de deo. quia illa sola facit dignũ uita eterna. & qui non diligit fratrem suum. similiter non est dignus uita beata. quoniam hec ẽ annũciatio. i. res annũciata quã audistis ab initio cõuersiõis uestre. ut diligatis alterutrum caritatiue. & non sicut Chaim supple sitis. qui ex maligno erat. i. diabolo & occidit fratrem suum. Abel. Geñ. iiii. & ꝓpter quod occidit eũ respondet. quoniã opera eius maligna erant. fratris autem eius iusta. Ista fuit occasio prima. nã munera Abel propter eius iusticiam fuerũt accepta deo: in cuius signum ignis descendit de celo & consumpsit eius sacrificium. Vnde Geñ. v. ubi dicitur. Et respexit deus ad Abel & ad munera eius translatio theodotionis habet & inflammauit deus super Abel. talis enim inflãmatio signũ est acceptatiõis diuine ut patet Iud. vi. de oblatiõe Gedeõis

&.xiii.ſ oblatiõe mãnue &.iii.Reg.viii.ſ oblatiõe Helie &Paral.iii.in oblatiõe Salomonis quod uidens Caim concepit inuidiã & odium contra fratrem ex quo odio ſicut ex cauſa propinqua occidit eum. dicuntur autem opera Caim fuiſſe maligna qa licet offerret deo: offerebat tamen de peioribus & ex uolũtate peruerſa. Ideo dicitur Geñ.iii. Ad Caim autem & ad munera eius non reſpexit.q.d. ꝓpter maliciã Caim munera eius nõ acceptauit & ex hoc cõcludit dicens. Nolite mirari fratres ſi odit uos mũdus. quia opera eius maligna ſunt: ueſtra autem bona. & ſubdit cauſam bonitatis. dicens. nos ſcimus certitudinaliter. ſi referat ad Apoſtolos q receperũt ſpiritũ ſanctũ in ſigno uiſibili: & in gratia fuerunt cõfirmati: & hoc per diuinã reuelationẽ fuerũt certificati. ſi autẽ ad alios referatur: ſcire: hoc accipitur pro probabili cõiectura. qm̃ tranſlati ſumus de morte culpe ad uitam gratie. quoniã diligimus fratres. opera uero ex caritate facta ſunt meritoria. Ideo ſubdit per oppoſitum qui non diligit manet in morte. quia caret caritate: que eſt uita anime. omnis qui odit fratrem ſuum. quod eſt peius: q̃ nõ diligere eum homicida eſt. ſui ipſius ſpirituraliter: & fratris ſui corpo/raliter. diſpoſitiue tamen nam odium eſt diſpoſitio ad homicidium: ſicut dictum eſt de Caim. & ſcitis. quoniam omnis homicida non habet uitam eternam in ſe manentem. quia nõ habet gratiam que in uobis eſt quedã inchoatio uite eterne. que cõſumatur in gloria: que eſt gratia conſummata. In hoc cognouimus. Hic conſequenter inducit ad actum caritatis fraterne per exemplum Xp̃i: qui mori uoluit pro noſtra ſalute. & primo facit ſuam inductionem. Secundo aliquorum excluſionem ibi qui habuit. Circa primum patet littera uſq; ibi. & nos debemus pro fratribus animas ponere id eſt uitam corporalem pro ſalute eoꝝ corporali exponere. & hoc debitũ patet ex ordine caritatis. ſecundum quem deus eſt ſuper omnia diligendus. & poſt ipſum anima ꝓpria & tertio anima proximi. quarto & ultimo corpus proprium ſecundũ Auguſtinum. i. de doctrina Chriſtiana. bonum uero minus diligibile ſecundum ordinem rectum debet exponi pro ſalute magis diligibilis propter quod uita corporalis eſt exponẽda pro ſpirituali ſalute proximi. non tamen omnes ad hoc ſemp tenentẽ: nec uniformiter cuius ratio eſt: quia cuilibet ſemper imminet cura ſui corporis non aũt cura de ſalute ſpirituali proximi. ſed ſolum in caſum neceſſitatis ut ſi quis uideat periclitari ꝓximũ ſpiritaliter & non poſſit ſibi aliter ſubueniri niſi p hoc ꝙ talis uidẽs exponat ſe morti corporali. In tali caſu tenetur hoc facere & nõ alias & hoc mõ uidet beatus Vitalis martyr ditiſſimum medicum ĩ articulo mortis poſitum pro fide Xp̃i & expaueſcentẽ ſuis abhortationibus roboraſſe. pro quo ad mortem fuit condemnatus illi uero q curã animarum habent: ut ſacerdotes curati epiſcopi & alii prelati non ſolum in hoc caſu ſed etiam in aliis tenentur pro ſalute ſubditorum ſuorum uitam exponere corporalẽ utpote ſi lupus intret gregem ſuum ad corrumpendũ eum in fide uel moribus. aliter non eſſet paſtor: ſed mercenarius ſecundũ teſtimoniũ ſaluatoris Io.x. Qui habuerit Hic conſequenter oſtendit in aliqbus defectũ huius caritatis. d. q habuerit ſubſtãtiã huius mundi. i. diuitias. Hic tangitur duplex caſus in quo elimoſinam facere neceſ/ſitatis eſt & precepti. Vnus accipitur ex parte facientis. ſ. quando habet ſuperfluũ uictui & ueſtitui conſideratis neceſſitatibus perſone & ſtatus: non ſolũ ſcd̃m preſentẽ ſtatum: ſed etiam que probabiliter poteſt occurrere & frequenter occurrũt. & ſcd̃m hoc dicitur Luce.ii. ꝙ ſupereſt date elimoſinam. Vnde Baſilius famelici panis ẽ quẽ tu tenes nudi tunica quã in conclaui conſeruas diſcalciati calceus q apud te marceſſit indigentis: argentum qd̃ poſſides inhumatũ quocirca tot iniurias quot dare ualeres & hoc idem dicit Ambroſius in Decre.d.xlvii.c. ſi cum hi & hoc notatur cũ dicitur

qui enī habuerit ſubſtantiā huius mundi. i. diuitias ſuperfluas modo dicto. Scdus caſus accipitur ex parte recipientis. ſ. quando patitur urgentem neceſſitatem: & nō appet unde ſuſtentari poſſet: niſi per elimoſinam iſtius: & tunc ille tenetur dare non ſolum de ſuperfluo ſicut in caſu predicto: ſed etiam de neceſſario non perſone ſue ſecundū individuum conſiderate: quia plus quilibet tenet̄ ſibi q̄ alteri. & ſic in neceſſitate ſimili ſed de neceſſario ſui ſtatus nam quilibet debet ſe reſtringere ut proximum adiuuet in ultima neceſſitate & ſecundum hoc ſubditur & uiderit fratrē ſuū neceſſitatē habere ſcilicet ultimā. & clauſerit uiſcera ſua ab eo. ſubuētionē denegando. quō caritas dei manet in eo. q. d. nullo modo ī tali enim caſu eſt tranſgreſſor precepti diuini. ꝓpter quod dicit Auguſtinus paſce fame morientē: ſi non pauiſti occidiſti. Filioli. Hic cō/ſequenter inducit ad debitum diligendi modum. d. Filioli non diligamus uerbo. ſ. tm̄ ſicut illi qui dicunt uerbis ſe fratribus compati: ſed de hoc nihil & hic eſt amor fictus ſiue uanus. neq; lingua. ſ. fallaci ſicut Iacob dixit Amaſe. ii. Regum. xx. Salue mi frater & ſtatim interfecit eum. & hic amor non ſolum eſt fictus & uanus ſed etiā ꝑdi/torius. ſed opere. contra primum & ueritate. contra ſecūdum in hoc diligendi modo ſcilicet efficaciter & ueraciter. cognoſcimus quoniam ex ueritate ſumus. i. ex deo qui eſt ipſa ueritas & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra. i. cōfidenter preſentare poterimus coram eo corda ueſtra. q̄ ſi aliter diligeremus. ſ. uane uel falſe hoc facere non poſſemus. Ideo ſubditur. quoniam ſi reprehenderit nos cor ueſtrum. de uana & falſa dilectiōe. maior eſt deus corde ueſtro & nouit omnia. propter qđ talis uanitas uel falſitas nō latebit eum. cariſſimi ſi cor ueſtrū non reprehēderit uos. de dilectiōe uana & fallaci. fiduciā habemus ad deum. ſ. in noſtris neceſſitatibus recurrēdi ad ipſū. & quicquid petierimus de pertinentibus ad ueſtram ſalutē: & ꝑſeueranter accipiemus ab eo. non tamen ſemper ſtatim ſed tpe opportuno nam frequenter differt oratiōes fidelium adimplere: ut non ſit uile qđ preſtat & ut ꝑlixiori deſiderio & poſtulatiōis repetitiōe meritū eius accreſcat. & ſubditur ratio impletionis cum dicitur. quoniam mandata eius cuſtodiuimus ipſe enī cuſtodiētibus eius mandata uitam eternā ꝓmittit Matth. xix. Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata: & fidelis eſt adimplendo ꝓmiſſa & que ſint eius mandata ſubdit. d. & hoc eſt mandatum eius etc. hic accipit̄ ſingulare pro plurali: quia omnia eius mandata continentur in fide per dilectionem operante Ro. xiii. plenitudo ergo legis eſt dilectio. & qui ſeruat mandata eius per dilectionē adimplendo in illo manet & ipſe in eo ſicut amans in amato. & etiam econuerſo & in hoc ſcimus quoniam manet in nobis. dicto modo. in ſpiritu. hoc eſt per ſpiritum. quē dedit uobis. ſi hoc intelligatur de beato Iohanne: & aliis Apoſtolis: iſtud ſcire eſt ꝑ certitudinem reuelationis diuine. ſi autem de aliis eſt per probabilem coniecturam: ut dictum eſt ſupra eo. c.

.IIII.

CAriſſimi. Hec eſt ſecūda parſ ꝑncipalis tractatus huius epiſtole: in qua beatus Iohannes agit de uerbi incarnatione & primo ueritatem declarat. Secūdo de/clarationem cōfirmat ibi. & nos uidimus. Prima in duas qa ꝑmo determinat ueritatē. Secundo inducit ad caritatem ibi. cariſſimi. & quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. ideo determinando ponit ueritatem iuxta falſitatem oppoſitā. Et diuidit̄ in duas partes. quia primo determinat ueritatem in comparationē ad docentes. Scđo ad audientes ibi. ipſi de mundo ſunt. Circa primum dicit. nolite omni ſpiritui credere id eſt omni loquenti de ſpiritalibus. inter que incarnatio uerbi eſt de maioribus. ſed probate ſpiritus. modus autem probandi poſtea ponit̄. ſed primo ponit̄ ratio ꝓbandi cū dicitur. quoniā multi Pſeudoprophete. i. multi doctores falſi. de uerbi īcarnatiōe

exierunt in mundum. ſ. Ebion & Chernituſ ut dictum eſt ſupra. & ſubditur moduſ probationiſ cū dicitur. in hoc cognoſcīt ſpirituſ de. i. loquenſ de ſpiritalibuſ ex diuina inſpiratiõe. omniſ ſpirituſ qui confitetur Ieſum Xp̃m in carne ueniſſe ex deo eſt. i. loquitur ex inſpiratione diuina Xp̃uſ eſt nomen ſuppoſiti in duplici natura. ſ. diuina & humana. In diuina ab eterno. In humana ex tempore uenit. uenit igitur in carnē naturam humanam aſſumendo in uirgine ſed uenit in carne naſcendo de ea in carne aſſumpta. & ſic patet q̃ ueniſſe in carne includit ueniſſe in carnē qa ſcd̄m p̃ſupponit primum. propter quod Apoſtoluſ magiſ expreſſit primū q̃ ſecundū. & omniſ ſpirituſ qui ſoluit Ieſum ſicut Ebion & Chernituſ: negãteſ eiuſ diuinitatē & omneſ alii male ſentienteſ de incarnatione uerbi. ex deo non eſt. i. nō loquitur ex ſpiritu diuino: ſed maligno. & hic eſt Antixp̃uſ non in perſona ſed in figura: ut dictum eſt ſupra. ii. c. & ſic patet littera ſequenſ cum dicitur de quo audiſtiſ etc. Voſ ex deo eſtiſ filioli. p̃ baptiſmum regenerati: & uiciſtiſ eum. ſ. figuralem Antixp̃m confitendo Ieſum Xp̃m eſſe deum & hominem uerum. uel uiciſtiſ eum deuincendo concupiſcentiaſ oculorum & carniſ & ſuperbiam uite que nomine mundi intelligũtur ut dictum eſt ſupra. ii. c. quoniam maior eſt qui in uobiſ eſt. ſ. ſpirituſ dei in quo uiciſtiſ concupiſcentiaſ & nō uirtute propria q̃ qui in mũdo. i. q̃ ſpirituſ maligнuſ qui habitat in hoĩbuſ mũdaniſ & excitat concupiſcentiaſ predictaſ. Ipſi de mundo. Hic conſequẽter determinat ex parte audientium. Circa quod ſciendum q̃ qlibet audit libenter illud ad qd̄ p̃nitatē habet. abhorret aũt audire contrariũ. Ideo heretici in doctrina ſua laxabãt hoĩbuſ mundaniſ mundi delectabilia ut ſic faciliuſ peruerterent eoſ circa credibilia & hoc eſt quod dicit. Ipſi. i. heretici qui ſunt figura Antixp̃i. de mundo ſunt. i. querenteſ huiuſ mundi delectabilia. Vnde dicit Auguſtinuſ in libro de utilitate credendi: hereticuſ eſt qui alicuiuſ temporaliſ commodi & maxime glorie p̃cipatuſ qa ſui gratia nouaſ ac falſaſ opinioneſ gignit uel ſequitur. Ideo de mundo loquitur. nam ex abundantia cordiſ oſ loquitur. & munduſ eoſ audit. nam ad ea que predicãt afficitur. noſ ex deo ſumuſ. regenerati q nouit deũ. fide caritate formata. audit uoſ. acqeſcendo doctrine ueſtre qui non eſt ex deo. non audit uoſ ſed magiſ abhorret doctrinam ueſtram. in hoc cognoſcimuſ ſpiritũ ueritatiſ & ſpiritũ erroriſ. i. doctorẽ & ſpiritũ ueritatiſ. Ca/riſſimi declarata ueritate de uerbi incarnatiõe hic reuertiẽ ad tractandũ de caritate de qua in hoc libro principaliter intendit ut patet ex p̃ceſſu libri p̃pter qd̄ tractãdo de aliiſ intermiſcet de caritate ad quam inducit hic quadruplici ratione. Prima ſumiẽ ex filiatione dei: q̃ per caritatem conſequitur. nam ipſa diuidit inter filioſ regni & perditioniſ. Ideo dicit. diligamuſ uoſ inuicem quoniã caritaſ ex deo eſt. i. a deo infuſa & omniſ qui diligit fratrem ſuum ex deo natuſ eſt. quia caritaſ eſt quedam p̃cipatio diuine nature in uobiſ. Et cognoſcit. Hic ponit̃ ſecunda ratio que accipitur ex dei cognitione quam debemuſ appetere: & hanc habemuſ per caritatem. nã ſicut malicia uoluntatiſ per habitum uitioſum: peruertit rationiſ iudicium. Ita econuerſo bonitaſ eiuſ que eſt per caritatem cauſat in intellectu iudicium rectum. p̃pter qd̄ dicitur. i. Chorin. ii. animal homo non percipit ea que ſunt ſpirituſ dei. ſpiritaliſ autem iudicat omnia: & hoc eſt quod dicitur. & cognoſcit deum. ſ. habenſ caritatem: qui nō diligit dilectione caritatiua: nō nouit deum noticia meritoria. quoniam deuſ caritaſ eſt. nō per hoc eſt intelligendum q̃ deuſ ſit caritaſ mouenſ immediate uoluntatem humanã ad actum diligendi ſine habitu medio: ut uidet̃ ſentire Magiſter ſententiarũ. xvii. d. primi libri. quia ſic tolleretur ratio delectabiliſ ab actu diligendi nã actuſ p̃ficiẽſ potentiam facit actum delectabilem. ii. Ethicorum deuſ autem non poteſt eẽ forma

perficiens uolũtatis create ergo etc. similiter ratio meriti. nam sicut in actu diligẽdi uolũtas esset tantũmodo mota: & sic non diligeret libere. nec p cõsequens meritorie ideo tenetur ab omnibus doctoribus q̃ deus mouet ipsam uoluntatẽ ad actũ diligẽdi meritorium per habitum caritatis infusam. sicut intellectum ad actũ credẽdi p habitũ fidei. est igitur intelligendum. quoniam deus caritas est. s. increata. sicut est bonitas & sapientia ad cuius cognitionem rectam: inclinat caritatis habitus ut dictũ ẽ supra obiectum enim huius cognitionis non est uerum absolute: sed uerum cõfesse se habẽs appetitu recto. Ideo subtracta dilectione caritatiua: que facit appetitũ intellectiuũ rectum maxime circa deum: nõ remanet talis cognitio. In hoc apparuit. Hic ponit tertia ratio que accipitur ex dei imitatione qui ex dilectiõe ad uos misit filium suum in mundum in humanitate assumpta ut uiuamus per eum uita gratie. quam influit nobis: sicut caput influit sensum & motum membris suis. sed quoniã prior ipse dilexit nos. diligere enim est uelle alicui bonum. quicquid autem bonum nature uel gratie in nobis est: uel potest esse: totum est a deo agente uoluntarie. & misit filium ppiciatorẽ scilicet hostiã per quã deus pater nobis ppitius reddetur p peccatis nostris. s. tollẽdis & ex hoc concludit intentum. d. Carissimi etce. & patet littera. Deum. Hic ponitur quarta ratio que accipitur ex diuina mansiõe in nobis: quam debemus appetere sũme & hanc facit caritatiua dilectio non autem uisio que non habetur in presenti uita. & hoc est q̃ dicit. deum nemo uidit unq̃ Exo. xxxiii. non uidebit me & uiuet. dicit tamen Augustinus q̃ concessum fuit Paulo & Moysi uidere diuinã essentiam. sed hoc fuit in raptu & transitorie non mansiue. de qua mansione est hic sermo: ut patet ex littera sequenti. si diligamus inuicem caritatiue. deus in nobis manet. sicut amatum in amante. que quidem mansio est aliqualiter eadem cum mansiõe patrie. nam habitus caritatis non euacuatur adueniẽte statu patrie. sed manet & perficitur. sed cognitio uie euacuatur. & caritas eius in nobis perfecta est. exponat̃ sicut supra. c. ii. in hoc cognoscimus etc. exponatur ut supra. in fine. c. precedentis. Et nos uidimus supra in p̃ncipio huius. c. tractauit de incarnatiõe uerbi: & confirmat dictã determinationẽ & primo facit propositum. Secundo inducit ad dilectionis actum ibi. deus caritas ẽ determinationem uero suppositam de incarnatione uerbi confirmat per hoc: q̃ con/uersatus fuit cum uerbo incarnato & opera eius uidit. & hoc est quod dicit. & nos. s. ego & alii Apostoli uidimus. uiderunt enim eius humanitatem oculis corporalibus: & eius diuinitatem oculis mentalibus. & non in se sed in effectibus suis. sicut uidet̃ causa in effectu uiderunt enim eum facientem miracula uirtutem totius nature create trã/scendentia & non solum orando sicut alii sancti: sed etiam imperando tanq̃ uirtute propria. & testificamur de uisu dicto modo. quoniam pater misit filium suũ eiusdem nature & potestatis cum eo saluatorẽ mundi p suã passionẽ in humanitate assumpta ideo concludit quisquis confessus fuerit. corde & ore confessione caritatiua. quoniam Iesus homo uerus & filius dei. i. q̃ idem est suppositum utriusq; nature. s. diuine & humane. deus i eo manet per gratiam. & nos cognoscimus uerbum incarnatum modo predicto. & credimus caritati quoniã habitat in nobis. i. credimus ipsũ specialiter ha/bitare nobiscum per caritatem. Deus caritas est. Hic inducit ad caritatẽ & ut magis moueat primo eum commendat. secundo ad eam incitat ibi. nos ergo. Circa primum commendat eam de tribus primo quia facit nos participare deitatem. & hoc est quod dicit. deus caritas est. s. increata & q manet in caritate creata que ẽ quedã p̃ticipatio caritatis increate que est deus. in deo manet. sicut participans in participato. & deus in eo. sicut participatũ in participante. Secundo qa contra horrorem iudicii futuri

dat ſecuritatem. & hoc eſt quod dicit. in hoc eſt perfecta caritas dei etce. amor enim facit confidere de preſenti amanti. Ideo ſubditur. qa ſicut ille eſt benefaciens de celo iniuſtis. & nos ſumus in hoc mundo. pro amore eius amicos & inimicos diligẽdo ſcdm quod dicitur. Matth. v. diligite inimicos uestros etc. & ſubdit ut ſitis filii patris uestri qui in celis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Tertio quia excludit timoris ſeruilitatẽ. Ideo dicit. timor nõ eſt in caritate ꝙ intelligitur de ſerui timore & inquantum ſeruilis eſt: ſed ꝑfecta caritas foras mittit timorem. caritas autem quecunq; excludit timorem ſeruilem. & ideo quod dicitur hic caritas perfecta etc. i. perfectio caritatis etiã minime habet hunc timorẽ excludere quoniam timor penam habet. i. timori ſeruili pena debetur. quia facit cauere peccatũ ſolũmodo ne puniatur propter deteſtationem uitii nec propter uitandã offẽſam dei. ſicut mulier habens uoluntatem adulterandi abſtinet aliquando timẽs a uiro puniri. qui autem timet. hoc modo non eſt perfectus in caritate. i. nõ habet caritatem ipsũ perficientem. Alio modo exponitur de timore inciali: qui facit cauere peccatũ ꝑtim propter penam: & partim propter offenſam. tamen principaliter propter offenſam dei. & hic timor inquantum reſpicit penam ſemper minuitur creſcente caritate: & cũ dicitur. timor nõ eſt in caritate. ſubintelligitur ꝑfecta. Nos ergo premiſſa caritatis cõmendatiõe. Hic cõſequẽter íducit ad caritatẽ habendã: & p̃mo ad caritatem dei. d. nos ergo diligamus deũ qm̃deus p̃or dilexit nos. exponat ut ſupra eodẽ. c. Conſequẽter inducit ad caritatẽ ꝓximi. d. ſi quis dixerit quoniam diligo deum & fratrem ſuũ odit: mendax eſt. quia dilectio proximi induditur in dilectiõe dei. & ad hoc inducit rationem. d. qui enim nõ diligit fratrem ſuum quem uidet etc. Ad cuius intellectum ſciendum ꝙ dupliciter eſt aliquid cauſa dilectionis. Vno modo ſicut id quod eſt ratio diligẽdi & hoc modo bonum alicuius eſt ratio diligendi ipsũ. nam unũquodq; diligit inquantum bonum. Alio modo id quod eſt uia quedam ad acquirendum dilectionem & hoc mõ uiſio alicuius eſt cauſa dilectionis eius: non tñ ſic ꝙ ea ratione ſit diligibile ſed quia per uiſionem huius ducitur quis ad dilectionem eius. igit nõ oportet ꝙ illud qđ ẽ magis uiſibile ſit magis diligibile uel magis diligatur. ſed bene eſt illud ꝙ prius nobis occurrit ad diligẽdum. & hoc modo arguit Apoſtolus. proximus eo qđ ẽ nobis magis cognitus occurrit nobis primo diligendus propter quod ſi aliquis proximũ non diligit argui poteſt: ꝙ deum non diligit: non quia proximus ſit magis diligendus ſed quia nobis primo occurrit diligendus. ut dictũ eſt. Vnde dicit Grego. home. xxvii. Ex his que animus nouit ſurgit ad ícognita que non nouit. & per hoc ꝙ ſcit notum diligere: diſcit & incognita amare. & ſic intelligitur: quod dicitur hic. qui nõ diligit fratrem ſuum quem uidet. & ſic occurrit primo ſibi diligendus ratione ſimilitudinis in ſpecie. Ethicorum. iii. omne animal diligit ſibi ſimile etc. deum quem non uidet. & ſic primo non occurrit diligendus. quomodo poteſt diligere. q. d. non eſt probabile. qa dilectio proximi eſt quedam uia ad dilectionem dei. non tamẽ ſequitur propter hoc ꝙ ſit maior uel perfectior: ſed magis econuerſo. nã illud qđ ẽ prius í uia generatiõis eſt poſterius ordine ꝑfectionis: ſicut patet de puericia & ſtatu uirili. & hoc mandatũ habemus a deo. ut qui diligat deum diligat & filiũ ſuum. Matth. xxii. ubi p̃ceptũ de dilectione ꝓximi coniungit mandato de dilectiõe dei. .V.

OMnis qui credit. hec eſt tertia pars principalis tractatus huius epiſtole in qua tractat beatus Iohannes de eterna uerbi emanatiõe. Et diuiditur in duas ptes quia primo continuat ſe predictis immediate de dilectione proximi. Secũdo tractat de emanatione uerbi ibi. & hec eſt uictoria. Circa primum dicit. omnis q credit fide

formata caritate. quoniã Ieſus Nazarenus Xp̃us eſt in lege & Prophetis promiſſus. ex deo natus eſt. per regeneratiõem baptiſmalem. & omnis qui diligit eum q genuit id eſt deum: qui fideles filios ſuos fecit. diligit & eum qui natus eſt ex eo. i. quencunq; fidelem. animal non diligit ſufficienter deũ niſi cum eo diligeret membra eius. Ideo ſubditur. In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos dei: cum deum diligimus. nam dilectio dei includit dilectionem proximi: ut dictum eſt. ſed quia amor dei non eſt otioſus operatur enim magna ſi ẽ ut dicit Grego. home. xx. Ideo ſubdit. & mãdata eius faciamus. probatio enim dilectionis exhibitio eſt operis. hec eſt enim caritas dei. id eſt hoc exigit caritas dei. ut mandata eius cuſtodiamus corde retinendo: & opere adimplendo. & ne aliquis ſe excuſet propter difficultatẽ hoc remouet. d. & mandata eius grauia non ſunt. ſ. amanti nam illa que de ſui natura dura ſunt: & aſpera: amor dei & ſpes premii facit leuia. Ideo ſubditur. quoniam omne quod natum eſt ex deo. per fidem caritate formatam. uincit mundum. i. temptationes mũdi & perſecutiões. Et hec ẽ poſita continuatione dicti de dilectiõe ꝓximi: hic cõſequenter determinat de determinatione uerbi. & p̃mo ponit hec determinatio. Secundo determinationis manifeſtatio ibi. & ſpiritus eſt. Tertio manifeſtatiõis intentio ibi. & hoc ẽ teſtimoniũ Circa primum continuando ſe ad hoc quod dixerat immediate. Omne quod natum eſt ex deo uincit mundum. i. facit uincere. fides noſtra de uerbo dei. Ideo ſubditur. quis eſt autem qui uincit mundũ niſi qui credit. fide formata. quoniã Ieſus eſt filius de i. ſ. naturalis: & per conſequens eiuſdem nature cum eo non idemptitate ſpecifica. q̃a natura diuina non eſt diuiſibilis ſicut humana. ſed idẽptitate numerali. diſtinctus tamen in perſona quia natura non patitur nec ratio: q̃ gignens & genitus ab eo ſint unum in ſuppoſito. hic eſt. ſ. dei filius eternaliter. a patre genitus qui uenit in mundũ ad nos ſaluandum per actum baptiſmalẽ: & ꝑ tactũ ſue ſanctiſſime carnis in baptiſmo dedit uim regeneratiuam aquis. & ſanguinem effuſum i̇ pretium noſtre ſalutis Ieſus Xp̃us. uerus homo: uerus deus. non in aqua ſolũ. ſicut Iohannes baptiſta cuius bap/ tiſmus ſolum lauabat corpora: ſed non auferebat peccata ſicut baptiſmus Xp̃i. ſed in aq̃ & ſanguine. i. in baptiſmo uirtutẽ regeneratiuã habẽte ex ſanguine ad infinitas animas ſi eſſent redimendas: ſufficiente. Et ſpiritus eſt. Hic cõſequenter ponit dicte manifeſtatio determinationis. & eſt quadruplex. non tamen ponuntur hic ſecundum ordinem temporis. Vna fuit per ſpiritus ſancti miſſionem ſuper Apoſtolos in ſigno uiſibili i̇ ſignum q̃d Ieſus ad dexteram dei glorificatus eſt. cuius naturalis filius unus cum ipſo deus & de hoc teſtimonio predixit ſaluator Iohannis. xv. Cum aũt uenerit paraclytus quem ego mittam uobis a patre ſpiritum ueritatis: qui a patre ꝓcedit. ille teſtimonium perhibebit de me. & hoc eſt quod dicitur. ſpiritus. ſ. ſãctus ẽ q teſtificat cuius teſtimonium non poteſt eſſe falſum. quoniã Xp̃us eſt ueritas. i. dei patris filius qui procedit a patre per modum intellectus. & ſic eius uerbum eodem eſt enim uerbũ & filius: ꝓpter quod illa que ꝓtinent ad intellectũ ut ueritas: ſapientia: uel huiuſmõi appropriantur filio in diuinis. Quoniam tres ſunt. Hic ponitur ſecũda manifeſtatio que eſt per apertam uiſionem. nã ipſa trinitas manifeſtat ſe beatis quantũ ad ꝓsonaꝝ diſtinctionem: & uerbi emanationem a patre: & ſpiritus ſancti ab utroq;. & hoc eſt quod dicitur. quoniam tres ſunt qui teſtimonium dãt in celo. ueritatem manifeſtãdo. nam teſtimonium dare eſt ueritatẽ manifeſtare. pater ingenitus. uerbũ ab eo genitũ & ſpiritus ſanctus procedens a patre & uerbo. & hi tres unum ſunt in eſſentia. & ſic unus deus ſuper omnia glorioſus. Et tres ſunt. Hic ponitur tertia manifeſtatio que eſt per Xp̃i paſſionẽ: in qua anima Xp̃i fuit a corpore ſeparata: & a corpe mortuo

fluxerunt sanguis & aqua. Io. xix. dicit igitur. & tres sunt qui testimonium dant ueritatem filii manifestãdo. spiritus. i. anima Xpi: in qua ad limbũ inferni descẽdit & eis se manifestauit ostendendo suam deitatem: & personalem proprietatem. & tunc ení deũ clare uiderũt ꝓpter quod dominus dixit latroni. Luce. xxiii. hodie mecum eris in paradyso. aqua & sanguis. que ueritatem manifestant in ecclesie sacramentis habentibus efficaciam ex ipsis que quidem sacramenta cõferunt in fide & cõfessione trinitatis. & tres unum sunt. qa conuenũt in assertione unius deitatis. Si testimoniũ Hic ponitur quarta manifestatio que fuit per sensibilem uocẽ. nã in baptismo Xpi & eius transfiguratiõe audita fuit uox sensibiliter patris dicentis de Xpo: hic ẽ filius meus dilectus. hic singulariter dicitur per hoc ostẽdens q ipse solus est eius naturalis filius. & per consequens unus in natura & distinctus in ꝑsona. ceteri uero q purificãt sunt eius filii adoptiui. dicit igitur si testimonium hominum accipimus. accipitur hic si pro quia. nam testimonium hominum recepimus tanq̃ sufficiens in rebus humanis. testimonium dei maius est. i. certius. nam enim nõ potest ei subesse falsũ. sicut potest subesse testimonio hominum. & per consequens est magis credibile in rebus diuinis q̃ testimoniũ hoim in humanis. q testificatus ẽ de filio suo in transfiguratiõe ut ꝓdictũ est qui credit in filium dei habet testimonium dei in se. i. effectum illius testimonii qui non credit filio. doctrine eius acquiescendo. mendacem facit eum. s. deum patrem: q dicit testificãdo. hic ẽ filius meus dilectus. coniunxit ipsum audite ut habet Matth. xvii. ideo subdit qa non credidit i testimonio. qđ testificatus ẽ & patet ex ꝓdictis Et hec est. Consequenter ponitur predicte manifestationis intentio. & primo ex pte dei testificantis. Scđo ex parte Iohannis scribentis ibi. hec scribo uobis. Circa primũ sciendum q predicte manifestationis intentio ex parte dei est: q homines per hoc cõsequantur uitam eternam. & hoc est quod dicitur testimonium. i. intentio eius: siue finis. quoniam uitam eternam dedit uobis deus. si ení accipiat uita beata formaliter que est uisio seu fruitio diuina: sic dedit in ꝑsenti in spe: & in futuro in re. & de ꝑsenti illis qui iam sunt in beatitudine. si autem accipiat uita beata obiectiue: sic dei filius ratione deitatis est ipsa uita beata ꝑncipaliter in cuius aspectu beati reficiũt interius & ratione humanitatis secũdario in cuius aspectu reficiunt exterius sicut dicit Aug. super Iohannem: & sic quodãmodo dedit nobis uitam beatam: quando dedit nobis filium suum uerum deum & uerum hominem. Ideo subditur. & hec uita in filio eius ẽ scilicet obiectiue qui habet filium dei per fidem formatam. habet uitã beatã scilicet beatam in spe. & si habet filium per uisionem & fruitionem: habet eam in re. qui nõ habet filium dei hoc modo uel illo: non habet uitam consimiliter quia sicut affirmatio sequitur ad affirmationem: ita negatio ad negationẽ. Hec scribo. Hic cõsequenter ponitur intentio scribentis: & primo quantum ad bonum habendum. & secũdo q̃tum ad tam habitum: ibi. scimus quia. Prima in duas. secundũ duplex bonũ consequendũ secunda ibi. & hoc est. Circa primum sciendum q uoluntas beati Iohannis cõformis erat uoluntati dei testificantis. & ideo intendebat q illis quibus scribebat ꝑ hoc uitã beatam consequentur. Ideo dicit. hec scribo uobis ut sciatis qm̃ uitã eternã habebitis qui creditis. fide per dilectionem operante: in nomine filii dei. si tamen perseueretis. Et hec est fiducia. Hic ponitur secundum bonum consequendum. s. orationũ suarũ effectum. & primo illud ponitur. secundo circa hoc q̃ndam distinctionẽ facit ibi. qui scit. Circa primum dicit. & hec est fiducia quam habemus. s. dei filium. qa quodcũq petierimus secũdum uoluntatem eius. s. beneplaciti audiet uos. non tamẽ semp statim sed tempore competenti. & scimus quia audit nos qcqd petierimus qđ est intelligendũ

quando petitio est pia pro se: & perseueranſ. his enim concurrentibus semp exaudit & sic est ītelligēdum qđ subdit. scimus etc. repetitio est eiusdē ad maiorē assertionē Qui scit. Hic consequenter circa petitionē p peccatoribus facit quandā distinctionē d. qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortē. i. excludēdo impenitentiā finalem. quia quis moritur in peccato mortali petat orando pro eo. & dabit ei uitā scilicet gratie quia talis peccator in gratia morietur. de quo hoc scitur tamen q̄ sit peccator. non ad mortem. sciri non potest nisi per diuinam reuelationem. est peccatū ad mortem. s. finalis in penitentia qua quis in peccato mortali moritur. non pro illo dico ut roget quis quia non est orandum pro damnatis. & si ipso uiuente sciretur q̄ esset deprescitus similiter non esset pro eo orandum. sed hoc nescitur quia quilibet peccator q̄diu uiuit potest redire ad gratiam. Ideo pro omnibus peccatoribus adhuc uiuentibus est orandum. omnis iniquitas. i. transgressio diuinorum preceptorum: que continent equitatem iusticie: peccatum est mortale. & est peccatum ad mortem. siqs in eo perseueret usq; in finem uite exclusiue. Scimus. Hic ponitur intentio Iohannis circa bonum iam habitum: & est duplex. secundū ponitur ibi. & scimus. intētio uero beati Iohannis est assecurare filios dei per adoptionem de uitatione peccati mortalis si uoluerint per donum gratie quod iam habent. Ideo dicit scimus quoniam omnis qui natus est ex deo per gratiam baptismalem. non peccat q̄diu in eo stat: & intelligitur de peccato mortali quod non potest stare cum gratia. sed generatio dei. i. ipsa gratia per quam constituitur in quodam esse diuino supernaturali. conseruat eum. quantum de se est & malignus non tanget illum. inducendo ad peccatū mortale nisi uoluntarie declinet a statu gratie subiiciendo se maligno per peccatum mortale ex liberi arbitrii perfectibilitate. scimus quoniam ex deo sumus. si hoc referatur ad Apostolos q erāt in gratia confirmati & de hoc per reuelationem certificati: istud scire ē p certitudinē si autem referatur ad alios iustos est per probabilem coniecturam. sicut dictū est p̄us & mundus totus id est homines immundi delectationibus finē suū ponentes in maligno id est in malo igne concupiscentie positus est. Scimus. Hic ponitur secundum bonum habitum. s. dei cognitio. d. Et scimus quoniam filius dei uenit ī mundū: & dedit uobis sensum ut cognoscamus uerum deum. hoc enim dedit Apostolis quando aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas Luce ulti. Alius autem fidelibus dat sensū cognoscēdi deū per fidē quam habens scit se habere illā saltē illā quē est ex auditu: q̄uis nesciat se habere caritatem. & sumus in uero filio eius. ei adherētes per fidem. Apostoli uero cognouerunt se esse in eo per fidem caritate formatam. & hoc certitudinaliter. hic ē uerus deus. s. filius qui est unus cum patre: in hoc concluditur error omniū negantiū Xp̄i ueram deitatem. & uita eterna. s. obiectiue ut predictum est. eodem. c. ultimo dicit. filioli custodite uos a simulacris. i. a cultu idolatrie p hoc insinuans qđ diligēter studeant in cultu unius ueri dei inseparabiliter permanere. Amen. hoc dicitur ad precedentium confirmationem.

¶ Incipit secunda eiusdem.

Senior electe domine. Postq̄ beatus Iohannes in epistola prima instruxit fideles generaliter. Hic consequenter in duabus epistolis instruit aliquas personas specialiter. Diuiditur autē hec epistola in tres partes. s. salutatiōem: prosecutionem: & conclusionē: scđa incipit ibi. gaudeo. tertia ibi. plura habēs scribere. In prima parte primo notatur persona salutās cum dicitur. senior. & ratiōe etatis

prouecte: & ſtatuſ ſui officii. Illi enim qui tunc regebant eccleſiaſ ſeneſ uel ſenioreſ dicebant ratione diſcretionis & maturitatis in moribuſ inter rectoreſ uero eccleſiarū q tunc erant in Aſia Iohanneſ erat p̄ncipalior. Ideo dicit̄ hic ſenior. Scđo notificāt̄ perſone ſalutate cum dicitur. electe domine & natiſ eiuſ. erat enim magna & nobilis domina nomine electa habens prolē & familiā fidelem & miniſtroſ eccleſie ſuſtētabat quoſ ego diligo in ueritate. i. caritatiua dilectione abſq; fallacia & ſimulatione. & nō ego ſoluſ ſed om̄ſ q cognouerūt ueritatē. i. om̄eſ fideleſ q cognouerūt X p̄m: q ē ipſa ueritaſ p̄pter ueritatē. ſ. fidei & bone uite que p̄manet in uobis. p̄ gratiā & uobiſcū erit ſeternū p̄ gloriā que ē gratia cōſumata. Tertio ponunt̄ optata bona cū dicit̄. ſit uobiſcū gratia iuſtificāſ miſericordia: penā peccatiſ p̄teritiſ debitā relaxāſ. & pax. i. eterna beatitudo appetitum totaliter quietanſ. a deo patre a quo ſunt iſta bona & a Ieſu X p̄o filio patriſ in caritate. per quam intelligitur ſpiritus ſanctus cui caritaſ appropriatur & ſic treſ perſone exprimunt̄: eo quod indiuiſa ſunt opera trinitatiſ. Aliter etiam poteſt dici. q̄ per expreſſionē patriſ & filii ſubintelligit̄ ſpiritus ſanctus qui eſt amborū nexuſ. Ideo ſubditur. In caritate & ueritate. ſupplēdū ē ut p̄ficiatiſ in caritate & ueritate. i. in dilectione dei & eiuſ cognitione. Gauiſuſ ſum. Finita ſa/ lutatione hic incipit̄ proſecutio in qua primo hortatur dominam predictam & eiuſ domum ad bonum proſequendum. ſecūdo ad malum precauendum ibi. quoniā multi. Circa primum ſciendum q̄ uirtuſ laudata creſcit. ideo beatuſ Iohanneſ ut incitet ad proficiendum in futuro laudat bonum de preterito. dicit igit̄ congratulando gauiſuſ ſum ualde quoniam inueni de filiiſ tuiſ ambulanteſ id eſt proficienteſ in ueritate fidei & morum. ſicut mandatum accepimuſ a patre. i. X p̄o qui eſt pater omniū xp̄ianoꝝ conſequenter inducit ad proficiendum in meliuſ. d. & nūc rogo te domina dep̄fectu in mandato dilectionis in quo tota lex impleť Ro. xiii. plenitudo legiſ eſt dilectio. non tāq̄ mandatum nouum etc. quia ſicut dictū eſt ſupra. ii. c. mandatū de dilectiōe eſt de dictamine legiſ naturaliſ. & ſic a p̄ncipio cōditionis humane & de lege Moſaica & ſic eſt ab initio legiſ date. & renouatum eſt in lege noua & ſic eſt ab initio legiſ euangelice. ut diligamuſ alterutrū in deo & p̄pter deū. & hec ē caritaſ ut ambulemuſ ſemper proficiendo ſecundū mandata eiuſ ea opere adimplendo. Hoc enim mandatū ſcilicet dilectionis dei & proximi in quo implicite cōtinentur omnia mandata que ſūt quedā explicationeſ mandati dilectionis. ut quemadmodū audiſtis a principio ueſtre conuerſionis. in eo ambuletis ſemper proficiendo. Quoniam multi. Hic cōſequenter inducit ad precauendum malum. & primo oſtendit ipſū: & inducit ad cauendū. Scđo in bono proficere: quia multi ſeductoreſ inducunt ad cōtrarium. a qbuſ eſt cauendū & qui ſint illi ſubdit. qui non confitentur Ieſum X p̄m uenisſe in carnem. i. ipſum eē deū ueꝝ ab eterno & hominē in tempore: ſicut ſunt iudei obſtinati & heretici p̄uerſe ſentiēteſ de X p̄o. Hic eſt ſeductor qui ſic de eo p̄uerſe ſentit. & Antix p̄uſ in figura non perſona. uidete uoſmetipſoſ. i. diligenter cōſiderate & cauete. ne perdatis omnia bona. que operati eſtis. nam perduntur per corruptionem bereſis ſupple ſic in bono perſeueretis. ut mercedem plenam accipiatis in patria ubi totaliter ſatiatur appetituſ. omniſ qui precedit id ē qui primo bene incedit per uiam iuſticie. & non permanet in doctrina X p̄i. a uia iuſticie recedendo. deum non habet per gratiam que perditur p unum mortale peccatum. Si quiſ. Hic conſequenter tradit precauendi modum. d. ſi quiſ uenit ad uoſ ſub ſpecie religioſitatiſ. & hanc doctrinam. ſ. X p̄i. non affert. ſed magis contrariam nolite recipeere eum in domo. i. nolite communicare cū eo in cibo & potu: ſeu habitaculo ne ſeducamini ab eo: nec aue ei dixeritis. communicando ei in

uerbo. & hoc ſimiliter ꝓpter periculū corruptionis. q enim illi dicit aue. cōmunicādo ei in uerbis communicat operibus illius maligni id eſt exponit ſe piculo cōmunicādi cum eo in opere malo. Aliter etiam exponit̄ iſta littera de hereticis ab eccleſia p̄cisis per excommunicationem. qa ptic̄pans ſcienter cū talibus incurrit excōmunicationē ſaltem minorem: niſi in casibus conceſſis. ecce predixi uobis. ea que dicta ſunt. ſ. per/ſeuerantiam in bono: & declinatiōem a malo. ut in die dñi. i. iudicii. nō cōfundamini cum reprobis: ſed magis honoremini cum electis. Plura habens. hec eſt concluſio illius epiſtole in qua primo ſe excuſat de breuitate ſcripture. d. plura habens nobis ſcribere que non continentur in hac epiſtola. uolui per chartam & attramentum. que ē uox mortua. ſpero enim me futurum ad uos. & os ad os loqui. per uocem uiuā que habet maiorem efficaciam. Vnde dicit Hierony. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacre ſcripture libris: habet neſcioquid latentis energie uiue uocis actus & in aures diſcipuli de actoris ore tranſfuſa fortius ſonat ut gaudium uestrum plenum ſit id ē per meam doctrinam permaneatis finaliter ubi eſt gaudii plenitudo. ſalutant te filii ſororis tue Electe. habebat enim iſta domina ſororem eiuſdem nominis cum ea. cuius filii erāt cū beato Iohanne euuangeliſta. gratie tue. Amen. Hec eſt confirmatio epiſtole in qua Apoſtolus optat iſti domine confirmationem in gratia adoptionis. tamen iſte uerſus non eſt in libris correctis.

Incipit tertia Canonica ſancti Iohannis.

Emor Gaio. Hec epiſtola ſicut & p̄cedens diuiditur in tres p̄tes ſcilicet ſalutationem proſecutionem. & concluſionem. ſecunda ibi. Cariſſimi de omnibus. tertia ibi. multa habē. In prima parte deſcribitur perſona ſalutans ex etate & officio: cum dicitur. ſenior. ſicut dictū ē in epiſtola p̄cedente. Scdo p̄ſona ſalutata ex nomīe & familiaritate: cū dicitur. Gaio cariſſimo. Iſte erat Corinthius: ille de quo dicit Paulus. 1. Corint. 1. gratias ago deo meo q̄ neminem uestrum baptizaui niſi Criſpum & Gaium. de quo dicit. Ro. xii. ſalutat uos Gaius hoſpes meus recipiebat enim & ſuſtentabat predicatores uerbi diuini. propter quod erat Apoſtolo cariſſimus. Tertio notatur effectus ſalutantis ad ſalutatum: cum dicit̄. quem ego diligo in ueritate. non uerbo ſolū aut lingua. Cariſſime. Hic incipit proſecutio epiſtole in qua beatus Iohannes primo mouet Gaium de perſeuerantia in bono. Secundo de declinatiōe a malo ibi. ſcripſiſſem. Circa primū ut Gaius efficatius recipiat ſuam monitionem primo gratias agit de ſuis bonis operibus preteritis: dep̄cās pro futuris. d. cariſſime de omnibus. ſ. bonis operibus que facitis. orationē facio p̄ſpere te ingredi & ualere. i. de bono in melius ſemper proficere. ſicut proſpere agit anima tua. q. d. iſta non ſunt opera ficta: ſicut ſunt hypocritarum opera: que nō procedūt ex cōſcientia & intentiōe recta. Ideo ſubdit̄. gauiſus ſū. ualde uenientibus fratribus id eſt predicatoribus & peregrinis fidelibus. & teſtimonium perhibentibus. ueritati tue in fide: & operibus miſericordie maiorem horum nō habeo gratiam id ē nihil eſt mihi gratioſius audire q̄ ut audiam filios meos non carnales ſ quia uirginitas in eum permanſit. ſed ſpiritalibus in ueritate ambulare. per uiam fidei & morum. Ideo cōſequenter in bono confirmat eum. d. Cariſſime fideliter facis erga deum & proximum quicquid boni operaris ī fratres per baptiſmū regeneratos nobiſcū. & hoc in pegrinis. ſupple maxime eſt acceptum deo. dicuntur autē hic pegrini fideles de ſuis ciuitatibus propter fidem Xp̄i ab incredulis electi. qui teſtimonium addiderūt caritati tue. quā

eis adhibuisti. in conspectu ecclesie. & per hoc multi moti sunt ad simile faciendum: exemplo tui. quos benefacientes deducens digne deo. iungatur sic littera. quos scilicet peregrinos cum ad te uenerint. deducens id est tuis elemosinis prouidens: ut inde tran/seant ad alia loca. Benefacies digne deo id est ad honorem diuinum. & subditur ratio Pro nomine enim eius id est pro fide unius ueri dei: & nō pro criminibus suis. ꝓfecti sunt. id est compulsi sunt exire de locis suis spoliati bonis propriis. Nihil accipientes a gentilibus id est a suis contribulibus & ciuibus ut dicit glosa: non quia non possent accipe: sed quia illi nolebant dare: ut egestate cōpulsi redirent ad idolatriam genti/litatis & concludit. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi. cum expensis. Hoc autem dicit Iohannes nō quia haberet diuitias: sed qa de consilio eius diuites talia faciebāt & quia bona ecclesie data pro pauperibus ipse dispensabat in Epheso. sicut Apostoli alii in Hierusalem: ut habetur Actuum quarto. Vt simus cooperatores ueritatis. ministrando necessaria illis qui ueritatem predicant. & illis qui pro ueritate fidei tri/bulationes & exilia sustinent. Scripsissem. Hic consequenter instruit Gaium de euitatione malorum et assotietate bonorum. dicens scripsissem forsitan ecclesie id est communitati fidelium in tua ciuitate. sed is qui amat id est cupit inordinate. primatum gerere. in eis dyotrepes. nomē est cuiusdam hereticarche qui usurpabat sibi primatum ecclesie illius. non recipit nos id est epistolā nostram. propter hoc si uenero ad locum illum commoueam opera eius que facit id est arguam in palam: & puniam. Apostoli enim tales rebelles tradebant aliquando sathane ad uexandum corporaliter i. Corinthiorum. v. Verbis malignis id est malo igne ignitis scilicet igne superbie & inuidie. garriens in uos. id ē inaniter & irrationabiliter loquens cōtra uos ueros Xp̄i Apostolos. & quasi ei ista nō sufficiant. p̄ nimia impietate. Neq; ipse suscipit fratres id est pauperes fideles & ueritatis predicatores nō recipit hospitio. & eos q suscipiunt prohibent. sub comminatione pene ne de cetero recipiāt. Et de ecclesia eicit. si cōtra prohibitionem faciant iniustissime cum opera caritatis faciant. propter quod de isto & suis sequacibus subdit. Carissime noli imitari malum etc. & subditur ratio. qui be/nefacit ex deo est. nam omne bonum procedit ab eo. qui malefacit non uidet eum. cognitione formata caritate. Demetrio testimonium bonum de operibus caritatis. ab omnibus ipsum cognoscentibus. & ab ipsa ueritate id est a deo qui est ipsa ueritas. & nos testimonium perhibemus: quia experti sumus. & nosti similiter experientiam quoniam testimonium nostrum uerum est quasi diceret istum debemus imitari & asso/ciare: dyotropem autem & eius sequaces deuitare. Multa habui. Hic ponitur con/clusio epistole & exponatur sicut conclusio epistole precedentis: usq; ibi. pax tibi. in quo optat Gaio pacem intrino conscientie & pacē fraterna amicicie & pacem supnā glorie salutant te amici id est fideles qui sunt apud me. saluta tu amicos id est fideles qui sunt apud te. nominatim ad maiorē caritatis expressionē que ē quedā inchoatio future felicitatis. ad quam uos perducat qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amē.

Incipit Canonica Iude.

Vdas Iesu seruus. Hic incipit epistola beati Iude Apostoli. que sicut due precedentes diuiditur in tres partes scilicet salutationem: prosecutionem: & conclusionem. Secunda ibi. Carissimi omnem. Tertia ibi. ei autem qui potens est. In prima parte primo notificatur persona salutans ex nomine: cum dicitur. Iudas. Secúdo ex religione cum dicitur. Iesu seruus. id est fidelis Christianus ex cognomíe cum subditur. frater autem Iacobi. sic autem fuit cognominatus ad distinctionem Iude proditoris. Secundo ponuntur persone salutate cú dicitur. His qui cum deo patre sunt. fide formata caritate dilectis. a deo & a me & a fidelibus cunctis. & Christo Iesu conseruatis & uocatis. id est Christo Iesu adunatis & congregatis. sicut membra uniuntur capiti. & hoc per uocationem ad fidem & conseruationem in eadem que sút in gratia diuina & licet uocatio ponatur hic posterior conseruatione: tamen est prior tempore. nec est uis in hoc facienda. quia transpositio nominum non uariat significationem eorum. Tertio ponuntur optata bona cum dicitur. Misericordia uobis. peccata uestra relaxans & pax conscientiam quietans. & caritas deo coniungens adimpleatur. in celesti gloria ubi & non alibi caritas perficit̃ Carissimi. Hic incipit epistole prosecutio. que diuiditur in duas partes. quia primo Apostolus Iudas proponit intentum. Secundo prosequitur propositum ibi. commouere. Est autem propositum Apostoli confirmare fideles cõtra hereticoꝝ deceptiões & hoc est quod dicit. Carissimi omnem sollicitudinem faciens. quia pastor debet esse solicitus de ouibus. scribendi uobis de cõmuni uestra salute. In hac enĩ epistola beatus Iudas omnes fideles generaliter & non personas aliquas specialiter. sicut facit beatus Iohannes in duabus epistolis precedentibus. necesse habui. scribere uobis propter hereticos insurgentes: ut postea subditur. deprecans scilicet propter uos. supercertari id est fortiter certari a uobis. semel tradite sanctis fidei. q. d. istud certamẽ est. fidei id est pro fide tradita. sanctis scilicet Apostolis a Christo. semel id est perfecte aputi sus sensum: ut intelligerent scripturas Luce ulti. dicitur etiá semel. propter unitatem fidei & actoris ipsius Ephese. quarto unus dominus: una fides: unũ baptisma. & subditur dicti certaminis causa cum dicitur. Subintroierunt enim id sub specie pietatis introierunt. quidam homines impii scilicet heretici. pietas enim uno modo significat diuinum cultum. heretici enim sub specie religiositatis & diuini cultus introduxerunt contrarium. propter quod dicuntur impii. qui olim prescripti sunt. id est ab eterno prescisti a deo. in hoc iudicium. id est condemnationem. aliter potest dici. qui olim prescripti sunt. id est a longo tempore prefigurati. & hic sensus uidetur magis concordare sequentibus: ubi ponuntur plures prefigurationes istorum hereticorum. dei nostri gratiam. id est fidem catholicam uobis gratis datam. transferentes in luxuriam ut enim traherent homines ad suam sectam concedebant peccata carnalia tanq̃ licita ad que proni sunt homines ac etiam ipsi exercebant. ut etiam frequenter dictum est supra. & solum dominatorem etc. per hoc enim ꝙ Iesus Christus dicitur hic solus dominator: & deus non excluduntur pater & spiritus sanctus. quia dictio exclusiua adiuncta uni persone in diuinis respectu p̃cedentis essentialis non excludit alias sicut est in proposito. solus enim idem est quod non cum alio. propter quod excludit solũ illud quod importat alietatem. pater autem & spiritus sanctus non sunt alius deus &

dominator a filio . ſed unuſ abneganteſ falſa doctrina & uita mala. Commouere. Hic conſequenter proſequitur propoſitum ſcilicet confirmando fideleſ contra uer/ ſutiam hereticorum in quo ſic procedit quia primo multipliciter eorum prauitatem declarat. Secundo fideleſ in ueritate confirmat ibi. Voſ autem. Primum uero facit dupliciter. primo per ſcripturaſ figuraleſ. ſecundo per ſimilitudineſ naturaleſ ibi. ſimi/ liter hi ſunt. Prima adhuc in treſ parteſ quia primo inducit tria de ſcriptura. Scdo ad propoſitum applicat iſta ibi. hi carnem. Tertio inducit alia tria ibi. ue illiſ. Pri/ mum autem eſt punitio Iudeorum propter incredulitatem ſuam rebellantium in de/ ſerto: ut patet Exodi. xxxii. & Numeri. xiiii. & in pluribuſ aliſ locſ dicit igitur . Commouere autem uoſ uolo. & non docere de nouo. & ſubditur ratio. ſcienteſ uoſ. ſemel id eſt perfecte ita ꝙ non oportet uoſ iterum docere. ſed diſcitiſ in habitu com/ mouere. omnia ſcilicet ad ſalutem neceſſaria. quoniam Ieſuſ ſcilicet Chriſtuſ. de terra Egypti populum ſaluanſ. per uirtutem ſue deitatiſ. que eterna eſt. Ideo dicit̃ Heb. xiii. Ieſuſ Chriſtuſ heri & hodie ipſe eſt in ſecula. ſecundo id eſt poſtea. eoſ qui non crediderunt perdidit id eſt deſtruxit in deſerto ut dictum eſt. Angeloſ. Hic ponitur ſecundum ſcilicet caſum angelorum de quo habetur Eſaie . xiiii. & Ezechi. xxviii. qui propter ſuam ſuperbiam dereĉti fuerunt in hunc aerem caliginoſum ad bonorũ exercitium. ſed finito hoc exercitio in die iudicii finaliſ retrudẽtur in inferno. & hoc eſt quod dicitur . Angeloſ uero qui non ſeruauerunt ſuum principatum id eſt ſue conditioniſ nobilem ſtatum. ſed derelinquerunt ſuum domicilium. gloſa interlinearis celeſtem habitationem: uiſionem dei. ſi per uiſionem dei intelligit iſte gloſator uiſio/ nem apertam eſſentie non dicit uerum. quia nullus uidens diuinam eſſentiam poteſt peccare ſi autem intelligit cognitionem naturalem angelorum adhuc non bene uideẽ eſſe uerum. quia naturalia remanſerunt in eiſ integra. Ideo meliuſ dicitur ut uidetur ſed relinquerunt domicilium ſuum id eſt celum empyreum in quo creati fuerunt: ut dictum eſt. in iudicium etce. conſtruatur ſic littera. reſeruauit ſcilicet deuſ peccanteſ angeloſ ſub caligine. id eſt in hoc aere caliginoſo ratione predicta. in iudiciũ magni dei id eſt uſq; ad tempuſ extremi iudicii. uinculiſ eterniſ. datiui caſuſ eſt. quia tunc tradetur uinculiſ eterniſ in inferno retruſi. Sicut Sodoma. Hic ponitur tertium ex/ emplum quod habetur Gene. decimonono. de ciuitatibuſ ſubuerſiſ: & igne ſulphureo combuſtiſ: propter habitantium feditatem. in quibuſ uigebat uitium cõtra naturam & hoc eſt quod dicitur. Sicut Sodoma & Gomorra & finitime ciuitateſ id eſt ꝓpinque duabuſ dictiſ ſimili modo exfornicate id eſt eodem uitio infecte. & abeunteſ poſt carnem alteram id eſt inconuenientem maſculi in maſculoſ turpitudinem operanteſ: penam ſuſtinenteſ incendii ſulphurei. Facte ſunt exemplũ id eſt ſimilitudo & figura igniſ eterni ſcilicet Iehenne. Similiter. Hic conſequenter tria predicta applicat ad maliciam hereticorum. & primo facit propoſitum. Secundo declarat quoddam dictũ ibi. cum Michael. Circa primum dicit ſimiliter. & hi ſcilicet heretici. carnem quidem maculant. & ſic ſunt ſimileſ Sodomiſ & in hoc notantur non ſolum de fornicatione uel adulterio: ſed etiam de uitio contra naturam. dominatoremq; ſpernunt id eſt Ieſum Chriſtum: qui non ſolum dicitur dominuſ in cõcreto: ſed etiã dominatio in abſtracto propter excellentiam dominii. Apocal. habet in ueſtimento & in feruore ſuo ſcriptũ Rex regum : & dominuſ dominantium. & ſic aſſimilantur de celo electiſ: propter ſuam ſuperbiam maieſtatem. blaſphemant id eſt ſanctam trinitatem quia blaſphemia eorum contra Chriſtum redundat in totam trinitatem. & in hoc aſſimulantur Iudeiſ

existentibus in deserto de quibus dicit dominus Numeri. xiiii. usq; quo detrahet mihi populus iste? & sic merentur cõdemnari. & puniri sicut omnes predicti. Cũ Michael. Hic consequenter declarat ultimo dictum scilicet ꝙ blasphemia sit ualde graue peccatum: per hoc ꝙ Michael non fuit ausus blasphemare demonem propter naturam eius bonam. & per hoc patet ꝙ blasphemare deum cuius natura est excellentior in infinitum: est grauissimum peccatum. dicit igitur. cum Michael archangelus cũ diabolo disputãs etc. uolebat enim diabolus reuelare corpus Moysi Iudeis ad idolatriam pronis: ut eum adorarent tanq̃ deum. Michael autem tũc princeps synagoge hoc uolebat impedire. non est ausus iudicium inferre blasphemie id est ipsi diabolo ratione dicta. sed dixit imperet tibi dominus. ut desistas a dicta reuelatione. licet autem hoc non sic scriptum in fine Deuterono. ubi agitur de sepultura Moysi: tamen credendum est firmiter sic fuisse ꝓpter dictum Apostoli loquentis ex spiritu dei. Hi autem scilicet heretici. quecunq; quidem ignorant. circa articulos fidei: & maxime circa trinitatem personarum. in unitatem essentie & unionem diuine nature & humane in supposito uerbi. blasphemant. asserentes esse falsa. quecunq; autem naturaliter norũt id est cognouerunt sensuali cognitione esse carni delectabilia: que cognitio dicitur esse naturalis: prout natura diuiditur contra rationem. Ideo subditur. tanq̃m bruta animalia. que sunt ratione carentia. in bis corrumpuntur per consensum uoluptatum & abusum consuetudinis. Ve illis. Hic iterum inducit tria de scriptura contra hereticos. primum enim est de Chaim: qui ex inuidia fraterna & odio interfecit Abel. sic heretici ex inuidia & odio ueros Apostolos & fideles persequebantur ad mortem. propter quod interpretatur eis non optando sed prenuntiando Caim maledictionem dicens. Ve illis. qui in uiã Caim abierũt. est aũt ue comminatio maledictionis eterne. Secundum est de Balaam qui cupiditate ductus uoluit maledicere filius Israel: ut habetur Numeri. xxii. & uicesimotertio & quando non potuit a deo prohibitus docuit Balach ponere scandalum contra filios Israel: per meretrices eos ad idolatriam prouocantes Numeri uicesimoquinto. sic heretici propter questũ predicantes ueris Xp̃i ministris maledicebant: & eos quantum poterant scandalizabant. ideo subditur. & resumatur. & ue illis qui errore Balaam mercede effusi sunt id ẽ propter questum temporalẽ malis se exposuerunt. Tertiũ est de Chore q ex ambitione sacerdotii seditionẽ mouit. propter quod a terra cum sibi adherentibus absorptus fuit. Numeri. xvii. sic heretici pro ambitione honoris & glorie sectas erroneas finxerunt. & per cõsequens Chore meruerunt. Ideo dicitur. & in contradictione id est ue illis. qui contradictiõe Chore id est propter seditionem in ecclesia motam ad similitudinem Chore perierunt id est perire meruerunt. Hi sunt. Post ꝺ declarauit maliciam hereticorum per scripturas figurales. Hic consequenter idem facit per similitudines naturales. & diuiditur in tres partes quia primo facit propositum. Secundo inducit ad hoc propheticum dictum dicens prophetauit autem. Tertio apostolicum ibi. Vos autem. Circa primũ dicit. Hi sunt in epistolis suis macule conuiuantes. & notatur hic de excessu notabili in cibo: & potu. quia non solum dicuntur maculati in concreto: sed etiam macule in abstracto. Ideo subditur. In timore dei & bonorum hominum. semetipsos pascentes superflue in quantitate & qualitate nubes sine aqua. sapientie salutaris. que a uentis circunferuntur. superbie mẽtibus & uanitatis. arbores autumnales apparentiã tantũ filiorũ habentes. ideo subditur. infructuose id est bonis operibus carentes. bis mortue semel ante conuersionem per mortale peccatum: & iterum post baptismũ in heresim.

eradicate. a radice caritatis id est inquieti & bonorum turbatiui. dispumantes suas confusiones id est cum magno fastu & superbia suas hereses pronũtiantes. ex quibus deuenient ad confusionem eternam. sydera errantia. per uarios errores. quibus procella tenebrarum id est tempestas penarum cõseruata est meternũ scilicet in inferno ubi nulla est redemptio. Prophetauit autem. Hic ad propositum inducit dictum propheticum dicens prophetauit autem de his scilicet hereticis futuris. Septimus ab Adam Enoch. ambobus tamen condemnatis. ut habetur Genes. quinto &. 1. Paral. primo dicens. Ecce uenit dominus in sanctis milibus suis scilicet angelorum sibi assistentium & ministrantium. Secundum quod dicitur Danielis septimo throni positi sunt & antiquus dierum sedit etcetera. & subditur milia milium ministrabant ei: & decies mille centena milia assistebant ei. facere iudiciũ contra omnes scilicet reprobos. iudicium enim electorum non erit contra eos sed pro eis. Et arguere omnes impios sicut dicit saluator. Matthei uicesimoquinto. Ite maledicti in ignem eternũ. Esuriui & non dedistis mihi manducare etce. Hi .s. heretici. sunt murmuratores contra ueros Apostolos & dei ministros. querulosi de defectu simulato uictus & uestitus ut pecuniam extorqueant ab illis quibus predicant. ut lautius uiuant. ideo subdit secundũ desyderia ambulantes pecuniam nanq; prebet facultatem uiuendi uoluptuose secundum illud Ecclesiastes decimo pecunie obediunt omnia. & os eorũ loquitur superbiã de suis operibus: & doctrina falsa & laniter se tractando: & predicatores ueritatis cõtemnendo. Intrantes id est mirabiles dicentes personas diuitum & potentum. questus causa. adulando. n. diuitibus & potentibus dicebant eos facere mirabilia: ad honorem dei & cõmunis boni: ut sic ab eis dona & pecunias extorquerent. Vos aũt declarata heretica prauitate per dictum propheticum: Hic consequenter idem facit per Apostolicum dicens. Vos autem carissimi memores estote. corde & opere. uerborum que predicta sunt Apostolis. De hereticis qui dicebant uobis ad cautelam contra falsos doctores. Quoniam in nouissimo tempore uenient illusores. ueritatis per doctrinam erroris. licet enim a principio ecclesie aliqui uenerunt tamen imminente Antichristi tempore plures uenient: qui erunt nuntii de propinquo. secundum sua desyderia ambulantes id est carnaliter uiuentes. & hanc uitam hominibus laxantes: ad quam sunt proni. In impietate id est ut per hoc auertant eos a uero cultu dei: qui pietas nominatur. Hi sunt qui semetipsos segregant ab unitate fidei catholice. Animales id est sensualitatem sequentes: sicut animalia bruta. Spiritum non habentes scilicet sanctũ sed magis spiritum erroneum. Vos autem. Declarata multipliciter hereticorum prauitate. Hic consequenter fideles solidat in fidei fraternitate dicens. Vos aũt carissimi superedificantes uosmetipsos. in sanctis operibus & meditatiõibus. Sanctissime uestre fidei id est superaddentes ista uestre fidei sanctissime: sicut firmo & stabili fundamẽto in spiritu sancto orantes qui eleuat mentes. oratio enim secundum Damascenum est ascensus mentis in deum. Vosmetipsos in dilectione dei seruate. opera caritatis continuando. nam ista dilectio nõ subtrahitur ex parte dei: nisi prius deficiat ex parte hominis. & sic in eius potestate est hanc dilectionem conseruare. expectantes etce. & hoc in spe certa. nam spes est certa expectatio future beatitudinis. ex gratia & meritis proueniens. Et hos quidem scilicet hereticos obstinatos. Arguite iudicatos id est arguendos ostendite tanq̃m condemnatos. illos uero qui non sunt adhuc obstinati salutate per bonam doctrinam ad uitam eternam. De igne rapientes id est ne descendant ad ignem Iebenne. Alios autem scilicet peccatoribus: qui non sunt heretici

Miſeremini eiſ. cõpatenteſ & ad emendationem eorũ laboranteſ. in itinere. ne forte contingat uoſ ſimiliter peccare. Odienteſ & eam que carnaliſ eſt maculatam tuitam id eſt conuerſonem. iſtud additur eo quod dixerat. Aliſ autem miſeremini. quia licet peccatoribuſ ſit compatiendum: tamen eorum uitium eſt odiendum. Si autem hec eſt ultima parſ & confirmatio huiuſ epiſtole quam terminat beatuſ Iudaſ in diuina laude dicenſ. Ei autem qui potenſ eſt conſeruare uoſ ſine peccato ſcilicet deo ſine cuiuſ gratia homo non poteſt reſurgere. nec in bono meritorio perſeuerare. & conſtituere. ſcilicet uoſ. Ante conſpectum glorie ſue. per apertam uiſionem. im/maculatoſ. quia nulluſ habenſ maculam admittitur ad eã. Apocalipſiſ uiceſimoꝑmo non intrabit in eam aliquid coinquinatum. In aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti ad iudicium. tunc enim dabitur electiſ gloria perfecta in corpore & anima. ſoli deo ſa/lutari noſtro ipſe ſoluſ poteſt noſ ſaluare eterna ſalute. per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum. Nam humanitaſ Chriſti eſt humane ſalutiſ inſtrumentum diuinitati con/iunctum: ut frequenter dictum eſt ſupra. gloria inquantum apparet. dignuſ omni laude. eſt enim gloria clara cum laude noticia magnificentia ex diffuſione ſue boni/tatiſ: ſuper omnia. Imperium ex obedientia totiuſ creature ad ipſum. & poteſtaſ in punitione malorum & premiatione bonorum. Ante omnia ſecula etce. licet enim ꝑ/dicti actuſ circa creaturaſ ſint temporaleſ: tñ uirtuſ diuina qua facit ẽ eterna. Amẽ.

Incipit poſtilla ſuper Apocalipſim.



Portet te iterum prophetare populiſ & gẽtibuſ. Apocalipſiſ. x. ſicut dixi in principio Geneſiſ uetuſ ac nouum teſtamentum ad/inuicem correſpondent. nam ſe habent ſicut rota in medio rote. Ezechi. primo & hoc patet per libroſ utriuſq;. In ueteri enim teſtamento ſunt libri legaleſ. hiſtorialeſ. ſapientialeſ. & prophe/taleſ. In nouo uero legi correſpondet euangelium libriſ hiſtoria/libuſ: actuſ Apoſtolorum. Sapientialibuſ uero epiſtole Pauli cum ſeptem canoniciſ. Prophetalibuſ autem Apocalipſiſ. Vnde bene dicitur beato Iohanni uerbum propoſitum. Oportet te iterum prophetare populiſ & gentibuſ. & dicitur iterum primo poſt Prophetaſ ueteriſ teſtamenti. Vnde in uerbo propoſito poſſunt notari quattuor conditioneſ huiuſ libri. Prima eſt eiuſ neceſſitaſ: que nota/tur ibi. oportet. Secunda eſt ipſiuſ ueritaſ que notatur ibi. te prophetare. Tertia ordiniſ qualitaſ ibi iterum. Quarta eiuſdem generalitaſ ibi. populiſ & gentibuſ. Circa primum conſyderandum ꝙ ſicut dicit Apoſtoluſ Hebreo. decimo patientia nobiſ ne/ceſſaria eſt: q̃ faciliuſ habemuſ ſi tribulationeſ futuraſ aliquo modo precognoſcamuſ. ſecundum ꝙ dicit Gregoriuſ omelia. xxxiii. mimuſ iacula feriunt que preuidentur & noſ tollerabiliuſ mundi mala ſuſcipimuſ: ſi contra hec prouidẽtie clipeo munimur. Beatuſ uero Iohanneſ in hoc libro prophetice deſcribit tribulationeſ eccleſie futuraſ a ſuo tempore uſq; in finem mundi ſecundum catholicoſ doctoreſ: ut cõtra ipſaſ pa/tientie clipeo neceſſario muniatur. & ſic patet neceſſitaſ huiuſ libri: propter quod dicitur Iohann. infra primo capitulo. Scribe ergo que uidiſti: & que ſunt: & que oportet fieri cito quaſi diceret. Scribe in hoc libro que uidiſti id eſt reuelationeſ di/uinitus factaſ tibi. & que ſunt. qa tribulationeſ eccleſie inde inceperant. que oportet fieri. ſecundum diuinam ordinationem ad patientie fidelium probationem. Poſt hec

nam licet a principio naſcentiſ eccleſie ſurrexerunt tribulationeſ contra cetum fidelium ut patet in actibuſ Apoſtolorum. tamen maioreſ conſurgent tempore Antichriſti circa finem mundi. Circa ſecundum conſyderandum q̄ in cognitione habita inueſtigatione humana frequenter falſitaſ contingit. nam licet prima p̄n/cipia ſint per ſe nota tamen in deductione ipſorum ad concluſioneſ maxime re/motaſ contingit frequenter errare. Sed in cognitione habita reuelatione diuina non poteſt eſſe falſitaſ: cum ipſe ſit regula ueritatiſ. Cognitio uero prophetica qualiſ eſt in hoc libro contenta: non procedit ex inueſtigatione humana: ſed re/uelatione diuina. ſecunda Petri. i. Non enim uoluntate humana allata eſt aliq̄ prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſā̄cti dei hominеſ propter quod in hoc libro non eſt falſitaſ aliqua ſed ueritaſ mera. Ideo dicitur eiuſ ultimo capi. Et dixit mihi ſcilicet angeluſ loquenſ Iohanni. Hec uerba fideliſſima & uera ſū̄t & dominuſ deuſ ſpirituum Prophetarum miſit angelum ſuum oſtendere ſeruiſ ſuiſ que oportet fieri cito. Circa tertium in quo notatur ordiniſ qualitaſ cum dicit̄ iterum id eſt poſt prophetaſ ueteriſ teſtamenti. Conſiderandum q̄ ſicut libri Pro/phetaleſ in ueteri teſtamento ſunt ultimi ſecundum ordinem quem habēt in bibliſ noſtriſ communiter. Nam apud Iudeoſ eſt aliter. licet autem libri Machabeorum ponantur in bibliſ noſtriſ poſt libroſ Prophetarum: tamen non ſunt de Canone ſecundum q̄ dicit Hieronymuſ in prologo galeato. qui premittitur libriſ Regū̄ & ideo inter libroſ canonicoſ ueteriſ teſtamenti libri Prophetaleſ ſunt ultimi ſicut dixi: ſimiliter inter libroſ noui teſtamenti liber Apocalipſiſ eſt ultimuſ. Vnde p̄ōt exponi illud quod dicitur Iohanis uiceſimop̄mo. Manifeſtauit ſe iterum Ieſuſ ad mare Tiberiadiſ. Ad cuiuſ intelligentiam ſciendum q̄ locuſ aliquando accipitur pro habitantibuſ in ipſo ſicut dicitur communiter Pariſiuſ facit tale feſtum: uel ſpectaculum id eſt populuſ habitanſ Pariſiuſ. Beatuſ Iohanneſ prope mare Ga/lilee quod alio nomine dicitur mare Tiberiadiſ fuit natuſ: & in eod̄ piſcationibuſ occupatuſ. & inde a Chriſto uocatuſ: ut habetur Matthei quarto propter quod cō̄uenienter poteſt nomine mariſ Tiberiadiſ deſignari: ut ſit ſenſuſ. Manifeſtauit ſe Ieſuſ iuxta mare Tiberiadiſ id eſt ad Iohannem Euangeliſtam iterum. i. poſt Prophetaſ ueteriſ teſtamenti. Item aliter. iterum ſcilicet ſemel in euangelii de/ſcriptione & aliaſ in Apocalipſiſ reuelatione. Circa quartum conſyderandum q̄ Prophete ueteriſ teſtamenti licet prophetauerunt de pluribuſ populiſ & genti/buſ ut patet libroſ eorum intuenti. cum prophetauerint tamen uni populo ſiue genti ſcilicet Iudeorum. Iona tamen excepto qui fuit miſſuſ ad prophetandum Niniuitiſ. ceteri uero ad prophetandū̄ Iudeiſ. Iohanneſ uero prophetauit in hoc libro omnibuſ gentibuſ & populiſ: quia prophetauit uniuerſali eccleſie ex om̄ibuſ populiſ gentibuſ & linguiſ conſtitute: ut magiſ uidebitur in libri proſecutione propter quod magiſ de ipſo poteſt dici illud Eſaie ſexageſimo. Ecce teſtem populiſ dedi eum ducem ac preceptorem gentibuſ dicit. teſtem. quia proteſtatuſ fuit uni/uerſali eccleſie de futuriſ tribulationibuſ. ducem ac preceptorem. ut per eiuſ uitam & doctrinam omneſ genteſ ſi ſequentur ipſum ad celeſtem gloriam deducantur. preſtante domino noſtro Ieſu Chriſto qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat deuſ in ſecula ſeculorum. Amen. .I.

APocalipſiſ Ieſu Chriſti etcete. Liber iſte in duaſ parteſ diuiditur ſcilicet in prohemium & tractatum qui incipit capitulo ſecundo. In p̄hemio uero tria

facit. quia primo reddit auditores attentos. Secundo benuolos ibi. Iohānes septē ecclesiis. Tertio docilēs siue doctos: ibi. ego Iohannes. que tria in prologis fieri consueuerunt. Primum facit dupliciter. primo ex autoritate & arduitate huius doctrine. Secundo ex eius utilitate. hec enim duo solent homines attēdere. Scđa ibi. Beatus qui legit. Circa primum sciendum q̄ sicut dictum fuit in principio libri psalmorum reuelatio prophetica que fit cū imaginaria uisione qualis est ista que describitur in hoc libro nam Iohannes habuit imaginarias uisiones. & quid significarent intellexit altioris gradus est quando apparet aliqua persona instruens de occultis: q̄m si fiat sine tali apparitione persone & quanto persona sic apparens sit altior: tanto reuelatio est gradus altioris. sicut persona angelica altior est q̄m humana & diuina q̄ angelica. licet autem angelus apparuerit Iohanni eū instruēs in Apocalipsi: tamen apparebat tanquam representans personā filii dei humanati & in eius psona loquens: ut postea magis apparebit. propter hoc reuelatio in hoc libro cōtenta ē ualde ardua: & autentica: & hoc ē qđ dicit. Apoc. Iesu X̄pi. i. reuelatio facta ī psona Iesu X̄pi mō dicto. quā dedit illi deus pater. nā filius oīa habet a patre palā facere. i. manifestare. seruis suis. i. deuotis fidelibus & studiosis. que oportet fieri cito scilicet tribulatiōes ecclesie q̄s oportet fieri cito. nā hic procedit ex diuina ordinatione quæ non potest frustrari. & hoc fit ad probationem fidelium & augmentum glorie ipsorum. & significauit mittens per angelum suum dicto modo apparentem. Seruo suo Iohanni euangeliste. qui testimonium perhibuit uerbo dei. in principio euangelii sui quantum ad emanationem eius eternā dicens. In principio erat uerbū & uerbū erat apud deū: & deus erat uerbū. & q̄ntū ad eius incarnationem temporalem dicens & uerbum caro factum est: & habitauit in nobis. Ideo subditur. & testimonium Iesu Christi id est de Iesu Christo. quecūq; uidit. in cuius conuersatione miraculorū operatione: morte & resurrectione. sicut patet in euangelii sui prosecutione. Beatus. Hic consequenter reddit auditores attentos ex huius libri utilitate que consistit in beatitudinis consecutione dicens. Beatus qui legit quantum ad doctores. & qui audit. quantum ad discipulos studiosos. uerba ꝓphetie. huius mente attendēdo & seruat ea que in ea sunt. tribulatiōes futuras patienter sustinendo: & subditur. tempus enim prope est id est cito transiens quasi diceret. labor patientie breuis est. & premium beatitudinis eternum. Iohannes. Hic consequenter reddit auditores benuolos. & diuidit in duas partes. quia primo propositum facit. Secundo questionem tacitam soluit ibi. Ecce uenit primum facit ex hoc q̄ eis optat bona spiritualia & eterna dicens. Iohānes septem ecclesiis per hunc septenarium intelligitur consequenter uniuersitas ecclesiarum in orbe constituta ꝛc. Vnde dicit Gregorius omelia uicesimaquinta q̄ septem diebus omne tempus comprehenditur ratione septenario numero uniuersitas figuratur. gratia uobis. in presenti uita & pax in futura. nam ibi quietabitur totaliter humanus appetitus ab eo qui est & qui erat & qui uenturus est. id est a deo eterno. Eternitas enim secundum Boetium de consolatione ē interminabilis uite tota simul & perfecta possessio. sed a nobis qui intelligimus cum continuo est tēpore felicitas eius non apprehenditur nisi per comparatiōem ad tempus. nam assistit omni tempore etiam infinito si esset propter quod nobis hic exprimitur per differentias tpis presentis preteriti & futuri. & a septem spiritibus id est uniuersitate angelorum qui ministri sunt nostre salutis: q̄ in conspectu throni eius sunt. parati eius exequi

uoluntatem & a Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis paterne glorie & mateſtatis: ut patet in euangelio primogenitus mortuorum id eſt primus inter reſurgentes a mortuis. licet enim ante ipſum Lazarus & pluresalii fuerunt a morte reſuſcitati hoc tamen fuerit ad uitam mortalem que magis proprie dicitur mors q̃ uita: scdm q̃ dicit Gregorius Omelia triceſimaquinta propter quod uera reſurrectio fit ad uitam immortalem : ad quam Chriſtus reſurrexit primus. nam eius reſurrectio eſt cauſa reſurrectionis aliorum. & princeps regum terre . porpter quod dixit in ſua reſurrectione : data eſt mihi omnis poteſtas in celo & in terra. Matthei ultimo. qui dilexit nos & lauit nos id eſt ſola dilectione ſua & non meritis nostris lauit nos. a peccatis noſtris originalibus & actualibus. in ſanguine ſuo. ſacramentum enim baptiſmi & penitentie q̃bus deletur originale peccatũ & actuale efficatiam habẽt a ſua benedicta paſſione. & fecit nos regnum id eſt aſcribi ciues celeſtis regni. & ſacerdotes offerentes boſtias laudis acceptabiles per ipſum deo id eſt toti trinitati: & patri ſuo: ad cuius gloriam omnia ordinat. ipſi gloria. ĩ ſe ipſo & imperium. ſuper omnia alia. in ſecula ſeculorum. Amen id eſt eternaliter. Ecce uenit. Hic reſpondit conſequenter cuidam tacite queſtiõi: qua poſſet queri q̃ndo dabitur fidelibus uita beata: q̃ Iohãnes eis optat & reſpondetur q̃ in iudicio finali quando in corpore & anima erunt totaliter beati. cuius expectatio breuis eſt: & nulla comparata eternitati. Ideo dicit. Ecce uenit. de propinquo cũ nubibus celi. ſic enim uenret ad iudicium. Matthei uicesimoquarto uidebunt filium hominis uenientem in nubibus celi cum uirtute magna & poteſtate. & uidebit eũ omnis oculus quia in iudicio apparebit in forma humana: que eſt uiſibilis omnibus ideo ſubdit. Et qui eum pupugerunt. id eſt iudei qui cũ lingua crucifixerũt: & milites manu: & Pilatus iudicando. uiſio tamen ipſius erit ualde delectabilis iuſtis. nam uenret, eſt ſaluator: propter quod loquens de ſuo aduentu ad iudiciũ. Luce uicesimoq̃nto dicit his autem fieri incipientibus reſpicite & leuate capita ueſtra id eſt exhilarate corda ut exponit Gregorius Omelia prima. Ecce enim appropinquat redemptio ueſtra. ſed erit terribilis impius quia uenret eis punitor. Ideo ſubditur. & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terre id eſt omnes quorum corda in terrenis affectibus ſunt affixa. etiam amen . etiam eſt aduerbium affirmandi in latino: & ſimiliter amen in Hebreo & per hanc dupticem affimationem inſinuatur q̃ eſt irreuocabilis ueritas & ſubditur ratio cum dicitur. Ego ſum. A. &. ω. principium & finis. dicit dominus deus etc. quaſi diceret. non poteſt fruſtrari uel mutari mea ſentẽtia. Dicitur autem Alpha & O. nam Alpha eſt prima littera Grecorum: & O. ultima & per hoc inſinuatur q̃ deus eſt principium omnium effectuum: & finis ad quem omnia ordinantur Prouerb. xvi. uniuerſa propter ſe ipſum operatus eſt dominus. & ideo qđ ſubdit principiũ & finis eſt expoſitio littere duplicis precedẽtis. qui eſt & qui erat etce. exponatur ut ſupra. Ego Iohannes. Hic conſequenter reddit auditores docileſ per hoc quod modum & materiam huius reuelationis in hoc libro contente tangit ſub quadam breuitate quod in librorum probemiis fieri conſueuit & diuiditur in duas partes. quia primo tangitur huius reuelationis locus & tẽpus. Secundo materia & modus: ibi. & audiui. Circa primum dicit. ego Iohãnes frater ueſter. non carnali cognatione: ſed ſpirituali regeneratiõe p ſacramentũ baptiſmi & particeps in tribulatione. Nam propter Chriſtum fuit merſus in feruentis olei dolium. & regno celeſti ad qđ oportet p multas tribulationes tranſire Actu. xiiii.

& patientia in Ieſum id eſt propter Ieſū qui dat patientiā in tribulationibuſ. Fui in inſula. que appellatur Pathmoſ: de feruēti enim olei dolio non aduſtuſ exieſ ſed ut fortiſ athleta perūctuſ ad inſulam Pathmoſ fuit in exſilio relegatuſ: in qua domino reuelante Apocalipſim conſcripſit: & ſic tangitur locuſ. propter uerbum dei & teſtimonium Ieſu Chriſti. in quo tangitur cauſa ſue relegationiſ propter hoc enim ꝙ nolebat Chriſtum negare. nec a predicatione nominiſ eiuſ ceſſare. fuit in exſilium relegatuſ. Conſequenter tangitur reuelationiſ tempuſ. cum dicitur: Fui in ſpiritu id eſt in extaſi mentiſ in dominico die qui deputatuſ eſt cōcempla/tioni diuine: & per conſequenſ aptuſ eſt reuelationi fiende. Et audiui. Hic con/ſequenter tangitur in breui reuelationiſ materia: & moduſ. Et diuiditur in q̄ttuor parteſ quia primo ponitur reuelationiſ deſcriptio. Secundo audientiſ trepidatio. ibi. Cum uidiſſem. Tertio timentiſ conſolatio: ibi. & poſuit. Quarto ſcribentiſ in/formatio. ibi. Scribe ergo. Circa primum dicitur. Et audiui poſt me uocē magnā tanq̄m tube. in quo deſignatur uirtuſ & autoritaſ angeli loquentiſ in perſona Chriſti. quod uideſ ſcribe in libro ad inſtructiōem fideliū. & mitte ſeptem eccleſiiſ Epheſum etcet. Hiſ enim ſeptem eccleſiuſ primo ſcripſit: & conſequenter aliiſ uni/uerſiſ ut predictum eſt. & in proſequutione ampliuſ apparebit. Et conuerſuſ ſū. per hanc conuerſionem intelligit̄ ꝙ in apprehenſione reuelationiſ diuine oportet mentem a terrenis auerti. & ad celeſtia conuerti. ut uiderem uocem id eſt uociſ p/latorem. quia uox proprie non eſt uiſibiliſ. poteſt tamen ſic exponi. ut uiderem uocem id eſt perciperem ſicut Exodi decimonono. Cunctuſ autem populuſ uide/bat uoceſ. Et conuerſuſ uidi ſeptem candelabra aurea. ſeptem eccleſiaſ ſignificātia ut exponitur infra & in medio ſeptem candelabrorum ſimilem filio hominiſ id eſt angelum repreſentantem Chriſtum qui filiuſ hominiſ in euangelio frequenter no/minatur: ut paret intuenti. & ut oſtendatur ꝙ ille qui apparebat erat angeluſ & non Chriſtuſ. ideo non dicitur hic ꝙ Iobānes uidit filium hominiſ: ſed ſimilem filio hominiſ. per hoc autem quod dicitur in medio ſeptem candelabrorum intelligitur ꝙ Chriſtuſ eſt in medio eccleſiarum in eiuſ nomine conſecratarum. ſecundū ꝙ dicit Matthei ultimo ecce uobiſcum ſum omnibuſ diebuſ uſq; ad conſumationem ſeculi. Veſtitum podere. eſt autem poderiſ ueſtiſ ſacerdotaliſ linea que communiter dicit̄ alba. & dicitur a poſ quod eſt peſ & hereo hereſ. quaſi pedibuſ herenſ nā attingit uſq; ad pedeſ. & precinctū ad mamillaſ per precinctionē ad reneſ ſter reſtrinctio carniſ que precipit̄ in ueteri teſtamento. per eam que eſt ad mamillaſ circa pectuſ interreſtrinctio mētiſ: que p̄cepit̄ i nouo. Vnde Matt. v. audiſtiſ qa dictū ē an/tiquiſ non mechaberiſ. Ego autem dico uobiſ quicunq; uiderit mulierem ad con/cupiſcendum eam iam mechatuſ eſt eam in corde ſuo. apparitio uero angeli fiebat ad deſignandum continentiam. que debet eſſe in miniſtriſ Chriſti pro ſtatu noui teſtamenti. Sciendum tamen ꝙ lex uetuſ prohibebat cōcupiſcentiā aliene uxoriſ. Exodi uicesimo non concupiſceſ uxorem proximi tui. tamen quia non puniebat: nec puniendam aperte dicebat. ideo dicitur in gloſa Phili. ii. ꝙ lex uetuſ probi/bebat manū nō animū. quia non ita expreſſe & efficaciter prohibebat ſicut lex noua. & quod modicum eſt quaſi nihil reputatur. ii. Philip. Caput autem eiuſ & capilli eiuſ erant candidi etcet. apparebat enim angeluſ in ſpecie ſacerdotiſ. quia ueſtituſ Podere & etiam iudiciſ i hoc ꝙ gladiuſ ex utraq; parte acutuſ procedebat de ore eiuſ: ut habetur infra. maturitaſ autem etatiſ & morum: que per caniciem

designatur decet iudices & sacerdotes propter quod ĩ canicie apparebat. ecõtrario uero indecens est iuueni canicies. Et ideo Christus Cantic. quinto ubi describitur ut iuuenis sponsus dicuntur eius capilli nigri come capitis eius sicut elate palmarũ nigre quasi coruus. Et oculi eius uelut flamma ignis. Nam acucies sui uisus ꝑtingit usq; ad intima rerum cognoscenda. omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius Hebreo. quarto capitulo & pedes eius similes auricalco ignito. Ideo subditur. sicut in camino candenti. In quo designatur ardor tribulationis Christifidelibus immi/nentis. Et uox illius tanq̃m uox aquarum multarum. in quo notatur uirtus & autoritas loquentis sicut supra per uocem tube. Est enim eadem significatio repli/cata per aliam similitudinem ad maiorem expressiõem. Et habebat in dextera sua septem stellas id est Episcopos ut exponitur in fine capituli qui dicũtur stelle. q̃a debent Ecclesiam illuminare uita pariter & doctrina Danielis duodecimo qui ad iusticiam erudiunt plurimos quasi stelle in perpetuas eternitates dicuntur autem esse in dextera Christi sine quo non possunt recte operari. Iohannis. xv. sine me nihil potestis facere. hoc dicitur Apostolis quorum successores sunt Episcopi in ecclesia dei. ut dicitur in decretis di. xxi. c. in nouo testamento. Et ex ore eius gladius ex utraq; parte acutus exiebat id est sentẽtia iusta. Et facies eius sicut sol. Nam est lux uera que illuminat omnem hominem uenientẽ in hũc mundũ. Io. i. Et cum uidissem. Hic consequenter ponitur Iohãnis trepidatio cum dicitur. & cũ uidissem eum cecidi ad pedes eius tanq̃m mortuus. Hoc autem factum est ad de/clarandum fragilitatem humanam iuxta uirtutem angelicam. Simile legitur de Daniele in angeli uisione. Danielis decimo. hic tamen magis locum in proposito in quo angelus apparebat ut representans personam diuinam ut predictum est. que incomparabiliter excedit angelicam. Et posuit. Hic consequenter ponit̃ timentis consolatio cum dicitur. Et posuit dexteram suam super me ad confortandum fra/gilitatem meam. Ideo subdit dicens. noli timere. & subdit̃ ratio. Ego sum primus: & nouissimus. per hoc idem significatur quod supra dicitur. Ego sum Alpha &. O etc. & similiter exponatur q̃si diceret potens sum te saluare ideo non debes timere. Et fui mortuus ĩ assumpta humanitate pro generis humani salute: propter quod non debes timere. Et ecce sum uiuens in secula seculorũ amen. quia Christus homo resurrexit ad uitam immortalem. Et habeo claues mortis & ĩferni id est potestatẽ ducendi inde iustos. qđ fecit in sua resurrectione & ibi reducendi impios: qđ maxĩe faciet in iudicio finali dicens illud terribile uerbum. Matthei uicesimoquinto. Ite maledicti in ignem eternum. Scribe ergo. Hic consequenter ponitur scribentis informatio in quo etiam tangitur materia huius libri in quodam generali cum di/citur. Scribe ergo que uidisti id est apparitionem iam dictam. & que sunt id est tribulationẽ ecclesie iam inchoatam: & circa finem mũdi magis ingrauescentem. ideo subdit̃. Et que oportet fieri in futuris tribulationibus ad probationẽ electoꝝ sacramentum septem stellarum id est sacrum secretum per ipsas significatum. qđ consequenter exponitur cum dicitur: septem stelle angeli sunt septem ecclesiarum id est Episcopi ipsarum. Vnde angelus qui interpretat̃ missus. est hic nomen Epi/scopalis officii. sicut & Malach. ii. c. labia sacerdotis custodiunt scientiam & legẽ ex ore eius requirent. Angelus enim domini exercituum est. Episcopus enim est sacerdos principalis in aliqua diocesi. Vnde & in lege supremus inter ministros dei uocatur sacerdos summus. & septem candelabra aurea. septẽ ecclesie sunt. Nã sicut

candelabra sustentant luminaria : sic ecclesie doctores qui sunt luminaria ecclesie debent de bonis ecclesie sustētari. & dicunt aurea. nam hoc debet fieri ex caritate que per aurum significatur. quia sicut aurū excellit oīa alia metalla: sic caritas alia dei dona. 1. Corin. xiii. maior autem horum est caritas. .II.

ANgelus Ephesi etc. finito probemio. hic incipit tractatus. & diuidit in duas partes. nam primo informantur septem ecclesie in speciali. & tota ecclesia in generali capitulo quarto. Prima diuiditur in septem partes: secundum septem ecclesias que patebunt psequendo. In prima uero parte informat ecclesia Ephesina cuius premittitur commendatio ut melius recipiatur sequens correctio que ponitur ibi. Sed habeo aduersus te. In prima parte dicitur Angelo Ephesi ecclesie id est eius Episcopo sicut predictum est. & ita accipiatur in sequentibus & informando Episcopum qui est caput illius ecclesie informat populum sibi subditū: ut ex sequētibus magis apparebit. dicūt autem expositores communiter ꝙ iste fuit Timotheus Pauli discipulus quē cōstituit Episcopū ecclesie Ephesine sicut dictum ē supra. 1. Timo. 1. tñ beatus Iobānes Apostolus erat sup oīes Episcopos Asie cuius ecclesias fundauit & rexit. ut habetur libro illustrium uirorum. tamē communius manebat Ephesi. hoc dicit qui habet stellas etcet. exponatur ut supra scio opera tua id est approbo ut laborem id est tribulationem ab aduersariis fidei. & patientiam tuam in tribulatione tibi suscitata. & quia non potes sustinere malos. cum eis communicando: sed magis reicis eos a consortio fidelium: ne corrumpant malis eorum te. & tempta sti eos experimentum accipiendo de ipsis per uitam eorum & doctrinam. qui se dicunt apostolos esse id est a Christo missos ad docendum populum: & non sūt. sed magis subuersores fidelium q̄les erant Ebyó: & Cherinthus. & ceteri heretici qui tunc in Asia surrexerunt. & similiter Pseudoapostoli: qui dicebant se missos ab Apostolis in Hierusalem manentibus scilicet Petro & Iacobo. & sub hoc pre textu falso tamen docebant obseruationem legalium simul cum euangelio esse necessariam ad salutem ut patuit supra. in epistolis Pauli in pluribus locis. Et inuenisti eos mendaces. non solum in doctrina sed etiam in uita: quia sanctitatē exterius simulabant ut simplices magis deciperent. & patientiam habes. in tribulationibus quas excitauerunt contra te. & sustinuisti propter nomē meū. non propter inanem gloriam. Sed habeo aduersus te. Hic consequenter subiicitur correctio & ut melius portetur subditur commendatio ibi. sed hic habes. Circa primum dicitur. sed aduersus te habeo defectum. corrigendum quod subditur cum dicitur. ꝙ caritatem tuam primam id est opera caritatis que habuisti in principio tue cōuersionis reliquisti. Ex hoc apparet quod supra dictum est scilicet ꝙ uerbū domini dirigitur ad Episcopum nō solum pro se: sed etiā pro populo sibi subdito. Nam cum Timotheus esset Pauli specialis discipulus & p̄dilectus: non est uerisimile quod precesserit in spiritalibus deficiendo: sed magis proficiendo. propter quod illud intelligit̄ de populo sibi subdito. consueuerat enim sustētare pauperes Christianos feruēter & deuote & elemosinam mittere paupibus fidelibus in Hierusalē habitantibus: qui suas possessiones uēdiderant ad sustentationē Christo credentiū: ut patet Actuum quarto & refrigeratus erat ab hoc ardore. Ideo non dicitur ꝙ reliquerat simpliciter caritatem. sed primam id est feruoris gradum prius habitum ad quem reducitur: cum dicitur. memor esto itaq; unde excideris id est a quanto gradu caritatis. & age penitentiam de omissione tanti boni. & prima opera fac id

est sic feruẽter & deuote sicut prius. Ex quo patet ꝙ nomine Angeli nõ intelligit̃ hic Angelus beatus custos ecclesie Ephesine: ut uoluerũt aliqui dicere. nã angeli non possunt ab aliquo gradu sue perfectionis excidere. sin aũt supple te corrigas. Venio tibi. id est ad te puniendum. & mouebo cãdelabrum tuum etc. subtrahẽdo subditos tuos ab obedientia tua: ut uolunt aliqui. Sed hoc nõ uidetur bene dictũ quia sic culpa principaliter torqueretur in Episcopum: & non in populum: quod est improbatũ. posset etiã dici infrigidatio caritatis dicte prime. non contigit tpe tãti doctoris scilicet Timothei. sed alterius sibi succedentis. Nã illo tpe Epi sancti qui populo preficiebantur primi ad tormenta ducebantur & sic frequenter muta/bantur. illi enim qui dicunt ꝙ Timotheus hic intelligitur angelus Ephesi ecclesie moueretur ex hoc circa illa tempora nullus eo excellentior inuenit̃ rexisse ecclesiã Ephesinam. & hoc magis mouet ad oppositum: quia tempore prelati excellẽtioris minus contingunt defectus in ecclesia sibi commissa: ꝓpter qd̃ saluo etiam meliori iudicio magis uidetur ꝙ fuerit aliusa sancto Timotheo. sed hoc habet hic conse/quenter subditur commendatio ut more boni samaritani post uinũ mordcatiuum infundatur oleum linitiuum cum dicitur. Sed hoc habes scilicet bonum & commen/datione dignum. quare odisti facta Nicholaitarũ. nõ dicit Nicholaitas sed facta eorum quia persone sunt ex caritate diligende. sed eorũ uitia odio sunt habenda. Nicholaus iste fuit in primitiua ecclesia habens ualde pulchram uxorem & impo/situm fuit sibi quod nimis zelabat eam. propter quod ad ostendendum contrariũ cecidit in petus uitium: secundum illud poeticum: Decidit in styllam cupiens uitare carybdim. exposuit enim uxorem suam alius Christianis dicens erronee sic uxores esse cõmunicandas sicut & alie res. dicitur in historia scolastica. iii. lib. ca. xxix. ꝙ Nicholaus iste uixit sancte & caste: & uxor sua. Sed uolens se excusare de uitio zelotipie dixit coram Apostolis ecce uxor mea: qui uult eam accipiat. non inten/dens communicare eam alius sed solum se excusare. Sed alii incõtinentes interpre/tantes eius dictum quasi seriose dictum: dixerunt hic res debere esse commuues. & hoc uidetur textus innuere. ubi non dicitur odisti facta Nicholai. sed Nicholai/tarum. qui habet aurem id est intellectum capacem. audiat id est mente capiat. qd̃ spiritus dicat ecclesiis. Ex hoc patet ꝙ q̃uis sermo dirigatur hic primo ecclesie Ephesine. tamen consequenter dirigitur omnibus aliis per ordinem constitutis: ut dictum est supra. Vincenti mundum. carnem. & diabolum. dabo ei edere de ligno uite etce. istud lignum Christus est ut habetur in fine huius libri: quo fruuntur beati. nam eius diuinitate reficiuntur interius & eius humanitate exterius. secũdũ quod dicit Augustinus super illud Iohannis. x. ingredietur & egredietur & pascua inuenet. Et angelo. Hec est secunda pars principalis in qua informatur ecclesia Smirnensis cuius ponitur hec commendatio & cõfortatio cum dicitur. Et angelo Smirnie ecclesie. iste fuit sanctus Polycarpus secundum doctores communiter. hic dicit primus etc. exponatur ut supra. scio tribulationem tuam id est approbo in ea patientiam tuam. & paupertatem tuam in temporalibus. sed diues es in spiri/talibus. & blasphemaris ab his qui se dicunt esse Iudeos & non sunt. secundum ue/ritatem. sed sunt Synagoga sathane. quia sunt obstinati in sua infidelitate cõtra Christum. Secundum enim ꝙ dicitur ecclesiastice historie quarto li. c. duodecimo in ciuitate Smirneorum multi Iudei habitant qui excitauerunt gentiles ad perse/quendum grauiter Christianos in qua persequutione plurimi non solum fuerunt

rebuſ ſuiſ ſpoliati ſed etiam martyrio coronati. inter quoſ beatuſ Polycarpuſ fuit in ignem proiectuſ & cum igniſ eum non lederet: gladio ꝑcuſſuſ migrauit ad dñm. Ideo ſubditur. nihil horum timeaſ que paſſuruſ eſ quaſi diceret. me protegẽte per martyrii palmam tranſibiſ ad gloriam. Ecce miſſuruſ eſt diaboluſ etc. quia ad hoc faciendum incitabit infideleſ. ut contempnamini id eſt probemini ſicut aurum in fornace. iſta tamen probatio non eſt ex intentione diaboli: qui non intendit tri/bulatorum bonum. ſed ex intentione dei qui ex maliſ elicit bona. & ſic ex ſeuitia tyrannorum elicuit patientiam martyrum & coronam. Et habebiſ tribulationem diebuſ decem iſtud exponitur multipliciter. Vno modo referendo ad tribulatio/nem eccleſie generaliter. cuiuſ a doctoribuſ dicuntur eſſe decem tribulationeſ que ſignificantur hic per decem dieſ. Alio modo ut per decem dierum tribulationem intelligatur tribulatio perfecta quia denariuſ eſt numeruſ perfectuſ. & primuſ limeſ numerorum. quia numeri ſequenteſ ſunt replicationeſ denarii: & partium eiuſ: ut dicitur. ii. Phi. Vndecim enim eſt unum & decem duodecim duo & decẽ & ſic conſequenter uſq; ad uiginti que ſunt biſ decem triginta ter decem. & ſic cõ/ſequenter alio modo applicando ad decem ꝑcepta decalogi quaſi diceret tribulatio eccleſie durabit q̃diu obſeruatio preceptorum decalogi. quod eſt uſum ad finem mundi. poſſet etiam aliter ſaluo meliori iudicio exponi. ut per decem dieſ intelli/gantur decem anni: ſecundum illud Ezechi. quarto diem pro anno dedi tibi. quia forte tantum durauit perſequutio Simerineñ eccleſie. Eſto fideliſ. id eſt firmuſ in fide. Vſq; ad mortem pro ipſa tollerandam. & dabo tibi coronam uite ſcilicet glo/riam ubi morſ non habet locum. Qui habet aurem. exponatur ut ſupra uſq; ibi. non ledet̃ a morte ſecunda id eſt ab inferno qui dicitur morſ ſecunda infra. xxii. Et Angelo. Hec eſt tertia parſ in qua ponit̃ informatio Pergameñ eccleſie cuiuſ primo ponitur commẽdatio de bono: ut meliuſ recipiatur. correctio de malo que ponitur ibi. ſed habeo. Circa primum dicitur. & Angelo Pergami etc. id eſt beato Polycarpo ut dicunt communiter doctoreſ. Hoc dicit qui habet Rumpheã etce. id eſt gladiũ ex utraq; parte acutum: ſicut dict̃ eſt primo ca. & expoſitum. Scio ubi habitaſ id eſt in loco tribulationiſ ideo ſubditur. ubi ſedeſ eſt ſathane id ẽ eiuſ poteſtaſ: infideleſ inducendo ad perſequutionem eccleſie. & teneſ nomen meũ mo/ribuſ & fide. & non negaſti fidem meam in perſequutionibuſ & tormentiſ. & pro id eſt. in diebuſ Antipaſ teſtiſ mei. iſte martyr ſpecialiter nominatur quia uerbo ſuo & exemplo alioſ ad martyrium animauit. Sed habeo. Hic cõſequenter po/nitur correctio de malo cum dicitur. ſed habeo aduerſuſ te pauca ſcilicet peccata corrigenda. habeſ illic id eſt in eccleſia Pergamenſi. tenenteſ doctrinam Balaam etc. hec hiſtoria habetur Numeri uiceſimoquinto ubi dicit̃ ꝙ Balaam Rex Mo/abitarum ex doctrina Balaam miſit puellaſ pulchraſ prope caſtra Hebreorum ut earum pulchritudine Hebrei qui erant luxurioſi allicerentur ad idolatriam. & ſic deuſ offenderetur contra totum populum dicunt igitur hic aliqui expoſitoreſ: ꝙ in eccleſia Pergamenſi tunc erant aliqui uerbo & exemplo alioſ inducẽteſ ad for/nicationem tanq̃m licitã. & ad comedendũ de idoloꝝ ſacrificiuſ ad eoꝝ ueneratiõnẽ dicunt ſecundi ꝙ cum hoc erant ibi aliqui tenenteſ errorem Nicholai. ſed hoc nõ uidetur. quia ſi ſic fuiſſet non diceretur in textu. habeo aduerſuſ te pauca. ſed multa propter quod meliuſ uidetur dicendum ꝙ in eccleſia Pergamenſi erat tantũ error Nicholai apud aliquoſ: ut dicitur ĩ textu. & doctrina Balaam inducit̃ tantũ

pro ſimilitudine uel exemplo & ſecúdum hoc ſaluo meliori iudicio ſic ẽ exponẽda littera. habeſ illic tenenteſ doctrinam Balaam. non re ſed ſimilitudine ſicut homo largus dicitur Alexander. Et q̃ iſte ſit intellectus uidetur ex hoc quod ſequitur ita habeſ & tu tenenteſ doctrinam Nicholaitarum quaſi diceret manifeſte ſicut Balach tenuit doctrinam peſtiferam Balaã: ita apud te ſunt aliq tenẽteſ doctrinã Nicholai erroneam. ſicut dictum eſt ſupra. ſimiliter penitentiam age. ſicut dictú eſt ſupra Epheſine eccleſie. dei relicta prima caritate. Si quominus id eſt ſi aliquo neglexeriſ corrigere ueniam tibi cito. in finali iudicio quod eſt ualde propinquú eternitati comparatum. propter qđ dicitur. 1. Io. ii. nouiſſima hora ẽ. & pugnabo cum illiſ id eſt in errore obſtinatiſ. in gladio oriſ mei id eſt in ſententia illa terribili Ite maledicti in ignem eternum etce. Matth. xxv. qui habet aurem exponatur ut ſupra. Vincenti dabo manna abſconditum. manna figurale corporale & manifeſtum datum fuit filiiſ Iſrael in deſerto Exodi. xvi. Sed uerum manna eſt ipſe Chriſtuſ: ſecundum q̃ ipſe dicit Iohanniſ ſexto. Amen amen dico uobiſ non dedit uobiſ Moyſeſ panem de celo. Sed pater meuſ dat uobiſ panem uerum de celo. & ſubdit ego ſũ paniſ uite etc. hoc ẽ mãna celeſte: qđ beatoſ reficit interiuſ & exteriuſ: ut p̃dictú ẽ. & dicitur abſcóditú hoibuſ uite p̃tiſ ſcđm q̃ dicit in Pſal. xxx. q̃ magna multitudo dulcediniſ tue dñe: quã abſcondiſti timẽtibuſ te? Et dabo tibi calculú cãdidum. i. corpuſ dote caritatiſ decoratú. qđ dicit calculuſ ſiue lapilluſ. quia eſt terreum admodum ſicut & lapiſ. & in calculo: nomen nouum ſcriptum. qa tunc quilibet beatuſ manifeſte & corporaliter per dotes corporiſ glorioſi erit aſſcriptuſ ciuilitati celeſtium. quod nemo nouit niſi qui accipit. ſecundum quod dicit primo. Iohanniſ. ii. oculuſ nó uidit: nec auriſ audiuit. & in cor hominiſ nó aſcẽdit que preparauit deuſ diligentibuſ ſe. immenſitaſ enim illiuſ dulcediniſ non eſt cognoſcibiliſa uiatoribuſ: ſed a comprehenſoribuſ qui iam eã acceperunt. Et Angelo Hec eſt quarta parſ principaliſ in q[illegible] informat Thyathyrẽſiſ eccleſia. & diuidit in treſ parteſ. quia primo ponitur eiuſ commendatio. Secundo malorum reprehenſio. ibi. ſed habeo. Tertio bonorum a maliſ diſcretio ibi. uobiſ autem: Circa primum dicitur & Angelo Thyathyre eccleſie. qui ab aliquibuſ dicit fuiſſe ſãctuſ Hireneuſ qui non ſolum iſtam eccleſiam ſed etiam multaſ aliaſ uita & doctrina illuſtrauit. Et uſq; ad Lugdunum: que eſt Galliarum ciuitaſ peruenit. ſed hoc nó uidetur probabiliter dictum. primo quia non fuit contemporaneuſ beato Iohãni qui uidetur ſcribere Epiſcopiſ ſibi contemporaneiſ. floruit autem Hireneuſ ſub commodo Aurelio ut dicit Hieronymuſ i libro illuſtrium uirorú qui cepit impare Anno domini. c. lxxxi. Secundo quia non eſt ueriſimile q̃ Epiſcopuſ tante uite et doctrine in eccleſia ſua permitteret illa que infra ſcribuntur. propter quod ſaluo meliori iudicio: uidet mihi q̃ fuerit aliuſ minoriſ excellentie & Iohãni contemporaneuſ tũc regens eccleſiam Thyathyreñ. hec dicit filiuſ dei ſcilicet naturaliſ qui eſt Chriſtuſ ceteri ſunt filii adoptiui. qui habet oculoſ etce. exponatur ut ſupra primo capitulo. noui per approbationem. opera tua in effectu. & fidem in intellectu. & caritatem in affectu. & miniſterium ſeruiendo deo deuote. & patientiã tuã. in tribulatione. & opa tua nouiſſima plura prioribuſ p̃cedendo. ſ. de bono in meliuſ. Sed habeo. Hic conſequenter arguit ſuoſ defectuſ: qui notantur cum ſubditur. quia permittiſ mulierem Iezabel. certum eſt q̃ non eſt illa que. iii. Regũ dicit idolatra & fornicaria qa quingẽtiſ anniſ & ampliuſ ante fuit pedibuſ

eorum conculcata quarto Regū nono. sed est alia sic nominata ꝓpter similitudinē ad illam sicut Iohānes Baptista: Helias nominatur Matthei undecimo. Et dicūt aliqui ꝙ erat uxor Episcopi. sed hoc non est uerisimile: ꝙ uir tam bonus sicut ꝓmissum est talem haberet uxorem. & ideo dicēdum ꝙ fuit aliqua Prophetissa: uel forte aliquis hereticus: qui figuraliter designatur nomine muliebri: propter mollitiem carnalis uicii. Vnde & frequēter homo mollis & effeminatus femina nominatē. que se dicit prophetissam. falso tamen docere errorem & seducere seruos meos id ē simplices Christianos. fornicari dicens hoc esse licitum. multi enim dixerūt erronee fornicationem simplicem esse licitam. uel hoc intelligitur de errore Nicholai qui tunc urgebat: ut supra dictum est. & manducare de idolaticis. in ueneratione idolorum. aliter non esset illicitum nisi ratione scandali simplicium. secundum ꝙ dicit Apostolus ꝑmo Cor. viii. c. & dedi illi tempus ut penitentiā ageret etce. & sic erat obstinata. propter quod subditur pena. & ecce mittā eam in letum infernalis pene de quo dicitur Esaie. xiiii. detracta est ad inferos superbia tua. concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea & operimētum tuum erūt uermes. Et q mechantē cum ea communicando malis ipsius. in tribulatione maxima erūt in inferno cum ea nisi penitentiam egerit in presenti uita. & filios eius id ē imitatores ipsius interficiam morte scilicet gehenne. & scient omnes ecclesie. tunc manifeste quod modo est occultum. quia ego sum scrutās renes & corda. id est examinans & puniens cōcupiscentias carnales: & malas cogitationes & dabo unicuiq; uestrum secūdum opa sua penam impus: & gloriam iustis. Vobis autem. Hic consequenter ponitur discretio bonorum a malis. & primo eos specialiter informando. Secundo premium promittendo: ibi. & qui uicerit. Circa primū dicitur. uobis autem dico. & qui sunt illi subdit̄. quicunq; non habent doctrinam hanc id est recipiūt doctrinā Iezabel qui non cognouerunt altitudines Sathane id est non approbauerunt superbiam Ebionis & Cherinti. qui superbia elati dixerunt contra reuerentiā persone Xp̄i eius diuinitatem negantes: propter quod beatus Iohannes in principio euangelii sui eius diuinitatem declarauit. Secundum ꝙ dicitur libro illustriū uirorum. Quēadmodum dicunt. Hic tangitur uitatio alterius erroris scilicet Pseudoapostolorum qui cum euangelio dicebant necessariam esse obseruationem legalium que dicitur pondus importabile Actu. xv. Et quantum ad hoc dicit Iohannes uel potius Angelus apparens et in persona Christi. quemadmodum dicunt. Pseudoapoli. non mittam super uos aliud pondus id est obseruationem legis: quod pondus falsi apostoli dicunt esse nobis imponendum. tamen id quod habetis id est ueritatem euangelicam uobis per ueros Apostolos predicatam. tenete firmiter donec ueniam. ad iudiciū. Et q uicerit. Hic cōsequenter ꝓdictos informat premiū ꝓmittēdo dicens. & q uicerit tēptationes mūdi: carnis: & diaboli. & q custodierit usq; in finē. i. usq; ad mortem opera mea. hoc dicitur quia Iesus cepit facere: & docere. Actu. i dabo illi ptātē sup gētes in finali iudicio: i quo ꝑfecti iudicabūt cū Xp̄o & sic habebūt ptātē sup gētes iudicādas & reget illas i uirga ferrea. i. inflexibili iusticia. & tanq̄ uas figuli cōfringent̄. qa tūc peccatores i inferno retrudētur sicut & ego accepi a patre meo. oīa. n. que habet filius habet a patre. & dabo illi stellā matutinā. i. corpus gloriosū dote claritatis refulgēs. q habet aurē etc. exponat̄ ut supra. III.

ET Angelo Sardis. dicunt expositores aliqui ꝙ iste fuit sanctus Melito quem asserunt circa tempora illa fuisse Sardensem Episcopum. & ibidem martyrio

consumatum. hoc allegantes ex ecclesiastice historie quinto libro capitulo. xxiii. sed salua eorum reuerentia hoc non habetur ibi. sed q̄ fuit eunuchus propter regnum celorum castitatem seruando: & q̄ plenus spiritu sancto in ciuitate Sardensium requiescit expectans aduentum domini. & dato q̄ cum istis que ibi dicuntur de ipso q̄ fuerit martyr & Episcopus: hoc tamen non est ad confirmādum eorū dictum: sed magis ad contrarium. nam in textu subditur. nomē habes q̄ uiuas & mortuus es. quod de sancto Episcopo non uidetur uerificari: nec etiam de populo sibi subiecto quia culpa subditorum redundat in prelatū. & tēpore sancti prelati solent in populo subdito uitia magis euitari propter quod uidetur melius dicendum q̄ fuit alius Episcopus Sardensis qui non fuit tante sanctitatis. Nam tunc temporis sicut dictum est supra frequenter Episcopi mutabantur. sic igitur proceditur. quia primo ponitur peccatorum reprehensio. Secundo paucorum commendatio ibi. sed habes. Circa primum dicit. Hoc dicit qui habet septem spiritus dei id est uniuersitatem angelorū sibi assistētem: & ministrantem. & septem stellas id est uniuersitatem Episcoporum: sicut dictum ē supra primo capitulo. Scio opera tua. q̄re nihil latet me. quia nomē habes q̄ uiuas id est sanctitatem apparentem & famam. & mortuus es spiritaliter secundum ueritatem. Esto uigilans ad cognitionem defectuum in te & tuo grege. & confirma cetera id est tibi subditos uerbo: & exemplo. qui mortua erant. populus enī de facili ad peccata labitur: nisi exemplo & uerbo prelati sustentetur. nō enim inuenio opera tua plena id est perfecta: sed magis defectiua. in mente ergo qualiter acceperis: & audieris scilicet doctrinam Christi per eius Apostolos ueros. & conserua opere adimplendo. & age penitentiam. de omissione bonorum: commissione malorum. Si ergo non uigilaueris id est diligens fueris circa dicta. ueniam ad te in morte tanq̄m fur qa nihil est incertius hora mortis. Sed habes. Hic consequenter ponitur commendatio paucorum cum dicitur. Sed habes pauca nomina. in Sardis qui non inquinauerunt uestimēta sua quasi diceret multitudo subditorum tuorum maculata est per peccatū. Et ambulabunt mecum in albis scilicet illi qui non sunt per peccatum maculati: & per albedinem uestis intelligitur stola glorie: & immortalitatis. Et quia non est acceptio personarum apud deum: ideo subditur. qui uicerit sic uestietur ecce. quasi diceret non solum isti: sed quicunq; uicerit mundum: carnem: & diabolum: stola glorie uestietur. & nō delebo nomē eius de libro uite. Est aūt liber uite dei p̄destinatio: i quo nullus scriptus delet̄ simpliciter: qa finaliter saluabit̄. nā dei p̄uidētia nō frustrat̄. dicitur tamen deleri: secundum quid: quando cadit a iustitia & rescribi gratia recuperata. & confitebor nomen eius id est q̄ sic uere Christianus. qui habet aurem etc. exponatur ut supra. Et Angelo Philadelphie dicunt expositores communiter q̄ iste fuit quadratus de quo dicitur communiter quarto ecclesiastice historie libro tertio. ca. q̄ fuit homo in sacris litteris ualde intelligens: & multa scripsit ad fidei Christi declarationē & infidelium confutationem sic ergo proceditur. quia primo ponitur eius commendatio. Secundo per ipsum infidelium conuersio ibi. Ecce dabo. Tertio promissio ibi. qui uiderit. Circa primum dicitur. Hec dicit sanctus & uerus id est Christus qui est sanctus sanctorum Danielis nono & ipsa ueritas Iobānis. xiiii. Ego sum uia ueritas & uita. qui habet clauem Dauid id est potestatem aperiendi intellectum scripturarū Luce. xxiiii. aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. q aperit & nemo claudit quia nullus potest impedire ab ītellectu scripturarū eos quos uult erudire. nec aliqs potest eas intelligere nisi ipso referante. scio opera tua id est approbo. ecce dedi corā

te hostium apertum ad scripturas intelligendum: ut predictum ē. qđ nemo claudere potest. id est te impedire a doctrine ueritate. quia modicam habes uirtutē. quasi. d. quia non dedi tibi gratiam miraculorum: sicut multis aliis Episcopis illius temporis: recompensaui tibi intellectum sacrarum scripturarū in uirtute excellenti. Et seruasti uerbum meum opere & doctrina. & non negasti nomē meū in persequutiõe infidelium Ecce dabo. Hic consequenter ponitur infidelium conuersio per ipsū. in dioceſi enim sua multi habitabant Iudei quorum plures per eius doctrinam fuerunt conuersi. & hoc est quod dicitur. Ecce dabo de Sinagoga sathane id est aliquos ex Iudeis quorū cõgregatio dicit Sinagoga sathane pro illoꝝ tpe. quia post resurrectionem suam & ascensionem ad celos & predicationem Apostolorum manebant in infidelitate. q dicũt se Iudeos esse & non sunt. Hebrei enim dicti sunt. Iudei a Iuda Patriarcha a quo descendit Christus secundum carnem. & ideo postq̃ negauerunt Christum non remansit in eis rex huius nominis: sed in xp̃ianis confitentibus Christum uenisse de tribu Iuda circuncisi spiritu & non carne: secundum qꝺ dicitur Ro. ii. Nõ enim qui in manifesto Iudeus est neq; q in manifesto in carne est circuncisio sed qui in abscondito & Iudeus est circuncisio cordis in spiritu non littera. Ecce faciam illos ut ueniant: & adorent ante pedes tuos. quia plures de Iudeis ut dictum est fuerunt conuersi ad Christum humiliantes se coram deo. & eius ministro quadrato. & scient per illuminationē fidei quia dilexi te promouendo non solum ad fidem catholicam: sed etiam ad episcopalem dignitatem. quoniam seruasti uerbum patientie mee. uerbo & opere. & ego seruabo te ab hora temptationis que uentura est in uniuersum orbem: per imperatores Ro. dominãtes toti orbi: & ubiq; fidem catholicam psequentes. Sed contra hoc uidetur. nam ista persequutio iam fuerat sub duobus imperatoribus scilicet Nerone & Domitiano. ut habetur in legenda beati Iohannis euangeliste q precepto Domitiani missus fuit in exilium ad insulam que dicitur Pathmos in qua scripsit hunc librum. & eodē anno Domitianus interfectus fuit. dicendum qꝺ licet persequutio Christianorum per istos Imperatores transisset: tamen maior erat futura per aliquos sequentes: de qua loquitur hic Iohãnes per modũ futuri. & anteq̃ ueniret iste fuit assumptus a domino ideo subditur. Ecce uenio cito ad te accipiẽdum. tene quod habes id est gratiam datã ut nemo accipiat coronam tuam. cadentibus enim aliquibus a iustitia in presenti alii eis subrogãtur. ut patet in legenda quadraginta martyrum. quia uno ab eis cadente clauicularius subrogatus fuit: & eius coronam accepit. Qui uicerit. Hic cõsequenter ponitur premii promissio. istud tamen premium uidetur esse augmentum gratie in presenti tempore: dicit igitur. qui uicerit malignum faciam illum columnam. i. fortem & potentem in fide non solum pro se: sed etiam pro aliis confortandis & sustentandis. secundum hunc modum Petrus & Iohannes & Iacobus columne dicuntur Gal. ii. in templo dei mei. i. in ecclesia militante: ut ex sequẽtibus patebit. & foras non egredietẽ amplius. per Apostasiam: nec per excommunicationem. Et scribam super eum nomẽ dei mei. qa tales in scriptura dicũtẽ dii. Psal. lxxxi ego dixi: dii estis. quod exponens saluator Io. x. c. dicit illos ad quos factus est sermo dei: deos dixit. representant enim in ecclesia dei personam. & nomen ciuitatis dei mei Hierusalem id est ecclesie militãtis regitur & ordinatur a spiritu sancto. Notandum uero qꝺ Christus inquãtum homo loquitur: hic nominans deum suum. & nomẽ meum nouum. quia dicetur xp̃ianus a Christo: quod nomen non habuit Christus a principio sed uocatus fuit Iesus in circuncisione. sed post baptismum inter homines uocatus est Christus. & similiter eius

Seuerū in Italia: & Maximinū in oriēte. Cōstātius aūt ex Helena genuit filiū nole Cōstātinū: q mortuo patre factus ē impator: & assūpsit in consortiū imperii Licinū q licet p̄mo fuit pacificus xp̄ianis. tñ cito postea factus est p̄secutor. Maxētius uero Rome tyrannizabat. & sic erant quattuor persecutores ecclesie in quattuor partibus imperii. s. Maximinus in oriente. Seuerus in Italia. Maxentius Rome. Licinius in Alexandria: que est in Egypto. Item notandum q̄ homines maxime potentes & in dignitate constituti in hoc libro uocantur angeli sicut dictum est supra. c. ii. de Ep̄is vii. ecclesiarū qui angeli nominantur. & si sunt boni: angeli dei. & si mali sūt angeli satbane. saltem p̄ illo tempore quo sunt mali sicut dictum est supra. iii. ca. de angelo Sardis. nomen habes q̄ uiuas & mortuus es. hoc igitur modo quattuor persecutores ecclesie dicti nominantur hic angeli cum dicitur. Post hec uidi q̄ttuor angelos stātes. i. dominantes. supra quattuor angulos terre. i. quattuor partes imperii: ut dictum est. Tenentes q̄ttuor uentos terre ne flarent. i. impedientes doctores ecclesie ne uerbū dei predicarent. de quo flatu dicitur Cantic. iiii. Surge Aquilo & ueni Auster perfla ortum meum & fluant aromata illius. quia per flatum predicationis fecūdatur ortus ecclesie militantis super terram neq̄ super mare. neq̄ in ullam arborem. xp̄ianorum enim aliqui habitabant in arida: aliqui in insulis maris: & aliqui in siluis persecutionē fugientes. & omnes isti designantur nominibus locor̄ istor̄. sicut habitantes Parisius designantur nomine ipsius. unde communi modo loquendi dicitur Parisius facit tale festum. i. populus habitans ibi. Et uidi. Hic consequenter describitur istorū q̄ttuor tyrannorum repressio. circa quam primo ponitur repressionis actus. Secundo subdit sequens fructus ibi. Et audiui. Circa quod primum premittitur reprimentis conditio cum dicitur. Et uidi alterum angelum. i. imperatorem Constantinum. Ascendētem ab ortu solis. nam ex ordinatione solis iusticie ascendit ad dignitatem imperialē ut daret pacem ecclesie. Habentem signū dei uiui. i. signū crucis X̄pi. Scribit̄. n. ecclesiastice historie libro. ix. q̄ Constantinus uenies Romā contra Maxentiū ibi tyrānizantē & frequenter cogitaret de dispositione belli. & pro uictoria exoraret deum celi: q̄uis non dum esset baptizatus aspicies in celū uidit signum crucis rutilans. Et cū miraret̄ de insolita uisiōe: uidit angelos astantes dicētes sibi in hoc signo uince. tūc de uictoria securus signum crucis sicut uiderat depingi fecerat in militaribus uexillis: & sic p̄cedēs contra Maxentium obtinuit plenum triumphum. Et clamauit uoce magna quattuor angelis. i. quattuor tyrannis. Quibus datum est. i. permissum. Nocere mari & terre. id est xp̄ianis habitantibus in terra arida. & in insulis maris dicens. Nolite nocere etc. Nam istos quattuor tyrannos oppressit a nocumento xp̄ianorum: aliquos debellādo ut dictum est de Maxentio. & idem postea accidit de Licinio contra xp̄ianos cru/deliter insurgente in Alexandria & Egypto. alios aūt duos suo mandato deterrēdo. & hec habentur ecclesiastice historie. ix. libro. quoadusq̄ signemus seruos dei nostri in frōtibus eorum? Constantinus enim a beato Siluestro baptizatus honorauit & ex/altauit ecclesiā: & potissime sacerdotes & ecclesie mīstros: & multa priuilegia xp̄ianis dedit: & sic exemplo & uerbo multos ad baptismum induxit. & sic per ministerium sacerdotum eos seruos X̄pi consignauit. sciendum autem q̄ hec dictio quoadusq̄: nō tenetur hic finite sic intelligendo q̄ signatis fidelibus tempore Constantini quattuor tyranni predicti deberent redire ad persecutionem ecclesie. sicut cum dicitur: sedeas hic quoadusq̄ ueniam. per quod designatur: q̄ me ueniente nō debeas ammodo sedere sed tenetur indefinite: sicut cum dicitur iste non penituit quoadusq̄ uixit id est nunq̄ penituit. quia post mortem penitere non potuit. Et audiui numerum signatorū. Hic

conſequenter deſcribitur ſignatorum dicte repreſſionis fructus: qui eſt multiplicatio credentium Chriſto. & dicunt expoſitores aliqui: ꝙ hic ponitur primo numerus cō/uerſorum ad Chriſtum de iudaiſmo: & ideo ſubditur. Ex omnibus filiorum Iſrael. & poſtea ſubditur. Poſt hec uidi turbam magnam. ponitur multitudo conuerſorum de gentilitate: que fuit multo maior quaſi incomparabiliter q̄ de iudaiſmo. Sed ſaluo meliori iudicio: primum non uidetur rationabiliter dictum: quia ante tp̄a Conſtātini Iudei iam erant in ſua infidelitate obſtinati: propter qđ nō uidetur ꝙ tpe Cōſtātini tot fuerunt baptizati ſicut dicitur. c. xliii. milia. Item quia ex q̄libet Tribu excepta Tribu Dan. loco cuius nominatur tribus Ioſeph: dicūtur. xii. milia ſignati. & tamen ſcđm Hebreos & Latinos decē tribus fuerūt captiuate & incluſe intra mōtes Caſpios & ſic de illis nō uidentē tunc aliqui fuiſſe baptizati. Similiter ſecundū de conuerſione gentilium non uidetur probabiliter dictum: quia textus diſſonare uidet in pluribus: ut magis uidebitur proſequēdo. Sic igitur q̄tum mihi uidetur ad preſens in hac p̄ma parte deſcribitur multitudo conuerſorum ad Chriſtū tempore Conſtantini de q̄cūq; gente uel natione: qui per baptiſmum rem nominis Iſrael conſequuntur. ſcđm quod predixit Eſa. xliii. effundam ſpiritum meum ſuper ſemē tuum: & benedictiōes meas ſuper ſtirpem tuam: & germinabūt. & ſequit. iſte dicet dñi ego ſum: & ille inuocabit in nomine Iacob. & hic ſcribet in manu ſua domino & in nomine Iſrael aſſimulabitur. quod intelligitur de gentibus conuerſis ad Chriſtum ſicut ibidem plenius fuit dictum. hoc etiā dicit Apoſtolus Ro. ii. Non enim qui in manifeſto Iudeus eſt: neq; cui ma/nifeſte i carne eſt circūciſio: ſed q in abſcōdito iudeus eſt. ſ. p fidē Xp̄i. & circūciſio cordis in ſpū sācto p reſciſſionē uicioꝝ. & ſic patet ꝙ nomē Iſraelis ſcđm rē & ꝓprie/tatē: tranſiit ad populū in xp̄o regeneratū. & p cōſequens noīa. xii. tribuū Iſrael: ad xii. Apoſtolos noui teſtamenti q̄ correſpondent. xii. patriarchis ueteris teſtamenti. tribus uero Dan: hic obmittitur: eo ꝙ de ipſa dicitur naſciturus Antixp̄us. Sciendum etiam ꝙ cum dicitur hic. cxliiii. milia ſignati. ponitur numerus determinatus p̄ inde/terminato. nam multo plures tpibus illis per diuerſas partes orbis fuerunt baptizati. ſicut ſupra. c. iiii. per. xxiiii. ſeniores: intelligitur uniuerſitas prelatorum eccleſie. que eſt multo maior ſicut dictum fuit ibidem. his uero dictis patet littera. Poſt hec uidi. Hic conſequenter deſcribitur conſolatio q̄tum ad exiſtentes in eccleſia triumphante. Nā ſicut poſt Conſtantinū pacē ei tribuentē ſic in eccleſia triūphante de martiribus illius temporis facta eſt leticia magna per Chriſtum animas eorum ſuſcipientem. igitē hec leticia primo deſcribitur. Secundo Iohannes de hoc plenius inſtruitur ibi. Et reſpōdit. Circa primum dicit. Poſt hec uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. temporibus enim Diocletiani: & Maximiani tot fuerunt martyrizati: ꝙ p homines ad certum numerum non potuerunt reduci. nam infra. xxx. dies leguntur xvii. milia martyrazati: ut dictū eſt ſupra. una uice Maximianus interfecit legionē thebeoꝝ: in qua erant ſex milia. lxvi. milites xp̄iani: iudices etiam in diuerſis p̄tibus de mandato iſtoꝝ imperatoꝝ tot interfecerunt Chriſtianos: ꝙ non poterant ſub certo numero redigi. Nam diocletianus legitur. xx. annis imperaſſe: ex omnibus gentibus & tribubus & populis etc. ex hoc uidetur ꝙ non agit hic de conuerſis ex gentilitate tantum ſicut dicunt aliqui: ſed tantū de martyrizatis per Diocletianū & Maximianū inter quos fuerunt aliqui de iudaiſmo conuerſi ad Chriſtum: & de omni populo: & gentes ſtātes ante tronū p̄ darū diuinitatis aſpectum: & in conſpectu agni: qa ſicut beati reficiūtur interius in aſpectu diuinitatis: ita exterius in humanitate Xp̄i ſcđm ꝙ dicit Auguſtinus ſuper Iohannem. Amicti ſtolis albis. per gloriam anime que per

ſtolam albam deſignatur ut dictum eſt ca. precedenti. & palme in manibuſ eorum. in ſignum perfecte uictorie que non habetur in uita preſenti: in qua hoſie quantúcúq; ſancti: ſunt ſemper in pugna. & ſic non loquitur hic ſicut de baptizatiſ exiſtentibuſ in uia: ſed de martyrizatiſ exiſtentibuſ in patria. & clamabant uoce magna. nam in celiſ eſt lauſ dei continua. dicenteſ. Saluſ deo noſtro etc. i. ſaluſ quam habemuſ eſt in nobiſ a deo & agno. Et omneſ angeli ſtabant in circuitu troni. tanq̃ parati ad exequendum uoluntatem dei. Et ſenior & quattuor aíalia. i. Epiſcopoꝝ & Patriarchaꝝ iam in celo regnantium. Et ceciderunt in conſpectu troni etc. gratiaſ agenteſ deo de triumpho martyrum. Dicenteſ amen. poſt laudem martyrũ ſupra poſitam. Saluſ deo noſtro etc. & ſubditur eorum lauſ cum dicitur. Benedictio. i. lauſ. Et claritaſ id eſt diuulgatio nominiſ. & cetera que ſequuntur. ſupple attribuãtur. Deo noſtro in ſecula ſeculorum. non eſt per hoc intelligendum q̃ ex creaturiſ aliquid accreſcat ipſi deo in ſe ipſo: ſed tm̃ in effectibuſ ſuiſ. Et reſpondit. Hic conſequenter Iohanneſ de dictiſ martyribuſ inſtruit̃ plenius cũ dicit. Et reſpõdit unuſ de ſenioribuſ. ſc̃d m illoſ q dicũt q̃ littera immediate precedenſ loquitur de conuerſiſ ex gentilitate tẽpore Cõſtantini iſte ſenior fuit beatuſ Silueſter. ſed hoc non uidetur cõuenienter dictũ: qa Iohãneſ non fuit inſtructuſ a beato Silueſtro per multa tempora poſt naſcituro. quia floruit tempore Cõſtantini qui cepit imperare anno domini. ccc. xix. & ideo uidetur meliuſ q̃ iſte ſenior fuit beatuſ Petruſ: qui dicitur unuſ ſenior. i. p̃muſ inter p̃latoſ eccleſie: ſicut dictum eſt ſupra. c. v. Hi qui amicti ſunt ſtoliſ albiſ. qui ſunt etc. q. d. tu debeſ ſcire. Et dixi illi domine mi tu ſciſ. qui regnaſ in gloria cum illiſ. Nã añ reuelationẽ Iohanni factam per martyrium tranſierat ad gloriam ut dictum eſt ſupra. c. quinto quaſi diceret. Iohanneſ tu qui ſciſ poteſ me docere de ipſiſ. & dixit mihi. Hi ſunt qui uenerunt de tribulatione magna. exeunteſ de mundo per martyrium tpe Diocletiani & Maximiani imperatorum. quia tunc fuit tribulatio magna ut predictum eſt. Ex hoc etiam uidetur q̃ non loquitur de conuerſiſ ad fidem tempore Cõſtantini: qa tũc non fuit eccleſie tribulatio: ſed maxima conſolatio. ꝓpter quod loquitur ſicut dixi de martyribuſ temporiſ precedentiſ. ideo ſubdit̃. Et lauerunt ſtolaſ ſuaſ: & dealbauerũt eaſ in ſanguine agni. propter quem eorum ſanguiſ fuit effuſuſ. & ideo merito dicitur ſanguiſ agni: quia eſt ſanguiſ membrorum ipſiuſ in quibuſ dicit ſe perſecutionem pati Act. ix. Saule Saule quid me perſequeriſ. martyreſ autem predicti acceperũt p̃mã ſtolam. i. anime gloriam: ut dictum eſt ſupra per effuſionem ſui ſanguiniſ. Ideo ſunt ante tronum dei. uidenteſ eum facie ad faciem. Et ſeruiunt ei die ac nocte in tẽplo eiuſ. quia ibi eſt lauſ iugiſ. Pſal. lxxxiii. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Et qui ſedet in trono. ſ. deuſ. Habitat ſuper illoſ. ſup illoſ quia non poſſunt ab eo auelli. Non eſurient: neq; ſitient ampliuſ etc. i. nullam tribulationem aut inquietudinem patientur ampliuſ. Nam in beatitudine quietatur appetituſ. Quoniam agnuſ qui eſt in medio troni. ſ. Chriſtuſ. Reget eoſ. immediate: fideleſ autem exiſtenteſ in terra regũtur ab eo per miniſtroſ eccleſie. Et deducet eoſ ad fonteſ uite aquaꝝ. continuando in eiſ gloriam anime quouſq; cum hoc accipiant gloriam corporiſ in futura reſurrectione. & tũc erunt in fontibuſ aquarum uite per duplicem gloriam. ſ. corporiſ & anime. Et abſterget deuſ omnem lachrymam. Nam ultra non habebunt aliquam triſticie materiã. ſed plenam & perfectam cõſolationẽ. Contra hanc expoſitionẽ quam poſui ex textu poſſet argui primo q̃ dicitur. Poſt hoc uidi turbam magnam etc. Ex quo uidetur q̃ non loquitur de martyribuſ tẽpore Conſtantini precedentibuſ de quo ante fecerat mentionem: ſed magiſ de conuerſiſ ex

gentilitate tpe ipsius sicut dicunt expositores aliqui. Secundo qa infra. xxi. Iohānes loquens de ciuitate celesti: dicit & templū non uidi in ea. hic aūt dicitur. Et seruient ei die ac nocte in templo eius. Ex quo uidet̄ q̄ non loquit̄ de martyribus existētibus iā in patria: sed de fidelibus qui sunt adhuc in uia. Ad primum dicendum q̄ cū dicitur post hec uidi etc. li post non refertur ad ordinem rei: sed ad ordinem uisionis: seu descriptionis. illa enim que frequenter sunt posterius ostensa prophetis & descripta sicut manifeste patet in scripturis ueteris ac noui testamenti. propter quod nō ualet argumentum. Ad secundum dicendum q̄ post illud uerbum Iohannis subditur immediate dominus enim deus omnipotens templum illoꝝ est. & agnus. Ex quo patet q̄ p̄ uerbū Iohannis non excluditur a ciuitate celesti templū omnimode: sed tm̄ templū materiale & figurale q̄le fuit in ueteri testamēto respectu noui. & in nouo respectu celi. cultus enim dei in nouo testamento est quedā figura & rep̄sentatio cultus ipsius siue laudis ab angelis sanctis. & beatis in celo. & quia cultus celi non est ad aliud ordinatus: ideo nullo modo est figuratiuus: quia ibi deus colitur & laudatur: ut clare & presentialiter uisus sine figurā & enigmate. & sic negatur ibi templum figurale. & dn̄us omnipotens dicit̄ templū eius sicut plenius ostendet̄: qn̄ erimus ibi deo cōcedēte. .VIII.

ET cum aperuisset. Post q̄ superius in apertione sex sigilloꝝ descripta est ecclesie pugna contra tyrannos ut patet ex predictis: hic consequenter describit̄ ecclesie pugna contra hereticos sub apertione septimi sigilli. ista tamen diuisio non est p̄cisa. Nam a tempore Apostolorum contra ecclesiam surrexerunt heretici ut patet ex supradictis in Apostolorum epistolis. & post tempus Constantini fuerunt & erant aliqui tyranni: sed hec distinctio accipit̄ sc̄d m id quod principaliter describit̄ in p̄cedētibus & subsequentibus. heretici uero futuri sunt inter x̄pianos: usq; ad finem mundi: sicut ostendit Saluator Matth. xiii. per parabolam zizanie seminate in medio tritici quā noluit eradicari usq; ad messem. p quā intelligit̄ tempus iudicii. propter quod pars ista in generali durat usq; ad finem seu terminū huius libri. & diuiditur in tres partes. nā primo describitur status ecclesie iudicium precedens. Secundo iudicium concomitās. xix. c. ibi. & uidi tronū magnum. Tertio subsequēs ibi. Et uidi celum nouū. Prima pars diuiditur in duas. quia primo describitur pugna inter ecclesiā & hereticos p̄prie dictos. Secundo inter ipsam & hereticos extenso nomine. c. xii. Prima adhuc i duas. nam primo agitur de inuentoribus heresium. Secundo de fautoribus earum. cap. ix. Prima adhuc in duas. quia primo continuat se predictis. Secundo exequitur de hereticis ibi. Et septem angeli. In precedenti uero parte duo sunt dicta de statu ecclesie scilicet persecutio x̄pianorum: & consolatio sequens per Constantinum. Primo ergo se continuat primo. postea secundo ibi. Aliis angelus. Circa primum ponitur quedā breuis persecutio post tempus Cōstantini excitata per Iulianū apostatā: q interfecit Paulum & Iohannē: & plures alios & multa mala & damna intulit x̄pianis. & de ip̄o dicitur hic. factum est silentium in celo magnum. i. in ecclesia militāte que frequēter celum nominatur in hoc libro ut predictum est. Iste enim Iulianus precepit ecclesias claudi prohibens diuinum officium sollēniter celebrari. & sic factum est silentiū i celo quia tunc Iulianus apostata parum imperauit. s. anno uno & sex mensibus sc̄d m Ioh. ideo subditur. Quasi dimidia hora. Nam ipso in bello Persaꝝ interfecto apte fuerūt ecclesie: & cepit religio x̄piana gaudere ut habetur in legenda sanctorum martyrū Iohannis & Pauli. Consequenter ponitur continuatio ad sequentia cum dicit̄. Et uidi septem angelos etc. de istis uero septem angelis & eorum tubicinis dicet̄ in sequētibus sigillatim. Et alius angelus. Hic ponitur continuatio ad secundum precedens: qd̄ fuit

ecclesie liberatio p Constantinú: ad quẽ secuta fuit ecclesiarum edificatio: & diuinoꝝ sollennis celebratio. ad hanc autem celebritatem addidit Damasus papa qui satis cito post tẽpus Iuliani apostote prefuit ecclesie Romane & ordinauit ut p omnes ecclesias psalmos nocte dieq; canerent. & ut in fine psalmoꝝ diceretur gloria patri & filio etc. propter quod de ipso dicitur. Et aliuś angelus. ś. papa Damasus: qui fuit aliuś a septẽ predictis. Venit & stetit ante altare. quia prefuit ecclesie Romane habẽs turibulum aureum. i. cor deo deuotum: scd̃m illud Psal. c. xl. dirigatur oratio mea sicut incensú in conspectu tuo. & data sunt ei incensa multa: que sunt orationes sanctorum. nam p autoritatem apostolicam a deo sibi datam orationes sanctorum augmentate sunt: & multiplicate per orbem terraꝝ. . Vt daret super altare aureum quod est ante tronú. ad summum enī pontificẽ pertinet referre deuotionem populi in deum: cũ sit caput uniuersalis ecclesie. Et accepit angelus turibulum & impleuit illud de igne altaris. nã a deo accepit donum feruide deuotiói & caritatis. Et misit in terram. qa ex feruore caritatis a deo accepte induxit ad feruorem deuotiói habitatores terre: ut dictú est. Et facta sunt tonitrua. sancte p̃dicationis. Et uoces. diuine laudis. Et fulgura. corruscationum in miraculis. nam illo tẽpore multi prelati & alii deuoti habuerút gratiã miraculorum in ecclesia dei. Et terremotus. nam per ista mota fuerút corda terrena ad operationem boni. Consequenter ponitur continuatio ad sequentia: cum dicit̃. Et septẽ angeli etc. de quibus statim dicetur postea. Et primus angelus. Hic cósequenter exequitur de hereśiarchis. Et licet multi fuerint: tamen de quattuor facit expressam mentionem: contra quos quattuor generalia concilia & principalia fuerút cógregata. & scd̃m hoc diuiditur in quattuor partes: que patebunt in prosequendo. In hac parte prima fit mentio de Arrio qui superbia inflatus errorem inseruit cótra articulú sãcte trinitatis dicens. q̃ sicut pater & filius & spiritus sanctus sunt distincti in personis: ita & in essentiś creature. & sic solus pater & filius & spiritus sanctus ueruś deus. & neuter posset dici deus nisi tm̃ participatiue. Contra hunc errorẽ cógregatú generale cócilú ccc. xviii. Episcoporum in Nicena urbe Bithinie. & condemnatum est ibi dogma p uersum Arrii: non tamen ab errore desiterunt plures eius discipuli: sed eú renouãtes infecerunt etiam plures principes & imperatores: persequutionem contra catholicos mouentes: ut in sequentibus apparebit. de hoc igitur Arrio dicit̃. Et primus angelus. id est Arrius. nam homines mali ita nominantur in hoc libro angeli: sicut & boni. ut dictum est in principio capituli precedẽtis. Tuba cecinit. cú magno boatu: & sup̃bia dictam heresim publicando. Et facta est grando. i. grandis tẽpestas que noie grandis frequenter & uulgari loquutione designat̃. in ecclesia. que per hoc fuit intra se diuisa unde dicit̃. x. libro ecclesiastice historie. ea tempestate facies ecclesie: feda & admodú turpis erat. non enim sicut prius ab externis: sed a p̃prius uastabatur. fugabat aliuś. & aliuś fugabatur. & uterq; de ecclesia se esse dicebat. Et ignis mixtus sanguine. i. ignis emulationis ex qua sequuta est effusio sanguinis: & potissime Valentis imperatoris. q lapsus in heresim Arrianam persequebatur catholicos: eorum aliquos comburendo: & alios gladio occidendo: & aliś modis uariś affligendo. Et tertia pars terre combusta est etc. & patet ex dictis littera. Et secunduś angeluś. Hic cósequenter agit̃ de secúdo hereśiarcha. ś. de Macedonio: qui differebat ab Arrio dicens filiú esse eiusdẽ nature cum patre: sed conueniebat cum eo dicens: spiritum esse creatum & seruum filii. ideo de ipso dicitur. Et secúduś angeluś. i. Macedoniuś qui dicitur angeluś sathane. Tuba cecinit. i. flatu superbie motuś errorẽ docuit. Et tanq̃ mons magnus. i. hereśis magna ardẽs igne. ś. p̃fidie. Missus est in mare. i. in ecclesia rõne baptismi p mare designata.

eo ꝙ mare est receptaculum omnium aquarum. & ecclesia unita est per sacramentum baptismi. Et facta est tertia pars maris sāguis. i. deturpata est tertia pars aque baptismalis accipiendo tamen partem ualde large. baptismus enim confertur in nomine trinitatis. cuius tertia pars est spiritus sanctus. qui scd̄m errorem Macedonii dicitur deturpari per quem asseritur creatura esse seruilis conditiōis ut dictū est. Et mortua est in eo. i. in errore dicto. Tertia pars creature. quia multi ꝑ baptismū regenerati & noua creatura facti corrupti fuerunt per errorem Macedonii. Et tertia ps nauiū interiit. quia magna pars prelatorum & curatorū per quos duci debent alii ad salutis portum corrupti fuerunt per errorem dictum. Contra hūc uero Macedoniū cōgregata fuit secunda uniuersalis synodus in Constantinopoli. c. l. Episcoporum. in qua dictus error fuit condemnatus. Et tertius angelus. Hic cōsequenter agitur de tertio hereśiarcha. s. Pelagii. qui tempore Archadii & Honorii errauit circa gratiam spūs sancti asserēs ꝙ sine ea potest homo ex puris naturalibus mereri uitā eternā. dicebat etiam ꝙ pueri nascuntur sine peccato originali: & per consequens ꝙ a culpa nō purgantur aqua baptismali. de hoc ergo dicitur. Et tertius angelus. i. Pelagius. Tuba cecinit. exponatur ut prius. Et cecidit de celo. i. de ecclesia militante: que frequēter celum nominatur in scriptura noui testamenti: ut supra dictum est. de hoc autem de celo cecidit Pelagius in errorem predictum: de quo subditur. Stella magna. fuit enī homo litteratus & religiosus. s. monachus. Ardens tanq̄ facula. multos enim corrupit ratione litterature & ratiōe apparētie sanctitatis in habitu religioso: & cōuersatiōe. Et cecidit in tertiam partem fluminum etc. per fontes & flumina designatur ecclesia baptismalibus aquis congregata: & sanctificata. Et nomen stelle dicitur absinthium. quia contra dulcedinem gratie spūs sancti predicabat. & facta est tertia pars aquarū absinthiū. quia magna pars ecclesie corrupta fuit per eius dogma puersum. Et multi homines mortui sunt. spiritualiter. de aquis. i. de dogmatibus peruersis. Quia amare facte sunt. i. contrarie dulcedini spiritus sancti spiritualiter uiuificanti. Et quartus angelus. Hic consequenter agit̄ de quarto hereśiarcha. s. Eutice. qui in dño nostro Iesu Christo asseruit esse unam naturam sicut & unam personā. d. ꝙ natura humana & diuina in incarnatiōe facta est una natura: ꝑ quandā conuersionē seu cōmixtionē sicut ex elementis suo modo resultat mixta natura: quod est impossibile: cum natura diuina non sit alteri commiscibilis: nec aliquo modo transmutabilis. ergo de ipso dicit̄. Et quartus angelus. s. Eutices. Tuba cecinit. exponatur ut supra. Et ꝑcussa ē tertia pars solis. i. deitas que dicitur Sapiēn. v. Et sol intelligentie non illuxit nobis. tamen hic accipitur pars ualde large: inq̄tum filius est una de tribus personis in diuinis. qui scd̄m errorem Eutitis dicitur percussus. quia scd̄m ipsum non esset homo neq; deus sicut mixtum non est aliquod elementorum. sed alia natura ex eis resultans. & tertia pars lune. i. ecclesie cuius multi simplices infecti & percussi fuerunt dicto errore. Et tertia pars stellarum. i. Episcopoꝝ quoꝝ aliqui Eutici consenserunt: & subscripserūt & sic obscurati tenebris erroris fuerūt. & diei nō luceret pars tertia: & noctis similiter per diem intelligitur nouum testamentum. & per noctem uetus testamentum. Ro. xiii. nox preces̄sit: dies autem appropinquabit etc. Est igitur sensus ꝙ iste Eutices & sui sequaces obscurauerunt scripturas ueteris & noui: que loquitur de natura diuina & humana Christi: tanq̄ distinctis & inconfusis. eas exponendo ꝑuerse. Et uidi. Postq̄ beatus Iohannes loquutus est de hereśium inuentoribus: hic consequenter loquitur de eaꝝ fautoribus. & primo premittit breuem prefationem. Secundo ꝑsequit̄ intētionē ca. ix. Circa primū dicit. Et uidi: & audiui uocē uniꝰ aquile. i. ipsius met Iohānis:

qui per aquilam designat. & loquit hic de seipso tanq̃ de alia psona. sicut cõmuniter loquitur in euangelio suo. unde ca. ultimo dicit de seipso. hic est discipulus ille q testi/monium perhibet de his etc. uolantis per medium celum. quia uidit ecclesie decursum sicut dictum est. que quidem ecclesia in hoc libro frequenter celum notat. Et dicẽtis uoce magna. per quod designatur magnitudo tribulationis future. Ve. ue. ue. habi/tantibus in terra de ceteris uocibus etcet. per quod designatur q̃ sub tubicinio trium angelorum sequentium describitur maior tribulatio q̃ sub tubicinis q̃ttuor p̃cedẽtiũ dicit autem habitantibus in terra: quod est commune bonis & malis: nam utriq; sunt habitatores terre scd̃m cursum uite presẽtis. tribulatiões enim descripte sub tubicinio trium angelorum sequentium partim fuerunt catholicorum & partim hereticorum: ut uidebitur prosequẽdo. potest autem pars ista aliter exponi: ut uox aquile de qua hic loquitur fuerit uox cuiusdam sancti patriarche Constantinopolitani per aquilã designati: ut dictum est supra. c. iii. quem assistentem deo uidit Iohannes: & dicentẽ que hic ponuntur. ceterorum expositio non mutatur. .IX.

ET quintus angelus. Hic Iohannes prosequitur intentũ de heresium fautoribus: qui dicuntur ꝓprie heretici. Et diuiditur in tres partes. quia primo agit de here/ticis dictis ꝓprie q̃tum ad Vandalos. Secũdo q̃tum ad italicos ibi. Et sextus angelus. Tertio q̃tum ad Gothos. ibi. xi. c. Et in illa hora. Prima in duas. qa p̃mo Iohãnes exsequitur propositum. Secundo declarat quoddam dictũ ibi. Et similitudines. Circa primum sciendum q̃ Valens imperator ad terram Gothorum uolentiũ recipere fidem Christi misit sacerdotes Arrianorum ut supra dictum est: per quos infecta est gens illa heresi Arriana. Et similiter gens Vandalica que magnã tribulationẽ fecit in Africa & postea in Italia: & etiam in Gallia: ut habetur. xxi. libro speculi historialis: & in pluribus cronicis. dicit igitur. Et quintus angelus. i. Valens qui cepit imperare anno domini. ccc. lxvii. Et uidi stellam de celo cecidisse. id est Valentem qui ex persuasiõe uxoris sue de altitudine fidei catholice in heresim Arrianam cecidit ut dictum est: q dicitur hic angelus & stella: sicut supra primo ca. Idem hoies stelle dicuntur & angeli Septẽ stelle angeli sũt. vii. ecclesiarũ. Et data est ei clauis putei abyssi. id est potestas eleuandi & exaltandi heresim Arrii condemnatam. Nam per potestatem imperialem misit sacerdotes Arrianos ad inficiendum populos multos. Ideo subditur. Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus etc. i. doctrina erronea ueritatis obscuratiua. Ideo subditur. Et obscuratus est sol. i. Christus. quia scd̃m heresim illã negatur esse uerus deus ut dictum est capitulo precedenti. Et aer. i. ecclesia: que illuminatur a Christo: sicut aer a sole uisibili. temporibus autem illis ecclesia Arrii fuit obscurata in tantum q̃ maior ps ecclesie facta fuit arriana. Et de fumo putei exierũt locuste. que saltabãt de loco ad locum. sic Vandali ex Hyspania transierunt in Africam. Et inde postea intrauerunt Italiam: & Galliam eas uastãdo. ideo subditur. Et data est illis potestas .s. nocendi hominibus cautellis deceptiõibus: & armis. hoc enim permissũ est eis a deo suo iudicio occulto. Et preceptum est eis. i. prohibitum a deo. ne lederent fenum. Ad cuius intellectum sciendum q̃ Africa ante ingressum Vãdalorum: erat habitata ptim a Christianis: & partim a paganis: sicut & multe terre temporibus illis. paganos autẽ occiderunt: non aũt Christianos. qui Christiani q̃tum ad minores significantur per fenum terre: q̃tum ad mediocres: per omne uiride. q̃tũ ad maiores per arbores. Nisi tm̃ homines qui non habent signum dei. i. paganos qui non sunt signo crucis signati. Et datum est illis ne occiderent eos. istud refertur ad Christianos de quibus p̃dixerat. sub uno enim cõtextu littere: sacra scriptura transit aliquãdo de aliqbus psonis ad alias

loquēdo ac ſi eēnt eedē. ſicut patet Pſal. lxxvii. cum occideret eos querebāt eū. & tñ certum eſt q̄ alii erant occiſi: alii querenteſ eum penitentia ducti. & eodem mō loqē hic de habitatoribuſ Africe. qui partim erant Chriſtiani: & partim pagani: & ſic de una pte trāſit ad aliā ſub eodē cōtextu. Sed ut cruciarēt eoſ. licet enī nō occiderēt chriſtianoſ: ut dictū eſt: tamen afflixerunt eoſ multipliciter: & ſpecialiter Epiſcopoſ & doctoreſ expellendo: & aliquoſ corporaliter affligendo. eo q̄ predicabant contra errorem Arrii quem receperant. unde Honoricuſ Vandalorum rex Epōſ in exiliū miſit. & ſimiliter Tranſemunduſ qui poſt eum regnauit. & Guillerme q tribuſ Epīſ orthodoxiſ linguaſ fecit abſtrahi: & radicituſ amputari: qui tamen poſtea dono dei loquebantur & predicabant: ſcd̄m quod dicit Gregor. Dialogo libro. iii. mēſibuſ. v. Per hoc deſignatur q̄ regnum Vandalorum durauit temporibuſ. v. regum: & tunc fuit exterminatum per bellizarium Patricium a Iuſtiniano imperatore in Africam miſſum. Et cruciatuſ eorum: ut cruciatuſ ſcorpii. nam aliqui iſtorum regum primo diſſimulauerunt benuolentiāChriſtianiſ. & eoſ poſtea grauiter afflixerunt: in tantū q̄ multi eorum magiſ uellent mori q̄ uidere talem conculcationem eccleſie & mīſtroꝝ eius ſicut dicitur p̄mo Machab. iii. meliuſ eſt nobiſ mori in bello: q̄ uidere mala gētiſ noſtre & ſanctorum. & ideo ſubditur. In diebuſ illiſ querent homineſ mortem etc. Et ſimilitudineſ. Hic cōſequenter declarat quoddam dictum. Vandaloſ enim dixerat locuſtaſ: ideo conditioneſ Vandalorum exprimit. ſimileſ equiſ paratiſ in prelium: per hoc deſignatur q̄ Vandali fuerunt homineſ bellicoſi. Et ſuper capita eorum tanquā corone ſimileſ auro. per aurū in ſcriptura deſignatur fulgor ſapientie. Vandali uero inter ceteroſ barbaroſ pluſ habere uidebantur de fulgore naturaliſ induſtrie: que ſi ordinet̄ ad bonū ſortit̄ nomen ſapientie: que dicit̄ ſapientia ſapida. ſi aūt ad malum ſortitur nomen cautelle. ſic autem erat in eiſ. & ideo nō dicitur q̄ haberent coronaſ aureaſ. ſed ſimileſ auro. nam per quādam ſimilitudinem bonum ad mala tranſferimuſ v. Metha. ſicut dicitur ſapienſ latro: uel bonuſ qui procedit in furtiſ ſuiſ cautelloſe. Et facieſ earum ſicut facieſ hominum. quia re qua homo diſtinguit̄ a ceteriſ aīalibuſ pluſ uigebat in eiſ q̄ ceteriſ barbariciſ gentibuſ ut dictū eſt. & habebant capilloſ ſicut capilloſ mulierum. quia nutriebant capillaturam ſicut fit adhuc in aliquibuſ gentibuſ. Et denteſ earum ſicut leonum erant. in quo deſignatur ferocitaſ eorum. Et habebāt loricaſ ferreaſ. nam armati erant ad aliaſ genteſ expugnandum. Et uox alarum eaꝝ ſicut uox curruum etc. quia cum magno impetu proceſſit exercituſ eorum p Italiā & Galliam ut dictum eſt. Et habebant caudaſ ſimileſ ſcorpionum. patet ſententia ex dictiſ ſupra: uſq; ibi. Et habebāt ſupra ſe regem angeloꝝ abyſſi. Ad cuiuſ intellectū ſciendum q̄ ſcd̄m Dionyſium in demonibuſ naturalia remanſerunt integra. & p conſequenſ manſerunt in eiſ ordineſ diſtincti prout ſequuntur diſtinctiōeſ nature. tenet̄ autem communiter a doctoribuſ q̄ aliqui ceciderunt de ſinguliſ ordinibuſ: & ſic noſa ſingulorum demonum in demonibuſ remanēt. Primuſ autem ordo inferioriſ ierarchie notatur ordo principatuum: quia preſunt diuerſiſ regniſ & ſic ſūt angeli ſancti p̄mo/uenteſ diuerſa regna ſibi commiſſa ad bonum. ſic per oppoſitum ſunt angeli mali eam impellenteſ ad malum. Ideo de angelo malo preſidente regno Vandalorum dicit̄ hic: Et habebant ſupra ſe regem angelorum abyſſi. impellentem eoſ ad uaſtatiōem boni. ideo ſubditur. Cui nomen hebraice Abbadon. i. diſperdēſ. uel exterminanſ. & ponitur hic nomen in tribuſ linguiſ principalibuſ. qa plureſ boſeſ de linguiſ iſtiſ exteriauerūt uel quia Iohāneſ ſcribebat uniuerſali eccleſie que fundata eſt in omnibuſ linguiſ per treſ principaleſ hic ſignificatiſ. Ve unum abiit. i. una perſequutio Vandalorum. Et

ecce ueniunt adhuc duo ue. i. due graues persequutiones. Et sextus angelus. Hic cõ/
sequẽter agit̃ de fautoribus heresiũ q̃tum ad italicos. & principes Cõstãtinopolitanos
Ad cuius intellectũ sciendũ ꝙ Anastasius imperator heresi Euticiana corruptus cepit
imperare anno domini. cccc. xciii. & imperauit annis. xxv. & tunc regnabat in Italia
Theodoricus rex Arrianus. & tunc temporis electi sunt duo pape in contentione. s.
Simachus: & Laurentius: pro quibus facta est cõtentio magna in populo Christiano
& in clero usq; ad homicidia multa. & finaliter tamen ecclesia Laurentium repulit
& Simachum approbauit. Pascasius autẽ Dyaconus Cardinalis licet alias eẽt sanctus
& deuotus: tamen in hoc errauit ꝙ Laurentium inq̃tum potuit sustinuit: propter qđ
post mortem suam inuẽtus est in pena purgatorii a germano Episcopo Capuano ut
refert Grego. dya. libro. iiii. Ex hoc enim mota est tribulatio magna in ecclesia per
quattuor homines predictos. s. Laurentium & Simachum pro papatu: & Anastasiũ
& Theodoricum pro zelo heresum suarum. nam uidẽtes clerum catholicum pugnare
usq; ad homicidia reputauerunt eum peiorem q̃ & ante: & similiter doctrinã catholicã
ꝓpter qđ incitati fuerunt ad persequutionem eius. Et isti quattuor predicti noĩant̃
hic ãgeli. qa nomẽ ãgeli ĩ hoc libro ĩdifferẽter attribuit̃ tã bonis q̃ malis: ut patet ex
supradictis. his igitur premissis sic proceditur: quia primo ponitur ecclesie tribulatio.
Secundo eiusdem consolatio. ca. x. Prima adhuc in duas. s. in partem principalem &
incidentalem: que incipit ibi. Et ceteri hoĩm. Circa primum dicit̃: Et sextus angelus
tuba cecinit. s. Laurẽtius qui conatu improbo & uerbo supbo ad papatũ anhelauit.
Et audiui uocem unam ex cornibus altaris etc. s. uocem Pascasii Cardinalis de collegio
ecclesie Romane existentis: qui in electione dedit uocem suam Laurentio. & eius ꝑtẽ
suscitauit contra ecclesie communitatem. Dicentẽ sexto angelo. i. Laurentio. Solue
solue quattuor angulos qui alligati sũt in flumine magno Eufrate. id est in Romano
imperio quod uocatur flumẽ magnum propter multitudinẽ populoꝝ in eo existẽtiũ
scđm ꝙ dicitur infra. xvii. aque multi populi nominatur etiam Eufrates. quia sicut
Eufrates est quartus fluuius paradysi. Geñ. ii. sic inter quattuor regna principalia
regnum Romanorum dicitur quartum Dañ. ii. in hoc autem imperio q̃ttuor angeli
s. Laurẽtius Simachus Anastasius & Theodoricus: tenebant̃ q̃si legati añ electionẽ
Laurentii inq̃tum cessabant ab ecclesie ꝑturbatiõe: qui per eius electionẽ ad turba/
tionem ecclesie excitati fuerunt modo predicto. Ideo subditur. Et soluti sũt etc. Qui
parati erant in horam & diem etc. i. continue ecclesiam perturbare. Sciendum tamẽ
ꝙ Pascasius stans pro Laurentio non intendebat hanc turbationem: sed quia sequuta
fuit licet preter eius intentionem ad electionem Laurẽtii cui uocem suam dedit: ideo
dicitur hoc dixisse Laurentio. Solue quattuor angulos etc. quia per eius ambitionem
ipsi & alii tres processerunt ad ecclesie turbationem: ut occiderent tertiam partẽ hoĩm
hec tertia pars dictus est populus catholicus ut supra dictum est. c. iiii. qui in magna
parte fuit occisus: partim per malos adherentes Laurẽtio: & similiter adherentes Si/
macho: partim per Anastasiũ imperatorem hereticum: qui multos Episcopos in exiliũ
misit & multos catholicos afflixit. partim per Theodoricum regem Arrianum: q totã
Italiam q̃tum ad orthodoxos gladio perdere uoluit. & Iohannem papã & Simachum
& Boetium uiros preclarissimos consules martyrizauit: ut habetur in legenda sancti
Iohannis pape & martyris. Et numerus equestris exercitus. i. adherentium predictis
quattuor: & sequentium eos ad turbationem christianorum. Vigies milies dena milia.
Hic ponitur numerus determinatus pro indeterminato sicut supra. c. iiii. & designat̃
ꝙ ibi erat magna multitudo. Et ita uidi equos. i. subditos p̃dictis q̃ttuor. Et obediẽtes

eis in malo & specialiter Anastasio & Theodorico. & q sedebāt sup eos. s. p̄dicti q̄tuor angeli eos ducentes: habebant loricas. sicut in bonis hominibus iusticia dicitur eorum lorica. Ephe. vi. induti lorica iusticie. sic per oppositū iniusticia dicit lorica malorū ignea. per appetitum feruidū nocendi. & iacintinas. i. celestis coloris in quo designat apparens zelus fidei. nam heretici asserēt se habere fidei ueritatem. ex hoc excitāt contra uere catholicos persequutionem. Et sulphureas. propter feditatem uitiorum existentem in eis. & procedentem extra in operibus malis. Et capita equorum. id est principes malorum eis obedientium. Erant tanq̄ capita leonum: in quo notat crudelitas eorum. & de ore eorum procedit ignis. s. emulatiōis q̄tum ad Laurentiū & Simachū. & fumus uanitatis. q̄tum ad Anastasium. & sulphur fetoris. q̄tum ad Theodoricū Arrianum. ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum: i. magna pars Xpianorum modo predicto. potestas enim equorum in ore eorum est. i. quattuor principalibus predictis: sicut & os est prima pars capitis. Et in caudis eorū. s. in ministris sequētibus eos ad malum. nam caude eorum similes serpentibus: propter astuciam serpentinam: que erat in eis ad catholicos persequendum. habentes capita. nam in exercitibus sunt Tribuni Centuriōes & huiusmodi: qui sunt capitanei respectu subditorum sibi. & in his nocent. Incitabant enim suos subditos ad persequendum uere Christianos. Et ceteri homines. hec est pars incidentalis. Nam Iohannes in hoc libro describit statum ecclesie. Tempore uero Theodorici regis de quo immediate ante dixerat: contigit quedam occisio magna in paganis qui non sunt de ecclesia: & sic describit hic incidēntaliter. tunc enim Saxones pugnauerunt contra Thuringos & plures eorum fuerunt occisi hinc & inde q̄ de Christianis in predicta Anastasii & Theodorici persequutiōe. Et hoc est quod dicitur: Et ceteri homines. s. Saxanum & Thuringorum: qui non confitebantur Christum: qui non sunt occisi in his plagis. i. pro fide Xpi: supple sūt occisi morte corporali & eterna. & est ibi modus loquendi q apud hebreos dicit Decurtatus. sicut secundo Re. v. proposuerat dandum in die illa premiū illi q p̄cussisset Iebuseum etc. & non dicitur ibi quale sit illud premium. sed est supplendum q̄ esset princeps militie sicut suppletur. i. Paralip. xi. & sic subintelligendum est hic: q̄ isti q non erant mortui solum corporali morte sed etiam tebēne. & subditur causa cū dicit. Neq; penitentiam egerunt de operibus manuum suarum. i. de peccatis commissis. & notantur ibi tria genera peccatorum. s. multiplex idolatria: multiplex homicidium: & luxuria: & furtum: & patet littera.

.X.

ET uidi. Post q̄ descripta est ecclesie multiplex tribulatio: hic cōsequenter describit eius initialis consolatio. Et primo ponit actus consolatiōis. Secūdo fructus deuotiōis. c. xi. Prima in duas. quia primo ponitur dicta consolatio per imperatorē Iustinum. Secundo eius cōtinuatio per Iustinianum nepotem suum ibi. Et ecce uocē quam audiui etc. Circa primum sciēdum: q̄ Iustinus senior post Anastasium hereticū imperauit ānis. x. & cepit imperare anno domini. dxviii. qui amore xp̄iane religiōis feruēs uoluit in partibus orientis ecclesias Arrianorum eis auferre: & per Episcopos catholicos consecrari: sed non perfecit impeditus precibus Iohannis pape: ne occasiōe huius omnes Christiani in Italia occiderent gladio per Theodoricū regē Arrianorum: qui tamen postea interfecit sanctum Iohannem: ut predictum est. igitur de Iustino dicit hic. Et uidi alterum angelum fortem. propter imperialem potestatē descendētē de celo. s. militantis ecclesie per regenerationē baptismalē amictū nube baptismalis gratie. Et iris in capite eius. quia nunciauit pacem ecclesie. & iris signum federis est Geñ. ix. Et facies eius sicut sol. propter fidei sue splēdorē. Et pedes eius tanq̄ colúna

ignis. per pedes intelliguntᵉ affectiões: quia sicut corpus mouetᵉ per pedes: sic animus affectibus. habuit enī iste Iustinus affectiones accensas igne caritatis ad promotionē christianitatis. & habuit in manu sua libellum apertum. quia scripsit & misit epistolas per imperium suum in fauorem christianorum. & posuit pedem suum dextrum super mare: & sinistrum super terram. quia scripsit habitantibus in terra & in insulis maris: uel aliter. per mare quod est locus aquarum intelligitur populus christianus per aquā baptismi regeneratus. p terram uero pagani in terrenis desyderiis fixi de utrisq; uero multi erant de imperio Iustini. sed fuit magis fauorabilis christianis. propter qđ dicitᵉ. qui posuit pedē suum dextrum super mare etc. Et clamauit uoce magna. dās impiali autoritate mandata. quemadmodum cum leo rugit: ad terrorem Arrianorum. unde dicitur Prouer. xx. sicut rugitus leonis: ita & terror regis. & sicut clamor iste fuit terribilis christianis Arrianis: ita fuit consolabilis catholicis. Ideo subdit. Et cū clamasset loquuta sunt septem tonitrua uoces suas. i. uniuersitas ecclesiarum septenario numero designata. eo q̄ uniuersitas septenario designatᵉ. ut dicit Greg. omel. xxv. Exclamauit in laude uocum humanarum. ueruntamen quia Iustinus non profecit contra Arrianos quod intendebat ratione predicta: ideo prohibetur Iohannes scribere: cum dicitur. Que loquuta sunt signa etc. Et angelus. Hic consequenter describitur ecclesie cōsolatio promissa per angelum Iustini. Circa quod sciendum q̄ imperatores & reges habent duos angelos custodes. unum ratiõe singularis persone sicut & ceteri homines. Math. xviii. Videte & ne contemnatis unum ex his pusillis. dico autem uobis. quia angeli eorum semper uident faciē patris mei qui in celis est. & isti angeli sunt de ordīe inferiori. alterum autem ratione dignitatis siue officii. singulis enim regnis presunt angeli qui uocantur principatus: & sunt de superiori ordine inferioris ierarchie. & isti sunt custodes specialiter regum: inq̄tum in eis uirtualiter consistunt regna. propter quod nominantᵉ principes in scriptura Dañ. x. nemo est adiutor meus in omnibus his: nisi Michael princeps noster. & ibidem cum egrederer apparuit princeps Grecorum ueniens. & ideo isti angeli aliquando accipiuntur pro regibus: seu regnis quibus p̄sūt. & sic est in proposito ut magis uidebitur prosequendo. dicit igitur. Et angelus quem uidi stantem super mare & super terram. i. angelus Iustini ratione imperii. Leuauit manū suā ad celū. & iurauit ad maiorē rei future assertionem. Quia tempus amplius non erit. non est per hoc intelligendū cessatio tēporis simpliciter: quia post tubicinū septimi angeli in hoc libro describitur magnus decursus temporis usq; ad finem mūdi. sed cessatio temporis q̄tum ad uirtutem hereseos Arriane. ut uidebitur capitulo sequēti quod fuit impletum Iustini minoris tpe: qui fuit tertius imperator ab isto Iustino seniore. Ex quo patet quod dicitur de angelo stante supra mare: & supra terram. q̄ leuauit manum suam & iurauit etc. non potest intelligi de Iustino seniori: quia non habuit noticiam de fiendis post mortem suam: sed angelus suus cognouit per diuinam reuelationem: q̄ uoluntas Iustini senioris de destructione Arriane hereseos que tamen fuit impedita ratione predicta tpe Iustini senioris: fuit complenda & sicut p̄cognouit sic iurauit: cum ceperit tuba canere. nam in principio imperii Iustini iunioris fuit hoc completum ut uidebitur postea. Consumabitur omne mysterium. i. omne secretum a deo preuisum: sicut euangelizauit per seruos suos & Prophetas qui p̄dixerunt dñm Iesum Christum cum suis fidelibus regnaturum. & in diebus septimi angeli p̄ualuerūt christiani contra hereticos infideles. Et tunc audiuit Iohannes uoces in celo dicentes: Factum est regnum huius mundi domini nostri Iesu Christi eius ut habetur capitulo sequenti. Et uocem quam audiui. Hic consequenter ponitur consolatiō ecclesiastice

continuatio: p impatorē Iustinianum: qui in principio sui regni fuit uere catholicus & incepit imperare anno domini. dxviii. fuit aūt homo litteratus: & leges Romanas abreuiauit: & in uno uolumine compilauit: qđ dicit codex Iustiniani. in quo multas leges christianis fauorabiles posuit: de quo loquitur hic Iohannes dicens. Et uocē quā audiui de celo. ista fuit uox angeli per quem Christus loquebatur Iohanni: ut habet in principio huius libri. Vade accipe librum apertum. i. codicem Iustiniani qui dicitur hic accipiendus a Iohanne quia fauorabilis ecclesie erat: ut dictū est. De manu angeli stantis super mare: & super terram. Hic fuit angelus Iustiniani ratione imperii ut uidetur. Et dixit mihi: accipe & deuora illum tanq̄ rem in ope delectabilē. & faciet amaricare uentrem tuum. quia Iustinianus in fine uite sue fuit heresi deprauatus. & sic eius memoria in libro contenta facta fuit fidelibus amara que in principio uite sue erat dulcis. ex hoc patet q̄ angelus iste qui tradidit librum non fuit Iustinianus qui lapsum suum in heresim non preuidit: sed angelus eius qui addidit dicens Iohanni etc. Oportet te iterum prophetare populis etc. quia postea de multis gentibus & populis Iohannes scripsit prophetice in hoc libro. .XI.

ET datus est mihi calamus. Post actū ecclesiastice cōsolationis ponit hic fructus deuotionis. & secundo reuertit Iohannes ad scribendū ponduś cuiusdā ecclesiastice tribulationis ibi. Et ciuitatem sanctam. Circa primum sciendum q̄ Felix papa qui temporibus illis prefuit ecclesie Romane: instituit festiuitatē dedicatiōis ecclesie per annos singulos celebrari. in dedicatione uero Episcopus circuit ecclesiā dedicandā & sic se habet per modum mensurantis muros eius exterius: & in pauimento ecclesie de angulo ad angulum transuersaliter scribitur spaciū interius: & sc̄m hoc dicit Iohannes in p̄sona ecclesie loquens prophetice. Et datus est mihi calamus similis uirge. nam dedicās templum in manu sua portat aspersoriū. Surge & metire templū. uerbū est Felicis pape ad quēlibet Episcopum pro dedicatione ecclesie. Atriū aūt exterius eiice foras etc. ipse enim instituit q̄ non celebraretur missa nisi in loco consecrato. Quoniam datum est gentibus. que offerunt sacrificia sua non solum in locis nō consecratis sed etiam prophanis. Et ciuitatem. Hic consequenter reuertitur Iohannes ad describendum tribulationem quandam ecclesie excitatam per Anthemium patriarchā Constantinopolitanum: qui propter heresim Euticianam qua erat corruptus: per Agabitum Papam fuit depositus: & loco eius Mennas seruus dei monachus fuit institutus. sed Theodora imperatrix infecta eadē heresi petiit a Siluerio Papā Anthemiū restitui sicut patet in legenda sancti Siluerii. & quia renuit hoc facere: Theodora indignata est. & Iustinianus eius maritus heresi Euticiana p Anthemiū deprauatus mouerunt persequutionem contra ministros ecclesie. ita q̄ Siluerius fuit depositus: & in exilium relegatus p Balizariū patritium. & Mēnas seruus dei in carcere afflictus & hoc est quod dicit Iohannes. Et ciuitatem sanctam. i. ecclesiam: que dicitur ciuitas sancta. nam est unio ecclesie spiritu sancto congregata. Calcabunt. Anthemius Iustinianus Theodora & Belizarius ecclesie ministros grauiter opp̄mendo mēsibus. xlii. tantum enim temporis uel circiter dicitur illa persequutio durasse. scilicet per tres annos & dimidium. Et dabo duobus testibus meis constantiam & sapientiam. supple & isti fuerunt Siluerius & Mamias dei seruus: qui cōstanter steterunt contra fautores heresis Euticiane ueritatem predicando. Ideo subditur. Et prophetabūt diebus mille cc. lx. qui faciunt idem tpus quod prius. s. tres annos & dimidiū uel circiter. Amictus saccis. i. uilibus uestimentis. Nam Siluerius papa spoliatus fuit ueste papali: & indutus ueste monachali. Hi sunt due oliue. propter plenitudinē pietatis. Et duo candelabra.

propter ardorem caritatis. in conspectu dñi terre stantes per constantiam ueritatis. & si quis uoluerit eis nocere sicut fuit factũ per predictos ꝑsequutores ecclesie. Ignis exiet de ore eorũ. i. uerba ex feruore fidei procedentia. Et deuorabit inimicos eoꝝ. eos feriẽdo sententia excõmunicatiõis. Et si quis uoluerit eis nocere gladio. materiali: sic oportet eum occidi gladio spirituali. Hi habent patestatem claudẽdi celũ. ꝑ claues ecclesie: ne pluat diebus prophetie ipsorum. nam beneficia ecclesie non proficiũt ex/ communicatis iuste. & potestatem habẽt super aquas. i. super hereticorum doctrinas de qbus dicitur Prouer. ix. aque furtiue dulciores sunt. Cõuertendi eas in sanguinẽ. ostendendo earum falsitatẽ. Et percutere terram. i. hereticos in terrenis fixos. unde August. si terram diligis terra es. Omnium plaga. s. spũali sententiã excõmunicatiõis aggrauando. Et cum finierint testimonium suum. ueritatem constanter defendendo. Bestia que ascendit ex abysso. i. Belizarius patritius: eo modo loquendi quo crudelis homo dicitur leo & canis rabidus faciet aduersus eos bellum modo predicto. & occidet illos morte ciuili per relegationem exilii. Et corpora eorum iacebunt. i. reputabunt uilia sicut cadauer iacens in terra. In plateis ciuitatis magne. i. in infideliũ cõgrega/ tione: que tunc erat ualde magna que uocatur spiritualiter Sodoma. propter uicioꝝ uilitatem. & Egyptus propter eorum tenebrositatem. Vbi & dominus eorum. scilicet Christus crucifixus est. ex hoc enim ꝙ predicabat contra uicia Scribaꝝ & Phariseorũ cõceperũt inuidiã & odiũ cõtra eũ: ex quo obscurata est illa cognitio quã habebãt de Xp̃o ꝑ scp̃turas ꝓphetaꝝ. sicut plenius declaraui suꝑ illud Matth. xxi. agricole aũt dixerũt. hic ẽ heres. & sic obscurati ꝓcesserũt ad eius occisionẽ. Et uidebũt de tribubus & populis. nam mors eorum ciuilis & directio multis populis & diuersarum linguarũ fuit nota per tres dies & dimidium. hic accipitur dies pro anno scd̃m Ezech. iiii. diem pro anno dedi tibi. tm̃ enim durauit directio eorum ut predictum est: & corꝑa eorũ non sinent poni in monumentis. i. principes Euticiani qui tunc dominãtur in terra gaudebunt super illis: de eorum deiectione & munera mittent inuicem in signũ leticie quoniam hi duo prophete cruciauerunt eos excõmunicationibus: & aggrauatiõibus. & post tres & dimidiũ. i. post tres annos & dimidiũ. Spũs uite a deo intrauit in eos. qa restituti fuerũt in statũ p̃stinũ: & sic uiuificati a morte ciuili. Siluerius enĩ ãno dñi. dxxxvi. sedit iteꝝ ĩ sede papali. Et timor magnus cecidit suꝑ eos. s. Euticianos. & au/ diuerũt de celo uocẽ magnã. i. de militãte ecclesia eo restituẽte ad statũ p̃stinũ honoris. Veruntamen beatus Siluerius in exilium remissus ibidem mortuus fuit. & sic ꝑ palmã martyrii ad celos ascendit. & idem tenendũ est de uerbo dei seruo Menna. & sic aliter potest exponi quod dicitur: & audierunt de celo uocem magnam. s. dei uocantis eos ad gloriam. Et uiderunt eos inimici eorum. per miracula suam glorificationem testi/ ficantia. scribit̃ enim in legenda sancti Siluerii: ꝙ ipso mortuo in loco exilii occurrit multitudo male habentium & salui facti sunt. passus autem iste communiter exponit̃ de Helia & Enoch. qui dicuntur futuri testes Christi ad predicandum contra ꝑfidiã Antichristi tribus annis & dimidio. Iuncti saccis. i. in habitu abiecto qui dicunt̃ due oliue: per exsuperantiam pietatis. & duo candelabra per ardorem caritatis. & stantes in conspectu dei per constantiam contra Antichristi maliciam. dicit̃ etiã hic ꝙ ignis exiet de ore eorum. i. uerbum feruide predicationis: quo malicia Antichristi & suorũ detegetur. & uerbum deuote orationis: quo meritorie Antichristus & magna pars sui exercitus fulminabitur. sicut dictum fuit plenius. ii. Thess. ii. ca. facient etiam tunc miracula uera contra signa Antichristi mendacia quibus Antichristus cũ suis affliget̃. ideo subditur. Hi sunt potestates. finaliter tamen Antichristus qui dicitur hic bestia

ꝑpter ſuam crudelitatem. Aſcendenſ de abyſſo. ꝑpter demoniſ ſibi priuati poteſtatẽ. Occidet eoſ & iacebũt corpora eorum inſepulta. ad terrorem Chriſtianoꝝ. In medio ciuitatiſ magne. i. congregationiſ Antichriſto adherentiſ: que erit ualde magna. Et dicitur Sodoma & Egyptuſ. i. uiliſ & tenebroſa. Et uidebitur de populiſ & Tribubuſ. quia de cunctiſ gentibuſ multi adherebunt Antichriſto. per treſ dieſ. ſ. naturaleſ: & partem quarte diei. Et inhabitanteſ terram gaudebũt. i. adherenteſ Antichriſto. Et poſt treſ dieſ & dimidium ſpiritus uite etc. quia reſuſcitabũt: & ad celeſtia tranſferẽt in teſtimonium ueritatiſ ſue predicationiſ. & hec expoſitio magiſ concordat littere q̃ precedenſ. utraq; tamen poteſt dici litteraliſ. Ad cuiuſ intellectum ſciendũ ꝙ illud qđ eſt alteriuſ figura neceſſario eſt in ſe reſ aliqua. quia quod nihil eſt non poteſt aliud figurare uel ſignificare: propter quod tripliciter poteſt accipi. uno modo ut reſ in ſe tantum. alio modo ut figura alteriuſ tantũ. Tertio mõ ut reſ in ſe & figura alteriuſ. Et triplex moduſ inuenitur frequenter in ſacra ſcriptura: uerbi gratia: qđ de Salomone dicitur. R e. tertio libro. xi. deprauatum eſt cor eiuſ per mulieres etc. dicitur de eo ſcđm ſe tãtum: & in illo modo ut fuit figura Chriſti. & ſic ſenſuſ litteraliſ eſt tantũ de Salomone. & illud quod de eo dicitur Pſal. lxxi. ante ſolem permanet nomen eius. non poteſt intelligi de Salomone ſcđm ſe tantum: ſed ut fuit figura Chriſti. propter quod ſenſuſ litteraliſ eſt tantum de Chriſto ſicut ibidem fuit plenius declaratum. illud autem quod dominuſ dixit de eo. ii. R e. vii. ego ero illi in patrem: & ipſe erit mihi in filium: intelligitur de Salomone ſcđm ſe: & ſcđm ꝙ fuit figura Chriſti. quia fuit filiuſ dei per adoptiõiſ gratiam: ſaltem in principio regni ſui ut patet. iii. R e. & fuit figura Chriſti qui eſt dei filiuſ per naturam: que filiatio pfectior eſt q̃ ẽ alia. & ſic eſt ibi duplex ſenſuſ litteraliſ: unuſ de Salomone ratione adoptionis filiationiſ. aliuſ de Chriſto ratione filiationiſ naturaliſ per illam figurate: & hoc mõ inducit Apoſtoluſ dictam autoritatem Hebre. i. ad probandum diuinitatem que probatio non fit ꝑ ſcripturam efficaciter niſi accipiatur in ſenſu litterali: ſicut dicit Auguſtinuſ contra Donatiſtaſ. Eſt autem in propoſito duplex ſenſuſ litteraliſ: & unuſ eſt impletuſ in Siluerio papa: & Menna dei ſeruo: qui fuerũt figure Helie & Enoch. & aliuſ implebitur in Enoch & Helia cui magiſ concordat littera: ut uiſum eſt & perfectiuſ in eiſ implebitur: propter quod de ipſiſ eſt ſenſuſ principaliter intentuſ. Et in illa hora. deſcripta ꝑſequutione a Vandaliſ & principibuſ Conſtantinopolitaniſ & Italiciſ: hic conſequenter ponitur perſequutio eiuſ a Gothiſ qui fuerunt Arriani ut dictum eſt ſupra. c. viii. Et diuiditur in treſ parteſ. nam in prima ponitur Gothoꝝ ꝑſequutio. Secundo eorum deſtructio. ibi. Et ſeptimuſ angeluſ. Tertio deuotiõiſ augmentatio ibi. Et apertum eſt templum. Circa primum ſciendum ꝙ eo tẽpore quo Iuſtinianuſ & Theodora: & Anthemiuſ perſequebantur miniſtroſ eccleſie Vigiliuſ papa fune in collo eiuſ miſſo fuit tractuſ per ciuitatem Conſtantinopolitanam: & cleruſ qui cũ eo ductuſ fuerat damnatuſ ad metalla ſcindenda: ad diuerſa loca. propter qđ dei iudicio Totilla rex Gothorũ collecto magno exercitu inuaſit imperiũ: & multaſ ꝓuinciaſ peruagatuſ Italiam inuaſit. & ſãctum Herculianum Epiſcopum Peruſinũ cũ populo ciuitatiſ interfecit: & multoſ aliоſ Xp̃ianoſ per diuerſaſ ꝓuinciaſ. & hoc eſt qđ dicit. Et in illa hora. i. tẽpore Iuſtiniani hereſi Arriana deprauati cito poſt mortẽ Siluerii & Menne ſerui dei de quibuſ immediate ante fecerat mentionem. Et factuſ eſt terremotuſ magnuſ. i. commotio magna habitantium in terra per Totillam regẽ ut dictũ ẽ. Et decima parſ ciuitatiſ cecidit. i. magna parſ populi Chriſtiani. ita ut ad decimã ptẽ uel circiter poſſet extimari. Et occiſi ſunt in terremotu nomina hominum. i. hominũ

nomiatorū ſeptem. millia in magno numero. quia ponit̄ hic numeruſ determinatuſ pro indeterminato ſicut ſupra. c. quarto et reliqui i terrorē miſſi ſunt. ſcilicet populuſ Romanuſ qui multum timuit quando Totilla ciuitatem cepit. uerūtamen ꝙa populū non occidit: nec ciuitatem incendit: ideo ſubditur. & dederūt gloriam deo celi de ſua euaſione. Ve ſecundum abut. id eſt tribulatio predicta. et ecce tertiū ue ueniet cito ſ. Gothorum deſtructio. propter quod illud ue nō fuit ſupra catholicoſ. ideo dictū fuit ſupra cap. viii. Ve ue habitantibuſ in terra: quod eſt commune catholicis & Arrianis. Et ſeptimuſ angeluſ. Hic conſequēter deſcribitur Gothorum deſtructio. Iuſtinuſ enī iunior ſucceſſit in imperio ipſiuſ Iuſtiniano: & cepit imperare anno dñi dlxvi. hic autem conſtituit Narram patritium Romanoꝝ uirum in armis ſtrennuū mittenſ eum ad reprimēdum gentem Gothoꝝ: qui collecto exercitu magno Gothoſ expugnauit. & regem eorum occidit: & ſic Italia ab eis liberata Chriſto abſq; timore ſeruiuit. & hoc eſt qđ dicit̄. Et ſeptimuſ angeluſ. i. impator Iuſtinuſ. Tuba cecinit. q̄re autoritate imperiali Narrem in Italiam miſit. Et facte ſunt uoceſ magne in celo i. in eccleſia militāte. q̄re Gothis occiſis eccleſia prupit in uoceſ diuine laudis. Dicētes factum eſt regnum huiuſ mundi domini noſtri et Chriſti eiuſ. tunc enim in Italia in qua eſt Roma: que eſt caput regni Chriſti in terra: libere Xp̄o ſeruiuit: a Gothis & ceteris Arrianis liberata. & .xxiiii. ſeniores. i. uniuerſitaſ eccleſiarum & Epiſcoporum ut dictum eſt ſupra ca. iiii. gratiaſ egerunt deo de liberatione eccleſie ad quoſ rumor huiuſ facti deuenit: & irate ſunt gentes. i. Gothi de regis eorum interfectione: & ſua abolitione. Et aduenit ira tua. i. punitio tua ſuper Gothoſ: quando enim deuſ punit ad modum irati ſe habet. ut frequenter dictum eſt ſupra. & tempuſ mortuorum. id ē tempuſ punitionis Gothorum pro catholicis interfectis ab eis. Et redde mihi cedem ſeruis tuis ꝓphetis etc. q̄re inter illoſ interfectoſ a Gothis fuerunt aliqui p̄dicatoreſ magni: qui dicuntur hic prophete anunciantes penam & premia futura. & aliq ualde ſancti. & aliqui in ſeculo magni. & alii mediocres & parui. Et exterminandi eoſ. ſ. Gothoſ: & alioſ Arrianoſ. qui corrumpunt terram noſtram corporaliter armis: & ſpiritualiter falſe doctrine uerbis. Et apertū eſt. Hic tertio ponit̄ deuotionis augmētatio nam illis tēporibuſ contigit magna mortalitaſ in Conſtantinopoli: ad quā reprimēdā inſtitutum fuit purificationem beate Marie uirginis ſollēniter celebrari. in qua beata Maria obtulit filium ſuum in templo: quid dicit̄ arca teſtamenti. nā in eo plenitudo ſcientie & ueritatis per tabulaſ deſignata: & patris per uirgam: & pietatis ꝑ mannamque tria fuerunt in arca: & tunc ceſſauit mortalitaſ. & hoc eſt quod dicitur. Et aptū eſt templum dei in celo. i. in eccleſia militante: in qua templum materiale fuit aptum ad dictum feſtum ſollēniter celebrandum. Et uiſa eſt arca teſtamenti. i. Chriſtuſ de cuiuſ oblatione in templo & manifeſtatione per Symeonem & Annam prophetiſſam fit memoria in purificationis feſto. quod feſtum ab eccleſia Conſtantinopolitana ad aliaſ eccleſiaſ per orbem eſt deriuatum. ideo ſubditur. Et facta ſunt fulgura. id eſt accenſa luminaria per modum fulguris licentia. que a fidelibuſ in feſtiuitate predicta portantur. Et uoceſ diuine laudis. Et tonitrua. ſancte p̄dicatiōis. Et grando magna quia poteſtaſ demonis dictam peſtilentiam procurantis fuit repreſſa. .XII.

ET ſignum magnum. Deſcripta impugnatiōe eccleſie ab hereticis dictis proprie: hic conſequenter deſcribitur eiuſdem impugnatio ab hereticis large dictis. per quem modum pagani Sarraceni ſciſmatici diſcipuli Antichriſti & infideles alii heretici dici poſſunt. & ſc̄d̄m hoc parteſ principaleſ huiuſ libri in ſequentibuſ apparebūt. igit̄ primo agitur de impugnatione a paganis. & primo ſub Codroe Perſaꝝ rege. Secūdo

sub eius successore. xiii. ca. Prima adhuc in duas. qa primo describit ecclesie dispositio. Secundo Cosdroe persequutio ibi. Et uisum est aliud signū. Primo sciendū: q Foca imperante qui cepit imperare anno domini. dc. l. Perse sub Cosdroe rege Persaꝝ gra/uissima bella gerētes: multas Romanoꝝ prouincias: & ipsam Hierosolymā inuaserūt. & destruentes ecclesias sanctaq; loca prophanantes: inter ornamēta sacra que abstu/lerunt: uexillum dominice crucis exportauerunt: ut habetur in legenda exaltationis sancte crucis. igitur ecclesia sic afflicta cruciabatur: donec pareret filium xp̄ianum: qui liberaret eam ab afflictione Cosdroe & suorum. & hoc est quod dicitur. Et signū magnū apparuit in celo. militātis ecclesie. Mulier. i. ecclesia generaliter. & specialiter Hierosolymitana: que cōiūcta est Christo sicut mulier uiro. Amicta sole. i. Christo. qui est sol iusticie. Gal. iii. quicunq; baptizati estis Christum induistis. ipse enim est sponsus & paramentū ecclesie. Et luna sub pedibus eius. i. oīa mutabilia & defectiua per lunam significata. quorum dispositio pertinere debet ad ultima ecclesie mēbra. i. Cor. vi. secularia iudicia si habetis contemptibiles: que sunt in ecclesia illos cōstituite ad iudicandum. Et in capite eius corona stellarum duodecim. i. predicatio. xii. Apo/stolorum: que resplenduit in primitiua ecclesia: que dicitur caput eius eo mō loquēdi quo principium alicuius rei dicit cōmuniter caput eius. Et in utero habens & clamat parturiens. nam in angustia posita clamat ad deum: ut cito daret sibi filiū: q liberaret eam ab oppressione infidelium: Et uisum est. Hic cōsequēter describit Cosdroe pse/quutio. & secūdo ecclesie liberatio ibi. Et peperit. Circa primum dicitur. Et uisum est aliud signum in celo. i. Cosdroe rex Persaꝝ: qui dicitur in celo militantis ecclesie fore uisus tanq̄ grauis persequutor ipsius. de quo subditur. Et ecce draco. propter astutiā eius: & dolositatem. Magnus. propter potestatis magnitudinē. Ruffus. id ē rubeus: propter multi sanguinis effusionem. q ruffus aliquando accipiatur pro rubeo: patet primo. Re. xvi. c. ubi dicit de Dauid: q erat ruffus & pulcher aspectu. i. rubicūdus scd̄m expositores. dicitur etiam Cosdroe ruffus: propter incendium ecclesiaꝝ: & locoꝝ sanctorum. Habens capita. vii. i. sex reges sibi subditos: & ipse erat septimus. unde postea subdit. Et in capitibus suis septē diademata: que sunt signa regia. Et cornua x. id est. x. acies in suo exercitu. unde. i. Mach. acies ordinata ad bellū dicit cornu. ubi dicitur: Bachides autem erat in dextro cornu. aliter autem exponitur ab aliqbus: ut per septem capita intelligatur uniuersitas principum sibi subditoꝝ. & p. x. cornua uniuersitas bellatoꝝ suoꝝ. nam per septenarium uniuersitas aliqñ intelligit. eo q totū tempus septem diebus replicando comprehenditur: & similiter per denarium. eo q se/quentes numeri sunt replicationes denarii: & eius partium: ut dicitur. iii. Phisycorū. Et cauda eius. i. exercitus sequens eū. Trahebat tertiam partem stellaꝝ. i. fidelium: qui dicuntur stelle in sacra scriptura. Deutro. i. ca. Estis hodie sicut stelle celi. plurimi exercitus enī Cosdroe de Egypto & Lybia & terra sancta & aliis locis multos ualde Christianos interfecit: & alios captiuos duxit: in tantū ut extimarentur q̄si ad tertiā partem Christianorum in terra existentium. Consimiliter loquitur Dañ. xxxviii. de Anthiocho Ephiphane. q detecit de stellis & conculcauit eas. i. filius Israel colētibus deum: quos interfecit in Iudea & in Hierusalem. Et draco stetit ante mulierem etc. quia Cosdroe oībus modis insidiabatur ad interficiendum quēcunq; principē xp̄ianū insurgentem ad ecclesiam defendendum. Et peperit filium. Hic consequenter ponit ecclesie liberatio. & diuiditur in duas partes. quia primo facit propositum. Secundo declarat quoddam dictum ibi. Et date sunt. Prima adhuc in tres. quia primo ponit imperatoris Eraclii creatio. Secundo Cosdroe debellatio ibi. Et factum est prelium.

Tertio ſibi ſubditorum oppreſſio ibi. Ve terre & mari. Circa primum dicit. Et pepit filium. ſ. Heraclii catholicū: qui poſt Focam imperauit āniſ. xxx. & cepit impare anno domini. dc. xiii. Maſculum. hoc dicitur ad denotandum q̄ erat uir ſtrenuuſ: & armiſ exercitatuſ: ut dicitur in legenda exaltationiſ ſancte crucif. qui recturuſ erat omneſ genteſ in uirga ferrea. quia rexit imperium Romanum cui rebellanteſ dñauit per gladium. Et raptuſ eſt filiuſ eiuſ ad deum: & ad tronum eiuſ. i. in protectiōe dei poſituſ qui protexit Heraclii contra machinationeſ & doloſ Coſdroe: q̄buſ querebāt eum occidere. Et mulier fugit in ſolitudinem. Nam eccleſia que erat in Aſia timore Coſdroe tranſiit mare quod dicitur brachium ſancti Gregorii. i. fugit in Greciam: que dicitur hic ſolitudo iſtiſ fugitiuiſ: eo modo loquendi quo fugitiui ad aliam terrā dicuntur ibi eſſe quaſi in exilio ſeu deſerto: ubi paſcunt illam chriſtiani habitanteſ diebuſ mille. cc. lx. qui faciunt treſ annoſ & dimidium. & infra eodem ca. ubi aliter q̄ tempuſ & tempora & dimidium temporiſ. i. per treſ annoſ & dimidium. tempuſ enim ſumptum ſingulariter in ſcriptura ſignificat unū annū: pluraliter uero abſq; numero ſignificat duoſ annoſ. ſicut dictum fuit plenius Dañ. xii. iſta tempora ſimul iuncta faciunt ſeptem annoſ: & tantum durauit bellum inter Perſaſ & Heraclium. Et factū eſt. Hic conſequenter deſcribitur Coſdroe debellatio. Secūdo ex hoc gratiaꝝ actio ibi. Et audiui uocem. Circa primum dicitur. Et factum eſt prelium. inter Perſaſ & Heraclium. Magnum. ſ. intenſiue: quia multi bellatoreſ erant ex utraq; parte. & extenſiue: quia durauit lōgo tempore ut dictū eſt. Michael & angeli eiuſ. qđ exponūt aliqui de Michaele arcangelo: qui eſt princepſ eccleſie. ſicut tēpore ueteriſ teſtamēti fuit princepſ ſynagoge Dañ. x. propter quod cum angeliſ ſuiſ aſtabat ad p̄tectionē & directionem Heraclii & exercituſ eiuſ. qui pugnabant pro eccleſia. ſed quia per draconē & angeloſ eiuſ intelligitur Coſdroe & ſuuſ exercituſ ſc̄m oīneſ expoſitoreſ conuenientiuſ eſt ut exponatur ſimiliter per Michaelem & eiuſ angeloſ intelligatur Heracliuſ & bellatoreſ eiuſ. Michael enim interpretatur quiſ ut deuſ. Heracliuſ enim in hoc bello pro eccleſia erat dei uicariuſ. Ex ſupra dictiſ etiam patet q̄ in libro hoc boni & mali hominеſ frequenter nominātur angeli. Et nō preualuerunt. ſ. Coſdroe & uiri eiuſ. ſed pluriеſ debellati fuerunt. Neq; locuſ inuentuſ eſt eorum ampliuſ in celo. i. in eccleſia. Heracliuſ enim perſequēſ Coſdroe fugauit eū de Ethiopia Lybia & terra ſancta: in quibuſ antea uigebat eccleſia: & compulit eum redire turpiter in terram ſuam. Ideo ſubditur. Et proiectuſ eſt draco ille magnuſ. ſerpenſ antiquuſ. tum quia regnum Perſarum erat antiquū: tum quia ipſemet Coſdroe erat antiquuſ etate. propter quod poſtea ſatiſ cito tradidit regnum filio ſuo: ut poſtea dicet. Qui uocatuſ diaboluſ & ſathanaſ. pre nimia eiuſ nequicia: ſicut de hoīe nequā dicitur cōmuniter q̄ eſt unuſ diaboluſ & ſathanaſ. Qui ſeducit uniuerſum orbem. Nam ab illiſ quoſ ſubiiciebat: faciebat ſe tanq̄ deū adorari. ꝓpter quod ſicut dicit in legēda exaltatiōiſ ſācte cruciſ: fecerat turrē argenteā in qua interlucentibuſ gemmiſ tronum extruerat aureum. ibi ſoliſ quadrigam & lune & ſtellaꝝ imaginem collocauerat: atq; ꝑ occultaſ fiſtulaſ aque meatuſ adduxerat: ut q̄ſi deuſ pluuiam deſuper infundere uideret. ꝑ hoc aūt q̄ dicit hic uniuerſum orbem: non eſt per hoc intelligendum q̄ ipſe ſibi uniuerſū orbem ſubiecerit: ſed eſt locutio hyperbolica ad deſignandum q̄ magnā partē orbiſ ſibi ſubiecerat. & dicto modo ſeduxit ſicut communiter dicitur. tota ciuitaſ currit ad tale ſpectaculum. licet maior parſ remaneat. Et proiectuſ eſt in terram etc. quia cum ſuo exercitu compulſuſ fuit ad terram ſuam refugere. Et audiui. Hic conſequenter ponitur gratiarum actio a filiiſ eccleſie de Coſdroe deiectione cum dicitur. Et audiui

uocem magna. ad gratiarum actionem. De celo. i. ecclesia militante. Nunc facta est salus & uirtus etc. quia fideles potuerunt Christo libere seruire liberati a Cosdroe oppressione. Quia proiectus est accusator fratrum nostrorum. i. Christianorum quos faciebat accusabiles coram deo ad malum eos pellendo cogens eos idolatrie cultum sibi impendendum ut dictum est. Et ipsi uicerunt eum propter sanguinem agni. istud nõ refert̃ ad eosdem Christianos in numero: sed ad illos qui non acquiescebant ei magis eligentes mori. & sic erant uictores per palmam martyrii. ideo subdit̃. & nõ dilexerũt animas suas. i. uitam corporalem. simile habetur Psal. lxxvii. cum occideret eos querebant eum. nõ enim de eisdem numero potest intelligi ꝙ essent occisi & ꝙ repeterẽt eum penitentes: cum penitentia non sit post mortẽ. sed de aliis eiusdẽ populi. ꝓpterea letamini celi de martyrum glorificatione & Cosdroe eiectione. Ve terre. Hic cõsequenter describitur subditorum Cosdroe oppressio: quia compulsus redire in terrã suã fuit ualde iratus: & cepit grauare subditos suos ꝑ exactiones & extorsiones multiplices ad multiplicãdũ sibi debellatores ut regnũ suũ posset defẽdere ab Heraclio imꝑatore: & hoc ẽ qđ dicit̃. Ve terre & mari. qa nõ solũ dñabat̃ ĩ arida: sed in pluribus insulis maris. & qa de mercimoniis ꝑ mare deportatis augmentauit exactiones. & pedagia. Quia descẽdit diabolus. i. Cosdroe fugatus q noĩat̃ diabolus sicut in ꝑte ꝑcedẽte uisũ est. sciens quia modicũ tꝑus habet. erat. n. senex: & sic nõ habebat tꝑus uite in quo se posset de Heraclio uindicare. ꝓpter quod tradidit regnum filio. Et postq̃ uidit draco etc. licet ante persequutus fuisset ecclesiam maxime extra terram suam: tamen tunc cepit grauiter augmentare in terra sua: in qua habitabant multi Christiani eius tributarii: quos cepit nõ solũ rebus: sed ꝑsonis ꝓpriis grauius persequi. sicut Sennacherib fugiens de Iudea propter percussionem sui exercitus tempore Ezechie cepit grauius affligere Iudeos habitantes in terra sua q̃ ante: ut habetur Tho. i. Et date sunt, Hic consequenter declaratur quoddam superius dictũ. s. qualiter mulier amicta sole fugit in solitudinẽ. nam hoc fuit per auxilium Heraclii. ideo dicit̃. Et date sũt mulieri due ale aquile magne. aquila uero signũ est imperii Romani: & ideo per ipsã intelligit̃ Heraclius. ale uero eius sũt acies sui exercitus: unde ala ĩ una sui significatiõe ẽ acies militaris. & dicunt̃ hic due ꝓpter methaphoram seruandã: nã auis nõ uolat unica ala sed duabus. dicitur autem exercitus Heraclii inuasisse ecclesiã sub rege Persidis cõmorantem. quia Heraclius misit milites ex parte Grecie ad recipiẽdum xp̃ianos fugiẽtes de Perside. Vel quia regnum Persidis sic fortiter inuadebat in extremitatibus suis ꝙ Cosdroe bellatores erant ibi taliter occupati ꝙ Christiani de Perside facilius poterãt in Greciam transire. uel utroq; modo. ubi aliter per tẽpus. i. per tres annos & dimidiũ ut dictũ est supra. Et misit serpẽs de ore suo post mulierẽ aquã multam. i. gẽtẽ multã scđm quod dicitur infra. xvii. aque multe populi multi ad interficiendum christianos fugientes. Et audiuit terra mulierem. s. habitatores Grecie uel milites Heraclii modo ꝑdicto. Et absorbuit flumẽ. qa tũc gẽtes Cosdroe fuerũt debellate. Et iratus ẽ draco in mulierẽ. id est cõtra catholicã plebẽ. Et abiit facere ꝑliũ cũ reliqs de semĩe eius. i. cũ illis xp̃ianis q nõ potuerũt fugere cũ illis: uel cũ Heraclio & eius exercitu ne ĩtrarent regnũ Persidis. ideo subdit̃. Et sedit supra arenã maris ꝑ mare qđ est cõgregatio aquarum intelligit̃ Cosdroe regnũ: qđ erat ualde populosũ. aque enim multe populi multi. ꝑ arenã que est in littore maris intelligit̃ extremitas regni Persidis ĩ quo stetit exercitus Cosdroe: ne Heraclius cũ suo exercitu posset transire. .XIII.

Et uidi de mari. Descripta persecutione ecclesie sub Cosdroe. hic idẽ describitur sub eius filio sibi succedente. Et diuiditur in tres partes. quia primo describitur

ſucceſſio regni. Secundo proceſſus belli ibi Et uidi. Tertio terminus belli Perſarum & Heraclii ibi. Si quis habet aurem. Circa primum dicit Iohannes. Et uidi de mari. id eſt de regno Perſidis ratione predicta. Beſtiam. i. filium Coſdroe beſtialiter uiuentem aſcendentem ad regnum Perſidis poteſtatem. habentem capita ſeptem & cornua decē. exponatur ut ſupra precedēti capitulo de patre ſuo. & ſuper cornua eius. x. dyade/mata. quia capitanei ſuarum acierum impendit honorem quaſi regium ut fortius decertarent contra Heraclium. Et ſup capita eius noīa blaſphemie. qa dicti capitanei prorumpebant in blaſphemiam Chriſti: ſicut princeps eorū ut habetur in ꝓte ſequēti. Et beſtia quam uidi ſimilis erat Pardo. propter uarietatē uitiorū in qbus obſtinatus erat: ſcd̄m illud Hieremie. xiii. ſi poteſt Ethiops mutare pellē ſuam & Pardus uarietates coloris ſui: & uos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et pedes eius ſicut pedes urſi. habentes blancas magnas ad calcandum ſicut iſte anhelabat ad calcandum eccleſiam. Et os eius ſicut os leonis. propter crudelitatem. Et dedit illi draco uocē ſuā. quia Coſdroe pater ſuus tradidit illi regnū ſuum ſedens in turre ſua argentea: ut dicit̄ in legenda exaltationis ſancte crucis. Et poteſtatem magnam. i. exercitum fortem ad pugnandum contra eccleſiam. Et uidi. Hic conſequenter deſcribitur proceſſus prelii. Circa qd̄ ſciendum ꝙ expoſitores aliqui dicunt hic ꝙ exercitus Heraclii & exercitus filii Coſdroe: occurrerūt ſibi iuxta Danubiū: & ex conſenſu utriuſq; ptis Heraclius & Coſdroe filius pugnauerunt ad ſingulare certamen tali pacto qd̄ uictus ſubiceret̄ uictori cum toto populo ſuo. Heraclius autem uictor extitit: & ſic filius Coſdroe cū toto populo ſuo ſe ſibi ſubmiſit. & ſcd̄m hoc dicit Iohannes. Et uidi unū de capitibus eius. i. primum & principale caput. unum enim in ſcriptura aliquando ponit̄ ꝓ ꝑmo Geñ primo. & factum eſt ueſpere & mane dies unus. i. primus. & iſtud caput unū fuit filius Coſdroe q fuit unū de. vii. capitibus beſtie ſicut dictū eſt capitulo precedenti de patre eius Coſdroe. Quaſi occiſū in morte. i. deuictū & ſubiectum ab Heraclio. & quia per hoc non fuit mortuus ſimpliciter. ideo non dicit̄ occiſum abſolute: ſed q̄ſi occiſū. Et plaga mortis eius curata eſt. quia poſtea rebellauit Heraclio: & ſic curatus fuit ab eius ſubiectione: ſed illud quod ſequitur. Et adorauerunt beſtiam dicentes quis ſimilis beſtie & quis poterit pugnare cum ea. q. d. nullus. non concordat cū dicta expoſitione. ꝙ enim deuictus ab Heraclio rebellaret non eſſet argumentum ꝙ eſſet inuincibilis: ſed magis ad oppoſitū. ſic ipſe iam fuit deuictus ab Heraclio & pater eius pluries debellatus. Item ꝙ iſti expoſitores dicunt: ꝙ hec rebellatio fuit poſt receſſum Heraclii de Perſide interfecto Coſdroe: & reparato uexillo crucis dominice. hoc autē dicitur. Et admirata eſt uniuerſa terra poſt beſtiam. propter eius curationē. Et adorauerunt draconem per quem intelligitur Coſdroe. non enim adorauerunt eum poſt mortem ſuam: ſed ante ut dictum eſt ſupra: propter quod aliter exponitur hec littera de uulneratione letali filii Coſdroe in uno conflictu contra Heraclīū a quo uulnere contra ſpem humanam fuit ſatis cito curatus. ꝓpter qd̄ gentes ſibi ſubdite crediderūt in eo eſſe aliquid numinis cuius uirtute fuerit ſanatus. ſicut & patrem ſuū adorauerūt ut deum. & ſcd̄m hoc dicit̄. Et uidi unum de capitibus ſ. filium Coſdroe ratione iam dicta. quaſi occiſum in morte. i. letaliter uulneratum. Et curata eſt plaga mortis eius inopinabiliter. & mirata eſt uniuerſa terra propter beſtiam propter talē curationē. Et adorauerunt draconem. i. Coſdroe: quia dedit poteſtatem beſtie tradendo regnum filio ſuo. Et adorauerunt beſtiam. i. filium Coſdroe. credentes in eo aliquid numinis eſſe: dicentes. Quis ſimilis beſtie etc. q. d. nullus. quia ſi in prelio uulneretur curabit̄. ſicut priuſ. Et datum eſt ei os loquens magna. per iactantiam & blaſphemias contra

Christū. & ecclesiam. & data est illi potestas facere mensēs. xlii. qui faciunt tres ānos & dimidium. dictum est supra q̄ bellum Heraclii contra Persas durauit septem annis. & sic medietas illius temporis ascribitur Cosdroe: & alia medietas filio eius. & datum est illi bellum facere cum sanctis etc. quia sanctum Anastasium cum. lxx. monachis & multos alios interfecit. Et data est ei potestas in omnem tribum etc. quia multe gentes & diuersarum linguarū erant sub potestate sua & hec est hyperbolica loquutio accipiendo omnem populum & gentem pro multo populo & gente. sicut frequenter fit in scriptura: & in communi modo loquendi sicut dicitur tota ciuitas est in tali festo ad denotandum q̄ ibi sunt multi de ciuitate. Et similiter q̄ adorauerūt eam etc. quorū nō sūt scripta nōia in libro uite p̄destinationis diuine: qui dicitur liber uite agni rōne deitatis: & etiam ratione humanitatis: in q̄tum omnes predestinati saluantur in fide mediatoris. qui occisus est. Ab origine mūdi. quod dupliciter potest intelligi. uno mō dispositiue: quia sicut deus ab eterno disposuit mundum facere que quidem dispositio potest dici mundi origo in q̄tum ad exemplum mundi preconceptum eternaliter a deo p̄ductus est mundus temporaliter in effectu. Boetius in libro de consolatiōe: tu cūcta superno ducis ab exemplo mundum menti gerens: similiq; imagine formans. alio modo figuratiue & sic ab initio mundi Christus Abel fuit occisus. Nā occisio Abel innocētis fuit figura occisionis huius agni. Vnde dicit Augustinus q̄ fuit in Abel occisus & in p̄phetis exhonoratus. Qui habet. Hic ultio describit̄ finis belli Persarū. qa Perse qui multos xp̄ianos duxerūt captiuos ab Heraclio & eius exercitu fuerunt captiuati. Et q gladio occiderat etc. qa Cosdroe q multos occiderat ab Heraclio fuit occisus. hec ē patiētia & fides sanctorū: qa Zacharias patriarcha Hierosolymitanus q cū alius plu/ribus sāctis ductus fuerat in Persidē captiuus habuit meritū patiētie & p Heraclīū cū eis fuit in Hierusalem reductus. Vidi aliā bestiā. Descripta p̄sequutiōe ecclesie sub Cosdroe & eius filio: hic cōsequenter idē describit̄ sub Machometo & eius populo: & diuidit̄ in tres partes. nā hec p̄secutio primo incipit̄. Secundo intercipit̄ alia. xiii. c. ibi. Et uidi & ecce nubem. Tertio prima resumitur. xvi. cap. ibi. Et sextus. Prima adhuc in tres. quia primo ponitur conditio secte Saracenorum. Secundo persecutio Christianorum in principio. xiii. ca. Tertio punitio persequutorū ibi. Et alius an/gelus. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur dicte secte conditio. Secūdo cuius dā sententie secrete uelatio ibi. Hec sapientia est. Circa primum sciendum q̄ licet de in/choatione secte Machometi uarie dicatur: a diuersis tamen conuenientius tenetur q̄ inceperat circa finem temporis Heraclii: de quo dictum est in precedenti parte. Hic autem Machometus de paupertate ad diuicias subleuatus cogitauit fieri rex Hismahelitarū de quo populo erat: qui proprie dicuntur Agareni: Hismael filius fuit Agar ancille Gen̄. xvi. dicuntur tamen usurpatiue Saraceni a Sara libera: ad obtinendum uero propositum usus consilio & auxilio cuiusdam monachi heretici nomine Sergii cōdendo legem falsam: & carnalem & quibusdam autoritatibus ueteris ac noui testa/menti coloratam: ut sic non solum a gētilibus ad carnalia p̄nis: sed etiam a simplicibus christianis & Iudeis quorum aliqui habitabant cum Hismahelitis facilius reciperetur: finxit etiam legem illam a deo esse sibi reuelatam: tanq̄ p̄phete dei summo. igitur de ipso dicitur. Et uidi aliam bestiam. i. Machometū uitā uoluptuosam que bestialis dicitur primo Ethicorum dicentem. nā fuit luxuriosus & libidinis ardore succensus sup omnes homines orientalis regionis. iactans se solum super. xl. hoīes ex diuino munere uirtutē generatiuā & coeundi potestatem habere: ut scribit̄ historie oriētalis ecclesie libro primo c. v. qui aliter nominat̄ liber Episcopi Aconōēsis: qui fuit autor huius

libri. Aſcendẽtem de terra. quia per mercationeſ & rapinaſ aſcendit de paupertate ad diuitiaſ: ut dicit ibi. Et habebat cornua duo ſimilia agni. i. Chriſti cuiuſ duo cornua dicuntur hic prophetia inq̃tum fuit uiator: prout declaratũ fuit ſup illud Luce. vii. Propheta magnuſ ſurrexit in nobiſ etc. & latio legiſ noue. Machometuſ uero finxit ſe eſſe prophetam & legiſ diuine latorem: ut dictum eſt. ꝓpter quod dicit hic habere cornua ſimilia agni cornibuſ. quia non fuerũt talia ſcd̃m ueritatem: ſed ſcd̃m humanã fictionem. Et loquebatur ſicut draco. ſ. aſtute mẽdaciter & doloſe. & poteſtatẽ omnẽ prioriſ beſtie faciebat. qd̃ exponũt aliqui de poteſtate filii Coſdroe: q ſupra notatuſ eſt beſtia. nam Machometuſ & eiuſ ſequaceſ poteſtatem regni Perſarum tranſtulerũt ad Saracenoſ: & ſic dicitur hic feciſſe omnem poteſtatem prioriſ beſtie. Sed huic expoſitioni uidet̃ contradicere qd̃ ſequitur. Et fecit terram & habitanteſ in ea adorare beſtiam primam. nam auferendo poteſtatem a Perſiſ non fecit adorare regem eorum: ſed magiſ contrarium. propter quod mihi uidetur: ſaluo meliori iudicio: ꝙ hec prior beſtia ſit ipſe Machometuſ: qui dicitur beſtia ratiõe uite beſtialiſ. Et prima. qa ꝑmuſ rex fuit Saracenorum beſtialiter uiuentium. moduſ autẽ primi regiſ in aliquo regno eſt regnum ſuum firmare & dilatare q̃tum poteſt. quod fecit ipſe Machometuſ. ideo dicitur. Et poteſtatem prime beſtie omnẽ faciebat. quia quicquid ſolet facere primuſ rex ad dilatandum & firmandum ſuam poteſtatem. diligentiuſ agebat in conſpectu eiuſ. i. prout ſibi ad finem intentum expediens uidebatur. Et fecit terram & habitãteſ in ea adorare beſtiam primam. i. ſeipſum: qui dicitur beſtia prima ratione dicta. non tñ fecit ſe adorare tãq̃ deum: ſicut fecit Coſdroe: ſed prophetam dei ſummum. cuiuſ curata eſt plaga mortiſ. Machometuſ enim in quodam bello fuit grauiter uulneratuſ ſed poſtea curatuſ ut dicitur primo libro hiſtorie oriẽtaliſ eccleſie. c. v. Et fecit ſigna magna. falſa tñ: ut etiam faceret ignẽ de celo in terram deſcẽdere. hic accipitur ignis methaphorice ſicut & alia que dicunt̃ hic. Machometuſ enim poſtq̃ iam erat magnuſ effectuſ cepit cadere epilantica paſſione: propter quod ne ex hoc uilificaretur dixit ſe hoc pati ex apparẽtia Michaeliſ archangeli: utpote homo purus nõ poteſt ſuſtinere refulgentiã ipſius. ſicut Dañ. iii. ca. dixit angelo ſibi apparente. domine mi in uiſiõe tua diſſolute ſunt cõpageſ mee. & nihil in me remanſit uiriũ. angeli uero ignis uocãt Ioban. iii. qui facit angeloſ tuoſ ſpiritus & miniſtroſ tuoſ ignem urentem. ſed qa iſtud erat falſum: ideo ſubditur: in conſpectu hominum. i. opinione falſa ſibi credentium dixerunt etiam ſui diſcipuli ꝙ lunam ad ſe uocatam fecit deſcendere: que rõne lumiſ conuenit cum igne. & ſic ſcd̃m opinionem hominũ fecit ignem deſcendere. Et ſeduxit habitanteſ in terra. per ſe & diſcipuloſ ſuoſ. Propter ſigna. que falſo dicta ſũt de eo. In conſpectu beſtie. id ẽ ſui ipſius: ſciebat enim ꝙ erant ſigna mendacia. uel aliter. In conſpectu beſtie. id eſt populi beſtialiſ & defacili ſeducibiliſ: qualiſ erat populuſ Hiſmabelitarum habitanſ in deſertiſ. dicenſ habitantibuſ in terra ſibi ſubiecta ut faciant imaginem beſtie. Que habet plagam etc. hoc additur ad ſignificandum ꝙ beſtia hic accipitur pro Machometo: & non pro populo per ipſum decepto. dicitur autem eiuſ imago lex ab eo data: in qua repreſentatur eiuſ conditio & uita: quã ꝑcepit firmiter cuſtodire: & hoc eſt quod dicitur. Vt faciant imaginem etc. i. opere adimpleant eiuſ preceptum. Et datum eſt illi. i. permiſſum a deo. Vt daret ſpiritum imagini. i. uigorem ſue legi. lex enim dicitur uiua q̃diu uiget: & mortua cum abrogatur. Et ut loquatur imago beſtie. i. ſententiam ſuam omnibuſ. ſicut dicitur lex taliſ loquitur in tali caſu: nã omnia fere accipiuntur hic methaphorice. Et faciet quicunq; non adorauerit etc. nã precepit ſub pena mortiſ legem ſuam haberi in magna reuerentia. Et faciet oñeſ

pusillos & magnos. i. omnes homines cuiuscunq; conditionis. Habere caracterem. id ē circuncisionē ut dicunt aliqui. Nam Saraceni sunt circuncisi sicut & Iudei: sed littera sequens dissonare uidetur cum dicitur. In dextera manu aut in frontibus suis. qa circuncisio non fit in partibus istis: & ideo per caracterē uidet̄ hic intelligi determiatus modus uiuendi scd̄m legem Machometi: quo Saraceni ab aliis gentibus distinguunt̄: & ideo dicitur in dextera manu q̄tum ad operationem aut in frontibus suis: p apertā confessionem. Et ne quis possit emere aut uendere. i. cum Saracenis in suis legalibus communicare. Nisi qui habet caracterem bestie. i. modum uiuēdi dictum: aut nomē sicut sunt Saraceni ficti: propter quod permittuntur communicare christianis ueris: sic est inter Saracenos. Aut numerum nominis eius. sicut sūt serui Saracenoꝝ alterius tamen legis: qui communicant cum eis in humanis eo q̄ sunt in numero familie domini Saraceni. Hic sapiētia est. Hic ponitur uelatio cuiusdam secrete sentētie. s. numerū annorum respicientis machometum. ideo dicitur. Hec est sapientia. i. res occulta ad intelligendum quam capere est sapientū. Qui habet intellectū. uiuacē & penetratiuū occultorum. Computet numerum bestie. i. Machometi qui bestia dicitur: ut patet ex predictis. Numerus enim hois est. & numerus eius est sexingēti. lxvi. s. āni. sed ad qd referatur iste numerus determinate. patet q̄ non refertur ad numerum annorū uite ipsius: quia nō tantum uixit. sed sexagintatribus annis: ut habet̄ in historiali speculo propter quod aliqui dixerunt q̄ referturad durationem legis quātum debet durare sed hoc non uidetur uerum. nam lex illa incepit circa finem tpris Heraclii ut p̄dictū est qui cepit imperare anno domini. dc. xiii. & imperauit. xxx. annis. a fine autem huius temporis usq; in p̄sentem annum qui est annus dñi millesimus. ccc. xxix. fluxit maius tempus: ut patet consyderanti: & tñ adhuc durat lex Machometi. propter qd̄ aliqui dicūt q̄ post mortem Machometi fuit correcta lex eius p sapiētes Saracenos: & ab illa correctione debet incipere numerus annorum durationis illius legis. sed hoc non uidetur probabiliter dictum. tum quia illi sapientes dicunt̄ fuisse discipuli Machometi. & sic illa correctio non fuit post dationem a Machometo p tpus notabiliter magnū. & sic ab illa correctione iam fluxerūt sexcenti sexagintasex anni: uel ualde ppinquo sunt cōplendi: & tamen lex Machometi non uidetur ita propinq̄ cessatiōi. nam a paucis annis inualuit. Tartari enim qui sunt in maximo numero legem illam receperunt pro maiori parte illius populi. sicut audiui assertiue a quodam Ep̄o nostri ordinis: qui per plures annos inter Tartaros habitauit. propter quod saluo meliori iudicio: uidet̄ q̄ iste numerus ānoꝝ sit incipiendus ab incarnatione dñi: & terminādus in morte Machometi. de quo ppbetice loquitur hic Iobānes. qd̄ sic potest declarari. nam ab anno incarnationis domini usq; ad finem imperii Heraclii: fluxerunt anni dc. lxiii. ut patet ex predictis. & Machometus uixit. lxiii. annis ut dictum est. & isti numeri simul iuncti faciūt septingentos sex annos. a quibus oportet subtrahere ānos quibus Machometus uixit cum Heraclio. aliter anni bis cōputarent̄: ut patet intuēti isti anni probabiliter extimantur fuisse. xl. quia Machometus prius fuit pauper: & postea inualuit per mercationes & per rapinas & fraudes: anteq̄ attemptaret se regē facere: & legem dare quam dedit circa mortem Heraclii. & sic de uita Heraclii uidet̄ probabiliter fluxisse. xl. āni ante tempus mortis Heraclii. qbus dēptis de septingētis vi. remanent precise sexcenti. lxvi. anni ab incarnatione domini usq; ad mortem Machometi. & scd̄m hoc potest hec littera exponi. numerus enim hominis. s. Christi qui fuit homo perfectus uirtutibus & scientiis ab instanti incarnationis. Et numerus eius est. s. Machometi. dc. lxvi. quia tantus numerus annorum fuit ab anno in quo

dominuſ eſt factuſ homo: uſq; ad terminum anni Machometi. Sciendum autem q̄ liber Apocalypſis fuit ſcriptuſ in Greco ubi habetur hoc nomen Antemoſ: ubi dicit̄ hic ſexcenti ſexaginta ſex. cuiuſ ſignificatum proprium eſt cōtrariuſ: quod proprie conuenit Machometo qui fuit contrariuſ Chriſto neganſ eiuſ diuinitatem ut p̄dict̄ú eſt. & perſequenſ chriſtianoſ ut dicetur in parte ſequenti. ſignificatum aut embuiuſ dictionis accomodatum eſt. ſexcenti ſexaginta ſex. Ad cuiuſ intellectum ſciendum q̄ ſicut in latino alique littere accommodate ſunt ad ſignificādum numeroſ: ſicut littera c. ponitur pro centum. &. l. pro quinquaginta: & ſic de aliquibuſ aliis: ita ſimiliter in Greco littere alique ponuntur pro numeris. & ille quibuſ ſcribit̄ hoc nom̄ Antemoſ in Greco ſignificat hoc modo ſexcētoſ. lxvi. propter qd̄ in aliquibuſ libris ponitur ſic. Numeruſ enim hominis & numeruſ eius eſt diclux. que dictio apud Latinoſ ſignificat numerum predictum: per litteraſ quibuſ ſcribitur. quia littera. d. ponitur pro quingentis. i. pro uno. c. pro centum. l. pro quinquaginta. u. pro quinq;. x. p decē. & hec ſimul iuncta faciunt ſexcentoſ ſexaginta ſex. qui numeruſ competit Machometo modo dicto. & quia iſta ponuntur uelate & obſcure ut patet: ideo premittitur. Hic eſt ſapientia. .XIIII.

Et uidi. Hic conſequenter ponitur premiū perſecutionis Machometi ſuſtinētiū & diuiditur in duaſ parteſ. ſ. in partem principalem & accidentalem que incipit ibi. Et uidi alterum angelum. Circa primum ſciēdū q̄ ſicut dicit̄ in cronica Hugōis Floriacenſis. circa finem imperii Heraclii Agarii qui & Saraceni dicunt̄ Machometo duce ceperunt Egyptū & Ethiopiam grauiter inuadere: & ſimiliter Homaruſ Machometi diſcipuluſ Damaſcum & regionem Phenicis: & Hieruſalem totamq; Syriam occupauit: & Anthiochiam comprehendit. & in his terris erant multi religioſi xp̄iani in Cenobiis magnis ducentorum & trecentorum & ampliuſ monachorum in caſtitate uiuentium. quorum maior parſ: uel multi erant uirgines. & in illa perſequutione per gladios Saracenoꝝ tranſierūt ad regna celorū. & hoc eſt quod dicit hic Iohānes. Et uidi & ecce agnuſ. i. Chriſtuſ qui dicitur agnuſ dei. Iohan. primo. Stabat ſupra montem Syon. i. in eccleſia triumphante que dicitur monſ Syon He. xii. ca. q dicit̄ hic ſtanſ: eo q̄ adiuuit dictoſ martyreſ in tollerantia martyrii ſicut dicitur Act. vii. de Stephano in agone poſito: q̄ uidit Ieſum ſtantem. quia ſtare eſt proprium iuuātis in preliis. ſedere uero propriū eſt iudicantis. Mar. ultimo aſcribit̄ ut ſedenſ a dextris dei. Et cum eo. c. xl. milia. in tāto enim numero uel circiter exterminātē p̄dicti occiſi p̄babiliter. Habenteſ nomen eius & nomen patris eius: & p conſequenſ ſpūſ ſancti q eſt nexuſ amborum ſcriptum in frontibuſ ſuis per apertam & liberam confeſſionem. Et audiui uocem de celo tanq̄ uocem aquaꝝ multaꝝ. i. multitudinem ſanctoꝝ. ſcd̄m qd̄ dicit̄ infra. xvii. aque multe populi multi multitudo enī. c. xliii. milia magnifice laudat deum ſua uictoria & gloria adepta. Et tanq̄ uocem tonitrui magni. in quo deſignatur magnitudo laudis huius non ſolum ex laudantium multitudine: ſed etiam laudis qualitate. Et uocem quam audiui ſicut cytharedorum etc. Nam hec laus eſt coram deo & angelis gratioſa. Et cantabant quaſi canticum nouū. quia dicti laudātes ſunt de numero ſanctorum noui teſtamēti. Ante ſedem. ſ. dei. Et ante q̄ttuor aīalia & ſeniores. i. in preſentia ſanctorum patriarcharum & Epiſcoporū in celis exiſtētiū ſicut dictum eſt ſupra. c. iiii. Et nemo poterat dicere canticum. ex uoto enī cōtinētie habuerūt aliquid ſpeciale in merito: & ſic ſimiliter in premio ſicut & de quolibet ſācto confeſſore canit eccleſia: non eſt inuentuſ ſimilis illi qui cōſeruaret legē excelſi rōne ſpecialis meriti: qui empti ſunt de ſanguine Chriſti. Et hi ſunt qui cum mulieribuſ nō

sunt coinquinati. uel simpliciter integritatem carnis tenendo. uel saltem post uotum castitatem seruando. Virgines enim sunt. uirginitas enim in scriptura aliqñ accipitur stricte pro integritate carnis. aliquando magis large pro continentia maxime uoto consecrata. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. quia sequuntur Christum non solū per uiam mandatorum: sed etiam consiliorum. Hi exempti sunt ex omni primitie deo id est gratiosi. sicut enim primi fructus sunt magis delectabiles. Et in ore ipsorum nō est inuentum mendaciū. nam ueritatem fidei confessi sunt aío constanti. sine macula sunt ante tronum dei. nam si aliquam maculam contraxerant purgata fuit uirtute sui martyrii. Et uidi alterum angelum. Hec est pars incidentalis in qua describitur quedam infidelium conuersio mirabilis: que contigit circa illa tempora. sanctus enim Bonifacius missus fuit a Romano pontifice ad precandum fidem catholicam gētibus Turingie. Austrie. Phrigie. in qua legatione multos ualde conuertit ad Christum. Et hoc est quod dicitur. Et uidi alterum angelum. i. sanctum Bonifaciū. nā angelus interpretatē nuncius. ipse enim fuit nuncius uerbi domini ut dictum est. uolantem per mediū celū: nam uelociter & prompte exequutus fuit officiū sibi iniunctū. Habentē in corde & ore. Euangelium eternum. i. euangelium Christi: quod dicitur eternum. nam ei aliud non succedet. Vt euangelizaret sedentibus super terram etc. i. populis predictis. in quibus diuersificantur lingue saltem in aliquo: & quia non solū paratus erat predicare predictis populis in qbus diuersificantur lingue: sed omnibus gentibus generaliter eum audire uolentibus. ideo subditur. Et super omnem gentem etc. dicēs magna uoce. in quo notatur efficacia predicationis sue. Timete dominum. timore filiali. Et date ei honorem. sicut filii patri. Quia uenit hora iudicii eius. generaliter in fine mūdi & singulariter cuiuslibet. in morte sua. nam quali statu quis moritur in tali iudicio p̄sentabit̄. Et adorate eum etc. qui est creator omnium: & non idola uana Et alius. Hic consequenter ponitur promissio p̄sequentium christianos. & diuidit̄ in duas partes: quia primo describitur eorum punitio. Secundo huius occasione bonorū premiatio ibi. Et audiui uocem. Circa primum sciendum: q̄ Constans nepos Heraclii cepit imperare anno domini. dc. xlii. & persuasus a Paulo Constantinopolitano Epō incidit in heresim Monothelitaq̄. duplicem naturam in Christo negantiū: & multos ecclesie ministros non assentientes heresi dicte grauiter afflixit. & in exiliū relegauit propter quod sanctus Martinus papa conuocato concilio dictam heresim cum suis fautoribus condemnauit. propter quod in Constantinopolim fuit ductus: ut assēciret dicte heresi: quod renuens in exilium fuit missus: & ibidē mortuus. & de hoc exponūt aliqui locum istum cum dicitur. Et alius angelus. i. papa Martinus. Sequutus est. dictam heresim cōtemnendo. Et cecidit Babylon. i. imperium Grecorum. quod fuit magnum. nam imperatore in heresim cadendo ut dictum est multi alii ceciderunt, & quia hoc erat confusibile: ideo uocatur imperium illud Babylon. i. confusio. dicit̄ aūt hic bis cecidit propter duplicem casum. s. patriarche & imperatoris. Item sciendū sicut dicitur in cronica Sigiberti: Leo qui post Theodosium sumpsit imperiū cepit impare anno domini. dcc. xviii. & imperauit annis. xxiiii. & anno imperii eius. xiii. papa Gregorius tertius prefuit ecclesie. & Leonem heresi deprauatū redarguit: & de cō/silio Romanorum ei uectigalia negauit. & ne percussura sui numismatis reciperetur ordinauit & q̄ eius effigies de ecclesia tolleretur. & ne nomen eius in missaq̄ sollemnis recitaretur. & scd̄m hoc exponitur ab eis quod subdit̄. Et tertius angelus. id ē papa Gregorius. dicens uoce magna. in quo notatur autoritas sue ordinationis. si qs ado/rauerit leonem. i. bestiam bestialiter uiuentem deferendo ei honorem imperialem. Et

etiam imaginem eius. quã fecit de ecclesia remoueri ut dictũ est. & accepit caracterẽ in fronte sua: recipiendo numisma eius caractere figuratum. Hic bibet de uino ire dei. penam excommunicationis & aggrauationis incurrẽdo. licet autem expositio hec probabilis uideatur: quia tamen ante imperatorem Constantem fuerunt imperatores alii tãtum uel magis heresi deprauati: ut patet ex supradictis uidet minus cõueniẽter expositum quod dicatur supra. s. pro eius casu. Cecidit cecidit Babylon. id est imperiũ Grecorum modo predicto. maxime cum eius filius Constantinus ecclesias dirutas re/parauit. & cõtra heresim Monathelitarum insurrexit. unde & uniuersalem Synodũ Constantinopolim congregauit ducentorum octoginta nouem Episcoporũ: qui duas naturas in domino Iesu Christo comprobauerunt & ostenderunt similiter qđ subditur de Gregorio papa. & Leo imperator ꝙ accipiens Leonis numisma bibet de uino ire dei etc. excommunicationem incurrendo uidetur minus conuenienter dictum. Quia cruciabitur igne & sulphure: per quod intelligi uidetur pena gehenne que ẽ eterna. unde subditur. Et fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet. & sic nõ uidetur loqui de pena excommunicatiõis seu corporalis incendii: quam cõtigisse dicũt Constantino filio Leonis qui ministrorum ecclesie fuit maximus persequutor. ꝓpter quod saluo meliori iudicio melius uidetur littera ab illo loco. Et alius angelus etc. de Machometo & eius sequacibus exponenda. de quorum persequutione cõtra xp̃ianos ante fecerat mentionem: & eorum penam non dixerat. & ideo Iohannes describit hic consequenter eorum punitionem: & primo quantum ad penam temporalem. Secũdo q̃tum ad eternam ibi. Et tertius angelus. Circa primũ dicit. Et alius angelus. scilicet sancto Iohãni loquẽs. Sequutus est. hoc non referẽ ad ptẽ immediate precedentẽ: in quo loquutus fuit de. c. xliii. milibus interfectis pro Christo a Saracenis. dicens eorũ punitionem temporalem. Cecidit cecidit Babylon. i. gens Saracenica. Nam lex eius confusionibus est plena. quia ibi laxatur uita uoluptuosa: que uita pecudum dicitur primo Ethicorũ. & etiam propter confusum procedendi modũ. nã inordinate tradiẽ: & idem frequenter & inutiliter repetitur. nec ratione uel scriptura autentica fulcitur. ut patet illã intuenti. Illa magna. Nã gens illa in breui fuit multiplicata & dillatata. dicitur autem cecidisse quia multo tempore illa conflixit cũ Romanis in quo cõflictu tres Amirrei Saracenorũ cum multis aliis sunt perempti. ut hebeẽ in cronica Sigiberti: que a uino fornicationis sue omnes gentes potauit. hyperbolice dicitur. ad designãdã magnam multitudinem gentium errore Machometi infectam. concedit enim carnis delectabilia ad que multitudo hominum est prona. Et tertius. Hic consequẽter de/scribitur pena eorum eterna cum dicitur. Et tertius angelus. s. ad litteram uel aliquis predicator sanctus contra Machometi sectam: si quis adorauerit bestiã. i. Machometũ ut dictum est cap. precedẽti ubi dictum est de eius imagine & de caracteris acceptiõe: hic bibet de uino ire dei. i. punietur a deo grauiter: quod mixtum est mero. dicit aũt punitio dei merum quando quis punitur temporaliter tantum ad eius correctionem. mixtum uero quando post punitionem temporalem sequitur eterna. sic est in ꝓposito. qa Saraceni puniti fuerũt morte tpali ut p̃dictũ ẽ: & cum hoc eterna. ideo subdit. Et cruciabit igne & sulphure. i. pena gehenne. Et fumus tormentorũ eius etc. nam illa pena est eterna a parte post. Nec habent requiem die ac nocte. Nam est continua. cetera patent ex dictis capitulo precedenti. & quia scđm ꝙ dicit August: una causa quare permittuntur mali est exercicium bonorũ in uirtute: ideo subdit. Hec patiẽtia sanctorum est. quia patientia Christianorum multotiens & multipliciter excercitata est per Saracenos. Et audiui. Pars ista ab aliqbus exponitur de morte: qua qs moriẽ

mundo per religionis ingressum. nam illis temporibus quidam uir potens deuotione ductus reedificauit cenobium sancti Benedicti apud castrum Cassinum qđ p Langobardos per multos annos ante fuerat destructum. & ibi seruiens suo exemplo multos induxit ad seruiendum: tunc etiam temporis multi nobiles in diuersis partibus relicta pompa seculari habitum religionis assumentes fuerunt mũdo mortui: de quibus scđm illos dicitur hic. Beati mortui etc. & etiam quod subditur. Iã dicit spiritus ut requescãt a laboribus suis. nam a labore uite actiue: transiuerunt ad requiem cõtemplatiue. sed quia morientes mundo non moriuntur in domino proprie: sed magis incipiunt uiuere in ipso: nec a laboribus bonis quiescunt sed magis amore Christi assumunt. s. uigilias orationes ieunia & consimilia: ideo melius uidetur dicendum: q̃ hic post punitionem malorum eternam: describitur retributio eterna bonorum: ut dictum est supra: ut sic opposita iuxta se posita magis elucescant. ideo dicitur hic Iohanni. Scribe. tanquam notabilissima. Beati mortui qui in domino moriuntur. i. in confessione domini nostri Iesu Christi per palmam martyrii quales fuerunt. c. xliii. milia de quibus dictum est supra cap. precedenti. Ammodo iam dicit spiritus. s. sanctus: qui cum patre & filio est unus deus. exprimitẽ tamen hic specialiter. nam opera sunt meritoria. s. per caritatem per quam spiritus sanctus habitat in nobis. & sic retributio mercedis quodam spirituali mó attribuitẽ ei. Vt requescãt a laboribus suis. Nãm beatitudie appetitus totaliter quietatẽ. Opa enim illoq̃. meritoria uite eterne. Sequũtẽ illos in beatitudine quã recipiũt pro ipsis. Et uidi. Inchoata persecutione Christianorũ per Saracenos: hic interponitẽ alia per Langobardos. & hoc propter successionem temporis: cuius ordinem Iohãnes prosequitur in hoc libro. & diuiditur in duas partes. nã primo ponitẽ a Langobardis ecclesie liberatio. Secundo plurium aliorum eam persequentiũ destructio ibi. Et uidi aliud signum. Circa primum sciendum q̃ anno domini. dcc. lii. Hastulphus Langobardorum rex: in Italia multum afflixit ecclesiam. propter quod Stephanus papa transiens in Frantiam quesiuit auxilium contra dictum regem: quod & impetrauit. & hoc describitẽ in hac parte que diuiditur in duas. quia primo describitur hoc auxiliũ tempore Pipini. Secundo tempore Karoli magni filii sui ibi. Et alius angelus. Circa primũ dicitur. Et uidi. & ecce nubem candidam. per quã intelligitur regnũ Frantie candidatum pre ceteris moribus & fide. Et super nubem sedentem. s. Pipinum regem. similem filio hominis. i. cõformatũ Christo fide & iusticia. licet hec assimulatio fuerit ualde longinqua. habentem in capite coronam auream. nam reges Frantie ad litterã aurea corona coronantur. Et in manu sua. i. in potestate sua. Falcem acutam. id ẽ exercitum ualde bellicosum. per quẽ Pipinus multas & magnas uictorias habuit. Et alius angelus. i. papa Stephanus. Exiuit de templo. Romane ecclesie. Clamans uoce magna. i. deprecans magno affectu. Ad sedentem super nubem. i. Pipinum regem. Mitte falcem tuam & mete. dirigendo exercitus tui potentiam contra Hastulphum tyrannizantem. Quoniam uenit hora ut metatur. i. ut eius tyrannia per potentiam tuam tollatur. Quoniam aruit messis terre. i. ipse & eius exercitus obdurati sunt in sua iniquitate. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram. nam Pipinus cum ualida manu intrauit Italiam. Et messuit terram. nam contra Hastulphum uiriliter pugnauit. & reddere compulit beato Petro que sui iuris erant. Et alius angelus. Hic consequenter describitur auxilium ecclesie contra Langobardos tpe Karoli magni: & diuiditur in duas partes. quia primo ponitur auxilium Karoli. Secundo dilatatio cultus diuini. xv. cap. Circa primum sciendum q̃ anno domini. dcc. lxxiii. Karolus rex Frantie ad preces Adriani Pape intrauit Italiam cum exercitu forti contra

Desyderium Langobardoꝝ regem ecclesiam multipliciter affligentē quem impugnās tandem cepit & secum in Francia duxit: in quo Langobardorum regnum defecit. & hoc est quod dicitur hic. Et alius angelus. s. Karolus magnus. Exiuit de templo. Nomomensi in quo coronatus fuit: ut habetur in cronica Sigiberti: quod est in celo militantis ecclesie: que frequenter celum nominatur in scriptura. Habens & ipse falcē acutam. i. exercitum fortem immo exercitum patris sui fortiorem. & alius angelus. i. papa Adrianus exiuit de altari ad quod accesserunt pro misse celebratione ut dñus uellet ecclesiam protegere. Qui habet potestatem super ignem. i. inferendi excómu/nicationis & aggrauationis sententiam. quelibet enim pena nomine ignis aliquando designatur. aliqui libri habent: & aquam. sed non est de textu: nec habetur in libris correctis. Et clamauit uoce magna. i. ex affectu magno deprecās Karolū ut faceret sibi auxilium. Mitte falcem tuam acutam. i. exercitus tui potentiam. Et uindemia botros. i. Langobardos: auferendo eorum potentiam. Quoniā mature sunt uue eius. id est Langobardi sunt destructione digni. Et misit angelus. i. karolus. Falcē suā. id est exercitus potentiam. aliqui libri habent: acutam in terram. sed nó est de textu. Et uindemiat uineam terre. auferendo potentiam Langobardorum de terra Italie. Et misit in lacum ire dei magnum. nam regem deduxit captiuum. Et calcatus ē lacus extra ciuitatem. quia regem cum uxore sua duxit in exilium extra terram suam ut dictum est. Et exiuit sanguis. de corpore occisoꝝ. nam in regis captione multi Lan/gobardi erant occisi. usq; ad frenos equorum. nam ex sanguine occisorum freni militū karoli fuerūt rubricati. sicut in talibus bellis solet fieri. Per stadia mille sexcenta. nā fama huius uictorie Karoli fuit longe lateq; diffusa. s. per quattuor orbis partes per numerum dictū designatas. eo ꝙ est numerus quadratus. Est enim numerus q̄dratus qui cōsurgit ex ductu numeri in seipsum. nam bis duo sunt quattuor. & similiter no/uenarius qui consurgit ex ductu trinarii. nam ter tria sunt nouē. & sic est in ꝓposito. nam mille sexcenta est numerus consurgens. ex ductu quadragenarii in seipsū. q̄dra/genies enim quadraginta faciunt mille sexcenta: ut patet consyderanti. & sic ꝑ numerū predictum designantur quattuor orbis partes.

.XV.

ET uidi aliud signum. Descripta Langobardorum destructione. hic consequēter describitur percussio plurium persequutorum ecclesie. Et diuiditur in duas ptes quia primo proponitur hec percussio. Secundo subditur percussionis exequutio ibi. Et post hec uidi. Circa primum dicit. Et uidi aliud signum. nam erat rei future signi/ficatiuum magnum & mirabile. nam percussiōes inimicoꝝ ecclesie per hoc significate: facte fuerunt uirtute diuina. Angelos septem. de quibus postea singulariter dicetur capitulo sequenti. Habentes septem plagas. i. uirtutē a deo inferendi eas. Nouissimas. id est simpliciter sed respectu tēporis preteriti. sicut Genē. xlix dicitur. Cógregamini ut annunciem que uentura sunt uobis in nouissimis diebus. & tamen illa sūt iā cōpleta magno tempore. Quoniam in illis consumata est ira dei. i. per illas posita est uindicta dei de reprobis. In effectu. ira enim est appetitus uindicte. ideo tunc consumat̄ cum in effectu ponitur. Et uidi. Hic consequenter describit̄ laus diuina. que licet sequuta fuerit percussiones reproboꝝ: & tamen hic premittitur executio earꝝ post ꝓpositionē earum immediate. frequenter enim prius facta postponuntur in scriptura. & qa sācti in celo preuidentes percussiones istas letati sunt anteq̄ essent in effectu. dicit igitur Iohannes. Et uidi tanq̄ mare uitreum. i. ecclesiam militantem: que sic nominat̄ rōne baptismi ut dictum est supra capitulo. iii. Mixtum igne. spiritus sancti qui datur in baptismo. Et eos qui uicerunt bestiam. i. gentem Saracenicam hic ꝑ bestiā designatā:

eo ꝙ Machometus cuius sectam tenent sic nominatur supra ca. xiii. Et imaginē eius. id est similes Saracenis. Et numerum nominis eius. i. adherentes eis. uel per numerum nominis eius intelligantur infideles quicunq; Christo contrariantes & ecclesie. & nomē numeri eius suppositū est Antemos. quod de principali significato significat cōtrariū .s. Christo ut dictum est supra cap. xiii. in fine. Septem enim plage seu percussiones sequentes. sunt Saracenorum & eis similium: & Christo & ecclesie contrariantium: ut patebit inferius prosequendo. Stantes. per uite sanctitatem. Habentes cytharam dei etc. per hoc intelliguntur gratiarum actiones in uniuersa ecclesia de uictoriis sequētes contra reprobos & infideles. & quia ecclesie orationes partim accipiuntur de ueteri testamento: & partim de nouo. ideo dicitur. Cantantes canticum Moysi serui dei: & agni: dicentes magna & mirabilia sunt opera tua. nam dictas uictorias attribuebant potentie diuine. iuste & uere sunt uie tue: obstinatos puniēdo: & penitētes suscipiēdo. ideo sequitur. Quia solus pius es. peccatores reuocando. ideo subditur. Quoniā omnes gentes uenient. s. ad fidem Christi ante finem mundi: multi etiam infideles uidentes uictorias christianorum mirabiles: que infra describuntur: uexatiōe intellectum eis dāte. crediderūt in Christo ut dicet' ca. sequēti: specialiter de Saxōibus & huiusmodi. Et post hec. Hic consequenter describitur septem plagarum exequutio: & diuiditur in duas. quia primo ponitur percussorum dispositio. Secundo ipsa percussio ca. xvi. Circa primum dicitur. Et post hec uidi & ecce apertum est templū. i. diuinū secretū: per repletionem in effectu. Et exierunt septem angeli. i. dei nuncii q postea noīabūt prosequendo. Habentes plagam. i. habentes potestatem infligendi septem uindictas. uestiti lapide mundo. i. Xpo q dicit' lapis excisus de mōte sine manibus & mūdus. qa peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. prima Pe. ii. quo dicunt' indui homines sancti. Ro. xiii. Induamini dominum Iesum Christum per mutationē suorꝝ operum: & hoc patet ꝙ per istos septem angelos de quibus postea sigillatim dicetur: homines catholici: & sancti intelliguntur. & precincti circa pectora zonis aureis: p hoc designatur castitas mentis: que precipitur in nouo testamento. sicut per renes ac/ cinctos castitas carnis pertinens ad uetus testamētum. Matth. v. Audistis quia dictū est antiquis non mechaberis. ego autem dico uobis quicunq; uiderit mulierē ad cōcu/ piscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Et unus de quattuor animalibus. .i. unus de quattuor euangelistis ut dicunt aliqui dicētes ꝙ fuit Lucas qui magis loqt' de punitione reprobozꝝ sed scd'm quod dicitur ca. iiii. iste magis uidet' fuisse Marcus ubi dictum fuit ꝙ per quattuor animalia intelligunt' quattuor ecclesie patriarchales siue quattuor patriarche eis presidentes. Marcus uero fuit Patriarcha Alexandrinus. Dedit septem angelis septem phialas etc. i. potestatē puniēdi reprobos ex ordinatiōe diuina: Et impletum est dei templum fumo etc. per quod designat' diuina cōdescētio iii. Re. viii. dicitur ꝙ nebula impleuit domum domini ad designandum dei presentiā ad acceptandum deuotionem Salomonis: & populi. sic in proposito deus percutiendo reprobos condescendit electis. Et nemo poterat introire templum. quod exponunt aliqui de ecclesia Hierosolymitana: quam infideles non introierunt donec. vii. plage sequentes consumate fuerunt. quod fuit tpe Gedefridi ducis Lotharingie capta Hierusalem per christianos. nam hoc dictum nō uidetur uerū. nam ante cōpletionē septem plagarꝝ habitata fuit Hierusalem a Christianis ut uidebitur cap. sequenti. propter quod aliter est dicendū. s. ꝙ Iohannes dicendo. Et nemo poterat etc. alludit ei quod dicitur. iii. Re. viii. nebula impleuit totam domum domini. & subditur ibi. Et nō poterant ibi sacerdotes stare etc. quia retraxerūt se propter reuerentiā presentie

diuine: ut diffusius dictū fuit ibidem. per hoc ꝙ dicit. Et nemo poterat etc. designat ꝙ ministri ecclesie reuerentius solito se habeant ad deum ut impleantur plage super inimicos ecclesie ut liberius possint ecclesias ingredi ad celebrandum diuinum officium sublato impedimento infidelium. .XVI.

ET audiui. Descripta dispositiõe ad septem plagas inferẽdum: Hic consequẽter describitur exequutio earum & primo ponitur in generali cũ dicitur. Et audiui uocem magnam. in quo denotat magnitudo potentie diuine. De templo. s. glorie dei. Dicentem septẽ angelis ite etc. ad exequendũ diuina mandata de reproborũ punitiõe. Et abiit. Hic consequenter ponitur exequutio in speciali. & potest diuidi in septem partes: scdm numerum septem plagarum que patebunt prosequendo. Circa primum sciendum ꝙ Constantinus qui cepit imperare anno domini. dcc. xlii. fuit pessimus. nã sicut dicit Sigisbertus imagines Christi & sanctorum ab ecclesiis remouit. eos qui dei genitricem inuocabant. & qui uigilias in ecclesiis agebant: & qui religiose uiuebant: & qui a iuramẽtis & immũdis abstinebãt: patrimonius priuauit: & multipliciter cruciauit. monachos etiam & moniales contrahere matrimonia coegit: que multi uitantes ab eo martyrizati sũt: postea uero imperante Hirene uxore Leõis cũ filio suo Cõstãtino: quorum imperium cepit anno domini. dcc. lxxxii. Adrianus papa ad instantiã patri/ arche Constantinopolitani congregauit Synodum in Nicena in qua condemnauit heresim execrantium imagines Christi & sanctorum: quia sunt libri laicorũ mouẽtes eos ad deuotionem. unde & beatus Lucas imagines Christi & beate Marie uirginis primus dicitur depinxisse. Cõdemnauit etiam heresim Felicianam. que ponit in Xpõ duplicem dei filiationem. s. ueram in natura diuina: & adoptiuam in humana. ad qd̃ sequitur esse duplicem naturam in Christo. unam in diuina: & aliam in humana. sicut dixit Nestorius. & ad hoc sequitur ꝙ beata uirgo non sit mater dei. sed tantum hois. iste uero heresis habẽt similitudinem cũ perfidia Machometi. nam Saraceni imagies execrantur. dicunt Iesum filium Marie uirginis hominem esse purum. igit̃ de cõdẽ/ natione duplicis heresis dicitur. Et abiit primus angelus. i. papa Adrianus sanctus & bonus. Et effudit phialam suam. in terram proiciendo excommunicatiõis sententiam in terrenos homines dictas heresis tenentes. Et factum est uulnus seuum & pessimum. nam excõmunicatio que est spiritualis plaga peior est q̃ tẽporalis pena in obstinatis. in homines qui habebant caractarem bestie. i. similitudinem Machometi mõ p̃dicto. Et eos qui adorauerunt imagines eius. reuerendo principes Machometo conformes. Et secundus. Hic ponitur plaga secunda circa qd̃ sciendum ꝙ aliqui ciues Romani contra Leonem papam qui prefuit ecclesie anno. v. Hirene & Constantini filii eius qui coniurauerunt ei linguam bis prescindentes & oculos eruentes: & eũ suo sanguine uoluratum quasi mortuum reliquerunt. de hoc igitur exponunt aliqui litteram istam dicentes. ꝙ ille ciuis Romanus qui alios induxit ad dictam enormitatem dicitur hic angelus secundus. qui effudit phialam suam in mare. id est in ecclesiam rõne baptismi mare nominatam. ille nanq; ciuis effudit maliciã suam in papã qui fuit caput ecclesie. Et factus est sanguis tanq̃ mortui. quia papa fuit cruentatus suo sanguine. & quasi mortuus relictus. sed istud non uidet̃ rationabiliter dictũ. quia sicut patet ex p̃dictis per septem angelos intelligũtur uiri. vii. catholici & sancti: iste uero ciuis Romanus fuit pessimus. Item quod sequitur. Et omnis anima uiuẽs mortua est in mari. nõ bene consonat cum predictis. nam alii de ecclesia non fuerunt occisi cum Leone papa: qa ꝑsequutio illa fuit ꝑsonalis: ideo aliter potest exponi & melius ut uidet̃ de Karolo rege Francie qui tempore illo Saxones debellauit qui ꝑ mare hic designantur ꝓpter

multitudinem illius populi: eo modo loquendi quo dicitur infra. xvii. c. aque multe populi multi. mare nanq; est congregatio aquarum multarum. Item qa Saxones per mare nauigantes plures terras christianorum afflixerunt. dicit igitur Iohannes. Et secūdus angelus. i. Karolus rex deo & ecclesie deuotus. Effudit phialam suā in mare. exercēdo diuinam uindictam in Saxones: & sanguis ualde factus est tanq̄ mortui: qa multi ualde de Saxonibus fuerunt occisi. Sed quia de remanentibus aliqui uidentes uictoriam Karoli factam uirtute dei baptismum receperunt. & ideo non dicitur. & factus est sanguis mortui: sed tanq̄ mortui. ceteri uero obstinati fuerunt occisi. nam de illis una die Karolus quattuor milia quingētos fecit decollari. ideo subdit̄. Et oīs aīa uiuēs mortua est in mari. quia qui capti fuerunt uiui in infidelitate Saxonum obstinati occisi sunt: ut dictum est. Et tertius. Hec est tertia pars que similiter exponit̄ de Karolo magno imperatore tunc facto: Ideo nominatur hic his angelus. s. secūdus & tertius. eo modo quo dicitur primo Re. x. de Saule facto rege ꝙ mutatus fuit in uirum alterum. Karolus enim iste. xxxiii. annis regnauit super Francos & post impator factus. xiii. annis ut dicit̄ in cronica Sigisberti. & post anno tertio suo imperii Anares qui & Huni dicunt̄. & multas terras christianorum affligētes depopulauerūt totaliter debellauit. & eos qui remanserunt: fidei catholice subiecit. & ideo dicitur. Et tertius angelus. s. Karolus imperator creatus. Effudit phialam suam. i. dei uindictā super flumina & super fontes aquarum. i. super Anares siue Hunos. quia sic noiant̄. eo ꝙ habitabant primo iuxta paludes Mebotidas. ubi sunt ebulitiones aquarum: per modum fontium: & quia cum ante paludes ille putarentur immeabiles Huni eas trāsierunt & Gothos q ultra paludes habitabant in Scithia debellauerunt. ex q̄ uictoria eleuati alias terras usq; in Gallia sub Attila rege: ferro & igne uastauerūt. & factus est sanguis quia karoli exercitus multos interfecit de Hunis. Et audiui angelum etc. Ad intellectum huius sciendum ꝙ angeli boni qui sunt de ordine principatuū: p̄sunt diuersis regnis & gentibus: & ideo procurant bonum gentium sibi commissarū: ꝓpter quod uidentur inuicem resistere: quando contrariantur ad inuicem gentes sibi cōmisse anteq̄ sciant determinationem diuine uoluntatis: de futura illius gentis subiectione. & hoc modo Dañ. x. dixit Gabriel Danieli princeps regni Persaꝝ restitit mihi. xxi. diebus: sicut ibidem fuit expositum diffusius. sed quando sciunt diuinam uoluntatem per reuelationem uel effectus positionem concorditer approbant diuinam sententiā. nam uoluntates eorum semper sunt concordes diuine uolūtati: & scd̄m hoc dicitur hic. Et audiui angelum aquarum. i. Hunorum per fontes & flumina designatorum: ut predictum est. Dicentem iustus es etc. approbando diuinam sententiam de commissa sibi gente deuicta. quia sanguinem sanctorum tuorum & prophetarum effuderunt Huni. nanq; anteq̄ debellarētur per karolum multos christianos interfecerant: inter quos erant aliqui prediti sanctitate & dono prophetie. Et sanguinē dedisti eis bibere. eos puniendo simili pena: unde uulgariter dicitur sic de punito iste bibit cū tali cypho quali alios potauit. Et audiui alterum. s. angelum Francorum. Ecce domine etc. nā ambo angeli diuinam sententiam approbant concorditer. Et quartus angelus. Hic ponitur quarta plaga quam exponunt aliqui de quodam nomine Crescentio: q factus patricius Romanus debuit ecclesiam protegere. sed eā econtrario expugnauit: Gregorium papam. s. detrectendo: & eius loco quendam nomine Iohannem instituendo. & scd̄m hoc dicitur hic. Et quartus angelus. i. Crescentius. Effudit phialam suam. id est indignationem & iram. In solem. i. Gregorium papam Christi uicarium: & sic locum solis iusticie tenentem. Sed hoc dictum non uidetur uerum. quia sicut dictū est supra

per hoſ ſeptem angeloſ intelliguntur ſeptem hominеſ iuſti. Creſcentiuſ autem iſte fuit peſſimuſ. propter quod meliuſ exponitur de Leone papa ſancto qui redditiſ ſibi diuinitуſ uiſu & loquela miſit nunciоſ ad Karolum magnum petendo eiuſ auxilium: & ſcđm hoc dicitur. Et q̃rtuſ angeluſ. i. Leo papa bonuſ & ſā̃ctuſ ut patet ex p̃dictiſ. Effudit phialam ſuam in ſolem: denũciando animi ſui amaritudinē karolo impatori eo q̃ iniuſte in dei contemptum fuit excecatuſ: & lingua priuatuſ & de ſede Petri deiectuſ. Dicitur autem Karoluſ imperator ſol: quia ſicut ſol precedit planetaſ: ſic karoluſ fide & magnanimitate prefulgenſ precellebat cunctoſ regeſ chriſtianoſ. Et datum eſt illi eſtu affligere hominеſ. quia data ſibi a deo uirtute Romā adiit: cauſaſ examinauit: deo rebelleſ & eccleſie grauiter afflixit: & puniuit: & Leonem papam in ſedem ſuam iterum collocauit: ut habetur in cronica Sigiſberti. Et eſtuauerũt hoſeſ. .ſ. mali. Eſtu magno. doloriſ & iracũdie: eo q̃ nó poterant karolo reſiſtere. Et blaſphemauerunt nomen dei. hoc dicit̃ q̃cum ad obſtinatoſ qui tunc in peccatiſ ſuiſ fuerũt mortui. Et quintuſ angeluſ. Hic ponitur quinta plaga: in qua reuertitur Iohanneſ ad perſecutionem Saracenorum: & punitionem eorum: ut dictum eſt ſupra. tñ aliqui exponunt partem iſtam de Ottone imperatore: qui ut dicunt Gregoriũ papā electũ per Creſcentium in papatum repoſuit: Iohannem intruſum expellendo: & ſcđm hoc dicitur hic. Et quintuſ angeluſ. i. Otto dictuſ. Effudit phialā ſuā ſuper ſedē beſtie. i. Iohanniſ pape intruſe: uiuentiſ uita beſtiali. ſed quia in ſuperioribuſ nomine beſtie intelligitur Machometuſ: ut patet ex predictiſ. ideo parſ iſta meliuſ exponi uidetur de Saraceniſ. Circa quod ſciendum ſcđm q̃ dicit Helnanduſ patriarcha Hieroſolymitanuſ de ciuitate expulſuſ a karolo imperatore petiit ſubſidium denuncians ei terre ſancte diſtidium: qui collecto exercitu maiori q̃ ante nunq̃ habuiſſet: adiit terram ſanctam & infidelibuſ partim occiſiſ: partim fugatiſ: patriarchā in ſede ſua collocauit & terram ſanctam chriſtaniſ reſtituenſ in bono ſtatu refloruit. & ſcđm hoc dicit̃ hic. Et quintuſ angeluſ. i. patriarcha Hieroſolymitanuſ. Effudit phialā ſuam. i. karolũ imperatorem qui fuit inſtrumentum dei ad puniendum cõtemptum dei & eccleſie. Et factum eſt regnũ eiuſ. ſ. Machometi. tenebroſum. quia Saraceni partim fuerũt occiſi partim confuſibiliter expulſi. Et manducauerunt linguaſ ſuaſ pre dolore. moduſ eſt enim hominiſ multum irati & afflicti mordere linguam ſuam: & frendere dentibuſ q̃ſi mãducãſ linguã ſuã. & blaſphemauerunt deũ celi ex nimia ipatientia uel deũ celi. i. Xp̃m q uere deuſ ẽ celi & terre. Saraceni tñ dicũt eũ hoſtem purũ: & ſic blaſphemãt eũ. Et non egerunt penitẽtiam. in ſua pfidia obdurati. Et ſextuſ. Hic ponitur ſexta plaga. & exponunt aliqui partem iſtam de Gregorio papa qui priuſ nominatuſ fuit Hidebiannuſ. & prefuit eccleſie anno imperatoriſ Heinrici quarti qui cepit imperare anno domini milleſimo. lvii. inter quem & Gregorium papam mota fuit diſſenſio: eo q̃ Gregoriuſ papa excommunicauit omneſ electoſ in eccleſia qui inueſtituram per annulum & baculum acciperent de manu laici cuiuſcunq;. cum tamen imperatoreſ & regeſ uſi fuiſſent hac poteſtate. & ſic exponunt iſtam litteram. Et ſextuſ angeluſ. id ẽ papa Gregoriuſ. Effudit phialam ſuam. i. indignatiõem. In flumen illud magnũ Euphraten. i. in Romanũ imperium: qđ dicitur magnum flumen. ꝓpter populi ſubiecti ſibi magnitudinem & multitudinem. unde dicit̃ infra. xvii. aque multe: populi multi. nominant̃ etiam Euphrateſ. eo q̃ eſt quartum regnum qđ dicit̃ ferreũ Dañ. ſecũdo ſicut Eufrateſ eſt quartuſ fluuius paradyſi. Et ſiccauit aquaſ eiuſ auferendo poteſtatẽ inueſtigãdi in eccleſia electoſ modo dicto: ut prepararetur uia regibuſ ab ortu ſoliſ. id eſt ut electi qui dicuntur regeſ eo q̃ habent eccleſiaſ regere: poſſunt ingredi libere

ecclesiaſ ſuaſ. Dicuntur etiam regeſ ſolareſ: quia ſunt uicarii Chriſti ſoliſ iuſticie in dioceſibuſ ſuiſ: ſicut papa in uniuerſali eccleſia. aliter tamē poteſt exponi magiſ ꝑprie littera ut uidetur de Karolo magno qui inuitatuſ a beato Iacobo purgauit uiam ad eiuſ ſepulchrū priuſ ignotū: eo ꝙ tota Hiſpania erat a Saraceniſ occupata. & Gnaſtonia & Nauarra quoſ cum multiſ laboribuſ & belliſ Karoluſ partim occidit & ꝑtim fugauit & partim fidei chriſtiane ſubiecit. uexatione eiſ intellectum prebente. & hoc eſt quod dicitur. Et ſextuſ angeluſ. i. beatuſ Iacobuſ. Effudit phialā. i. karoli magni potentiam quam inuitauit ad punīēdum gentem Saracenicam que dicīt flumē magnū propter populi illiuſ multitudinem: & ſiccauit aquam eiuſ auferendo Sarracenorum potentiam ut preparetur uia regibuſ. i. peregriniſ ſancti Iacobi: inter quoſ frequēter fuerunt & ſunt multi regeſ principeſ & potenteſ. unde & ipſe karoluſ locū illū deuote adiit. poſſunt etiam alii peregrini deuoti regeſ dici eo ꝙ uiuunt ſc̄m regimen rōniſ recte: & legiſ diuine. Ab ortu ſoliſ. ſepulchrū enim beati Iacobi eſt in occidente terre habitabiliſ. & ideo uia ueniendi ad ipſum eſt uia ſoliſ ſimpliciter quantum ad illoſ qui ueniunt ab oriente. uel ſc̄m quid q̄tum ad illoſ qui ueniunt a meridie: & ab aq̄lone. nam reſpectu occidentiſ declinauit ad ortū ſoliſ. Et uidi: Hic ponitur ſeptima plaga. cuiuſ primo ponitur motiua ratio. Secundo eiuſ exequutio ibi. Et ſeptimuſ angeluſ. Circa primum ſciendum ꝙ a tempore Coſdroe regiſ Perſarum populuſ catholicuſ in terra promiſſioniſ habitanſ & circa fuit in afflictione & ſeruitute dura uſq; ad eiuſ liberationem per principeſ chriſtianorum occidentaleſ: tempore Godofredi de Bullon: duciſ Lotharingie. Nam alie liberationeſ per Heraclium & karolum magnum de quibuſ ſupra dictum eſt fuerunt quaſi momentanee: quia cito tranſierunt. Nam Heraclio recedente de Hieruſalem: poſt Coſdroe interfectionem: & ſancte crucis reportatiōem: Arabeſ Homaro duce terram ſanctā & plureſ aliaſ ſibi ſubiugauerūt. & ſimiliter poſt receſſum karoli magni de terra ſancta: Saraceni dīnanteſ in Egypto Iudeam ſibi ſubiugauerunt. & poſtea turci eam de manu Califfe egyptii auferenteſ & eam tenuerunt uſq; quo debellati fuerunt ꝑ principeſ p̄dictoſ in ꝑtibuſ Antiochenīſ. tunc enim debilitate turcorum egyptii uirtute abſtulerunt Hieruſalem: & Iudeam de manibuſ Turcorum ut dicit Epiſcopuſ Tyrenſiſ libro ſeptimo ca. xii. ſed infra annū uel circiter chriſtiani de manibuſ egyptiorum eam abſtulerunt ui armoꝝ. vi. annoſ. Et notandum etiam ſicut inter chriſtianoſ ſunt predicatoreſ eoſ incitando ad impugnandū Saracenoſ: ſic inter Saracenoſ ſunt aliq litterati excitanteſ aliоſ cōtra xp̄ianoſ ꝙ Iohanneſ preuidenſ dicit. Et uidi de ore draconiſ. i. ſūmi principiſ in regno Perſidiſ qui uocatur draco ſupra. xii. ca. Et de ore beſtie. i. ſūmi principiſ. ſ. Califfe in Egypto Et de ore pſeudoprophete. i. de ore p̄dicatorū Saracenoſ cōtra chriſticolaſ excitātiū: & ponitur hic ſingulare pro plurali. ſ. ꝑphete ꝑ prophetarum ſicut frequenter fit in ſcriptura. Treſ ſpirituſ immundoſ. uerba enim prophetarum dictorum & etiā p̄ncipū dicuntur ſpiritus immundi. quia inducunt ad immundiciam peccati. In modū ranaꝝ. nam ſuo garritu aliоſ inquietant. Sunt enim ſpiritus demoniorum. quia demoneſ eoſ ad hoc excitant. Facienteſ ſigna. nam inter infideleſ permittūtur demō eſ aliquando facere ſigna: iuſto dei iudicio. licet nobiſ occulto. & procedunt ad regeſ totiuſ terre in qua habitāt infideleſ ſupradicti: & dicuntur hic regeſ. admirati Satrape & potēteſ alii ſub ſummiſ principibuſ conſtituti. Congregare eoſ in prelium: dicunt hic expoſitoreſ aliqui: ꝙ omneſ Saraceni tam de Egypto q̄ de aliiſ partibuſ tranſmariniſ circa annum domini milleſimum. lxvi. congregati fuerunt ad deuaſtandū populū xp̄ianū nō ſolūm Iudea: ſed etiam in Grecia. ſed hoc non uidetur uerum. quia ſc̄m ꝙ dicit

Epūſ Athonenſiſ: & etiam Tyrenſiſ: in libriſ quoſ ſcripſerunt de hiſtoriis trāſmarinis: poſt mortem Machometi Saracen in duaſ parteſ fuerunt diuiſi. nam una parſ ſedem ſuam poſuit in Egypto: alia uero parſ in Perſidis regno: & non ſolū fuerūt diuiſi locis ſed etiam in aliquibuſ punctis ſue legis. ita ꝙ iſti uocant aliоſ ſubuerſoreſ & ſciſmatici/coſ & ecōuerſo. ꝓpter quod ex tunc inter ipſoſ fuit contentio & guerra uſq; ad tpuſ Saladini qui cepit regnare anno domini milleſimo. c. lxxix. poſt liberationem terre ſancte per principeſ ſupradictoſ: per magnum tempuſ. hic enim Saladinuſ induxit Sa/racenoſ habitanteſ in Egypto ad tenendum cerimoniaſ aliorum in Perſide exiſtentiū & ſic reduxit eoſ ad concordiam. nec ante nec poſt diuiſionem legimuſ in aliq̄ hiſtoria notabili in unum exercitum conueniſſe contra populum chriſtianum: propter quod illud quod hic dicitur cōgregare illoſ in prelium non eſt intelligendum ſimul q̄tum ad omneſ: ſed ſucceſſiue ſicut dictum eſt ſupra. Ad diem magnam omnipotentiſ dei. qui per congregationeſ iſtaſ infidelium puniuit diuerſis temporibuſ peccata chriſtianoꝝ. ut deſcribunt Epiſcopi memorati: unde ſubditur. Et ecce uenit ſicut fur. taleſ enim punitioneſ immittit dominuſ repente ſuper peccatoreſ in ſuiſ impietatibuſ dormienteſ: propter quod ſubditur. Beatuſ qui uigilat. attendēdo diuina iudicia. Et cuſtodit ue/ſtimenta ſua ne nuduſ ambulet. nam ipſi ſpoliatur per mortale peccatum. Vt uideāt turpitudinem eiuſ. ſ. deuſ & angeli eiuſ. & congregauit eoſ ſucceſſiue modo p̄dicto. In locum qui uocatur hebraice Hermagedon. & ſcd̄m Hieronymum interpretatur cōſurrectio. nā in terra p̄miſſionis Xp̄uſ paſſuſ fuit & reſurrexit. Et ſeptimuſ. Hic conſequenter deſcribitur ſeptime plage proſequutio. & primo in generali. Secundo magis in ſpeciali. ca. xvii. Circa primum ſciendum ꝙ aliqui expoſitoreſ dicunt ꝙ iſte ſeptimuſ angeluſ fuit Alexiuſ imperator Conſtantinopolitanuſ: qui ſcripſit litteraſ Vrbano pape pro reuelatione terre ſancte. ſed hoc non uidetur ueꝝ. nā ille Alexiuſ cōtra latinoſ fuit fallax & doloſuſ: & multipliciter machinatuſ fuit deſtruere exercitū principum occidentalium: ad dictam reuelationem deuote procedentium. ſcd̄m quod deſcribit dominuſ Epiſcopuſ Tyrenſiſ: & alii qui peregrinationem illam diligēter de/ſcripſerūt. ꝓpter qd̄ dicendū ꝙ angeluſ iſte fuit Petruſ heremita de dioceſi Ambianēſi natuſ: qui deuotiōe motuſ cum multis periculis & laboribuſ iuit ultra mare ad uiſitādū loca ſancta: & cum intraſſet Hieruſalem dato tributo pro ingreſſu turciſ ibidem do/minantibuſ: per dieſ aliquot manſit cū patriarcha & aliis catholicis in urbe manētibuſ: & ſic nō ſolum ex eorum relatu: ſed ex uiſu cognouit miſeriaſ in quibuſ erat populuſ chriſtianuſ: non ſolum in urbe: ſed in aliis locis Iudee: quibuſ compatienſ dixit eis ꝙ poſſent habere remedium ſi ſupplicando ſcriberent ſummo pontifici qui fideleſ ad hoc poterat exhortari. & etiā obtulit ſe ad eoꝝ litteraſ deportandum: cui gratiaſ agenteſ negocium commiſerunt. ille autem q̄ cito potuit uenit ad papam Vrbanum litteraſ ei preſentanſ: & plura alia que uiderat enarranſ. q̄ condolenſ terre ſancte. anno domini milleſimo nonageſimo quinto uenit in Galliam & celebrauit concilīū apud Daremōtē ubi multa bona ſtatuit. & in fine miſeriam expoſuit. terre ſancte ad ſuccurrendum fideliter animauit. & per prelatoſ eccleſie negociū crucis predicari mandauit. Petruſ etiam predictuſ ad principeſ & prelatoſ diſcurrenſ fideliter negocium promouit. ita ꝙ anno domini milleſimo nonageſimo ſexto multi ualde tam de principibuſ q̄ de aliis de Francia: de Hiſpania Anglia Alamania Italia & aliis partibuſ occidentis crucem ſuis humeris affixerunt animo chriſtianis in ſeruitute detentis ſuccurrere intendenteſ. qd̄ preuidenſ Iohanneſ dicit. Et ſeptimuſ angeluſ: i. Petruſ heremita. Effudit phialam ſuā in aere. quia uerbis efficacibuſ pape & principibuſ terre ſancte miſeriā expoſuit.

uerba enim ex aere reſpirato formantur & per aerem effundũtur. ut habetur ſecũdo de anima. Et exiuit uox magna de templo. i. de eccleſia. A trono. i. ſummo põtifice dicenſ: factum eſt. i. exaudita eſt petitio populi chriſtiani in Hieruſalẽ habitantiſ. Et facta ſunt fulgura & uoceſ & tonitrua. ꝑ tonitrua & uoceſ intelligunt̃ hic erudiſ predicatoreſ: per fulgura ſigna & uiſioneſ mirabileſ: quibuſ moti fuerunt plureſ ad negocium crucis aſſumendum. Et terremotuſ factuſ eſt magnuſ ualde. multis terraſ propriaſ relinquentibuſ pro dicta expeditione. Qualis nunq̃ fuit etc. quia ſicut dicit̃ in cronica Guilerti. nunq̃ tot genteſ in unam conuenere ſummam opinioe hominũ uincebat numeruſ q̃uis eſtimaret̃ ſexageſies centum milia. Et facta eſt ciuitaſ magna id eſt exercituſ ille qui dicitur ciuitaſ: quaſi ciuiũ unitaſ. nam aio uno Hieroſolymã pgebant in treſ parteſ. nam propter boſpicia & uictualia reperienda unuſ exercituſ primo ſequutuſ eſt Petrum heremitam: aliuſ autem poſtea ſequutuſ eſt principeſ Godofredi duci ſe iungenteſ. aliuſ aũt exercituſ iuit per nauigium cum Boamundo duce Apulie. Et ciuitateſ gentium. ſ. Saracenoꝝ ceciderunt quia a Nicea Bithinie & Antiochia que ſunt in regno Perſidiſ uſq; in Hieruſalem. & ultra uſq; ad riuum Egypti ciuitateſ ab infidelibuſ detente. Fuerunt per predictũ exercitũ ſubiugate ut deſcribit Epiſcopuſ Tyrenſiſ. Et Babylon magna. i. ſecta Saracenica que dicitur Babylon id eſt confuſio. quia legibuſ & mandatiſ confuſibilibuſ eſt plena. Venit in memoriam ante deum. ad ipſam puniendam: ideo ſubditur. Dare illi calicem etc. Et omniſ inſula fugit. quia Saraceni habitanteſ in inſuliſ prope tranſitum chriſtianorum per mare nauigantium: fugerunt pre timore eorum. Et monteſ non ſunt inuenti. quia multa fortalicia in montibuſ ſita per chriſtianoſ fuerũt expugnata. Et grando magna ſicut talentum etc. id ẽ bellum importabile Saraceniſ. nam tam uirtute humana q̃ diuina. multotienſ enim fuerunt a chriſtianiſ debellati & blaſphemauerunt boſeſ. i. Saraceni deum. i. Chriſtum qui eſt ueruſ deuſ propter plagã grandinis eis inflictã a chriſtianiſ. Quoniam magna facta eſt uehemẽter. quia non poterant eam ſuſtinere ſicut ſcribit diffuſiuſ Tyrenſiſ Epiſcopuſ ſupra memoratuſ.

.XVII.

Et uenit unuſ. Hic conſequenter deſcribitur plaga ſeptima magis in ſpeciali: & ſcd̃m opinionem illorum qui dicunt: q̃ tota littera ab hoc loco uſq; ad illum. Et cum conſumati fuerunt mille anni etc. iuxta medium. xx. capituli: ſit tã impleta de preterito: ſcd̃m quam primo exponam totam litteram iſtam: poſtea dicã quid mihi ſuper hoc uideatur. & diuiditur in duaſ parteſ. quia primo deſcribitur in ſpeciali hec plaga. Secundo chriſtiane religioniſ promotio noua ca. xx. Circa primum. quoniam iſta plaga eſt Saracenorum ut patet ex predictiſ: ideo primo ponitur Saracenorum uilitaſ. Secundo chriſtianorum ipſoſ ꝓſequentiũ probitaſ. xviii. ca. Prima deſcribit̃ ſub quadam metaphora que primo ponitur ibi. Et dixit mihi. Circa primum dicitur. Et uenit unuſ de ſeptem angeliſ etc. per iſtum ut dicunt tenenteſ opinionem dictam deſignatur Alexiuſ imperator qui ſcd̃m eoſ ſupra dicitur ãgeluſ ſeptimuſ. ſed hoc fuit ibidem reprobatum: & poteſt conuenienter dici: q̃ per hũc angelũ intelligit̃ Petruſ heremita: quẽ dixi ſupra fuiſſe ſeptimũ ãgelum. quia hic angeluſ dicitur hic Iohãnem euangeliſtam docuiſſe: unde ſubditur. Et locutuſ eſt mecum: ueni & oſtendam tibi. Petruſ autem heremita per mille. c. x. annoſ & ampliuſ fuit poſtq̃ Iohanneſ ſcripſit hunc librum. ideo meliuſ dicitur q̃ beatuſ Iacobuſ qui ſupra dicitur unuſ de ſeptem angeliſ habentibuſ phialaſ fuit angeluſ iſte: qui anteq̃ Iohanneſ uideret hanc uiſionẽ per palmã martyrii tranſiuit ad gloriam Act. xii. & ſic poterat eũ docere de futuris ex diuina ordinatione. Damnationem meretricis magne. i. ſecte Saracenice. ut poſtea

magis dicet. Que sedet sup aq̃s multas. i. dñat populis multis: ut exponitur infra. Cú qua fornicati sunt reges terre. quia multi reges acceperút legẽ Machometi. Et inebriati sunt qui habitabant terram etc. nã populi sub dictis regibus existẽtes similiter receperunt legẽ Saracenicã immundicis plenã. Et abstulit me in desertum. ad uidẽdú statum Saracenicum a deo propter sua peccata derelictum. In spiritu. nam hec uisio non fuit corporalis: sed imaginaria & intellectualis. Et uidi mulierem sedentem super bestiam. per hoc intelligũtur Saraceni in duas partes diuisi ut dictũ est supra. Turci per mulierem propter eorum astutiam & maliciam serpentinã. Egyptii uero p bestiã quia sunt intellectu nimis uigentes & per cõsequens magis bestiales. dicitur aút mulier sedere super bestiam: nam Turci ab Egyptiis abstulerút iudeam & Syriam. Coccineã id est sanguine christianoꝝ rubricatam. Plenam nominibus blasphemie. qa Saraceni dicunt Christum esse hoiem purum. & sic blasphemãt eum: & similiter beatã uirginẽ neganteś eam esse dei matrem. Habentem capita septem: & cornua. x. & qd significẽt infra dicetur. Et mulier erat circundata purpura. quia turci fuerunt opulentissimi in istis & in aliis rebus p̃ciosis. Habẽs poculú aureú etc. qa multas gentes induxerunt & attraxerút ad immundiciã sue legis. Et in fronte eius nomẽ scriptú mysteriú Babyló. per hoc q̃ dicitur mysterium ostendit Iohannes q̃ non loquit̃ de ciuitate Babylonica sed magis de secta Saracenica q̃tum ad Turcos. Mater fornicationum & abhoiationú terre. nam orientales populos pro maiori parte satis traxerunt ad errorem sue secte. Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum etc. quia supra numerum & mẽsurã effuderunt christianum sanguinem: ebria enim dicitur: quasi extra briam. i. mẽsuram. Turci enim crudeliores fuerút christianis: Egyptiis & Saracenis: scd̃m qd̃ dicit Ep̃us Tyrensis libro primo. Et miratus sum etc. de patientia dei erga sectam nequissimam Machometi. Et dixit mihi. Hic consequenter ponitur expositio parabole. Circa quam angelus primo proponit intentum dicens Iohanni. Quare miraris? q̃si diceret. totum cedat ad dei gloriam & electorum quibus meritum accrescit ex persequutione malorum. Ego tibi dicam sacramẽtum. i. significationem occultã. Mulieris & bestie. id est Turquine & Egypti ut dictum est. Bestia. Hic prosequitur intentũ exponẽdo uoluntatem. & primo circa regnum Egypti designatum per bestiam dicens. Bestia quam uidisti fuit & non est. nam Egyptii primo occupauerunt regnum Hierusalem & Iudee: & postea perdiderunt: Turcis terram illam occupantibus: ut dictũ ẽ supra. ideo dicitur. q̃ bestia fuit prius dominans in Iudea. Et non est. quia p Turcos electa est. Et ascensura est de abysso. i. de Egypto que tenebra interpretatur. & hoc quãdo fuit debilitata per uirtutẽ Turcoꝝ. per christianos Egyptii recuperauerũt Hierusalẽ & Iudeam ut dictum est supra. Et in interitum ibit. nã Egyptii p christianos fuerũt ibi occisi: & residui inde electi ut referũt Episcopi Anchonẽsis & Tyrensis describẽtes historiam terre sancte. Et mirabuntur inhabitantes terram quorum etc. i. Saraceni qui nõ sunt predestinati: sed prescити: mirabunt̃ enim Saraceni quomõ rex tam potens & magnus a populo christiano de partibus extraneis & tam loginque uenienti fuerat deuictus. Et hic ẽ sẽsus. i. intellectus. Qui habet sapiẽtiam. i. circa occulta scripturaꝝ intelligentiam. Septem capita: septem montes sũt. i. prouincie sup quos mulier sedet quia regnum Turquie inualuerat super Egyptum: & reges septem sunt. i. principes illarum prouinciarum quinq̃ ceciderunt a dominio Egypti dominio Turquie. Vnus est. scilicet dominans in Iudea & Syria. & iste est rex Turquie qui dicit̃ sextum caput bestie. & alius. i. rex Egypti qui dicitur hic caput septimum. Non dum uenit. ad recuperandum Iudeam de manu Turcoꝝ. Et cum uenerit. debilitatis Turcis. Oportet

illum breue tempus manere. quia Hierusalem a Turcis ablatā nō tenuit rex egypti
nisi per annum ut dicunt historiographi predicti. Et bestia que est nō est. id est rex
Egypti ut expositū ē. Et ipsa octaua ē. cū. vii. capitibus p̄dictis. Et de. vii. est. i. de
septem capitibus: est enim caput septimum ut dictum est. & sic computatur bis eo q̄
Hierusalem bis obtinuit. sicut capitulo precedenti patet. Karolus magnus angelus
quintus ratione regni Francorum. & sextus propter adeptum imperium. Et interim
uadet. quia pluries fuit debellatus per christianos ut dicūt Episcopi supra memorati.
Et decem cornua que uidisti: decem reges sunt. i. principes sub rege Egypti. Qui
regnum. i. potestatem non dum acceperunt ab eo. Sed potestatem tanq̄ reges. quia
non fuerunt reges simpliciter: sed rectores acierum exercitus regis Egypti. una hora
acceperunt. i. illo tempore quo fuit ordinatum de illo exercitu. Post bestiam. i. sub
rege Egypti qui bestia nominatur: ut dictum est. & li post nō dicit hic ordinem: sed
subiectionem. ii uestrum consilīū habent pugnandi contra christianos p̄ rege egypti:
ideo subditur. Et uirtutem suam & potestatem bestie tradent eam pro rege Egypti
exponendo. Hi cum agno pugnabant in mēbris suis. s. Godofredo de Billon: & alijs
principibus & bellatoribus christianis. Et agnus uincet illos. nam Egyptii fuerunt p̄
christianos pluries debellati. Quoniam dominus dominorum est. & sic q̄ nullus potest
ei resistere. Et qui cum illo sunt per fidem caritate formatam usq̄ ad mortē stabiles
uocati electi per gloriam: & fideles in presenti p̄ gratiam. Et dixit mihi. Hic exponit
parabolam q̄tum ad regnum Turquie specialiter. Aquas q̄s uidisti ubi meretrix sedet.
id est Turquie regnum ut dictum est supra. Populi sunt etc. quia regnum Turquie
subiecit sibi Syriam & Iudeam & orientales populos pro magna parte. Et. x. cornua
que uidisti in bestia. i. decem principes exercitus regis Egypti ut dictum est supra.
Hi odient fornicariam. i. regnum Turquie inter Egyptios enim & Turcos erat odiū
primo propter dissensiones eorum in superstitionibus suis de lege. Secundo quia Turci
abstulerant ab Egyptijs Syriā & Iudeā. Et desolatam facient eam. primo p̄ xp̄ianos
q̄bus in obsidionē Antiochie existētibus Califfa Egyptius misit salutationes & munera
eo q̄ aduersarios eius impugnabant: & sic christianorum exercitum cōfortauit cōtra
Turcos: ut scribitur in historia Hierosolymitana. Secūdo p̄ se ipsos: qa debellatis
Turcis in partibus Antiochenis: Egyptii expulerunt eos de Hierusalē: & de Iudea
ut dictum est supra. Et manducabant carnes eius. metaphorica est locutio: sicut dicit
in usurario q̄ comedit illum cuius bona surripit per usuram. & ipsam igne cremabūt.
nam aliquos Turcos in fortalicijs existentes simul cum eis combusserunt. Deus enim
dedit in corda eorum etc. licet enim deus non sit actor mali culpe: est tñ actor mali
pene. & sic Turcos per Egyptios puniuit. Vt dent regnum suum bestie. i. ut recupet
regnum Iudee regi Egypti: quod possederat per multos annos ante Turcos donec
consumentur uerba dei de recuperatione terre sancte. per exercitū christianum: qđ
factum fuit quasi per annum postq̄ Egyptii expulerant inde Turcos ut dictum est
supra. Et mulier quam uidisti est ciuitas magna. i. Turcorum multitudo ualde nu/
merosa. Que habet regnum suum super reges terre. nam plures reges sibi subiecerat
a parte orientis ut predictum est.

.XVIII.

ET post hec uidi. Descripta Saracenorū ultitate sub metaphora meretricis & bestie
hic consequenter describitur probitas christianorum sub angelica similitudine:
& primo q̄tum ad uiros ecclesiasticos. Secundo q̄tū ad principes & laicos ibi. Et sub/
stulit unus. Prima in duas: scd̄m duas notabiles personas. Secunda ibi. Et audiui aliā
uocem. Circa primum dicitur. Et post hec uidi alium angelum. i. Abdemarū Podiēsē

Epiſcopum angelice mundicie uirum qui in exercitu principum occidentaliū & alio⁹ christiano⁹ ſuſcepit legationiſ officiū ad directionem exercituſ christiani. Deſcēdēte de celo. i. procedentem a ſummitate ſediſ apoſtolice. Habentem poteſtatem magnam in ſpiritualibuſ maxime tanq̄ legatuſ miſſuſ a latere. Et terra. i. exercituſ xp̄ianuſ. Illuminata a gloria eiuſ. i. ex eiuſ uita & doctrina. Et exclamauit in forti uoce. p̄dicanſ uerbo & opere. Cecidit cecidit Babylon magna. i. genſ Saracenica. & dicit biſ cecidit. quia primo per christianoſ fuerunt debellati Turci: poſtea uero Egyptii: ut habetur in hiſtoria frequenter ſuperiuſ nominata. hunc autem Saracenorum caſum denunciabat dictuſ Epiſcopuſ christianiſ ſi tamen uiriliter agerent de dei adiutorio confidenteſ. & facta eſt habitatio demoniorum. q̄tum ad occiſoſ qui perierunt in aīa & corpore: & q̄tum ad fugitiuoſ qui uiſa dei uindicta remanſerunt tamen obſtinati infidelitate. & ſic a demonibuſ magiſ fuerunt obſeſſi q̄ ante qui demoneſ per uolucreſ & ſpirituſ immundoſ deſignantur. & huiuſ punitionīſ cauſa ſubditur. Quia de ira fornicationiſ eiuſ biberunt omneſ genteſ. i. multe: & eſt hyperbolica loquutio ad deſignandum magnā multitudinem gentium infectaq̄ perfidia Machometi incurrētiū per hoc iram dei. Et regeſ terre cum illa fornicati ſunt. multi enim regeſ dictā pfidiā receperūt: ſimiliter etiam multi qui propter temporale lucrum frequentauerūt terrā Saracenoq̄ per hoc deprauati ſunt. unde & ego audiui a fratre fide digno q̄ uiderat naueſ impleri de christianiſ pueriſ quoſ mercatoreſ emerāt a parētibuſ eoq̄ paupibuſ ut uenderent eoſ Soldano pro magno precio: qui eoſ faciebat informari in lege Machometi. quia de christiana nihil adhuc ſciebant: ut adulti facti contra christianoſ pugnarēt. ideo ſubdit̄. Et per mercatoreſ terre. & patet littera ex dictiſ. Et audiui. Hic conſequenter agitur de ſecundo notabili uiro eccleſiaſtico. cuiuſ primo ponitur monitio. Secundo gentiſ Saracenice percuſſio ibi. Rēddite illi. Tertio percuſſi lamētatio ibi. Et flebunt. Circa primum ſciēdum q̄ in exercitu christiano fuit inter alioſ quidam ſacerdoſ ualde deuotuſ: cui reuelatum fuit a domino q̄ multi de exercitu peccauerant cum mulieribuſ Saraceniſ: propter quod deo permittente plureſ in manu Saracenorum ceciderunt. & pluſioreſ caderent de futuro: niſi penitentiam agerent. quā fecit exercituſ ad exhortationem dicti ſacerdotiſ. & hoc eſt quod dicit Iohāneſ. Et audiui aliam uocem de celo. quia celitus facta eſt dicta reuelatio. Exite de illa. id eſt immundicia Saracenica. Quoniam peruenerunt peccata eiuſ uſq; ad celū. id eſt coram deo ad puniendū. Et recordatuſ eſt dominuſ. in deo non cadit obliuio: nec per conſequenſ recordatio proprie: ſed dicitur recordari metaphorice quādo ea punit. nā tūc ad modū recordantiſ ſe habet. Reddite. Hic conſequenter ponit̄ Saracenoq̄ percuſſio: quia tunc christiani tantum & pluſ eoſ afflixerunt: quantū ampliuſ fuerūt afflicti ab eiſ. ideo dicitur. Reddite illi etc. & patet littera: & ſubdit̄ huiuſ p̄cuſſiōiſ ratio. Quia in corde ſuo dicit. ſ. genſ Saracenica ſuperbiendo de ſua potentia. Sedeo ut regina. ſuper alioſ populoſ & potiſſime ſuper christianoſ. Et uidua non ſum: nam gloriabatur in regibuſ cum ea fornicantibuſ predicto modo. Et luctum non uidebo. q̄a nimiſ confidebat in ſua potentia temporali. Ideo in una die. i. in uno tpe. Veniēt plage eiuſ. & que ſunt ille. morſ. q̄tū ad occiſoſ. & luctuſ. q̄tum ad fugitiuoſ. & fameſ. q̄tum ad obſeſſoſ. Et igni comburetur. nam multi incendio perierunt per ignē poſitū in ciuitatibuſ & uilliſ. Quia fortiſ eſt qui iudicauit illam. i. condemnauit ad hāc penā ſcilicet deuſ cuiuſ non poteſt iudicium impediri. Et flebunt. Hic conſequenter ponit̄ dicte gentiſ percuſſe lamentatio. & primo regum. Secundo mercatoq̄ ibi. Et negociatoreſ. Tertio nautarum ibi. Et omniſ gubernator. Circa primum ſciendū: q̄ ſicut

dictum est multi reges in parte orientis receperunt legem Machometi: ad quos non peruenit exercitus christianorum qui festinabāt uersus Hierusalem. & ideo dicti reges dolebant de Saracenorum occisione: quos non audebant nec poterant iuuare. & hoc est quod dicitur. Et flebunt etc. & patet littera usq; ibi. Cum uiderint fumum incēdii. eius. i. cognouerint certa reuelatione. uisus enim propter sui certitudinem frequēter ponitur pro aliis sensibus Exo. xix. populus uidebat uoces. & etiam pro cognitione intellectus. unde cómuniter dicit: uides tu hoc? id est intelligis? Longe stantes ꝓpter timorem. plures enim de regibus orientis timebāt illis dare subsidiū qui erant in ptibus Antiochenis: quas inuaserat exercitus christianus ne penā similem paterent. Ciuitas illa Babylon. i. gens Saracenica nomine Babylonis significata: ut dictum est supra. ciuitas illa fortis. propter multitudinem bellatorum & diuitiarū. Quoniam una hora id est breui tempore. Venit iudicium tuum. i. punitio tua. Et negociatores. Hic cō/sequenter ponitur lamentatio mercatorum: qui in terra Saracenorum exercebant mercationes multas & magnas: uendendo que aliunde asportabant. & emēdo que inde alibi deferebant. & sic dupliciter lucrabantur. propter quod dolebant de deuastatiōe terre. quia nō poterant ibi talia exercere. & patet littera paucis exceptis que discur/rentur. Et byssi. i. lini candidissimi. Et cocci. i. tincture rubee. & omne liguntbiū. quod est ualde album & spinosum crescens in Ophyt: & inde fecit Salon cythara: & lyras cantoribus. iii. Re. x. c. Et ammomum. species est aromatica redolens ut cyna/momum: & inde traxit nomē. Et mancipiorum. i. seruorum. Et animarum hominū. redimendo nobiles a Saracenis captos. nam inde habebant mercatores emolumentū. & accipiuntur hic anime pro hominibus: denominando totū a parte digniori sicut Exo. primo. omnes anime que egresse sunt de femore Iacob etc. Et poma desyderii anime. id est fructus desyderabiles. Et omnia pinguia. i. omnes diuitie sicut homo diues dicit pinguis metaphorice. Que amicta erat byssо etc. i. plena talibus preciosis. Et omnis gubernator. Hic cósequenter describitur lamentatio nautarum. nam in terra a Sa/racenis occupata erant multi portus magni & boni: in quibus applicabant naute ap/portantes ex terris alienis bona uenalia. & inde reportantes alia. & sic lucra duplicia reportabant: propter quod de deuastatione terre & portuū dolebant: & patet littera usq; ibi. Exulta super eam. ubi per oppositum ponitur exultatio christianorum: qa per hoc facta est uindicta de christianis per Saracenos afflictis. i. captis & occisis. Exulta super eum celum. i. ecclesia militans. Et sancti Apostoli. i. Episcopi qui sunt successores Apostolorum. Et propbete. i. doctores ecclesie. Quoniam iudicauit deus iudiciū uestrum. i. punitionem. pro malis uobis illatis. plures enim Episcopi & doctores & fideles alii: per Saracenos fuerant multipliciter afflicti & occisi. Et sustulit. Hic consequenter ponitur christianorum probitas q̄tum ad principes laicos: & primo tpe Godofredi primi regis. Secundo tempore Baldoni sibi succedentis. xix. ca. ibi. Et uidi hostium. Prima adhuc in duas. quia primo describitur christianorum uictoria. Secúdo cósurgens ex hoc letitia. in principio. xix. capituli ibi. Et uidi hostiū aptū. Circa primum sciendum: ꝙ capta Hierusalem per christianos: & Saracenis ibidē occisis pro maiori pte: & aliis electis: principes exercitus xp̄iani instituerunt Godofredū Lotboringie ducem: regem ad custodiendum terram recuperatam & acquisitā. & tūc Soldanus Egypti cum magno exercitu uenit ad debellandum regem institutum. qui sibi occurrens cum paruo exercitu: quia multi christiani repatriauerant. & cesis octo milibus paganorum: compulit eos fugere: & in porta Ascalonis suffocati sunt usq; ad duo milia. & multi ualde inter spineta & in mari fugientes perierunt. quoꝝ numerus

ignoratur. & hoc eſt quod dicitur. Et ſuſtulit unuſ angeluſ fortiſ. i. Godofreduſ rex primuſ. Lapidem quaſi molarem. i. exercitum fortem & conſtantem. Et miſit eum in mare. i. in exercitum Saracenorum qui dicitur hic mare: tum quia per mare uenerat: tum quia multitudo maxima ibi erat: que per mare deſignat: in quo ſunt multe aque ſcdm quod dicitur capitulo precedenti. aque multi: populi multi. Dicenſ hoc impetu mittetur Babylon. i. Saracenorum exercituſ qui fuit ibi ualde confuſuſ. Et uox cy/tharedorum etc. nam in triſticiam uerſa fuit eorum leticia. Et omniſ artifex etc. nam illi qui uenerant ad faciendum machinaſ pro chriſtianorum deſtructione fugerunt cum magna confuſione: & ſimiliter alii qui uenerant pro ciborum preparatione. ideo ſubditur. Et uox molle etc. Et uox ſponſi & ſponſe. quaſi diceret. nō erat inter eoſ materia gaudii ſed luctuſ: & ſubditur cauſa cum dicit. quia mercatoreſ tui hauriēteſ bona aliarum gentium erant principeſ terre. id eſt ſup aliaſ genteſ eleuati per ſupbiā & ſubditur alia cauſa. Quia in ueneficiſ tuiſ etc. multi enim populi uidēteſ ꝓſperitatē Saracenorum temporalem: receperunt eorum legem erroneam. & iterum ſubditur tertia cauſa. Et in ea ſanguiſ propbetarum etc. nam multi doctoreſ & fideleſ xp̄iani a Saraceniſ fuerant interfecti.

.XIX.

POſt hec audiui. Deſcripta chriſtianorum uictoria: hic conſequenter deſcribit̄ uniuerſaliſ eccleſie leticia. & diuiditur in duaſ parteſ. quia primo deſcribitur hec exultatio. Secundo beati Iohanniſ gratiarum actio ibi. Et dixit mihi. Circa primū dicitur. Poſt hec audiui quaſi uocem magnam. id eſt gratiarum actionem in celo mi/litantiſ eccleſie de tanta Saracenorum ſubiectione: & chriſtianorum ſubleuatione. & in celo etiā triumphantiſ eccleſie. inqua ſancti gaudent & gratiaſ agūt de beneficiſ in terra fideliū collatiſ. Dicentiū alleluia. due ſūt dictioneſ in hebreo. nam allelu. idē eſt quod laudate. ia deo lauſ & gloria. nam dicta uictoria eſt deo attribuenda. Quia iuſta & uera eiuſ iudicia ſunt. cuiuſ duplex ſubditur ratio. prima cum dicitur. Quia iudicauit de meretrice magna. i. genteſ Saracenicaſ ſpecialiter ut dictū eſt ſupra ca. xvii. eam puniendo. que corrupit terram etc. quia multoſ homineſ infecit perfidia Machometi. & conſequenter ponitur ſecunda ratio: cum dicitur. Et uindicauit ſang/uinem ſanctorum ſuorum. a Turciſ & Egyptiſ occiſorum. Et iterum dixerūt alleluia primo pro debellatione Turcorum. Secundo pro debellatione Egyptiorꝝ. uel aliter ſcilicet primo pro deuictiſ Saraceniſ. Secundo pro recuperatione ſancte ciuitatiſ. Et fumuſ eiuſ. ſ. gentiſ Saracenice. Aſcendit in ſecula ſeculorum. nam occiſi deſcenderunt ad ignem iebenne. Et ceciderunt ſenioreſ. xxiiii. id eſt uniuerſe Cathedraleſ eccleſie. Et quattuor animalia. i. quattuor eccleſie patriarchaleſ cum prelatiſ ſuiſ: ut dictum eſt ſupra ca. iiii. Et adorauerunt deum de tanto bono. chriſtianiſ collato. Et uox de trono. i. de ſede apoſtolica. Exiuit excitando omneſ chriſtianoſ ad laudād̄ deum de anto beneficio relatione certa cognito. Et audiui quaſi uocem tube. i. Hieroſoly/mitani patriarche. Et ſicut uocem aquarum multarum. i. populorum multorum cum eo gratulantium: ſicut dictum eſt ſupra. xvii. ca. aque multe populi multi. Et ſicut uocem tonitruorum magnorum. i. predicatorum inducētium alioſ ad laudandū deū. Quoniam regnauit dominuſ. ſ. Ieſuſ Chriſtuſ qui dicitur tūc in terra ſancta regnaſſe: quando Saraceniſ deiectiſ chriſtiani ſeruierunt ſibi ibidem libere. Gaudeamuſ. mēte interiori. Et exultemuſ. ſigno exteriori. exultare enim eſt quaſi extra ſaltare. quod fit quando gaudium cordiſ manifeſtatur exteriuſ ſenſibilibuſ ſigniſ. Quoniā uenerūt nuptie agni. tunc enim oſtendit ſignū dilectioniſ eccleſie in ptibuſ Hieroſolymitaniſ ſicut ſponſuſ reconciliatuſ ſponſe. & uxor eiuſ preparauit ſe ad ſeruiendum ei deuote

Et datum est illi a deo ut cooperiat se byſſo. ſplendens per interiorem ſanctitatem & exteriorem honeſtatem. quod patet ex hoc qđ dicitur. Et byſſum etc. & patet littera Et dixit mihi. Hic conſequenter ſubditur ipſius Iohannis gratiarum actio: & primo cauſa premittit̃: cũ dicitur. Et dixit mihi. ſ. angelus reuelãs diuina myſteria Iohãni: ſcribe ad futuram memoriam. Beati qui ad cenam nuptiarum agni. i. ad preceptionẽ eucariſtie ſacramẽti. Vocati ſunt. per fidem caritate formatam. Hec uerba dei. cuius nuncius erat angelus loquẽs Iohanni. Vera ſunt. nam a deo nullum falſum procedere poteſt. Et cecidi ad pedes eius. ſ. angeli loquẽtis ad faciendum ſibi reuerentiam: quam tñ angelus renuit. quia poſt incarnationem filii dei per quam humana natura aſſũpta eſt a ſuppoſito uerbi: angeli reformidant ſic uenerari a natura humana: quam uident ſup ſe eleuatã in filio dei: qui eſt eiusdẽ nature numero cũ patre. Deũ adora. adora/tione latrie. Teſtimoniũ enim Ieſu eſt ſpiritus prophetie. i. omnis ꝓphete teſtimoniũ perhibent Ieſu Chriſto: ſcđm quod dicitur Act. x. Et uidi celum apertum. Hic cõ/ſequẽter ponitur chriſtianorum uictoria tempore Baldouini qui ſucceſſit Godofredo fratri ſuo: anno domini milleſimo centeſimo. cuius primo ponitur conditio. Secundo quedam eius uictoria notabilis ibi. Et uidi unum angelum. Circa primum dicitur. Et uidi celum apertum. quia Iohanni fuit reuelatum celitus quod erat in dei preſcientia clauſum. Et ecce equus albus. i. regnum Hieroſolymitanum decore & ſanctitate de/albatum: ut predictum eſt. Et qui ſedebat ſupra eum. ſ. Baldouinus. Vocabat̃ fidelis & uerax. nam ad litteram fidelis fuit in factis. & uerax in dictis. Et cũ iuſticia iudicat populũ. ſibi ſubiectũ. Et pugnat. nam rex inſtitutus ſtatim cepit dilatare notabiliter regnũ ſuũ ꝑ expugnationem Saracenorum. Oculi aũt eius ſicut flamma ignis. Nam aſpectus eius erat terribilis Saracenis. Et in capite eius dyademata multa. nã in terra Phyliſtinorum & Tyri & Sydonis plures obtinuit ciuitates: in quibus erant antiqtus reges. Habens nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe. bona enim opera ſua q̃tum potuit celauit a laude humana. Et ueſtitus erat ueſte aſperſa ſanguine. ſ. Sarracenoꝝ ab eo occiſorum. Et uocabatur nomen eius uerbum dei. nam ad predicationem uerbi dei terram natiuam dimiſit & ultra mare iuit. Et exercitus qui ſunt in celo. i. tẽplarii & hoſpitalarii: quorũ ordines tunc fuerunt inſtituti: ad militandũ contra aduerſarios Chriſti. Sequebãtur eum in preliis. In equis albis. i. in corporibus caſtitate dealbatis. nam de ꝓfeſſione eoꝝ eſt uotum caſtitatis. Veſtiti byſſino. per interiorẽ & exteriorẽ mundiciam: ut dictum eſt ſupra. Et de ore ipſius procedit gladius acutus. nam uerbis efficacibus hortabatur & excitabat bellatores ſuos cõtra gẽtes infideles. Et ipſe reget eos in uirga ferrea. eorum pluries ſuperbiam frangendo. Et ipſe calcat torcular uini etc. quia fuit exequutor diuine iuſticie in Saracenici ſanguinis effuſione. Et habet in ueſtimento ſuo & in femore ſuo rex regum: & dominus dominantium. ex p̃dictis enim patet ꝙ habuit conditiones regis ualde excellentes. propter quod dicitur. Rex regũ tpe ſuo: eo mõ quo roſa dicitur flos floꝝ. Et uidi. Poſtq̃ deſcripta eſt Boldouini regis conditio: hic conſequenter deſcribitur quedã ipſius uictoria ualde notabilis. Ad cuius intellectũ ſciẽdum: ꝙ anno quinto regni Baldouini principes Egypti dixerũt ſuo Califfe ꝙ tempus erat aptum ad recuperandum terram a chriſtianis occupatã: tũ quia plures chriſtiani principes ad terram natiuitatis ſue redierant: tũ qa remanẽtes bellis frequenter afflicti & depauperati erant: ut dicit Epiſcopus Tyrenſis ſecundo libro ca. iii. addũc etiã expoſitores aliq ꝙ ad hoc etiã erant excitati ꝑ quoſdã falſos prophetas Saracenorum: qui aſſerebant in breui petram ſancti ſepulchri fruſtatim conterendam. & crucem ſanctam in profundum maris ſubmergendam. & xp̃ianitatẽ

de terris illis penitus delẽdã. qbus assẽtiẽs dictus Califfa ꝓuit exercitũ ualde magnũ per terram & mare: ad obtinendum quod erat ei suggestum. quo audito xp̃iani pauci existentes fuerũt territi: sed patriarcha Hierosolymitanus eos confortans ꝓmittebat eis si de domino confiderent uictoriam affuturam: ꝙ aues celi carnibus Saracenorum essent saturate. preferens quasi pro uexillo dominice crucis lignum. sic igitur nostri cũ quingentis equitum & duobus milibus peditum contra hostes quoꝝ numerus erat. xv. milium: absq; illis qui in classe uenerant animosius procedẽtes ꝓstrauerũt ex hostibus maximam multitudinem: & residui conuersi sunt in fugam. de classe etiam illa magna pars a nostris fuit retenta. dicit igitur Iohannes. Et uidi unum angelũ. i. patriarchã Hierosolymitanum. Stantem in sole. per eminentiam uite & doctrine. secundũ illud Ecclesiast. primo. sicut sol refulgens: sic ille refulsit in templo dei. Et clamauit uoce magna in exhortatione predicta. Dicens auibus etc. quia per congressum ad eius exhortationem factum: aues satis habuerunt ad comedendum. Et uidi bestiam. i. Egypti Soldanum & reges terre sibi subiectos: & exercitus eorum congregatos in mari & in terra. Ad faciendum prelium cum illo etc. i. cũ rege Baldouino. & exercitu suo. App̃hensa est bestia etc. i. rex Egypti. Et ꝓpheta falsus. q in astucia sua fuerunt comprehensi. nam cõtrarium eius quod cogitauerat euenit. Qui fecit signa falsa qbus seduxit eos qui acceperant caracterem bestie. i. arma & uexilla secte Machometice. Et qui adorauerũt imaginem eius. i. Califfam Egypti representantẽ pson̄ Machometi. Viui missi sunt hi duo. i. Califfa: & propheta: qui non fuerunt in dicto prelio. & accipiẽ hic singulare pro plurali. s. propheta pro prophetis. sicut Exo. viii. uenit musca grauissima. i. muscę in stagnum ignis ardẽtis. i. manentes in infidelitate. Descẽderunt ad ignem iehenne. & ceteri occisi sunt. scilicet qui uenerant ad pugnam contra regem Baldouinum. & patet littera. .XX.

ET uidi angelum. Descripta in generali & speciali septima plaga: hic consequenter describitur ecclesie noua promotio. & diuiditur in duas partes. quia primo describitur promotio hec. Secundo christianorum iterata ꝑsequutio ibi. Et uidi sedes. Sciendum tamen ꝙ primam partẽ & secundam in parte exponunt aliq de Calisto papa. & Heinrico imperatore huius nominis. v. qui cogente eum papa sub indeterminatione anathematis renunciauit consuetudini qua usi fuerant imperatores .s. inuestiendi Episcopos & abbates per baculum & annulum. ꝑ. ccc. annos & amplius .s. a tẽpore Karoli magni: que potestas ei cõcessa fuerat ab Adriano papa in cõcilio Rome celebrato: ut habetur in cronica Sigisberti. & sic exponunt hanc litteram. Et uidi angelum. i. papam Calistum. Habentẽ clauem abyssi. i. potestatẽ excõmunicãdi qua segregatur quis a communione fidelium. Et cathenam magnam in manu sua. i. multitudinem cardinalium & prelatorum in hoc facto sibi assistentium: & app̃hendit draconem. i. Romanum imperatorem: & ligauit eum per censuram ecclesiasticam ne amplius predicto modo usurparet ecclesiasticam iurisdictionem. Per annos mille. id ẽ per tempus Christi quod currit usq; ad Antichristum. & ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato: sicut per. xxiiii. seniores designatur uniuersitas Eporum supra ca. iiii. Et signauit super illum ut non seducat etc. i. sub pena excõmunicatiõis restrinxit illum: ne amplius se intromittat de iurisdictione ecclesiastica: ideo subditur. Et uidi sedes. i. summi pontificis & imperatoris distinctas iurisdictiones. Et sederunt super eas. unus exercens ecclesiasticam iurisdictionem: & alius temporalem. Sed huic expositioni non consonat sequens littera que subditur in eodem uersu. Et animas decollatoꝝ etc. qđ exponunt de persecutione Soldani in qua multi christiani fuerunt

occisi. Item de hoc sathana alligato per mille annos: dicit hic q̄ post hoc oportet illū solui modico tēpore: quod exponunt de Antichristi tēpore in quo laxabit potestas demōis ad decipiēdum gentes. & ideo q̄ hi dicunt per sathanam intelligi Romanū im/peratorē uidetur esse contradictio & per consequens nimis extorta expositio. p̄pter qd exponēdo hanc litteram tanq̄ expletam de preterito: saluo meliori iudicio uidet hec littera melius exponi de papa Innocentio: qui approbauit ordines predicatorū: & fratrū minor̄: p̄ quor̄ doctrinā & p̄dicationē ē ecclesia qd̄ammodo renouata. Et potestas demonū ē restricta. unde multe demonū illusiōes que añ fiebāt: cessauerūt. & hoc est qd dicit Iohannes. Et uidi angelū. i. Innocentiū papam tertiū. Descēdētē de celo. i. de apice pontificali cōdescendentem beato Francisco: & Dominico habētē clauem abyssi. i. potestatem approbandi predictos ordines ad reprimendā potestatē diaboli. & cathenā magnā. i. fratrū utriusq̄ ordinis multiplicationē. Et apprehendit draconem etc. quia per eorum predicationem & doctrinam potestas demōis ē repssa: & reprimetur usq̄ ad Antichristi tempora. ideo. subditur. Et post hoc oportet illum solui modico tpe. nam Antichristi persequutio breuis erit: respectu persequutionum precedentium. s. Iudeorum Tyrannorum: hereticorum Saracenor̄. Et uidi sedes. Hic ponitur christianorum renouata persequutio: quam aliqui exponunt de p̄sequutiōe Soldani ut dictū est. sed mihi uidetur exponi de Tartaris: qui anno domini millesimo cc. xl. de terra sua exeuntes multos populos tam christianos q̄ paganos occiderunt. & sic dicitur. Et uidi sedes. i. plurium regnorum Metropoles ciuitates. Et sederunt sup eas. s. Tartari eas subiciendo sibi. Et iudicium datum est illis. i. potestas interficiendi homines. scd̄m demerita illius temporis. Et animas decollator̄ etc. hoc dicitur q̄tum ad christianos ab eis occisos. Nomen Iesu Christi confitentes. & Machometum qui supra bestia dicitur: & legem eius & morem & cultum totaliter neganteſ. & uixerunt uita glorie in animabus. Ceteri uero mortuorū. q̄tum ad paganos & infideles occisos a Tartaris. Nō uixerūt. s. uita glorie: sed mortui fuerūt i aīabus morte iebēne. Donec cōsumentur mille anni. i. tempus Christi. nam resurgent cum alius in fine mundi ut puniantur simul in anima & corpore. Hec est resurrectio prima. Secundo uero erūt quando resurgent in corporibus gloriosis. & quia isti sūt iam securi de sua beatitudie quam iam habent in aīa: & postea habebunt cum hoc in corpore. Ideo subditur. In his secunda mors. i. pena iebenne. Non habent potestatem: sed erunt sacerdotes dei etc. i. colentes eum caritate perfecta. Et regnabunt cum illis mille annis. hoc est usq̄ ad resurrectionem generalem: & sic patet q̄ loquitur de gloria: quam habent sancti ante iudicium. patet igitur qualiter hec littera a principio. xvii. ca. usq̄ ad locū istū potest exponi: ut iā cōpleta. uerūtamen hec expositio impropria uidet in pluribus & extorta: primo quia. xvii. capitulo dictum est q̄ per bestiā habentem capita. vii. intelligitur rex Egypti: & per mulierem fornicariam rex Turquie. & postea dictum est q̄ unum de septem capitibus bestie. s. sextum est rex Turquie: quod dissonat precedētibus: maxime quia rex Egypti & rex Turquie erant adinuicē inimici: ut dictū est in eodem capitulo & etiam supra. Item capitulo. xviii. ubi agit de punitione secte Saracenice sub nomine Babylonis plura dicuntur: ex quibus uidetur intelligi totalis eius destructio ut cum dicitur. Cecidit cecidit Babylon magna: & facta est habitatio demonior̄. Itē ex eo qd̄ postea subdit. In una die uenient plage eius mors & luctus: & fames: & igni cōburetur. Item ex eo quod postea subditur in eodem capitulo. Hoc impetu mittetur Babylon & ultra iam non inuenietur etc. Ex quibus uidet intelligi eius destructio totalis: scd̄m expositionē dictam: cum tamen Saraceni remanserint in

regno Egypti & Turquie: que tunc non fuerunt per christianos acquisita. nec etiã postea: sed solũ una pars Syrie & Iudea: & cum hoc ista loca perdiderũt christiani ꝑ maiorem partem tempore Soldani quasi per. lxxx. annos postq̃ fuerant a xp̃ianis occupata. & postea illa que remanserant a christianis. s. Achon tripolis & quedã alia fuerunt a Saracenis partim destructa: partim possessa. Item quod postea. xix. capit. exponitur de Baldouino rege. Et in capite eius dyademata multa. propter aliquas ciuitates regias quas acquisiuit. uidetur improprie dictum. quia regnum eius nunq̃ sic creuit quin remanserit satis paruum. Item quod ibi subditur. Habens nomẽ scriptũ quod nemo nouit nisi ipse. quia nomen dicti regis & eius conditiones fuerunt alius note talis enim occultatio nois uidetur cõuenire solũ diuis personis. Matth. xi. nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius. propter quod hec littera non uidet intelligi de rege Baldauino: sed tantum de Christo. unde ibi subditur. Et uocabatur nomen eius uerbum dei. quod solum conuenit filio in diuinis: ut patet Iohan. primo. Verbum caro factum est etc. Item postea subditur. Habet in uestimento suo. & in femore suo scriptum rex regum & dominus dominantium. de Christo exponitur ad litteram a sanctis & doctoribus catholicis. Item quod ibi interponitur. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum etc. quod expositum est de templariis non uidetur bene dictum. nam illa uictoria fuit anno quinto regni Baldouini ut dictũ est supra: qui regnare cepit anno dñi millesimo. centesimo. ordo uero templariorũ approbatus fuit anno domini millesimo. c. xxviii. & exemplo templariorũ hospitalarii ceperunt in armis exercere. licet ante eos fuissent instituti ut dicit Episcopus Anchonensis ca. lxv. & uidetur ꝙ non fuerunt in exercitu dicti Baldouini regis qui regnauit. xviii. annis tantum: ut dicit idem Anchonensis ca. lxxxxv. Item scd̃m expositionẽ p̃dictã oia scripta in dictis tribus capitulis huius libri ab annis ducentis & ampliꝰ sũt cõpleta ut patet ex supradictis. littera uero sequens immediate exponitur ab omnibus de tpe Antichristi: ꝙ autem de statu ecclesie q̃tum ad contingentia in tanto intermedio tpe cum adhuc aduentus Antichristi non apparet propinquius nihil scripserit Iohannes non uidetur conueniens maxime cum a doctoribus communiter tenetur ꝙ Iohãnes in hoc libro scripsit notabilia circa ecclesiam contingentia usq; ad mundi terminum. propter hec & plura alia que dici possent contra expositionem predictam uidet mihi saluo meliori iudicio ꝙ tota littera a principio. xvii. capituli usq; ad locum istum non sunt impleta. & quia non sum propheta: nec filius prophetie nolo ex futuris aliquid dicere nisi illud qd̃ ex scriptura sancta uel dictis sanctoꝝ & doctorum autenticorum elici potest. propter quod expositionem littere dicte sapientioribus dimitto. Si uero circa hoc dominus mihi dederit intellectum: libenter alius communicabo. Et cũ consumati. Hic consequenter describitur persequutio Antichristi. de qua sacra scriptura & sancti loquuntur in pluribus locis: cum dicitur. Et cũ consumati fuerint mille anni id est tempus ecclesie usq; ad tempus Antichristi. soluetur sathanas. cuius potestas fuit restricta per Christi predicationem & eius passionem. & apostolorum & sanctorum predicatorum doctrinam. sed relaxabitur Antichristi tẽpore. ideo subdit̃. Et seducet gentes qui sunt supra quattuor angulos terre. quia de omnibus mundi partibus aliqui adherebunt Antichristo seducti a suis predicatoribus diabolo cooperante & sermonẽ confirmante: sequentibus signis ueris. Matth. ultimo. Goth: & Magoth. q interp̃tat tectum: intelligitur Antichristus: qui erit demonis habitatio. p Magoth q interp̃tat detectio: intelliguntur adherentes Antichristo: sicut dictũ fuit plenius Ezech. xxxix. ca. Et congrebit eos in prelium. contra dei filium. Et ascenderunt super latitudinem

terre. ad cogendum omneſ obedire Antichriſto. loquitur tamen hic de futuro ꝑ modū preteriti propter certitudinem prophetie: quod frequenter fit in prophetiſ. Et circuierunt caſtra ſanctorum .i. chriſtianorum ad eoſ deſtruēdum. Et ciuitatem electā. id eſt Hieruſalem que tunc a chriſtianiſ habitabatur ut dictum fuit Ezech. xxxix. Et deſcendit ignis a deo de celo. quia Antichriſtus fulminabitur per Michaelem archangelum Chriſto precipiente. & magna parſ ſui exercituſ cum eo: ſicut dictum fuit ſecunda Theſſalo. ii. Et diaboluſ qui ſeducat eoſ. quia tunc reſtringetur ſicut priuſ & ampliuſ poteſtaſ ſua quia religabit̄ in freno. Vbi & beſtie. id ē beſtialiter uiuētes & pſeudoprophete Antichriſti qui eoſ decipient: cruciabuntur die ac nocte etc. id ē ſine fine. per hoc autem quod dicitur hic. Et circuierunt ciuitatem dilectam & deſcendit ignis etc. patet ꝙ Iohanneſ non loquitur hic de Tartariſ ut uolunt aliqui dicere: qm̄ non inuentuntur Tartari Hieruſalem a chriſtianiſ habitatam obſediſſe. nec ignis de celo deſcendens eoꝝ exercitum deuoraſſe. Et uidi thronum. ſuperiuſ beatuſ Iohānes deſcripſit ſtatum eccleſie generale iudiciū precedentem: hic conſequenter deſcribit ipſū iudicium dicens. Et uidi tronum magnum. in quo deſignatur iudicantiſ xp̄i poteſtaſ infinita. Candidum. in quo deſignatur iudicii claritaſ: quod notum erit omnibuſ eſſe iuſtum. Et ſedentem ſuper eum. ſ. Chriſtum hominem & deum. Ad cuius conſpectum fugit terra & celum. nam tunc immutabuntur in ſtatu in quo ſunt. Et uidi mortuoſ magnoſ & puſilloſ. quia ſicut dicit Apoſtoluſ ſecunda Cor. v. oportet noſ omneſ manifeſtari ante tribunal Chriſti. Et libri aperti ſunt. ſ. conſcientiarum. nam oím merita & demerita omnibuſ erunt nota. ut ſic appareat omnibuſ iudicantiſ iuſticia. Et aliuſ liber apertuſ eſt: qui eſt liber uite. & hic liber idem eſt quod predeſtinatio diuina que dicitur liber metaphorice: eo ꝙ in eo repreſententur illi qui ordinati ſunt ſimpliciter ad conſequendū uitam beatam: qui liber aperiet̄ in iudicio. quia tunc appebit manifeſte qui ſunt ad beatitudinem aſſumendi: & qui non. Et iudicati ſunt mortui ex hiſ que ſcripta erant in libriſ. ſ. conſcientiaꝝ: quia non ſolum iudicabūtur ſc̄m opera & dicta: ſed etiam ſc̄m intentioneſ interioreſ & cogitata. Et dedit mare mortuoſ. iſtud fiet ante iudicium quod precedet reſurrectio mortuorum: licet hic ſcribatur poſt. qa frequenter in ſacra ſcriptura priuſ facta poſteriuſ narrant̄. reſurgent aūt dimerſi in mare. que per mortem hic deſignatur. Anime etiam in inferno detente redibunt ad corpora. licet tā ſint mortui morte culpe & iebenne: ideo dicitur hic. ꝙ infernuſ dedit mortuoſ ſuoſ & iudicabitur de ſinguliſ. repetitio eſt eiuſ qđ dict̄ū eſt ſupra. ad maiorē aſſertionem. Et infernuſ & morſ miſſi ſunt in ſtagnum ignis. i. penam iebenne. & per mortem hic intelligitur diaboluſ. cuiuſ inuidia morſ intrauit in orbem terrarum: ſicut ſol dicit̄ caliduſ effectiue & non formaliter. demoneſ enim ſunt immortaleſ. p infernū autem intelliguntur peccatoreſ damnati cum demonibuſ: ſicut enim conſentiunt eiſ in culpa ſic aſſociabuntur in pena. Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. qui paratuſ eſt diabolo & angeliſ eiuſ. .XXI.

ET uidi celum nouum. Deſcripto finali iudicio: conſequenter deſcribitur eccleſie ſtatuſ poſt iudiciū: & primo in generali. Secundo magiſ in ſpeciali ibi. Et uenit unuſ. Circa primum primo predicit Iohanneſ innouationem mundi ſenſibiliſ dicens. Et uidi celum nouum: & terram nouam. & per iſta duo intelliguntur elemēta materie ignis aer & aqua. hec enim omnia innouabuntur & in meliuſ mutabuntur: ideo ſubdit̄ Primum enim celum & prima terra abiit etc. non eſt per hoc intelligendū ꝙ mutetur eorum ſubſtantia: ſed ea manente meliorabunt̄ in qualitatibuſ ſuiſ: & in ꝓprietatibuſ ut in claritate: & diaphaneitate & ſimilibuſ. & totum cedit ad gloriam electorū qui

ex creaturis laudant deum. Et ego. Hic secundo Iohannes describit innouationem humane nature q̃tum ad electos dicens. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem. id est electorum societatem perfecta caritate unitam. Nouam. q̃tum ad corporum glorią. corpa enim sanctorū que nūc sūt corruptibilia: grossa: pōderosa: & obscura: resurgēt immortalia: subtilia: agilia: & clara. & quia hoc fiet per gloriam animarum ad corpa redundantem: Ideo subditur. Descendentem de celo. Nam anime beate descendent de celo empyrreo ut corpora resumant & in iudicio cōpareant. a deo paratā. dotibus anime & corporis. ideo subditur. Sicut sponsa etc. Et audiui. Hic tertio Iohannes describit cōsumationē finalem: & primo q̃tum ad electos. Secundo q̃tum ad reprobos ibi. Timidis autem. Circa primum dicit. Et audiui uocem magnā de throno. s. diuis maiestatis: dicentem. Ecce tabernaculum dei cū hominibus. i. habitatio dei cū hoībus inseparabilis. quia beati habebunt eum semper presentem per apertam uisionem: & p/fectam fruitionem. & quia per hoc excludit̄ omne malū culpe: & pene. ideo subdit̄. Et mors ultra non erit etc. quia primo abierunt. nam in ecclesia militante que dicit̄ terrestris Hierusalem ista sunt & erūt usq; ad iudicium. Et dixit qui sedebat in throno .s. deus trinus & unus. Ecce noua facio omnia. s. celos elementa: & elementoꝝ corpa: ut patet ex predictis. Et dixit mihi scribe etc. ad informationē ecclesie. Et dixit mihi factum est. i. consumatum est gaudium electorum. Ego sum alpha & o. qđ exponit̄ cum subdit̄. i. principiū & finis. alpha enim est prima littera greca. & o ultima. deus enim omnium est principium effectiuum a quo omnia producuntur. & finis in quem omnia ordinant̄. Ego sitienti. i. debito modo desyderanti. Dabo de fonte aque uiue. id est de participatione uite beate. Gratis. licet enim habentes gratiam mereantur de condigno beatam uitam: tamen ipsa gratia per quam opa fiūt meritoria de cōdigno gratis datur. alioquin gratia iam non esset gratia Ro. xi. qui uicerit carnem mundū: & diabolum: possidebit hec hereditate perpetua. Et ero illi deus. dans glorią. Et ipse mihi filius. per assimulationē factā prima Ioban. iii. cū apparuerit similes ei erimus: & uidebimus eum sicuti est. Timidis. Hic consequenter ponitur finalis consumatio q̃tum ad reprobos: cum dicitur. Timidis aūt. timore mūdano declinantibus ad peccata mortalia: & in eis perseuerantibus. Et incredulis. i. Iudeis Saracenis & ceteris fidem catholicam respuentibus. Et execratis. i. reuertentibus ad peccata enormia post eorū condonationem: sicut canis ad uomitum. Et homicidis. facto uel uolūtate deliberata. Et fornicatoribus. & per fornicationem intelligunt̄ cetera carnis uicia. Et ueneficis. id est magis & sortilegis. Idolatris. cultum deo debitū tribuentibus creaturis. Et oībus mendacibus. mendacio pernicioso. & per hec uicia intelligūtur omnia alia uicia mor/talia. Pars illorum. i. retributio. erit in stagno ardenti. i. in pena iebenne que dicit̄ mors secunda. Et uenit. Hic consequenter describitur status ecclesie magis in speciali post iudicium. Sciendum tamen ꝙ aliqui aliter exponunt de tempore ante iudicium: & etiam ante aduentum Christi: quod nituntur ex hoc ostendere quod dicitur infra xxii. ca. qui nocet noceat adhuc. & qui in sordibus est sordescat adhuc. & iustus iusti/ficetur adhuc. post iudicium uero non erit tempus nec locus meriti & demeriti. dicunt igitur ꝙ per angelum hic introductum intelligitur Innocentius papa tertius qui ap/probauit ordines predicatorum & fratrum minorum: qui dicunt̄ hic ciuitas Hierusalē noua. scđm illud Prouer. xviii. frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. ambo enim ordines ad idem opus sunt ordinati. i. ad predicationem euangelii. dicunt igitur ꝙ fundamenta huius ciuitatis sunt beatus Franciscus & Dominicus horum ordinum fundatores. dicuntur tamen in numero duodenaria hec fundamenta: quia sunt. xii.

Apostolorum imitatores. murus uero regularis obseruantia per precepta & statuta. porte uero religionum ingressus qui dicuntur ad quattuor partes orbis. nã ex oĩbus mundi partibus aliqui ingrediuntur istos ordines. angeli uero in portis existentes sunt ministri & priores prouinciales qui per se uel per alios recipiunt ad ordines uentẽtes. & sic alia hic dicta adaptant ad suum propositum: prout possunt. licet aũt hec expo/ sitio saluari posset in aliquo sensu mystico: non tamen in sensu litterali: sicut credo. primo quia dicitur hic ꝙ angelus hic introductus docuit Iohannem dicens. Veni & ostendam tibi etc. quod non potest uerificari de Innocentio papa: cũ post Iohannẽ fuerit per mille annos & amplius. Item quia infra dicitur de hac ciuitate & templum non uidi in ea. dicti autem ordines ecclesias habent. Item quia subditur. Et ciuitas nõ eget sole neq; luna. & postea. Nec intrabit in ea aliquid coinquinatum abhoĩationẽ faciens & mendacium. dicti uero ordines indigent illuminatiõe solis & lune: nec oẽs intrantes sũt immaculati. nec omnes bene intrantes perseuerant in bono. sed multi fiũt apostote & pessimi. unde dicit Augustinus. Sicut non inueni meliores his qui in mo/ nasterius profecerũt: ita non inueni peiores illis qui in monasterius defecerunt. ꝓpter que & plura alia que possent induci contra dictam expositionem inq̃tum dicunt eam litteralem esse: uidetur mihi ꝙ ciuitas hic descripta sit Hierusalẽ superna. unde post p̃missa uerba de ĩgressu huius ciuitatis subdit. Nisi q scripti sũt ĩ libro uite & agni. hi sunt predestinati qui Hierusalem supernam ingrediuntur & nulli alii. & ideo sicut tã premissi hic describitur status ecclesie triumphantis magis in speciali. & diuiditur in partes scd̃m plures eius conditiones: que patebunt prosequendo. describitur aũt p̃mo quo ad situm sublimem. premittitur tamen persona alloquens beatum Iohannem cum dicitur. Et uenit unus de septem angelis. per hunc enim intelligitur beatus Iacobus q supra. xvi. ca. dictus est unus de septem angelis habentibus phialam: & p̃cessit beatũ Iohannem in gloria. propter quod ex dei uolũtate potuit ei reuelare secreta celestia. Veni & ostendam tibi sponsam. i. Hierusalem supernam ut dictum est in principio capituli. que dicta est uxor agni modo speciali: quia coniungitur ei inseparabiliter & eternaliter. non sic autem ecclesia militans que cessabit in fine mundi sicut impfectũ aduentente perfecto. & figura aduentente figurato. sicut enim lex ueterus imperfecta fuit & figura respectu noue legis: sic etiam ecclesia militans respectu triumphantis. cuius status omnino perfectus erit in resurrectione generali. ex tunc enim electi se/ parabuntur a reprobis. & erunt in anima & corpore perfecte beati. resurgent enim in corporibus gloriosis. per anime gloriam ad corpora redundantem. Et sustulit me in spiritu. hoc dicit ad ostendendum ꝙ non uidit tunc gloriam electorum prout erit in se: sed in aliquo eam representante. s. in ciuitate que infra describitur quã uidit ima/ ginaria uisione. & eius significationem intellexit: aliter non fuisset uisio prophetica: sicut declaratũ fuit diffusius in principio libri Psal. & in principio libri Dañ. In mõtẽ magnum & altum per quem designat̃ celũ empyrreum. qd̃ scd̃m sanctos & doctores locus beatorum est: & in corporalibus habet situm supremum. Et ostendit mihi. Hic consequenter describitur q̃tum ad pulchrum aspectum cum dicitur. Ciuitatẽ sanctã Hierusalem. s. supernam descendentem de celo ad resumendũ: nam aĩe beate descẽdẽt ad resumendum corpora & communicandum eis gloriam: ut dictũ est supra in p̃ncipio capituli. & etiam ibi incipiet status perfectus beatitudinis electorum. potest etiã aliter exponi. quia beatitudo celestis non potest ab electis haberi nisi prius quodammodo ad eos descendat in presenti. nam donũ glorie per quod efficiuntur digni uita beata: est quedam inchoatio & participatio glorie: propter qd̃ in oratione dominica secũda

petitio ponitur: aduenīat regnum tuum. i. ad nos ueniat. quia non possumus uenire ad ipsum nisi prius ad nos ueniat dicto modo. Habentem claritatem dei. nā claritas beatorum q̄tum ad gloriam anime & etiam corporis est quedam participatio diuine claritatis: per quam beati sibi conformantur prima Ioban. iii. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus. Et lumen eius simile lapidi precioso. i. Christo qui dicitur lapis p̄ciosus. p̄ma Petri. ii. ecce ponā in Syon lapidē sūmū angularē electū p̄ciosū. in beatitudine nāq; celesti p̄ gloriā corpis & aie conformabuntur homini Christo. sicut mēbra capiti. Tanq̄ lapidi Iaspidis sicut christallum. nominatiui casus est & neutrius generis. scd̄m antiquos. compatur autem Christus Iaspidi: tum propter pluralitatem colorum. & in Christo sunt tres nature. s. diuina. anima intellectiua: & corpus. tum quia Iaspis confortat uisum & beati delectantur in uisione Christi. nam aspectu sue diuinitatis reficiūt interius & aspectu sue humanitatis exterius. scd̄m qd̄ dicit August. exponens illud Ioban. x. ingredietur & pascua inuenīet. Sicut christallum. quod ualet contra sitim & ardorem. & sic Christus est remedium contra sitim & ardorē cupiditatis. eo q̄ tenuit uiam paupertatis. Et habebat. Hic consequenter describit̄ supna Hierusalem q̄tum ad ciuitatis situm. & primo in generali. Secūdo magis in speciali ibi. Et qui loquebatur mecum. Circa primum dicitur. Et habebat murum magnum. id est spissum & altum: per quem designatur securitas diuine protectiōis: que maxie relucet in statu superne beatitudinis: quā nullus habēs potest ammittere. Et habentē portas xii. que sunt obseruationes mandatorum: per quas habetur ingressus ad beatitudinis uitam. Matth. xix. si uis ad uitam ingredi serua mandata. & ideo sunt. xii. porte. nā obseruatio decem preceptorum decalogi: cum duobus preceptis caritatis: facit ad uitā ingredi. Et in portis angelos. xii. nam electorum anime deferunt̄ ad celū p̄ mīsteriū angelorum. Luce. xvi. Factū est autem ut moreretur mendicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahe. Et nomina scripta que sunt nomina. xii. tribuum filiorum Israel. omnium. s. fidelium qui indifferenter admittuntur ad regnum sine acceptione personarum. Ab oriente porte tres etc. nam ex omnis orbis partibus colligunt̄ electi intrantes ianuā padysi. dicūt̄ aūt porte tres: ad quālibet orbis partem principalem. nā in fide trinitatis recipiuntur electi ad gloriam celestem. Et murus ciuitatis habēs fundamenta. xii. id est. xii. articulos fidei. nam scd̄m qd̄ dicit Apostolus Hebre. xi. fides est substantia rerum sperandarum. i. bonorum celestium: que sunt res sperande. & in hac diffinitione fidei accipitur substantia pro inchoatione: siue fundamento. eo q̄ fūdamentum est inchoatio domus. per fidem uero formatam inchoat̄ beatitudo celestis in nobis sicut plenius fuit dictum Hebre. xi. Et in ipsis. xii. nomina Apostolorum & agni. i. Christi. nā. xii. articuli fidei sunt de Christo. sex pertinentes ad eius diuitatē: & sex ad eius humanitatem. & hoc scd̄m communiorem distinctionē articulorū q̄uis aliqui distinguant. xiiii. articulos fidei: septem de diuinitate: & septem de humanitate. dicuntur autem noīa Apostolorum in ipsis fundamētis scripta. qa p̄mo diuulgauerūt fidem Christi predicando & pro ipsa moriendo. Et qui loquebatur. Hic consequēter describitur edificiū ciuitatis celestis magis in speciali. & primo proponit intentū dicēs. Et qui loquebatur mecum. s. angelus. Habebat mensuram arundineam aureā. id est similem arundini in figura. quia non posset esse aurea & cum hoc arundo uera. Vt metiretur ciuitatem. q̄tum ad spacium intra muros contentū. Et portas eius & murū. quantum ad eius altitudinem. nam habita mensura spacii intra murum contēti habet mensura muri. nam interior pars muri ut dictum spacium contingatur. Et ciuitas in quadro equilatro posita est. i. dispositā: quod patet ex eo quod subdit̄. Et longitudo

eius tanta est quanta & latitudo. quod non posset esse nisi quadrum esset eqlaterum: per hoc enim intelligitur quadratura quattuor uirtutum cardinalium: que manent in patria scd'm doctores catholicos: tamen scd'm alios actus q̃ in uia: nam actus prudentie est ibi nullum bonum deo preponere uel equare. fortitudinis aút deo firmissime inherere. temperantie uero nullo defectu noxio delectari. iusticie deo subditum esse. Et mensus est. Hic exequitur propositum: & primo q̃tum ad ciuitatis spaciú. Secúdo q̃tum ad murú ibi. Et mensus est murú, Tertio q̃tú ad fundamenta ibi. Fúdamẽta. Quarto q̃tum ad portas ibi. Et. xii. porte. Circa primú dicit. Et mensus est ciuitatẽ. id est spaciú ciuitatis. Per stadia. xii. milia. nó potest intelligi q̃ ista. xii. milia stadia contineant totum spacium ciuitatis: & precise. nam illud spacium oportet esse quadrú equilaterum ut dictum est. duodecim autem non est numerus quadratus. dicitur autẽ quadratus numerus: qui resultat ex ductu unius numeri in seipsum: sicut ex ductu binarii in seipsum resultat quaternarius. nam bis duo sunt quattuor. ter tria sút. ix. quater q̃ttuor sunt. xvi. & sic consequenter patet q̃ inter. ix. &. xvi. non erat aliq̃s numerus quadratus. & ideo si spacium ciuitatis esset. xii. milium stadiorum precise nó posset esse quadratú equilaterum. propter quod dicẽdum q̃ ista. xii. milia stadia mẽsurant unum latus huius quadri: & per consequens totum spacium continet duodecies xii. milia stadia: que sunt in uniuerso. c. xliii. milia stadia. & est numerus q̃dratus resultans ex ductu numeri duodenarii in seipsum. hic autem numerus cótinet nouies xvi. cum igitur. viii. stadia faciant miliare unum: & duo miliaria leucam unã: seq̃ q̃ predictum ciuitatis spacium continet. xviii. milia miliarium &. ix. milia leucaꝝ: & quodlibet latus muri. xii. milia stadia. & totus eius ambitus. xlviii. mille stadia: qui numerus ponitur quadratus equilateruſ. nec tamen cõputatur hic spissitudo muri: sed tantum superficies: ut patet ex predictis. Hec autem significant magnitudinem loci beatorum: scd'm quod dicitur Baruc. iii. o Israel q̃ magna est domus dei: & ingens possessio eius. tamẽ celum empyrreú quod est locus beatorum est q̃si incompabiliter maius q̃ ciuitas hic descripta. nam in hoc libro maiora per minora frequẽter designãt sicut supra ca. iiii. per. xxiiii. seniores intelligitur uniuersitas Episcoporum. que est multo maior ut dictum fuit ibidem. Longitudo aút & altitudo & latitudo eius. scilicet spacii. Equalia sunt. & de longitudine & latitudine iam patet ex dictis. nam spacium quadrum ẽ equilaterum. de altitudine uero q̃cum ad murum: non fit hic mentio: sed postea. sed de altitudine spacii: qd̃ accipitẽ scd'm altitudinem montis: in quo describitẽ hec ciuitas sita: scd'm quod dicitur supra eodem ca. & sustulit me in spiritu in montem magnum: & altum. Et ostendit mihi ciuitatem magnã etc. & scd'm hoc altitudo huius montis est. xii. milium stadiorum: sicut longitudo spacii eius & latitudo ut predictum est. Et mensus. Hic consequenter agitur de mẽsura murorum cum dicitur: Et mẽsus est muros eius. & licet esset unus murus: tamen dicit muros in plurali propter quattuor eius latera spacium predictum concludentia. Centum. xliii. cubitorum mensura hois. accipiendo cubitum humanum qui continet pedem & dimidium. scd'm unã acceptionẽ .s. a cubito brachii usq; ad manú. secundum aliam uero duos pedes. s. a cubito brachii usq; ad summitatem digitorum. ex quo patet q̃ non accipitur hic mẽsura lógitudis muri scd'm suú ambitú: nec etiã scd'm latus unum. nam murus habens quattuor latera & quodlibet longitudinis. c. xliii. cubitorum non posset claudere spacium predictú: nec etiam duodecimam eius partem: nec etiam minimam. s. unum stadium quadratum. nam unum stadium cótinet. c. xxv. passus: & quilibet passus. v. pedes. & p cósequẽs unú stadiú q̃dratú cótinet. ccc. xii. cubitos & dimidiú: q̃dratos scd'm maiorẽ acceptionẽ

humani cubiti: ut patet ex predictis. Et ideo dicendum q̄ hic accipitur mensura muri scd̄m eius altitudinem que est multo minor q̄ eius longitudo. cuius mensura accipitur scd̄m mensuram spacii eius. quodlibet latus est longitudinis. xii. milium stadiorum: & per consequens quodlibet latus muri: quoniam contingatur spacio in parte interiori ut predictum est: propter hoc tacetur hic mensura longitudinis muri: quia sufficiēter habetur per mensuram supra dictam spacii contenti. dictum est autem supra q̄ per murū intelligitur securitas beatitudinis: propter quod altitudo dicit. c. xliii. cubitorū qui est numerus quadratus: ut dictum est supra. & significat stabilitatem beatitudinis sicut corpus quadratum firmiter stat in quolibet latere. propter quod etiā uirtuosus comperatur quadrato. primo Esdre. Mensura hominis que est angeli. p̄ hoc designatur q̄ homines electi ad equalitatem angelorum assumuntur. Matthei. xxii. erunt sicut angeli dei in celo. Et erit structura muri eius ex lapide Iaspide: sicut supra dictum est per murum intelligitur securitas beatitudinis: per Iaspidem uero ipse Christus. ꝓpter quod murus dicitur de lapide Iaspide. nam ipse Christus est securitas beatorum a quo non possunt diuertere nec auelli. Ipsa uero ciuitas aurum mundum. ciuitas autem est ciuium unitas: & ideo per ipsam intelligitur societas beatorum: per aurum uero quod ceteris metallis est preciosius intelligitur caritas: que pre ceteris dei donis est donum excellentius: ideo dicitur. Ipsa uero ciuitas aurum mundum. nam societas supernorum ciuium unitur feruentissima caritate. scd̄m quod dicit̄ in prosa superne matris gaudia que ab aliquibus dicitur esse beati Gregorii: ab alius Hugonis: de sancto Victore. in q̄ subditur nec languor hic: nec senium: nec fraus: nec terror hostium: sed una uox letantium. & unus ardor cordium. Simile uitro mundo. i. perutū sicut uitrū qd̄ recipit lumen non solum exterius: sed etiam interius. per quod significatur q̄ societas beatorū in resurrectione penetrata erit lumine glorie interius & exterius per gloriam corpis & anime. Et fundamenta. Hic cōsequenter describitur ciuitas superna q̄tū ad ornamentum fundamentorum: cū dicit̄. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide p̄cioso ornata. ex quo patet q̄ non accipitur hic fundamentum ad similitudinem illius quod in edificiis absconditur sub terra. nam ornamentum ibi non habet locum. sed accipit̄ ad similitudinem partis inferioris edificii: que apparet super terram. Et fundamentum primum Iaspidis. dictum est supra q̄. xii. articuli fidei intelligūtur per ista fūdamēta inter sex articulos pertinentes ad Christi diuinitatem. primus est de unitate dei q̄ est principium credentibus tollendi errores uarios gentilium plures deos ponētium. ideo per Iaspidem designatur qui oculos purgat: uisum acuit & confortat. ut dicitur libro de proprietatibus rerum: & ibidem ponuntur proprietates sequentium lapidum scd̄m q̄ inferius assignat̄. Secundum Saphirus. Secundus articulus est de trinitate ꝑsonarū cuius fides augmentat corpus ecclesie mysticum quod prius erat in una gente Iudeorū modica. sed modo per fidem trinitatis predicatam: se extendit ad multitudinem gētiū conuersarum. quod significatur per Saphirum qui corpus humanū uegetat: & integra membra conseruat. Tertium Calcedonius. tertius autem articulus est de ope creatiōis quod soli deo conuenit. & ualet fides huius articuli contra demonum illusiones: ut nō adorentur sicut creatores. ideo significat̄ per Calcedonium: qui ualet contra illusiōes ut non adorentur sicut creatores. ideo significatur per Calcedonium: qui ualet cōtra illusiones demonum & uirtutes conseruat. Quartum Smaragdus. quartus articulus est opere sanctificationis per gratiam: que curat casum peccati mortalis: & dat uerba persuasibilia in oratione deuota. ideo significatur per Smaragdum qui ualet cōtra morbū caducum: & in causis dat uerbum persuasiuum. Quintum Sardonix. quintus autem

articulus ē de ope resurrectiōis corpoꝝ cuius fides humilē facit & pudicū cogitationē inferendo ꝙ corpus nunc corruptibile sed finaliter ad gloriam suscitandū teneri debet in humili gestu: & apparatu ratione mortalitatis p̄sentis & mūde: rōne glorificatiōis future: propter quod significatur per sardonicem qui facit humilē & pudicū. Sextū Sardius. sextus aūt articulus est de opere glorificationis: cuius fides generat in nobis gaudium: & pellit timorem. quia cogitans glorificari non timet pro Christo mori: sed etiam aliquando gaudet. Matth. v. cum uos oderint homines & exprobrauerint & eiecerint nomen uestrum tanq̄ malum mentientes propter me: gaudete & exultate: quoniam merces uestra copiosa est in celis. ideo significatur per Sardium qui gaudiū accendit: & pellit timorem. Septimum. Chrisolitus. primus articulus pertinēs ad humanitatē Christi est de cōceptione & natiuitate eius ex uirgine. cuius fides cōfortat naturā humanā in conceptione Christi uerbo unitā. & ualet contra timores nocturnos uitioꝝ: eo ꝙ Christo nato in nocte media dixit angelus pastoribus nolite timere Luce. ii. & ibidem subditur. Gloria in altissimis deo. & in terra pax hominibus bone uoluntatis. ideo significatur per Chrisolitum qui cōfortat intellectum & p cōsequēs naturam humanam per intellectum ab aliis animalibus distantem. p̄mo metaphysice. & pellit timores nocturnos. Octauum Berillus. secundus articulus de passione Christi morte & eius sepultura cuius fides inuictum reddit. in tribulationibus huius mundi. prima Pe. iiii. Christo in carne passo & uos eadem cogitatiōe armamini. ideo significat per Berillum qui contra lites inuictum reddit. & mitem facit & benignum. Nonum Topazium. tertius articulus ad humanitatem Christi pertinens est de descensu anime eius ad inferos: cuius fides ualet contra pericula a demonibus inferenda. quia p hunc descensum fuerunt spoliati: & potestas eorum diminuta. ideo significatur p Topazium qui ualet contra iram & lunaticam passionem: que frequenter per demones iratos excitatur & augmentatur. Decimum Chrisopassus. quartus uero articulus est de resurrectiōe Christi que est causa resurrectiōis nostre future: propter quod fides eius ualet contra corporis & anime immundiciam per peccatū mortale. nam oīs corruptio tolletur per resurrectionē. ideo significatur per Chrisopassum qui ualet cōtra leprā. Undecimū Iacinctus. qntus articulus est de ascensione Christi ad celos in hūanitate assumpta. cuius fides dat uigorem fidelibus ut ipsam sequantur tanq̄ eius mēbra. Col. iii. que sursum sunt querite. ubi Christus est in gloria dei sedens. que sūt sursū sapite. per quod significatur per Iacinctum qui dat membris uigorem & salutiferum facit saporem. Duodecimū Ametistus. sextus articulus ē de aduentu ad iudicium: in quo apparebit Christus in forma humana gloriosa: cuius fides reddit hominem sollicitum & uigilem: ut in illo tremendo iudicio de factis dictis & cogitationibus possit reddere rationem. ideo significatur per Ametistum qui facit uigilē & pellit malā cogitationē. Et. xii porte. Hic cōsequenter agitur de ornamento portarum: cū dicit. Duodecim margarite per singulas. s. portas. licet aūt margarita sit nomē unius speciei que gallice dicitur pelle: tamen hic & in pluribus locis sacre scripture accipitur generaliter pro quolibet lapide precioso: quales sunt lapides preciosi istarum. xii. portaꝝ: nō exp̄mit p̄pter qd̄ p̄babiliter uidet dici ꝙ sint eiusdē speciei cū. xii. predictis: & etiā eiusdem significationis. Et platee ciuitatis etc. hoc iam expositum est supra. Et tēplū. Hic cō/sequenter describit supna Hierusalē q̄tū ad dei cultū. Ad cuius intellectū sciendū ꝙ cultus dei tpe ueteris testamenti fuit cultus figuralis respectu cultus qui obseruatur tpe noui. prima Cor. x. oīa in figura contingebant illis. cultus uero noui testamenti ē suo modo figuralis respectu cultus celestis. nā militans ecclesia representat p̄ut potest

celestia preconia. unde dicit in illa prorsa superne matris gaudia representet ecclesia que quidem repsentatio fit in templo materiali & per corporalia obsequia. status uero eterne beatitudinis non est figuralis. alicuius expectati uel non habiti: nam deus ibi clare uidetur & principaliter habet & ueneratur: ppter quod dicit beatus Iohānes. Templum non uidi in ea. quia deus non colitur ibi per aliq figuralia: sed in sua pntia ideo subditur. Dominus deus omnipotens templum illius est: & agnus. nam beati refi/ciuntur interius in aspectu diuinitatis: & exterius in aspectu humanitatis Christi. & sic utranq naturam colunt & adorant: inq̄tum humanitas est diuinitati coniuncta. Et ciuitas non eget sole neq luna. i. illustratiõe corporali. Nam claritas dei etc. qua perfecte illustrantur electi. Et ambulabunt gentes. i. electi. In lumine eius. nam oia faciunt ex illustratione diuina. Et reges terre offerent gloriam eius in illa. rex uero dicitur a regendo: omnia uero corporalia & homines per angelos sanctos admistrantẽ & regunt: propter quod hic & in pluribus aliis locis sacre scripture angeli reges terre dicuntur. ex electis uero qui per eorum administrationem ad beatitudinem deducũt eorum gloria augmẽtatur. & scd̄m hoc auferre gloriam suam in superna Hierusalẽ hic dicuntur. Et porte eius non claudentur per diem. nam a tempore passionis christi per quem aperte sunt ianue celi manent & manebunt aperte. nam ibi statim recipiũt anime purgate. dicitur autem tempus a dicta passione dies. quia tũc sanctis patribus in lymbo detentis: data fuit lux glorie. propter quod Christus dixit latroni pendẽti in cruci hodie mecum eris in paradyso. Luce. xxiii. Nox enim non erit illic. quasi. d. porte de cetero non claudentur. quia dictum est q̄ non claudent per diẽ. Et afferẽt angeli gloriam & honorem gentium in illam. modo predicto. Nõ intrabit in ea aliqd coinquinatum. uitio carnis. Et abhominationem faciens. i. peccatum cõtra naturam. Et mẽdaciũ. i. hypocrisim: que est mendacium in facto. & ut excludatur omne aliud peccatum subdit. Nisi qui scripti sunt in libro uite. i. in diuina predestinatione: & sic iste liber dicitur etiam liber agni. i. Christi: inq̄tũ deus unus cũ patre. .XXII.

ET ostendit mihi fluuium. Hic ultimo describitur superna Hierusalem q̄tum ad refectiõem ciuiũ. & diuiditur in duas partes. quia primo describit hoc cõuiuiũ. Secundo conuiuarum exercitium ibi. Et omne maledictum. Circa primum sciendum q̄ refectio bonorum non intelligitur a nobis nisi per similitudinem corporalium: ad refectionem autem corporis duo requiruntur. s. cibus & potus. primo ergo describit potus cum dicitur. Et ostendit mihi fluuium aque uiue. per quem intelligitur spiritus sanctus. unde dicit Saluator Ioban. vii. qui credit in me sicut dicit scriptura flumina fluent de uentre eius aque uiue. quod exponens euangelista subdit. hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Spũs autem sanctus cui appropriat bonitas & suauitas reficit beatos per modum dulcis potus. ideo significatur p fluuium aque uiue. i. dans uitam glorie procedentem de sede dei patris & agni: nã spũs sãctus ex patre filioq; procedit. In medio platea eius: ad reficiẽdum totũ consortiũ beatoꝝ. Ex utraq. Hic consequenter describitur refectio celestis q̄tum ad cibum cum dicit. Ex utraq; parte fluminis. i. hinc & inde lignum uite. i. Christus qui scd̄m diuinitatẽ est ubiq; sicut & spiritus sanctus: cum unũ sint in essẽtia. Afferens fructus. xii. qui etiã dicuntur fructus spiritus. Gal. v. nam indiuisa sunt opera trinitatis: & p consequẽs filii et spiritus sancti. Sciendum tamen q̄ isti fructus aliter habent in uia p gratiã: aliter in patria per gloriam: sicut dictum est de quattuor uirtutibus cardinalibus ca. precedenti. quarum alii sunt uiatoris actus: & comprehensoris. primus igit fructus ut Gala. v. dicitur est caritas. qui in patria est in deum uisum totaliter per amorem

transformari. Secundus est gaudiú qui est in deo uiso delectari. Tertius est pax. i. in ipso totaliter quietari. Quartus est patientia. qui in uia est in aduersis nó frangi. in patria uero ubi nulla aduersitas est in deo firmiter stabiliri. Quintus ẽ benignitas. id est bona igneitas: que est in beatis ad amorem proximi inflámari q̃tú ad affectú. unde in eis est unus ardor cordium: ut dicitur in illa prosa. superne matris gaudia. Sextus est bonitas. i. diffusio proprii boni ad proximum: scd̃m effectum. nam bonú est sui diffusiuum. bonum autem unius beati redundat in alterum: nam unus gaudet de alterius bono sicut de suo proprio. Septimus est longanimitas que est equanimis expectatio boni futuri. anime uero beatorum equanimiter expectãt gloriã corpoꝝ Octauus est mansuetudo que in uia est ire moderatio. sed in patria non habet locú ira q̃tum ad suum materiale quod est accensio sanguinis circa cor. sed q̃tum ad suum formale quod est appetitus uindicte habet ibi locum. quia beati uindictam appetunt obstinatorum peccatorum: scd̃m illud Psal. lvii. letabitur iustus cum uiderit uindictã manus suas lauabit in sanguine peccatoris. & quoniam appetitus iste moderatus est in beatis: scd̃m regulam diuine iusticie: ideo scd̃m hoc est ibi mansuetudo. Nonus est fides qui si accipiat̃ ut est uirtus theologica non est in patria: cú sit de nó apparẽtibus He. xi. sed ei in patria succedit uisio clara. si autem accipiatur fides pro fidelitate: sic est in beatis maxíe. Decimus est modestia. que excellenter est in patria. nã inferiores anime sunt omnino superioribus subiecte. Vndecimus est cótinentia. est aút cótinẽs qui concupiscentias inordinatas patitur: sed ab eis non deducitur. contra passiones fortiter se tenens. eiusmodi uero concupiscentie non sunt in patria: propter quod nó est ibi continentia q̃tum ad concupiscentias. pati tamen est ibi q̃tum ad non deduci. nam beati non possunt ad malú flecti. Duodecimus est castitas que prout importat mundiciam est in patria. nam in ea non intrat aliquid coinquinatum: ut dictum est supra. Per menses singulos reddent fructum suú. mensis apud Hebreos incipit a p̃ma lunatione. propter quod nouitatem designat. per singulos. intelligitur continuatio. & sic per mẽses singulos intelligitur eternitas huius fructus. quia semper manet in sua nouitate & sua duratione. Et hoc modo dicitur Esa. ultimo. & erit mensis ex mense: & sabbatum ex sabbato. Et folia ligni ad sanitatem gentium. per folia intelliguntur uerba etiã scd̃m communem modum loquendi: igitur folia ligni sunt uerba Christi in euangelio contenta: que sunt ad sanitatem gentium. nam per predicationẽ euangelii gentes per orbem conuerse sunt ad Christum. Et omne. Hic consequenter describit̃ conuiuarum exercitium. Circa quod sciendum q̃ in conuiuiis carnalibus solent hoies relaxare linguas suas: ad blasphemias & conuicia: propter quod diues epulans positus in inferno magis cruciabatur in lingua. Luce. xvi. hoc autem remouet̃ a conuiuio celesti cum dicitur. Et omne maledictum non erit in ea amplius: sed gratiarum actio & uox laudis: & sedes dei & agni in ea erunt. nam ibi maxime relucet eorú maiestas. Et serui eius. s. sancti angeli & beati. Seruient illi. exequendo quicquid placitum est ei. Et uidebunt faciem eius. clare & aperte. Et nomen eius in frontibus eorum. id est manifeste patebit omnibus qui sunt serui eius. Et nox ultra non erit. hoc est expositú supra. hic tamen repetitur ad maiorem assertionem: & quia seruire deo regnare est: ideo subditur. Et regnabit in secula seculorum. id ẽ eternaliter a parte post. Et dixit mihi. Hec est ultima pars principalis huius libri: que ponit̃ in fine per modú epylogi. in quo primo ponitur huius libri comendatio. Secundo prescriptoꝝ breuis recitatio. Tertio dictorum confirmatio ibi. Cótestor enim. Circa primum dicit. Et dixit mihi angelus hec uerba a te p̃scripta fidelissima & uera sunt. nã a prima ueritate p̃cesserũt

ideo ſubditur. Et dominuſ deuſ ſpirituum & prophetarum. licet unuſ ſpirituſ ſanctuſ tangat menteſ omnium prophetaꝝ: tamen effectuſ eiuſ ſunt multi & uarii in mẽtibuſ ipſorum. Oſtendere ſeruiſ ſuiſ. per Iohannem. Que oportet fieri cito. quia ſũt p̃or/dinata a deo. cuiuſ ordinatio non poteſt fruſtrari. ideo ſubdit̃. Et ecce uenio uelociter ad ipſa implendum: & apparet huiuſ libri ueritaſ. Secundo tangitur eiuſ utilitaſ: cũ dicitur. Beatuſ qui cuſtodit etc. Tertio eiuſ autoritaſ ex parte ſcriptoriſ cum dicit̃. Et ecce ego Iohanneſ etc. qui adhuc uiuenſ in terriſ fuit maior homine par angeliſ: propter quod angeluſ renuit recipere reuerentiam quam ſibi uoluit exhibere cum dicitur. Poſtq̃ audiſſet etc. & patet littera. Quarto tãgitur huiuſ libri aliq̃liſ intelligi/bilitaſ: cum dicitur. Et dixit mihi ne ſignaueriſ etc. i. non occulteſ omnino intellectũ uerborum: propter quod in pluribuſ locis ponuntur aliqua ſatiſ plane. ex quibuſ apt̃e uia ſtudioſis ad alia intelligendum aliqualiter ſaltem in multis ſicut ſuperiuſ declarauit in locis ſuiſ. Tempuſ enim prope eſt. impletioniſ preſcriptorũ. Qui nocet. Hic ponit̃ conſequenter breuiſ recitatio preſcriptorum: nam ſuperiuſ actum eſt de diſtinctione electorum & reproborum. & q̃tum ad hoc dicitur. Qui nocet. peccando cõtra ꝓximũ noceat adhuc. i. nocebit. itaq; ponitur hic optatiuum pro indicatiuo. & loquitur de reprobis preſcitis qui moriuntur in peccato mortali. Et qui in ſordibuſ eſt. peccando in ſeipſum. Sordeſcat adhuc. i. ſordeſcet. Et iuſtuſ. recte uiuendo ad ꝓximũ. Iuſticiã faciat adhuc. i. faciet. & loquitur de iuſtis p̃deſtinatis qui decedunt in gratia finali. Et ſanctuſ uiuendo munde ad ſeipſum. Secundo in ſuperioribuſ frequenter dictum eſt de retributione bonorum & reproborum: & q̃tum ad hoc dicitur in perſona Chriſti. Ecce uenio cito etc. & ꝙ hoc poſſit oſtendit dicẽſ. Ego ſũ alpha & o. i. cauſa effectiua & finaliſ omniũ. ſicut alpha eſt prima littera greca: & o ultima. Beati qui lauãt ſtolaſ ſuaſ. aquiſ penitentie in preſenti: quod autem in aliquibuſ libriſ ſubditur. In ſãguine agni. non eſt de textu: nec habetur in antiquiſ. Vt ſit poteſtaſ eorum in ligno uite. i. ut in futuro fruantur ipſo Chriſto cuiuſ deitate reficiũtur beati interiuſ: & eiuſ humanitate exteriuſ. Et per portaſ intrant ciuitatem. i. per obſeruationeſ mandatorum intrant ad uitam eternam. Foriſ caneſ. i. guloſi & detractoreſ contra bonoſ latranteſ. Et uenefici. i. inuidie ueneno pleni. Et impudici. ſeipſoſ inficienteſ. Et homicide. corporaleſ & ſpiritualeſ. Idoliſ ſeruienteſ. quod peccatum eſt directe cõtra deum. Et oĩs qui amat & facit mendacium. ille amat qui delectatur mendacia proferendo: ſed hypocrita facit mendacium. nam hypocriſis eſt mendacium in perfecto. Ego Ieſuſ miſi angelum meum teſtificari uobiſ hec. ſ. punitionem malorum & premiatiõem bonoꝝ. in eccleſiſ que ſunt per orbem uniuerſum. Tertio in ſuperioribuſ frequenter dictum eſt de Chriſti excellentia. & q̃tum ad hoc ſubditur in eiuſ perſona. Ego ſum genuſ & radix Dauid. . i. de radice Ieſſe ſicut Dauid. & de genere eiuſ q̃tum ad humanitatem. ſc̃m quod dicitur Eſa. xi: egrediet̃ uirga de radice Ieſſe: & floſ de radice eiuſ aſcẽdet etc. qui floſ eſt Chriſtuſ ſc̃m ſenſum litteralem: ſicut diffuſius dictum fuit ibi. Stella ſplendida & matutina. q̃tum ad humanitatem illuminanſ hominem uenientem in hũc mundum. Io. & ſpirituſ. & ſponſa dicunt ueni: hec eſt uera littera: & ſic habent libri correcti. dicit aũt ſpirituſ ſanctuſ Chriſto. ueni. ſ. ad iudiciũ. quod dupliciter poteſt intelligi: uno modo quia facit iuſtoſ hoc dicere qui premiari deſyderant a Xp̃o iudice eo modo loquẽdi quo dicitur Ro. viii. Spirituſ poſtulat pro nobiſ gemitibuſ inenarrabilibuſ. quod ſc̃m expoſitoreſ catholicoſ exponitur poſtulare facit. alio modo. qa ſicut filiuſ miſſuſ fuit in mundum a patre & ſpiritu ſancto: ſic in perſona eiuſ dicitur Eſa. xlviii. miſit me dominuſ & ſpirituſ eiuſ: ſicut ibidem pleniuſ fuit oſtenſum. ſic in

aduentu ad iudicium mittetur a patre & spiritu sancto. & sponsa. i. ecclesia militans que desyderat coniugium ecclesie triumphanti. quod erit in iudicio finali. Et q audit a spiritu per spirationem: & ab ecclesia per predicationem dicat. Veni. desyderando scd̄m aduentum Christi. unde Luce. xxi. dicit Saluator loquens de eius aduentu ad iudicium. His autem fieri incipientibus respicite: & leuate capita uestra. i. exhilarate corda: ut exponit Greg. quoniam appropinquat redemptio uestra. Et qui sitit desy/derando gloriam. ueniat per gratiam. Et qui uult accipiat aquam uite. i. gratiā: que est uita anime. Gratis. nam habetur per Christi meritum in baptismo dum tamen non ponatur obstaculum. Contestor. Hec est ultima pars in qua ponitur predictoꝝ cō/firmatio. quia nihil ibi cōtinet̄ superfluum: aut diminutum: ideo subditur. Si quis apposuerit ad hoc. s. discrepantia sicut faciebant Ebion & Cherintus heretici: qui tpe illo addebant aliqua discrepantia a ueritate euangelii. & aliqua diminuebant de eius ueritate dicentes Christum ante Mariam non fuisse. per hoc tamen non excludit̄ qn possint aliqua dici licite que faciāt ad declarationē totius scripture sacre: & sic fecerūt doctores sancti. dicit. Qui testimonium perhibet istoꝝ. s. Christus. Etiam uenio cito. ad iudicium cuilibet in morte. nam qualis unusquisq; inuenitur in morte talis pñtabit̄ in iudicio. generaliter autem ueniet omnibus ad iudicium in generali resurrectione. Veni domine Iesu. hoc dicit Iohannes conformando se spiritui sancto & ecclesie. Et subditur eius oratio pro omnibus fidelibus: cum dicitur. Gratia dñi nostri Iesu Xp̄i sit cum omnibus uobis. Amen.

Aspicis illustris lector quicunq; libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Miriget ars musis insita uerba uirum
Cōradus Sueynheym Arnoldus Pānartzq; magistri
Rome impresserunt talia multa simul.

¶ In domo Petri de Maximis
M. CCCC. LXXII. die.
XIII. Martii.